This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

## Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

## About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

A. L. a.
~~[illegible]~~
2186
Virgilius

Digitized by Google

<36628365520015

<36628365520015

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google




Digitized by Google

Digitized by Google

# PUB. VIRGILII MARONIS OPERA,

Cum Annotationibus

JOHANNIS MIN-ELLII.

Ex libris T.L.A. de Vrintz



ROTERODAMI,

Typis REGNERI LEERS,

MDCCIV.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

*Nobiliſſimis, Ampliſſimis, ac Prudentiſſimis,*

V. V. D. D.

*Conſulibus Illuſtris Reipublicæ*

*ROTERODAMENSIS.*

D.D. JOHANNI VANDER MEYDE.

D.D. ADRIANO VROESEN.

D.D. WILHELMO VAN GOEREE.

D.D. ADRIANO BOON.

VEteri conſuetudine inſtitutoque majorum fit, Illuſtriſſimi Viri, ut, qui ſcripta ſua in apertum referunt, ea magnis & illuſtribus viris inſcripta & dicata emittant. Sic Plinii de Naturali Hiſtoriâ libri in Titi; Plu-

tarchi Apopthegmata in Trajani; Oppiani ἁλιευτικὰ in Antonini Imperatoris nomine jam olim apparuerunt. Atque ut hæc Doctorum virorum monumenta Principum illorum ſplendore etiamnùm ornantur: ſic eorum nomen viciſſim horum lumine illuſtratur. Neque enim Muſæ ingratæ eſſe, aut beneficii immemores conſueverunt: ſed patronis ſuis & benè meritis gratiam cumulatè perſolvunt. Benè autem de illis merentur, non ſolùm qui ipſi res memoriâ dignas ſcriptis mandant; verùm etiam qui alios ad promovenda bonarum artium ſtudia præmiis & honoribus excitant. Quâ in re veſtra, Viri Ampliſſimi, fama ſic lucet, ut non, qui eam celebret, aſſentator; ſed qui non celebret, malevolus ſit exiſtimandus. Dedit hoc vobis natura, ut benignè facere omnibus velitis: fortuna, ut poſſitis: doctrina, ut ad eos juvandos & ornandos, qui ſe illis artibus, in quibus ipſi excellitis, dedidêre, ſtudium veſtrum libentiſſimè conferatis. Hæc in cæteris laudibus, quæ vobis tribuuntur, familiam ducit: nec immeritò: etenim ſi rectè à Veteribus uſurpatum eſt, homines ad Deos

nullâ

nullà re propiùs accedere, quàm benè merendo; certè, quò latiùs virtus hæc diffunditur, eò illuſtriorem majoremque illam & eſſe, & haberi, neceſſe eſt. Quis verò eſt, qui fructum ejus liberalitatis, quâ eruditi & ſtudioſi litterarum ſublevantur, non ad eos tantùm, quibus benignè fit, pertinere, ſed & indè latiùs ſerpere, atque adeò ad univerſum genus hominum manare, non intelligat? Ego quidem, etſi libenter agnoſco & fateor, ingenium in me admodum eſſe exiguum, naturâ tamen, quâ duce ad litterarum ſtudia acceſſi, incitor & impellor, ut, ſi quid in me eſt facultatis, quotidianis ſtudiis & vigiliis partum, id foras emanere, communique utilitati inſervire velim. Cujus rei cùm documenta ſuperioribus annis in Salluſtio, Valerio Maximo, Floro, & Terentio dediſſem: non potui, quin proferrem in publicum aliquid, quod obſervantiæ meæ in vos perpetuum eſſet monumentum, ſtudiumque illuſtrandæ Scholæ, in quâ jam annos aliquot deſudavi, teſtaretur. Viſum itaque non abs re me facturum, publicæque utilitati conſultum iri, ſi Virgilium,

lium, Poëtarum facilè principem, publici juris facerem, ac mediocre quoddam, & quod ſuâ prolixitate litterarum ſtudioſo tædioſum non foret, nec ſuâ brevitate eundem remoraretur, enchiridion concinnarem, quo ſtudioſorum animi ad excellentiſſimi illius Poëtæ lectionem incitarentur. Neque enim ſum neſcius, quàm multos antehac cùm verborum, tùm rerum difficultas, quantò plures majorum commentariorum prolixitas ab ejus lectione deterruerit, aut certè alienârit. Nunc verò, cùm, quod apud alios longè latéque extenſum erat, in eam brevitatem ſit contractum, quam diu optârunt, ſpero fore, ut nonnihil publicis ſtudiorum rationibus compendii collatum dicatur. Sive enim ſubactum ingenium ejus, ſive judicium, ſeu variam ejus doctrinam, vel eloquentiam attendamus, divini ingenii hominem fuiſſe, confiteri neceſſe habemus: tùm, qui à diſertiſſimo Romuli nepotum, juvenis adhùc, SPES ALTERA ROMÆ fuit appellatus. Adeò ut Græci non magis habeant, quod gratulentur ſibi de Homero, quam Latini de Virgilio ſuo. Hic ergo

&

Digitized by Google

& tantus Autor, notis illuſtratus, non alios ſibi patronos, quàm vos Nobiliſſ. & Ampliſſ. viros, quærebat. Multa id non tàm ſuadere, quàm exigere videbantur. Cùm enim in urbe veſtrâ & natus & educatus fuerim, primaque ibi fundamenta ſtudiorum meorum jecerim, patrocinium etiam veſtrum & favorem in tantâ ſæculi invidiâ implorare, viſum mihi. Cùmque ſub præſidio veſtro hæc otia literaria nobis concedantur, æquum fuit ut eorum uſus ac fructus in rationes veſtras referretur, ſimulque hac animi mei ſignificatione gratitudinem ſaltem aliquam teſtarer. Tùm etiam non tantùm æquitas veſtra (quâ etiam exile munus non dedignamini, nec æſtimatione, ſed affectu donantis liberalitatem metiri conſueviſtis) verùm etiam inſignis illa in literas & literarum ſtudioſos προθυμία & humanitas credere jubent, fore, ut non diſpliceat vobis, quod placere imprimis opto. Quam ob cauſam, ſi potitus votis fuero, erit cur non parum mihi gratulandum exiſtimabo. Deum Opt. Max. comprecatus, ut vos quàm diutiſſimè

 ſa-

Digitized by Google

ſanos & incolumes ſervet, ad Reip. incolumitatem, & Eccleſiæ ædificationem, & animarum veſtrarum ſalutem.

*Veſter omni obſervantiâ & cultu devotus cliens.*

J. MIN-EL.

VITA

# VITA
# P. VIRG. MARONIS,
## AUCTORE
## SEBASTIANO CORRADO.

*VIRGILII vitam multi, ſed admodum negligenter, ſcripſerunt. Quod à nemine hactenus animadverſum miramur: quin dolemus interdum, Virgilium & Ciceronem linguæ Latinæ principes & in ſcribendo diligentiſſimos omnium, rerum ſuarum ſcriptores tam negligentes habuiſſe. Sed alias de Cicerone: nunc aliqua quæ de Virgilio paulò negligentiùs ſcripta ſunt, ipſi nos paulò diligentiùs & accuratiùs conſiderabimus: deinde pauca quædam, quæ ſunt à cæteris omiſſa, nos addemus.*

*Ut igitur à Suida* Οὐεργίλιος *Græcè, ſic à multis Virgilius Latinè ſcribitur: quaſi verò qui primus Vergilius eſt dictus, à Vergiliis ſtellis vel à vere ſit appellatus. Et ſi non deſunt qui dictum à verendo ſuſpicentur: & Virgilium ſcriptum in veterum monimentis ſe vidiſſe teſtantur: nec eis credunt qui nomen hoc à virga deductum putant, vel potius ſomniant. Certè Virgilii matrem neſcio quid de virga ſomniaſſe ſcribunt. Et ſanè non videtur iis eſſe credendum: cùm multò anteà Romæ Virgilii eſſent, ut in Ciceronis libris, & in veterum monimentis videre licet: & Servius Virgilium Poëtam natum Virgilio patre teſtetur; quod ſimile vero*

*ex eo videri poteſt, quòd tum mos eſſet ut filii (præſertim primo loco nati) non ſolùm nomina, ſed etiam prænomina patrum ſequerentur: ut M. Tullius Cicero, M. Tullii Ciceronis filius eſt appellatus. Pater autem Virgilius vel colonus deduci, vel civitate donatus, nomen alicujus Virgilii ſequi potuit. Pierius certè noſter, poſtquam quæ dici contra ſolent, levi brachio (quod ajunt) confutavit, Virgilium ſcribendum eſſe facilè convincit, ſive ſit à virgâ, ſive à virendo (ut quidam putant) dictus. Nec enim deſunt qui mordicus illud teneant, à virgâ dictum: in quâ ſententiâ fuit Cæcilius Minutianus, Apulejus, & Calvus ille qui carmen hoc ſcripſit,*

Et vates, cui virga dedit memorabile nomen.

*Nos, qui non libenter in leviſſimis hiſce rebus verſari ſolemus, ſi modò credimus huic Poëtæ nomen hoc præter morem ob aliquam cauſam impoſitum, Antonio Thyleſio præceptori noſtro potius aſſentimur: qui putabat à virginali (ſic enim loquebatur) modeſtia & verecundiâ, Virgilium dictum fuiſſe. Hanc ego ſententiam eò libentius ſequor, quòd Poëta (ut Auſonius, vitæ ſcriptor, & Servius affirmant) ex moribus etiam Græcè cognomen accepit. Nam Parthenias eſt appellatus. Hinc in libris manu ſcriptis penè omnibus, illa eſt inſcriptio,* P. PARTHENIATIS VIRGILII MARONIS LIBER.

*Et ſanè quidem Virgilium, virum modeſtiſſimum fuiſſe, vel ipſius ſcripta demonſtrant: in quibus nihil omninò reperias, quod in virgi-*

*num*

*unum choro legi non poſſit. Nec eſt cur hoc loco quiſquam mihi vel Alexin vel Priapeia carmina velit objicere: cum jam ſatis conſtet, nec amplius ea carmina Virgilio tribui, & de Alexide doctos homines inter ſe diſſentire. Sunt enim qui Cæſaris eum puerum fuiſſe putent, quem Virgilius ita laudarit ut Cæſari gratificaretur: quod ſi verum eſt, hic jam Virgilius nullam culpam ſuſtinet. Vitæ ſcriptor Alexandrum vocat, & credit eum, cùm ſervus eſſet, ab Aſinio Pollione Virgilio donatum fuiſſe: nec videt (quod omnes videre poſſunt) neque Alexandrum nomen eſſe ſervile: neque cauſam fuiſſe cur Virgilius eum quem jam donatum accepiſſet, & cogere poſſet, tam multis verſibus obſecraret. Ille verò ſemper (ut opinor) anteà vocatus eſt Alexis: nec Cæſaris, aut Pollionis, ſed Mæcenatis ſervus fuit: qui cùm pulcherrimus eſſet, ut eum Virgilius amaret, Mæcenas conceſſit, non eum donavit: ut Martialis libro octavo ſic ad Flaccum ſcribens oſtendit,*

Jugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas Tityrus æger oves:
Riſit Tuſcus eques, paupertatemq; malignam
Reppulit, & celeri juſſit abire fugâ:
Accipe divitias, & vatum maximus eſto:
Tu licet & noſtrum dixit Alexin ames.

*Et dixit, Licet ames noſtrum Alexin: non dixit, Licet habeas tuum. Cùm Virgilius igitur Alexin non haberet, eum tamen (quod licebat) amabat: non ille quidem turpiter, ſed ut Alcibiadem Socrates, & Alexin ſuum Plato, &*

*ſuum*

Digitized by Google

*ſuum T. Pomponius Atticus: quos Cicero & Virgilius imitari voluerunt. Valeant igitur qui ſcribunt Virgilium & impudicum fuiſſe, & olim à fœminâ, ſi Diis placet, ad mediam turrim pertractum, tamdiu ſuſpenſum fuiſſe, donec ab omnibus videretur. Eſt enim, cum ſine autore dicatur, tam falſum, quàm quod Servius, vitæ ſcriptor, & Franciſcus Petrarcha, literis etiam mandarunt: Ciceronem, cùm verſus quoſdam ex ejus Bucolicis audiſſet, & eum etiam aliquando vidiſſet, medium carmen illud, quod Æneidi poſtea Virgilius inſeruit,* MAGNÆ SPES ALTERA ROMÆ, *protuliſſe, quod fieri nullo modo potuit: cum inter Ciceronis mortem, & tempus illud quo vel ipſi ſcribunt Virgilium Romam veniſſe, & Bucolica ſcripſiſſe, anni minimùm duodecim numerentur: tantum abeſt ut Cicero vel ejus carmina ex Bucolicis audire, vel ipſum videre potuerit. Quin in Bucolicis ipſe Poëta Pollionem Conſulem vocat: & is anno tertio poſt Ciceronis mortem Conſul fuit. Quòd ſi quis id omninò verum eſſe contendat, illud agnoſcat falſum neceſſe eſt, eum tùm demùm Romam veniſſe, cùm in agrorum diviſione, quæ poſt Antonium & Cleopatram (C. Cæſare Octaviano tertiùm, & M. Valerio Meſſalâ, Conſulibus) victos, eſt facta, ſuos amiſiſſet. Ego certè cum eo libentiùs ſentiam, qui hoc falſum putet, præſertim cùm ſibi non conſtent qui hoc ſcribunt. Nam quidam opinantur, eam diviſionem poſt Philippenſem victoriam, alii poſt Antonium in Epiro victum factam*

Digitized by Google

*factam fuiſſe: alii utramque victoriam complectuntur.*

*Quare res ipſa ſic dubia relinquitur, ut nos quoque jam aliquid comminiſci & dicere poſſimus: videri nobis eam diviſionem ſignificari, quam Decemviri (quorum unus fuit Cicero) poſt D. Brutum obſidione Mutinenſi liberatum fecerunt: nam ſic omnia quadrant: quòd fieri potuit ut Virgilius eâ diviſione ſuos agros amiſerit: deinde Romam profectus, eos vel Pollionis (qui tunc aberat) literis, vel Octaviani (qui Romam redierat, certè tunc erat in Italiâ, & multum, quamvis eſſet juvenis, poterat) gratiâ recuperarit: atque, ut aliquam gratiam referret, Bucolica ſcripſerit, in quibus illud dixit:* Hîc illum vidi juvenem. *Accedit, quòd Virgilius tunc annum vigeſimum octavum agebat, quo tempore Bucolica cœpit (ut Servius refert) ſcribere. Ita Cicero verſus aliquos ex Bucolicis audire, & ipſum etiam Virgilium videre potuerit: quamvis adhùc eà de re dubitemus: quòd Euſebius ante bellum civile, quod inter Cæſarem & Pompejum fuit, eum Romam veniſſe propè demonſtret: & nos ita ratiocinari ſoleamus: Si Virgilius ante Ciceronis mortem Romam venit, agrum recuperavit, Bucolicá ſcripſit, & ab ipſo Cicerone tantoperè commendatus eſt: veriſimile non eſt, eum poſtea ſic ignotum fuiſſe, ut diu ſtabuli miniſter eſſet: ſin poſt Ciceronis mortem venit, Cicero neque verſus ex Bucolicis audire, neque ipſum videre potuit, præſertim cùm vitæ ſcriptor (quiſquis ille fuit) affirmet,*

*eum*

*eum magiſtro ſtabuli ſerviſſe, & Octavianum, jam tum Auguſtum & principem fuiſſe: qui tamen neque princeps, neque Auguſtus (niſi multò poſt Ciceronis mortem) fuit appellatus. Quin ſi Cicero illum vidit, & commendavit, neceſſe eſt, ea quæ de pullo, de canibus, de panibus, & de Octaviani dubitatione ſcribunt, falſa judicare, & dicere, eos contraria ſcribere: ut illud eſt contrarium, Virgilium multò poſt Antonium ad Actium victum, pro recuperato agro Bucolica ſcripſiſſe: & eundem Octaviano ab Actiacâ victoriâ reverſo Georgica recitaſſe: quaſi verò Bucolica poſt Georgica ſcripſerit. Reſpondeat fortaſſe quiſpiam, in vitâ ſcriptum eſſe, diviſionem agrorum poſt Philippenſem victoriam factam fuiſſe. Eſto: pugnat quoque: nam fuit ea multò poſt Ciceronis mortem: ita ut nihil eorum, quæ de illa referunt, fieri potuerit. Certè Servius apertè dicit, Virgilium poſt agrum amiſſum Romam veniſſe: ſed vita ſcriptor non tam dicit quàm ſignificat, eum priùs Romæ fuiſſe, & Auguſti familiaritate ſuoque carmine fretum, Arrio Centurioni reſiſtere voluiſſe.*

*Quàm porrò illud abſurdum, Virgilium res Romanas inchoaſſe, & offenſum materia, & nominum aſperitate, ad Bucolica tranſiiſſe? Nam quæ materia major, aut pulchrior, quam quæ res Romanas comprehendit? quæ nomina minus aſpera, quàm Romana? Quin nec offenſus eſt, & de rebus Romanis tam multa in hiſce libris ſcripſit, ut ita Servius dicat;* In antiquis invenimus, opus hoc appellatum eſſe non Æneidem,

ſed

ſed geſta populi Romani. *Idem Servio dicenti, Virgilium res Albanas jam cœptas omiſiſſe, reſpondemus. Quid quòd vitæ ſcriptor ille refert fuiſſe qui exiſtimarent eum, ſi diutiùs vixiſſet, quatuor & viginti libros uſque ad Auguſti tempora ſcripturum, atque alia quidem percurſurum, Auguſti verò geſta diligentiſſimè exſecuturum? Quæ quidem opinio, etſi (quod paulò poſt oſtendemus) falſa fuit, vel potiùs ab illo ſcriptore ficta, oſtendit tamen magis quod diximus, Virgilium nec materiâ, quam vellet percurrere, nec aſperitate nominum, quæ ſcribere cogitaſſet, offenſum fuiſſe. Illa igitur opinio de viginti quatuor libris, & rebus Auguſti, vel falſa vel ficta cognoſcitur ita. Si de rebus Auguſti plura ſcripturus fuiſſet, tam multa de illo, libro primo, ſexto, & octavo non dixiſſet, ſed integram ſibi rem ſervaſſet. Quod verò ad viginti quatuor libros pertinet, Virgilius Homerum ſic imitatus eſt, ut illum brevitate & gravitate potiſſimùm ſuperârit.* Homerus *enim* τὸν μὲν θεωρητικὸν *in Ulyſſe viginti quatuor libris, &* τὸν πρακτικὸν *in Achille totidem libris expreſſit: & in* Hectoris *morte rem terminavit, ne, ſi ulteriùs fuiſſet progreſſus, Achillis mortem ſatis ignobilem perſequi cogeretur. Virgilius verò hæc omnia duodecim libris, & in uno homine complexus eſt, & in Turni morte terminavit, ne & ipſe cogeretur ea, quæ de morte Æneæ non ſatis ſpecioſa dicuntur, referre.*

*Diverſa quoque de Virgilii morte ſcribunt.* Periit *(inquit Servius)* Tarenti in Calabriæ civitate.

tate. Nam dùm Metapontum cupit videre, valetudinem ex Solis ardore contraxit. *Vitæ verò ſcriptor ad huncmodum refert:* Cùm Megara, vicinum Athenis oppidum, viſendi gratiâ peteret, languorem nactus eſt, quem non intermiſſa navigatio auxit ita, ut gravior indies tandem Brunduſium adventârit: ubi diebus paucis obiit, X. Cal. Octob. *Illum tamen ego ſcriptorem libentiùs, quàm Servium ſequor: quandoquidem Euſebius etiam illum Brunduſii obiiſſe ſcribit, & ipſe in epigrammate ſe à Calabris raptum teſtatur, in quibus Ptolemæus Brunduſium reponit.*

*Neque verò minus in eo, quod ad Æneida cremandam pertinet, diſſentiunt: quòd Servius affirmet, eum morientem incendi juſſiſſe, ſed Auguſtum, ne tantum opus periret, Tuccam & Varum emendare voluiſſe. Scriptor autem vitæ ſic ait, Virgilius, cùm gravari morbo ſeſe ſentiret, ſcrinia ſæpè & magnâ inſtantiâ petivit, crematurus Æneida: quibus negatis, teſtamento comburi juſſit, ut rem inemendatam, imperfectamque: verùm Tucca & Varus monuerunt, id Auguſtum non permiſſurum. Tunc eidem Varo, ac ſimul Tuccæ, ſcripta ſub eâ conditione legavit, ne quid ederent quod à ſe editum non eſſet, & verſus etiam imperfectos, ſi qui erant, relinquerent. Nec ita multò pòſt idem confirmat, Varum & Tuccam Æneida poſt obitum, prout petiverat, juſſu Cæſaris emendaſſe: atque enim Cæſarem ipſum illa carmina ſcripſiſſe.* Ergo-ne ſupremis potuit vox improba verbis Tam dirum mandare nefas? *& quæ ſequuntur. Miror majores noſtros non animadvertiſſe, hæc cùm abſurda, tùm etiam inter ſe contraria eſſe. Quid enim tam abſurdum, quàm dicere, vivo cuiquam ſua ſcrinia negari? at dixerat, Æneida ſe crematurum. Faceret igitur ut Ovidius, nihil diceret, & ipſe ſuis manibus cremaret, præſer-*

*tim*

Digitized by Google

*tim cùm Varus & Tucca monerent, Auguſtum, ut poſtea cremaretur, non permiſſurum: qui tamen, meò quidem judicio, vel ibi non aderant (cur enim illùc tam longè veniſſent?) vel, ſi aderant, nunquam eâ de re illum monuiſſent, ne ſententiam mutaret, & ipſemet cremaret. Quid verò tam contrarium, quàm teſtamento Æneida comburi (quod tamen etiam Plinius & Macrobius affirmant) juſſiſſe: & Varo ac Tuccæ legaſſe ut eam emendarent? nam ſi legavit ut emendarent, eam noluit comburi: nec opus fuit ut Cæſar illa Carmina ſcriberet: aut Varo & Tuccæ imperaret ut eam emendarent, quam jure legati & mandati emendare quaſi tenebantur. At exſtant Cornelii Galli & Sulpicii Carthaginenſis carmina, quibus apparet, Virgilium, quæ diximus, aboleri juſſiſſe. Ea carmina Plinius, Gellius & Macrobius ſecuti videntur. Sed ego quæro, quis iſte Cornelius Gallus: is certè non eſt, quem Virgilius ita dilexit, ut ejus laudes in fine libri quarti Georgicorum fuerit olim complexus: ſiquidem ille multò ante Virgilium (quod Euſebius oſtendit) obierat: nec, ſi tùm vixiſſet, ea ſcripſiſſet ad Auguſtum, quem ſibi tantopere iratum ſciebat. Verùm fuerit alter Gallus etiam doctiſſimus, & Sulpicius iſte Carthaginenſis inter optimos Poëtas ſit numeratus: an ego propterea rem ſomnio perſimilem non credam? Credam potius eſſe ſomnium Grammaticorùm, qui tum, Cæſare conſentiente, id totum finxerint, ut major autoritas huic operi pararetur. Hæc omnia majores noſtri videre potuerunt, nec illud diſſimulare quod idem ſcriptor affirmat, Virgilium adeo gloriæ contemptorem fuiſſe, ut, cùm quidam quoſdam verſus ipſius ſibi adſcriberent, eâque re docti haberentur, non modò non ægrè tulerit, ſed gratum etiam habuerit: cùm tamen idem dicat, eum æquo animo non tuliſſe quod Bactillus ſive*

*Bacil-*

*Batillus ſibi duos verſus, quos ipſe compoſuerat, adſcripſiſſet.*

*Illud item eſt animadvertendum, an credi debeat, Virgilium Auguſto conſilium dediſſe ut imperaret: cùm Dion ad Mæcenatem referat, nec ullus ſcriptor, quod ad hanc rem pertineat, de Virgilio meminerit, ſcripturus, ſi quid ille unquam omninò eâ de re dixiſſet. Quin ne videtur quidem dicere potuiſſe. Virgilius enim poſt amiſſum agrum, hoc eſt, aliquantò poſt Antonium victum, ut iſti dicunt, Romam venit, at Octavianus poſt oppreſſum ſtatim Antonium de Rep. reddendâ cogitavit, cùm princeps adhuc non poſſet appellari. Virgilius autem dicitur in ipſâ vitâ, cùm adhuc in ſtabulo ſerviret, illum & Auguſtum & principem nominaſſe. Nec mirum eſt, eum ſcriptorem (ſi modò illa ſunt ab uno ſcriptore ſcripta, & non ex pluribus potius collecta) toties errare, cùm ſcribere non dubitârit, die tertio Iduum Martiarum (ut ipſe loquitur) C. Cæſarem occiſum fuiſſe; cùm ſcriptores omnes teſtentur, ac lippi & tonſores etiam ſciant, Idibus Martiis interfectum. Illum tamen Servius hac in parte maluit, quàm reliquos ſcriptores, imitari. Quanquam non deſunt qui putent, eam vitam ab eodem Servio ſcriptam fuiſſe; quod verum eſſe non poteſt, cùm Servius aliter ſæpe ſentiat. Alii Donato malunt adſcribere. Id ego minùs credo, qui ſciam, Donatum (quem Servius etiam nominet) virum doctiſſimum fuiſſe: eum verò qui hanc vitam ſcripſit, vel indoctiſſimum; qui neque Latinè loqui ſciret, & ea ſcriberet, quæ neque vera, neque veriſimilia videri poſſent. Quæ ſi velimus omnia colligere, ſimus multò, quàm par ſit, longiores. Quare potius ex, quæ ſunt ab eo relicta, paucis colligamus.* Virgilium (*inquit Seneca*) illa felicitas ingenii in oratione ſolutâ reliquit: *vita tamen ſcriptor illum cauſam unam egiſſe,*

*ſe, & Symmachus apud Macrobium, epiſtolas ſcripſiſſe teſtantur: ut mittamus, quod idem vitæ ſcriptor ait, quoſdam tradere, Virgilium Æneida proſaicâ priùs oratione formatam digeſtamque in duodecim libros, particulatim componere inſtituiſſe. Non negamus ipſi tamen, eum faciendis carminibus feliciorem fuiſſe: quæ tamen ille quàm pauciſſima ſingulis diebus faciebat, ut Quintilianus & Gellius affirmant.*

*Nullum Præceptorem Virgilio legimus (inquit Franciſcus Petrarcha) malè: nam Macrobius autor eſt, eum Parthenio Grammatico in Græcis literis uſum fuiſſe; Servius autem Sironem ejus doctorem in rebus Epicureis agnoſcit. Nec video, quem ſecutus autorem Franciſcus idem Petrarcha ſcripſerit, Marcellum, Octaviæ filium, à Virgilio reprehenſum, vel irriſum fuiſſe, quòd avibus delectaretur. Hunc Poëtam quanti fecerit Auguſtus, notum: quanti populus Romanus, hiſce verbis Cornelius Tacitus oſtendit.* Populus Romanus, auditis in theatro verſibus Virgilii, ſurrexit univerſus, & forte præſentem ſpectantemque Virgilium veneratus eſt ſic quaſi Auguſtum. *Quem quidem honorem paucis tribui ſolitum Plutarchus oſtendit. Hunc Alexander Severus Imperator Platonem Poëtarum vocabat, ipſiuſque imaginem cum ſimulacro Ciceronis in ſecundo larario (ut loquitur Lampridius) habuit. Sic Homerus, & Virgilius Alexandrum, uterque ſuum, ſortiti videntur.*

*Hujus opera Græci (quod Ovidio quoque, & præterea nemini, vel certè paucis contigiſſe videmus) in ſuam linguam converterunt. Huic tantum veteres tribuerunt, ut nullus penè bonus ſcriptor reperiatur, qui non illum (ſi fortè locus occurrat) commendet, & Poëtis omnibus anteponat. Ovidius certè, cùm ſemper, & ubicunque datur occaſio, Virgilium laudat, tùm ex illius verſibus tragœdiam confeciſſe dicitur: ut Auſonius,*

*Proba,*

*Proba, Pomponius, & alii poſtea multi centones confecerunt. Silius Italicus diem Virgilii natalem quotannis celebrabat: quod & Jacobum Sanazarium ſuperioribus annis feciſſe ferunt. Natus eſt autem Idib. Oct. ut libro duodecimo Martialis oſtendit:*

Majæ Mercurium creaſtis Idus:
Auguſtis redit Idibus Diana:
Octobres Maro conſecravit Idus:
Idus ſæpè colas, & has, & illas:
Qui magni celebras Maronis Idus.

*Statius ſuam Thebaida monet, ut Æneida longè ſequatur, & ejus veſtigia ſemper adoret. Lucanus Virgilii elegantiam ut conatus eſt, ita quibuſdam videtur ſatis exprimere: doluit ipſe tamen ſibi multum ad Culicem reſtare. Quid multa? virùm planè divinum fuiſſe Virgilium licet credere: cùm, quæ ſcripſit, ea divinitùs ſcripſiſſe videatur: quippe cùm verſus illius veteribus oraculorum inſtar fuerint (undè* Sortes Virgilianæ *dicuntur) & ſatis conſtet, Secundianum, Verianum pictorem, & Marcellianum oratorem, homines à noſtrâ religione prorſus alienos, cùm verſus illos legiſſent:*

Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo,
Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Jam nova progenies cœlo demittitur alto,

*(quibus Chriſtum ſignificari multi putant) protinus ad hanc ipſam noſtram religionem tranſiiſſe. Verùm nullus erit finis, ſi cuncta velim, quæ de Virgilio dici poſſent, perſequi. Quare nos illis, qui vitas ſcribunt, cætera, quæ dici poſſent, relinquamus: & illud, quod Suetonius ait, referamus: Q. Cæcilium Epirotam Grammaticum, primum fuiſſe, qui Virgilii libros publicè ſit interpretatus.*

TE-

Digitized by Google

# TESTIMONIA
## DE
# VIRGILIO,
## ET
# EJUS SCRIPTIS.

### OVIDII DE ÆNEIDE.

*Tityrus & ſegetes, Æneïaque arma legentur,*
*Roma triumphati dum caput orbis erit.*

### EJUSDEM.

*Et profugum Ænean altæ primordia Romæ,*
*Quo nullum Latio clarius extat opus.*

### EJUSDEM AD AUGUSTUM.

*Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor*
*Contulit in Tyrios arma virumque toros:*
*Nec legitur pars ulla magis de corpore toto,*
*Quàm non legitimo fœdere junctus amor.*
*Phyllidis hic idem, teneræque Amaryllidis ignes*
*Bucolicis juvenis luſerat antè modis.*

### Ex STATIO, ubi Thebaïdem ſuam alloquitur.

*Vive precor: nec tu divinam Æneida tenta,*
*Sed longè ſequere, & veſtigia ſemper adora.*

### Ex JUVENALE, Sat. XI.

*Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis*
*Altiſoni dubiam facientia carmina palmam.*

### Ex AUSONIO.

*Te præeunte, nepos, modulata Poëmata Flacci,*
*Altiſonumque iterum fas eſt didiciſſe Maronem.*

### ALCIMI de VIRGILIO & HOMERO.

*Mæonio vati qui par aut proximus eſſet,*
*Conſultus Pæan riſit, & hæc cecinit:*
*Si potuit naſci quem tu ſequereris, Homere,*
*Naſcetur qui te poſſit, Homere, ſequi.*

### Ex SILIO Lib. VIII.

*Mantua Muſarum domus, atque ad ſydera cantu*
*Evecta Andino, & Smyrnæis æmula plectris.*

VEL-

VELLEJUS. *lib.* 1. Princeps carminum Virgilius.

MARCELLINUS *lib.* 15. & 19. Excelſum, eminentiſſimum vatem, Poëtam præclarum nominat.

MACROBIUS *lib.* 1. *Somn. Scipion. cap.* 1, 2, & 7, Homericæ perfectionis per omnia imitator: nullius diſciplinæ expers, & quem nullius diſciplinæ error involvit.

IDEM *Saturn. lib.* 5. *cap.* 18. Fuit Virgilius ut ſcrupuloſè & anxiè, ita diſſimulanter & quaſi clanculo doctus: ut multa tranſtulerit, quæ undè tranſlata ſint, difficile ſit cognitu.

D. HIERONYMUS. Virgilius alter apud nos Homerus.

D. AUGUSTINUS. Virgilium pueri legant, ut Poëta magnus omniumque præclariſſimus atque optimus, teneris imbibitus annis, non facilè oblivione poſſit aboleri.

LACTANTIUS. Latinorum Poëtarum primus Virgilius.

QUINTILIANUS *l.* 1. *cap.* 14. Cætera admonitione magnâ egent: imprimis, ut teneræ mentes, tractaturæque altius quicquid rudibus & omnium ignaris inſederit; non modò quæ diſerta, ſed magis quæ honeſta ſunt, diſcant. Ideòque optimè inſtitutum eſt, ut ab Homero atque Virgilio lectio inciperet: quanquam ad intelligendas eorum virtutes, firmiore judicio opus eſſet.

TACITUS. *in Dialog. de Orat.* Exercetur enim jam ab Oratore etiam Poëticus decor, non Accii aut Pacuvii veterno inquinatus: ſed ex Horatii, & Virgilii, & Lucani ſacrario prolatus.

P. VIRG.

Digitized by Google

# P. VIRGILII MARONIS

# *BUCOLICA.

## † Ecloga I. cui nomen TITYRUS.

### ARGUMENTUM.

CUm Virgilius, cujus perſonam hic ſuſtinet Tityrus paſtor, agrum vicinum Cremonæ amiſiſſet, Romam venit: ubi cùm ſua eum carmina Mecœnati commendaſſent, Mecœnas autem Auguſto, agrum recuperavit. Tityrum igitur felicem eſſe prædicat paſtor Meliboeus, (ſub cujus nomine cæteri quoque paſtores Mantuani intelliguntur) & ſuam contra calamitatem deplorat, finibus ſuis à milite veterano pulſus. Ipſe autem Tityrus ſe tanti beneficii autorem colere & ſemper culturum eſſe profitetur.

### MELIBOEUS, TITYRUS.

ME. Tityre, tu [1] *patulæ* [2] *recubans ſub tegmine* [3] *fagi*,
[4] *Sylveſtrem tenui muſam meditaris* [5] *avenâ*.
*Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva:*
*Nos* [6] *patriam fugimus: tu, Tytire,* [7] *lentus in* [8] *umbrâ*
*Formoſam reſonare doces* [9] *Amaryllida ſylvas.*
TI. O [10] *Melibœe,* [11] Deus nobis [12] hæc otia fecit:

* Subintellige [illegible], bubulcus: q. d. carmina paſtoralia *Bucolica* ergo dicta ſunt à cuſtodiâ boum.
† Ab [illegible] & λέγω, quaſi ſelectus paſtorum de rebus captivis ſermo.
1 Latè patentis.
2 Otioſus & ſecurus jacens.
3 Arboris tam glandiferæ.
4 Ruſticum carmen μελετᾷς, exerces ludis.

5 Fiſtulâ. 6 Τὴν πατρίδα φεύγομεν, agris exuti patrium ſolum exilio mutamus, infrà verſ. 65. Patho[illegible] loco. Vide Macrob. Sat. l. 4. c. 3. 7 Securè & otioſè recubans. Sic Æn. 12. *quorum lenti conſedimus arvis.* 8 Fagi tuæ. 9 Nomen amicæ tuæ, vel carmen de amica tua formoſa compoſitum: *Allig.* Romam, id eſt, ſonitu per Echo repræſentare, id eſt, canis, ut ſylvæ reſonent. 10 Ω [illegible] μέλημα τῶν βοῶν, id eſt, cura boum. 11 Octavius Cæſ. qui mihi propter beneficentiam in reddendis agris, indulto ocio ac libertate, numinis inſtar eſt, ei que & poſt mortem, & dum vivit. Alii enim Imperatores poſt mortem referebantur in numerum Deorum: Auguſto autem viventi divini honores habiti. Horat. Ep. 1. l. 2. *Præſenti tibi maturos largimur honores Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras.* 12 Hanc quietem & ſecuritatem.



Nam-

Digitized by Google

*Namque erit ille mihi ſemper* 1 *Deus :* 2 *illius aram*
*Sæpè tener noſtris ab ovilibus* 3 *imbuet agnus.*
4 *Ille meas* 5 *errare boves (ut cernis) & ipſum*
6 *Ludere, quæ vellem,* 7 *calamo permiſit agreſti.*
ME. *Non equidem* 8 *invideo, miror magis : undique totis*
9 *Uſque adeò turbatur agris : en ipſe capellas*
10 *Protenùs æger* 11 *ago, hanc etiam* 12 *vix, Tityre, duco.*
*Hîc inter denſas corylos* 13 *modò namque* 14 *gemellos,*
15 *Spem gregis, ah! ſilice in* 16 *nudâ connixa reliquit.*
*Sæpè* 17 *malum hoc nobis, ſi mens non* 18 *læva fuiſſet,*
19 *De cœlo tactas memini prædicere quercus,*
*Sæpè* 20 *ſiniſtra cavâ* 21 *prædixit ab ilice cornix.*
*Sed tamen* 22 *iſte Deus qui ſit,* 23 *da, Tityre, nobis.*

1 Deus unde dictus ſit, variæ hic ſeſe offerunt eruditorum ſententiæ. Alii enim à *dando* deducunt, quod Deus det omnia, tanquam bonorum omnium fons. Alii à Græco Δέ⊙, quod timorem ſignificat, tanquam ſit res aliqua, cui debeatur timor. Hinc illud Statii: *Primus in orbe Deus fecit timor.* Plerique à Græco vocabulo Θεὸς deducunt, quod quidam derivant vel à θεάομαι, id eſt, *video*, quòd Deus omnia *videat* : vel à θέω, pro quo uſitatius eſt τίθημι, id eſt, *diſpono*, quòd Deus omnia ritè & ſuo quæque ordine *diſponat*. Cæterùm ſolent Latini ſcriptores vocem *Dei* etiam iis tribuere, qui in re aliqua eximiè multumque ſupra cæteros velut Dii quidam excellunt. Item qui nobis auxilio, præſidio ad ſalutem, libertatem, ad res denique magnas nobiſque neceſſarias, ſingulari ac divino fuerunt: ita ut hic Tityro Auguſtus vocari *Deus* rectè poſſit ob magnitudinem collati in ipſum beneficii. Ter. Adelph. *Laudarier te audit libenter: facio te apud illum* Deum. 2 In honorem ejus ædificatam. 3 Sanguine ſuo ceſſ erget. 4 Vide Senecam de beneficiis. l. 4. c. 6. 5 Liberè vagari ac paſci. Ut Ecl. 2. *Mille meæ Siculis* errant *in montibus agnæ.* Horat. Ode 2. Epod. *Aut in reductâ valle mugientium Proſpectat* errantes *greges.* 6 Verſibus ſcribere. Sic Georg. 4, *Carmina, qui luſi, paſtorum.* Sciendum eſt, legem fuiſſe latam, ut nullus aliquid componeret, ni priùs ad ædiles acceſſiſſet, & ſcribendi veniam, cùm illi priùs ſcriptoris vires perpendiſſent, mox que ſecundum ingenii capacitatem & doctrinam dabant componendi poteſtatem, impetraſſet: deinde præerant recitandis, & recitata emptitabant. 7 Fiſtula ſive cantilena ruſtica. Suprà vocavit *tenuem avenam.* 8 Proſperitati tuæ. 9 In tantum, ut meritò admirari queam tantum te otii agitare. 10 Longe hinc, vel prægredientes longe : quaſi porrò tenus. Serv. à *Protinus*, id eſt, valde, & apponunt τῷ *æger.* 11 Impello. 12 Non ſine difficultate. 13 Paulò ante. 14 Binos fœtus uno partu. 15 Nempe marem & fœminam. 16 Sine foliis & virgultis. 17 Exilium hoc, fugam hanc. 18 Stulta & veſana, ſibi adverſa. 19 Fulmine afflatas. 20 Malum portendens. 21 Nobis ſc. hoc malum. 22 Qui ſit tuus, cujus mentionem facis, Deus. 23 Dic. Ter. *Nunc, quamobrem has partes didicerim, paucis* dabo: uti *accipe* pro *audi.* Accipe *nunc Danaum inſidias.* 2. Æn.

Digitized by Google

TI. [1] *Urbem, quam* [2] *dicunt Romam, Melibœe, putavi*
[3] *Stultus ego* [4] *huic noſtræ ſimilem,* [5] *quò ſæpè ſolemus*
*Paſtores ovium teneros depellere fœtus.*
[6] *Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hædos*
*Noram, ſic parvis componere magna ſolebam.*
*Verùm* [7] *hæc tantùm alias inter caput* [8] *extulit urbes,*
[9] *Quantùm lenta ſolent inter viburna cupreſſi.*
ME. [10] *Ecquæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?*
TI. [11] *Libertas: quæ ſera, tamen reſpexit inertem,*
[12] *Candidior poſtquam* [13] *tondenti barba cadebat:*
*Reſpexit tamen, &* [14] *longo poſt tempore venit:*
[15] *Poſtquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.*
*Namque (fatebor enim)* [16] *dùm me Galatea tenebat,*
*Nec ſpes libertatis erat, nec cura* [17] *peculî.*
*Quamvis multa meis* [18] *exiret* [19] *victima* [20] *ſeptis,*
*Pinguis &* [21] *ingratæ premeretur caſeus urbi,*
*Non unquam* [22] *gravis ære domum mihi dextra redibat.*
ME. [23] *Mirabar, quid mœſta Deos,* [24] *Amarylli, vocares,*

1 Cùm potius cœlum dici mereatur. Interrogatus autem de Deo Tityrus, ruſtica ſimplicitate locum præſcribit, ac longo intervallo ad interrogata reſpondet. 2 Omnes ferè homines. 3 Ego ruſticus. 4 Urbi Mantuæ. 5 Ad quam agnos lacte depulſos agere venales ſolemus. 6 In tali proportione, in quâ Mantuam Romæ ſimilem putavi. 7 Roma. 8 Levavit. 9 Quantum cupreſſi ſolent extollere caput inter frutices ac flexibiles ac tenellos. 10 Al. *Et quæ.* 11 Fuit cauſa. 12 Cùm Virgilius Bucolica ſcripſerit juvenis, τὸ *Candidior* alii ad libertatem detorquent: alii *lanuginem primam* intelligi volunt. Quoniam verò eum poſteà Melibœus ſenem bis vocat, Turnebus l. 2. c. 26. ſentit poëtam (cum ſe fingat ſervum, libertatis deſiderio Romam profectum) reſpexiſſe ad imaginem ſervorum, qui jam ætate grandiores, vel etiam peculio ſuo, non rarò libertatem conſecuti ſunt. Græci autem ſervos etiam ſenes appellabant παῖδας. 13 Eam abradenti, id eſt, tonſori, id eſt, poſtquam primam barbam mihi abradi feceram, cùm tamen eam libertatem junior impetrare potuiſſem. 14 Quàm barbam radere cœperam. 15 Ex quo Romam veni, relictâ Mantuâ. 16 Dùm Mantuæ quidem agerem, non pauca ingenii mei ſpecimina edidi, cùm tamen nullo apud rudes meos municipes in pretio eſſet ars mea, deplorata jam omni honoris, quæ artes alit, ſpe, languore confecta Muſa tacuit, excidit mihi carminis ſtudium, & cura. 17 Lucri. 18 Depelleretur ad urbem. 19 Agnus, aut vitulus dignus qui victima fieret pro victis hoſtibus. 20 Ovilibus. 21 Parum aut nihil mercedis pro ſumptu & laboribus pendenti. 22 Onuſta pecuniâ. 23 Apoſtrophe ad urbem Romam. Mirabar quiſnam is eſſet, cujus nomine Romani Auguſto ſupplicarent, ut ſui illi manerent agri, video jam fuiſſe Virgilium, cui omnes ordines ſummis ſtudiis favent. 24 Per hanc Roma intelligenda, quam mœſtam, abſente Tityro, Melibœus ait, quò amico gratificetur.



Digitized by Google

*Cui pendêre ſua patereris in arbore poma:*
*Tityrus hinc aberat: ipſa te, Tityre, pinus,*
*Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.*
TI. [1] *Quid facerem? neque ſervitio me exire licebat,*
*Nec tam* [2] *præſentes* [3] *alibi cognoſcere* [4] *Divos.*
[5] *Hic illum vidi* [6] *juvenem, Melibœe,* [7] *quotannis*
*Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.*
*Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti:*
[8] *Paſcite,* [9] *ut antè, boves, pueri,* [10] *ſubmittite tauros.*
ME. [11] *Fortunate ſenex, ergo tua rura* [12] *manebunt,*
*Et tibi magna ſatis;* [13] *quamvis lapis omnia nudus*
*Limoſoque palus* [14] *obducat paſcua junco.*
*Non inſueta* [15] *graves* [16] *tentabunt pabula* [17] *fœtas,*
*Nec* [18] *mala vicini pecoris* [18] *contagia lædent.*
*Fortunate ſenex,* [19] *hic inter* [20] *flumina nota,*
*Et fontes* [21] *ſacros* [22] *frigus captabis* [23] *opacum.*
[24] *Hinc tibi, quæ ſemper vicino ab limite* [25] *ſepes,*
[26] *Hyblæis apibus* [27] *florem depaſta ſalicti,*
*Sæpè levi* [28] *ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.*

1 Apud Galateam ſeu Mantuam. 2 Propitios, faventes, ad opem ferendam paratos. Præſentia enim favorem & animum adjuvandi magis declarat. 3 Quam Romæ. 4 Heroas ac principes viros. 5 In urbe Româ. 6 Auguſtum, quo nullum numen præſentius, qui tanquam ex oraculo reſponſum dedit. Juvenem ſe vidiſſe ait: ea enim ætas fuit Auguſti, cùm rerum potitus eſt, anni undeviginti. 7 Cujus immortale beneficium ſingulis annis duodecim dies, id eſt, ſingulis menſibus unum diem ſacrificiis colo, id eſt, cujus præſentiſſimo potentiſſimoque numini ſingulis Kalendis rem facio divinam. 8 Poſſeſſiones veſtras recipite & Muſis vacate. 9 Ut paviſtis antè priuſquam agri veſtri ablati eſſent. 10 Jugo ad arandum. 11 O Tityre, fortunate ſenex future, ut ad tempus futurum, non ad ætatem Virgilii referatur. 12 In poſſeſſione tuâ. 13 Ut quæ à ſaxoſo monte ad Mincium ſe extendant, ut Ecloga 9. 14 Obſideat. 15 Gravidas, prægnantes. 16 Corrumpent. 17 Oves, quæ jam pepererunt, partu levatas. 18 Nociva & infectiva ſcabies. 19 In hoc loco, ne moleſtum ſit proficiſci. 20 Padum & Mincium. De hoc 3. Georg. *Tardis ubi flexibus errat Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas.* 21 Nymphis Najadibus conſecratos. Omni enim fonti numen præeſſe credebatur propter perennem ſcaturiginem. 22 Refrigerium. 23 Sub denſis arboribus. 24 Ex unâ parte, ſc. à palude parvo ſeu dulci apum murmure commemorat Melibœus aurium oblectamenta, quibus, manente ſibi ruſculo ſuo, fruiturus ſit Tityrus ſecuriſſimè. 25 Ponens terminum inter te & proximum. 26 Synecdoche. *Hybla* autem mons erat Siciliæ, thymo ad mellificia clarus. 27 Habens florem multarum ſalicum depaſtum ab apibus optimum mel conficientibus, ut faciunt Hybleæ apes. 28 Horat. Od. 2. Epod. *Fonteſque lymphis obſtrepunt manantibus, Somnos quod invitet leves.*

1 *Hinc*

[1] *Hinc altâ ſub* [2] *rupe canet* [3] *frondator* [4] *ad auras*,
*Nec tamen interea rauca, tua cura,* [5] *palumbes*,
*Nec* [6] *gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo.*
TI. *Antè* [7] *leves ergo paſcentur in* [8] *æthere cervi*,
*Et freta* [9] *deſtituent* [10] *nudos in littore piſces:*
*Antè, pererratis* [11] *amborum finibus, exul*
*Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,*
[12] *Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.*
ME. [13] *At nos* [14] *hinc, alii* [15] *ſitientes* [16] *ibimus Afros;*
[17] *Pars Scythiam, &* [18] *rapidum* [19] *Cretæ veniemus Oaxen,*
*Et* [20] *penitùs toto diviſos orbe Britannos.*
*En unquam patrios longo poſt tempore* [21] *fines,*
*Pauperis & tuguri* [22] *congeſtum ceſpite culmen,*
*Poſt aliquot (mea* [23] *regna) videns, mirabor* [24] *ariſtas?*
*Impius hæc tam culta* [25] *novalia miles habebit?*
[26] *Barbarus has ſegetes? en,* [27] *quò* [28] *diſcordia cives*
*Perduxit* [29] *miſeros! en queis conſevimus agros!*
[30] *Inſere nunc, Melibœe, pyros,* [31] *pone ordine vites:*
[32] *Ite meæ,* [33] *quondam felix pecus, ite capellæ:*

1 Ex alia parte. 2 In qua vites conſitæ ſunt. 3 Ruſticus mercenarius decerpens frondes. 4 Sublimè & alta voce. 5 Columbæ ſylveſtres. 6 Querulosè canere. 7 Veloces. Quoad vixeris, ſe Auguſtum, ut de ſe quam optime meritum, grata memoria proſecuturum, & ante oculos nunquam non habiturum, congeſtis aliquod ἐκ τῶν ἀδυνάτων, pollicetur. 8 Summo aëre. 9 Derelinquent. 10 Nunquam teg[illegible]olitos. 11 Α'λλάξαντες, id eſt, permutatis ſedibus Arar Parthiam, Tigris Germaniam alluet, vel Germani patriâ ejecti Parthiam incolent, Parthi Germaniam. E decoro autem inſcitiæ paſtoralis Gallicum fl. pro Germano poſitum Armenium pro Parthico. 12 Quàm vultus illius munificentiſſimi juvenis Auguſti decidat à memoria noſtra. 13 Meliboeus ſecuritati & otio Tityri exilium ſuum objicit. Pathos à loco Macrob. Sat. l. 4. c. 3. 14 A patria noſtra. 15 Frequenti ſiti laborantes ob calorem. 16 Adibimus. 17 Alii. 18 Velociter currentem. 19 Cretæ regionis fluvium. 20 A continenti diviſos inſulares. 21 Limites, quibus ejectus ſum. 22 Compoſitum. 23 Meos agros, poſſeſſiones meas. Cic. *Id niſi, in tuo regno eſſemus, non tuliſſem*, id eſt, in tua villa. Meliboeus ergo ex affectu, quo plerumque agricolæ ſibi regum fortunas ſuperare videntur, cùm illis proprio agello frui licet, procul negotiis, proculque diſcordibus armis, ſua regna vocat, pauperis tugurii culmen, agellumque ſuum: quæ ſibi ſatis magna, quibuſque ſe fortunatum putabat, cum ea retineret. Sicut de Tityro, ſua tutò poſſeſſuro, ait: *Fortunate ſenex*, &c. 24 Spicas, meſſes, annos. Metalepſis. 25 Innovata arva. 26 An miles alienigena habebit has ſegetes tam cultas? 27 Ad quem ſtatum, ad quam miſeriam. 28 Bellorum civilium. 29 Quorum coloni expelluntur. 30 Apoſtrophe & Epitrope ad ſe ſuoſque cives amara. Q. d. Agite Mantuani, arbores ſerite, agros colite, vites maritate & diſponite, ut alieni tandem, vobis ejectis, fructus percipiant. 31 Ut melius ſolem excipiant. 32 Diſcedite à me. 33 Quæ aliquando fuiſtis pecus diligenter curatum & paſtum.



Digitized by Google

*Non ego vos poſthac viridi* [1] *projectus in antro,*
[2] *Dumoſâ pendêre procul de rupe videbo:*
*Carmina nulla* [3] *canam: non, me* [4] *paſcente, capellæ*
*Florentem* [5] *cythiſum, & ſalices* [6] *carpetis* [7] *amaras.*
TI. [8] *Hic tamen hanc mecum poteris requieſcere noctem*
*Fronde ſuper viridi: ſunt nobis* [9] *mitia poma,* 81
*Caſtaneæ* [10] *molles, &* [11] *preſſi copia lactis.*
*Et jam ſumma procul villarum culmina* [12] *fumant,*
[13] *Majoreſque cadunt altis de montibus umbræ.*

1 Recubans. 2 Dumis plena. 3 Ut ſolebam. 4 Paſtore veſtro exiſtente. 5 Florem illum ſucci plenum, unde multum lactis oves effundunt, à Cythiſo inſulâ dictum. 6 Abrodetis. 7 Hominibus ſc. ſed vobis dulces. 8 In his tuguriis meis. 9 Matura & mollia, Horat. Od. 2. Epod. *Vel cùm decorum mitibus pomis caput Autumnus arvis extulit.* Eadem tranſlatione utitur 1. Georg. *Mites uva, mitis vindemia.* 10 Maturæ ac recentes. 11 In caſeum coacti, id eſt, copia caſei eſt nobis. Ovid. Met. 8. *Lactis maſſa coacti.* 12 Propter adventum noctis. Sole enim occidente, fumi apparent craſſiores, umbræ montium majores. 13 Id eſt, noxeſcit. Sic Ecl. 2. *Et Sol creſcentes decedens duplicat umbras.*

## Ecloga II. cui nomen * A L E X I S.

* Mœcenatis fuiſſe puerum innuit Martialis l. 8. Ep. 56. Alii tamen Cornelium Gallum ſignificari volunt. Alii Auguſtum. Apud Theocritum autem (quem ſibi imitandum in Bucolicis proponit noſter) Æpolus ſe ab Amaryllide ſpretum queritur. 3. Idyl.

### ARGUMENTUM.

Coridon paſtor, Alexidis pueri amore captus, nihil eorum prætermittit, quæ ad puerilem animum demulcendum, mutuumque amorem conciliandum, poſſunt pertinere: verum ubi ſe neque querelis, neque blanditiis, aut munuſculis quidquam proficere intelligit, tandem ad ſe rediens, dementiamque ſuam agnoſcens, ad intermiſſam rei familiaris curam ſibi ſtatuit revertendum; ut aſſueto labore infelicis ſui amoris (qui fere ex otio naſci ſolet) tædium diſcutiat. Sub Corydone autem (ſi Donato credimus) Virgilium; ſub Alexide Alexandrum intelligimus, Pollionis puerum: quem ab eo poſtea dono accepit.

*Formoſum* [1] *paſtor Corydon* [2] *ardebat Alexin,*
[3] *Delicias* [4] *domini,* [5] *nec, quid ſperaret, habebat.*
[6] *Tantùm inter* [7] *denſas, umbroſa cacumina, fagos*

1 Ovium. 2 Deperibat. Sic Horat. l. 4. Od. 9. *Non ſola* (Helena) *comptos arſit adulteri crines.* Helleniſm. Hujuſmodi verba Em. Alvarez appellat *Neutroactiva.* 3 Hominem, qui nobis ſingulari oblectamento eſt, & in quem propendere plurimum ſolemus, ſcriptores *delicias* nominant. Cic. Ep. l. 7. Deliciæ verò *tua Æſopus ejuſmodi fuit.* Ad Att. l. 1. *Tulliola* deliciæ *noſtra.* 4 Patroni ſui Aſinii Pollionis. 5 Nec Corydon habebat, unde ejus potiundi ſpem haberet. 6 Tantummodò hanc ſpem habere videbatur, quòd inter denſas, &c. 7 Habentes denſa & umbroſa cacumina.

*Aſſi-*

*Aſſiduè veniebat: ibi hæc* [1] *incondita ſolus*
*Montibus & ſylvis* [2] *ſtudio jactabat* [2] *inani.*
[3] *O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,*
[4] *Nil noſtri miſerere: mori me* [5] *denique* [6] *coges.*
[7] *Nunc etiam pecudes* [8] *umbras & frigora captant;*
*Nunc virides etiam occultant* [9] *ſpineta* [10] *lacertos:*
[11] *Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus* [12] *æſtu*
*Allia ſerpillumque, herbas contundit olentes.*
[13] *At mecum raucis, tua dùm veſtigia* [14] *luſtro,*
*Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.*
[15] *Non-ne fuit* [16] *ſatiùs triſtes Amaryllidis iras,*
*Atque* [17] *ſuperba pati* [17] *faſtidia?* [18] *nonne Menalcam?*
*Quamvis* [19] *ille niger, quamvis* [20] *tu candidus eſſes.*
*O formoſe puer,* nimiùm ne [21] crede colori:
*Alba* [22] *liguſtra* [23] *cadunt,* [24] *vaccinia nigra* [25] *leguntur.*
[26] *Deſpectus tibi ſum, nec, quis ſim, quæris, Alexi:*
[27] *Quàm dives pecoris nivei, quàm lactis abundans.*

1 Indigeſta, temerè effuſa, abrupta, & inculta, quæ ſequuntur, carmina. 2 Conatu ſtulto. 3 Ab hoc loco ad finem uſque carmen amatorium ipſius Corydonis. Habet autem partes ſeptem. 1. expoſtulationem. 2. ſui accuſationem. 3. ſui commendationem. 4. invitationem. 5. munerum oblationem. 6. rurſus ſui reprehenſionem. 7. commonitionem ſui, & conſolationem. 4 Nulla in re. Q. d. Non reddis ereptos mihi agròs. 5 Ut uno verbo crudelitatem tuam explicem. 6 Al. coges. 7 Cùm cæteri c[illegible]nes, pecudes, lacerti, meſſores refrigerium ſuum & requiem nacti ſunt adverſus meridiani ſolis rabiem: ego ſolus, niſi quando concinant cicadæ, dum te inquies quærito, foris æſtu, intus amore ardeo. 8 Frigus umbrarum. Sic Ecl. 1. *Frigus opacum.* 9 Spinarum copia & multitudo. 10 Serpentes. 11 Mulier ruſtica moretum apparat pranſuris & interquieſcentibus meſſoribus. 12 Solis. 13 Sed arbuſta referant cantilenam meam cum cicadis, aſſiduo cantu raueſcentibus, id eſt, referunt cantum meum & cicadarum. 14 Inquiro. 15 Quod Amaryllida propter Alexandrum reliquerit, ſeſe arguit. 16 Meliùs. 17 Superbum contemptum. 18 Nonne fuit ſatius pati Menalcam, paſtorem nigrum & deformem? 19 Menalcas. 20 O Alexi. 21 Confide. Quam hîc mutationem formæ in deterius Corydon Alexidi, eandem Ligurino proponit Horat. l. 4. Od. 10. *Inſperata tua cùm veniet pluma ſuperbia,* &c. Sic Ovid. Triſt. l. 3. El. 7. *Iſta decens facies longis vitiabitur annis,* &c. 22 Liguſtri fruticis flores, qui candidi. 23 In terram decidunt, quia inutilia ſunt, nemine ea colligente. 24 Alii mora agreſtia ſtatuunt vaccinia, alii nigras violas & hyacinthos. 25 Colliguntur, quia utilia ſunt. 26 Contemptus à te ſum, nec inquiris, qualis ſim. 27 Multis deinceps verſibus Corydon ſuas opes laudat, quæque in Alexin paratus ſit conferre præmia, omnia diligenter enumerat. Idem Galateæ facit Polyphemus apud Ovid. Met. 13. *Sunt mihi per montes vivo pendentia ſaxo Antra,* &c.



Digitized by Google

1 Paſcuntur. 2 Oves fœmellæ. 3 Recens mulſum. 4 Nec hyeme deſt. 5 Majora animalia, quibus armi eminent, ut ſunt boves, tauri & vaccæ. 6 Filius Jovis & Antiopæ, arte muſica inſignis, utpote qui citharæ ſono Thebana mœnia ſtruxit. *Dircæus*, Thebanus, à *Dirce* fonte Bœotiæ.

*Mille mea Siculis* [1] *errant in montibus* [2] *agnæ:*
*Lac mihi non æſtate* [3] *novum,* [4] *non frigore deſit.*
*Canto, quæ ſolitus, ſi quando* [5] *armenta vocabat,*
[6] *Amphion Dircæus in* [7] *Actæo Aracyntho.*
*Nec ſum adeò* [8] *informis:* [9] *nuper me in littore vidi,*
*Cùm placidum ventis* [10] *ſtaret mare:* [11] *non ego Daphnim,*
*Judice te, metuam, ſi nunquam fallit imago.*
*O tantùm libeat mecum tibi ſordida rura,*
*Atque humiles habitare caſas, &* [12] *figere cervos,*
*Hœdorumque gregem viridi compellere* [13] *hibiſco!*
*Mecum unà in ſylvis imitabere* [14] *Pana canendo.*
*Pan primus* [15] *calamos cerâ conjungere plures*
*Inſtituit: Pan curat oves,* [16] *oviumque magiſtros.*
*Nec te* [17] *pœniteat calamo* [18] *triviſſe labellum.*
[19] *Hæc eadem ut ſciret, quid non faciebat* [20] *Amyntas?*
[21] *Eſt mihi* [22] *diſparibus ſeptem* [23] *compacta* [24] *cicutis*
*Fiſtula,* [25] *Damœtas dono mihi quam dedit olim,*
*Et dixit moriens: Te nunc habet iſta* [26] *ſecundum.*
*Dixit Damœtas:* [27] *invidit ſtultus Amyntas.*
*Prætereà duo,* [28] *nec tutâ mihi valle reperti*

7 Παραθαλάσσιον, littorali promontorio prærupto, ſcopuloſo, ab ἀκτῇ *littus:* ut 5. Æn. *At procul in ſolâ ſecretæ Troades actâ.* Aracynthum autem agnoſcimus Bœotiæ montem. 8 Sine forma, ut ob id repudiandus ſim. 9 In aqua, tanquam ſpeculo, contemplatus ſum. Ex ruſticorum more, qui ſpeculo artificioſo, vitreo aut cryſtallino uti non ſolent. 10 Immotum maneret. 11 Ego non timeam contendere cum Daphni, paſtore Siculo, & filio Apollinis, de formoſitate. 12 Ἐλάφους βάλλειν, venari, venando tranſfigere. 13 Ad Hibiſcum, malvam Sylveſtrem, paſtum ſcil. 14 Deum paſtorum. 15 Fiſtulas. 16 Paſtores. 17 Parùm videatur. Cic. 1. Offic. *Tamdiu autem velle debebis* (ſc. audire Cratippum) *quoad te, quantum proficias, non pœnitebit.* 18 Frequenti inflatione fiſtulæ. χείλεα θλίβειν, Theocr. 24. Idyl. *Dum labro calamos percurrit hiantes.* Lucret. 4. lib. 19 Ad quæ te invito, ut ſc. ſciret terere labellum frequenti calami inflatione. 20 Paſtor ille Muſicæ parum peritus. 21 Invitat Alexin Corydon ad munera accipienda, quæ ille parata habet. Ergo diſparibus, id eſt, diverſæ quantitatis & ſoni. 22 An quia ad internodia qua junguntur cera cannæ, quæ excipiunt ſuperiores cannas? an quia junctæ ex ſeptenis cannis ad alæ figuram, aliæ aliis longiores eſſent ad diſcrimina vocum, qualem videmus Organorum ſeriem? Tibul. 2. l. 5. El. 23 Conjuncta. 24 Internodiis cicutæ, herbæ fiſtuloſæ. 25 Paſtor Muſicæ peritus. 26 Poſſeſſorem ſc. 27 Perditè eam amans fiſtulam. 28 Periculoſa. Munus commendat à difficultate.

Capreolî

Digitized by Google

*Capreoli*, [1] *ſparſis etiam nunc pellibus albo,*
*Bina die* [2] *ſiccant ovis ubera: quos tibi ſervo.*
[3] *Jampridem à me illos* [4] *abducere Theſtylis orat:*
[5] *Et faciet: quoniam* [6] *ſordent tibi munera noſtra.*
[7] *Hùc ades, ô formoſe* [8] *puer: tibi lilia plenis*
*Ecce,* [9] *ferunt Nymphæ* [10] *calathis: tibi* [11] *candida* [12] *Naïs*
[13] *Pallentes violas, &* [14] *ſumma papavera carpens,*
[15] *Narciſſum, & florem* [16] *jungit* [17] *benè olentis anethi.*
[18] *Tùm caſia, atque aliis intexens ſuavibus herbis,*
*Mollia* [19] *luteola* [20] *pingit vaccinia caltha.*
*Ipſe ego* [21] *cana* [22] *legam* [23] *tenerâ lanugine mala.*
*Caſtaneaſque nuces, mea quas Amaryllis* [24] *amabat.*
*Addam* [25] *cerea pruna: &* [26] *honos erit huic quoque* [27] *pomo.*
*Et vos, ô lauri, carpam, & te* [28] *proxima myrte:*
[29] *Sic poſitæ quoniam ſuaves miſcetis odores.*
[30] *Ruſticus es Corydon, nec munera curat Alexis:*
[31] *Nec, ſi muneribus certes, concedat* [32] *Iölas.*
*Eheu!* [33] *quid volui miſero mihi?* [34] *floribus* [35] *Auſtrum*
*Perditus, &* [36] *liquidis immiſi fontibus apros,*
*Quem fugis ah* [37] *demens?* [38] *habitarunt* [39] *Dii quoque ſylvas,*
[40] *Dardaniuſq;* [41] *Paris,* [42] *Pallas, quas condidit* [43] *arces,*

1 Habentes pelles ſparſas adhuc maculis albis. 2 Exugunt. Sic Horat. Od. 2. Epod. *Claudenſque textis cratibus laetum pecus, Diſtenta ſiccat ubera.* 3 Jam à pluſculo tempore. 4 Ut abducat. 5 Et abducet. 6 Videntur tibi ſordida. 7 Rurſum Alexin pluribus modis allicere conatur Corydon, cùm & Nymphæ ſibi obſequantur. 8 Alexi. 9 Adferunt. 10 Vaſculis vimineis. 11 Formoſa. 12 Nympha aquæ. 13 Λευκοΐα: *tinctus violâ pallor amantium.* Horat. 14 Summitatem papaverum. 15 Florem illum, in quem Narciſſum puerum transformatum fabulantur Poëtæ. 16 In ſertum colligit. 17 Suaviter. 18 Inſuper. 19 Luteoli ſeu rufi coloris. 20 Diverſarum herbarum coloribus more pictoris componit. 21 Μῆλα χνοάεντα: vel cotonea, ſive cydonia. 22 Carpam. 23 Quibus adhæret tenera lanugo. 24 Cùm à me amaretur. 25 Flava, cerei coloris, vel mollia. 26 Decor. 27 Pruno, corticem mollem habenti. 28 Quæ proxima lauro es. 29 Circum mala & poma. 30 Rerum imperitus, iners. Se ipſum ignaviæ arguit Corydon, cùm animadvertat meliora Alexin ab altero accipere poſſe. 31 Nec Iölas, paſtor ille dives, & rivalis tuus, concedet te potiri optato, ſi contendas per munera Alexin allicere. 32 Auguſtum innui volunt, dictumque Iölam quaſi Iülum. 33 Niſi maximum malum, dùm tales amores inceptarem. 34 Tranquillum ſtatum maximè turbulentum reddidi. 35 Hortis inimicum. *Pubenteſque roſæ primùm moriuntur ad Auſtrum.* Papin. 3. Sylv. 36 Claris. 37 Perverſæ mentis Alexi, qui ſylvas fugis? 38 Incoluerunt. 39 Pan, Apollo, Liber, Fauni, &c. 40 Trojanus. 41 Propter Hecubæ ſomnium expoſitus ſylvis. 42 Ἀρχιτεκτονικῆς inventrix. 43 Athenas.

*Ipſa colat:* [1] *nobis placeant ante omnia ſylvæ.*
[2] *Torva leæna lupum ſequitur, lupus ipſe* [3] *capellam:*
*Florentem cytiſum ſequitur laſciva capella;*
*Te Corydon, ô Alexi* Trahit ſua quemq; voluptas.
*Aſpice,* [4] *aratra jugo referunt ſuſpenſa juvenci,*
[5] *Et ſol creſcentes* [6] *decedens duplicat umbras:*
*Me tamen urit amor:* Quis enim [7] modus adſit amori?
[8] *Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia* [9] *cepit!*
[10] *Semiputata tibi* [11] *frondoſâ vitis in ulmo eſt.*
[12] *Quin tu* [13] *aliquid ſaltem potius, quorum indiget uſus,*
*Viminibus, mollique paras detexere junco?*
[14] *Invenies* [15] *alium, ſi te hic* [16] *faſtidit Alexis.*

1 Paſtoribus. 2 Epithetum ab ovium ſævitiâ, quæ ſumma in hac ferâ eſt. Neque verò ægre feres, ſi te amore captus perſequor. quia torva leæna, &c. 3 Quâ libentiſſime veſcitur. Eſt autem ſimilis locus apud Ovid. Met. 4. de animalibus ſe odio quodam proſequentibus: *Sic agna lupum, ſic cerva leonem, Sic aquilam pennâ fugiunt trepidante columbæ.* 4 Adveniente nocte, ſolis ardor remittitur, jugo ſolutis bobus adeſt quies: meus amor tamen non deferveſcit, non novit finem, non modum. 5 Et adveſperaſcit. 6 Occidens. 7 Finis. Ter. Eun. Act. 1. Sc. 1. *Here, quæ res in ſe neque conſilium, neque modum habet ullum, eam conſilio regere non potes.* 8 Increpatio ſui, cum adhortatione ad opus faciendum, potentiſſimum remedium amoris: qui *gignitur luxu, otio nutritur, &c.* Senec. Hippol. 9 Invaſit! 10 Ad dimidium reſecta. 11 Plenâ frondium: quam oportebat dudum frondibus nudatam, quò meliùs apricâ matureſcerent racemi. 12 Cur non. 13 Corbes, fiſcellas, calathos, ad vinum ferendum, aut uvas decerptas. 14 Εὑρήσεις Γαλάτειαν ἴσως καὶ κάλλιον ἄλλαν. Theocrit. 15 Alexia: quia *Succeſſore novo vincitur omnis amans.* 16 Cum faſtu aſpernatur.

## Ecloga III. cui nomen PALÆMON.

### ARGUMENTUM.

Menalcas & Damoetas, paſtores, mutuis primùm inter ſe conviciis certant: mox, interveniente Palæmone judice, Amoebæi carminis lege diſceptant: ubi neuter vincitur, ſed uterque alteri, Palæmonis ſententia, exæquatur.

### MENALCAS, DAMOETAS, PALÆMON.

ME. [1] *Dic mihi Damœta,* [2] *cujum pecus?* [3] *an Melibœi?*
DA. *Non, verum Ægonis: nuper mihi* [4] *tradidit Ægon.*

1 Εἴπ᾽ ἐμοί, ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες; ἦ ῥα Φιλώνδα. Οὐκ ἀλλ᾽ Αἴγωνος· βόσκεν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν. Theocrit. 4. Eidyl. 2 Cujus eſt hic grex ovium? 3 Nonne eſt Meliboei, quod Meliboeo ſurreptum eſt? 4 Credidit, commiſit.

ME.

ME. *Infelix ô ſemper* [1] *ovis pecus :* [2] *ipſe* [3] *Neæram*
*Dum* [4] *fovet, ac ne me ſibi præferat illa, veretur ;*
[5] *Hic alienus oves cuſtos bis* [6] *mulget in hora :*
*Et* [7] *ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.*
DA. [8] *Parciùs* [9] *iſta* [10] *viris tamen objicienda memento,*
[11] *Novimus & qui te,* [12] *tranſverſa tuentibus hircis,*
*Et quo, ſed faciles Nymphæ* [13] *riſêre, ſacello.*
ME. [14] *Tùm credo, cùm* [15] *me* [16] *arbuſtũ vidêre Myconis,*
*Atque* [17] *malâ vites incidere falce novellas.*
DA. [18] *Aut hic ad veteres fagos, cùm Daphnidis arcum*
*Fregiſti & calamos : quæ tu, perverſe Menalca,*
*Et cùm vidiſti* [19] *puero donata, dolebas ;*
*Et, ſi non* [20] *aliquâ nocuiſſes,* [21] *mortuus eſſes.*
ME. [22] *Quid domini facient, audent cùm* [23] *talia* [24] *fures?*
[25] *Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum*
[26] *Excipere inſidiis, multum latrante* [27] *Lyciſcâ?*

1 Oves, grex ovium. 2 Ægon Dominus. 3 Amicam nobis communem. 4 Dum amores Neæræ ſequitur aſſiduus, eamque molliter amplexatur Metaphora ducta ab avibus, pullos alarum volumine foventibus, aut ovis incubantibus : quæ vox plerumque à Poëtâ in re amatoriâ adhibetur. Æn. 4. *Hyemem inter ſe, quam longa,* fovere. Item Æn. 1. *oculis & pectore toto Haret, & interdum gremio* fovet. 5 Damœtas exiſtens mercenarius. 6 Surripit domino imprudenti. 7 Naturalis humor clam ſubtrahitur matribus & lac agnis adhuc lactantibus. *Subducere*, eſt clam tollere. Mart. Subduxit *mappas quattuor. Hermogenes.* Eſt etiam furſum vel in terram ducere : ut in Æneid. 1. *Quaſſatam ventis liceat* ſubducere *claſſem.* 8 Modeſtius. *Ego tamen vir ſum*, inquit Veſp. Suet. 13. cap. cave cui maledicas viro, ne, ſi pergas, quæ vis dicere, ea, quæ non vis, audias. Reſpondet enim ad objecta Damœtas. 9 Turpia facinora. 10 Non effœminatis, qui ulciſci poſſemus. 11 Novi enim qui te (ſcin' quid velim?) inclinarint, ac ſtupraverint ; & quid paſſus ſis ipſis hircis advertentibus ; quod niſi ad ignoſcendum benignas montium aut aquarum expertus fuiſſes Deas, violati ſacelli protinùs dediſſes pœnas. Pathos per ἀποσιώπησιν : de quo Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 12 In tranſverſum, tranſverſim. Helleniſm. id eſt, non dignantibus te aſpicere : aut angulis oculorum tuorum libidinosè ſe circum agitantibus. 13 Riſerunt turpitudinem tuam. 14 Riſiſſe Nymphas. Non diluit objecta, ſed alia Damœtæ objicit, idque Ironicè ſua perſona. 15 Quod tamen ego non feci, ſed tu. 16 Novellas arbores vicini noſtri. 17 Ad uſum malum applicata, qua tu mala uteris. Sic, *inutile ferrum cingitur.* 18 Aut ſi tunc non riſerunt, hic riſerunt. 19 Daphnidi. 20 Ratione ſc. 21 Sc. *invidiâ.* 22 Quid tandem fiet de nobis qui domini ſumus, ſi modo, &c. *vel*, quid non auſurus eſt tuus herus Ægon, ubi ſervus ejus conductitius atque idem furax audeat talia? 23 Sc. *fingere & dicere.* 24 Furaces ſervi. Furta enim ſpecialiter ſervorum ſunt. Sic Plaut. de ſervo : *Homo es trium litterarum*, id eſt, fur. 25 Plaut. Trucul. *Pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem. Qui audiunt, audita dicunt : qui vident, planè ſciunt.* 26 Furari. 27 Cane, ex lupo & cane nato.

*Et cùm clamarem: Quo nunc ſe proripit* [1] *ille?*
[2] *Tityre,* [3] *coge pecus: tu poſt* [4] *carecta latebas.*
DA. *An mihi cantando victus non* [5] *redderet ille,*
*Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum?*
*Si neſcis,* [6] *meus* [7] *ille caper fuit: & mihi Damon*
*Ipſe* [8] *fatebatur,* [9] *ſed reddere poſſe negabat.*
ME. [10] *Cantando tu* [11] *illum? aut unquam tibi fiſtula cerâ*
[12] *Juncta fuit? non tu* [13] *in triviis,* [14] *indocte, ſolebas*
[15] *Stridenti* [16] *miſerum ſtipulâ* [17] *diſperdere carmen?*
DA. [18] *Vis* [19] *ergo inter nos quid* [20] *poſſit uterque,* [21] *viciſſim*
*Experiamur? Ego hanc vitulam (ne fortè* [22] *recuſes,*
[23] *Bis venit ad* [24] *mulctram,* [25] *binos alit ubere fœtus)*
[26] *Depono: tu dic,* [27] *mecum quo pignore certes.*
ME. [28] *De grege non auſim quicquam deponere tecum:*
*Eſt mihi namque domi pater, eſt* [29] *injuſta noverca:*
*Biſque die numerant* [30] *ambo* [31] *pecus,* [32] *alter & hædos.*
*Verùm id, quod multò tute ipſe fatebere* [33] *majus,*
*(*[34] *Inſanire libet quoniam tibi)* [35] *pocula ponam*
*Fagina,* [36] *cælatum* [37] *divini opus Alcimedontis.*

1 Fur. 2 Eho, paſtor, obſerva, ne quid tibi depereat de grege. 3 Compelle in unum. 4 Loca caricibus plena. 5 Reddere debebat. 6 Victoriæ meæ præmium. 7 Quem abſtuli. 8 Quod eum lucratus eram. 9 Ne ſuo judicio ſuperatus eſſe videatur. 10 Quaſi verò tu indoctus & imperitiſſimus illum viceris. Menalcas enim indignatus, quod Damœtas Damonem viciſſe glorietur, dicit eum imperitum artis cantandi: ex quo datur Damœtæ occaſio provocandi Menalcam ad certamen Muſicum. 11 Damonem, virum peritiſſimum. 12 Compacta. 13 In locis vulgaribus, quò tres viæ ducunt. 14 Imperite cantandi. 15 Diſſonè crepitanti, non dulcem jucundumve auribus ſonum reddenti. 16 A te imperito effuſum, aut flebile. 17 Inaniter effundere. 18 Χρῄσδεις ὦν ἐσιδεῖν, χρῄσδεις καταθεῖναι ἄεθλον. Theocr. 8. Eidyll. 11. 19 Quia imperitus tibi videor. 20 In carmine. 21 Per vices canendo. 22 Quia dixi *vitulum*. 23 Manè & veſperi. 24 Vas, in quod mulgetur. 25 Singulis diebus duos fœtus ſuos. 26 In arbitrium certaminis à me pono. Veteres ſponſionibus contendebant, & earum arbitros conſtituebant, apud quos pignora quoque deponebant. 27 Quid velis deponere, ut mecum certes. 28 Quia non meus eſt grex, ſed Ægonis. Menalcas provocatus ad certamen Muſicum, ſe quidem certare paratum oſtendit, ſed non habere quod deponat. 29 Sæva. 30 Tam pater, quam noverca. 31 Gregem ovium. 32 Alter eorum, ſcilicet noverca. 33 Quam vitulam. 34 Quoniam ἄμουσος muſicum, aſinus equum in campum provocare vis, & mecum certare, cui minimè comparandus es. 35 Deponam vaſa potoria ex fago cælata. 36 Exſculptum. 37 Præſtantiſſimi artificis, & divino ingenio præditi.

1 Lenta

*[1] Lenta [2] quibus torno [3] facili ſuper addita vitis,*
*[4] Diffuſos hederâ [5] veſtit [6] pallente [7] corymbos.*
*[8] In medio duo ſigna: [9] Conon, & [10] quis fuit alter,*
*Deſcripſit [11] radio totum qui gentibus orbem,*
*Tempora quæ meſſor, quæ [12] curvus arator haberet?*
*[13] Nec dum illis labra admovi, ſed [14] condita ſervo.*
DA. *Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,*
*Et [15] molli [16] circum eſt anſas amplexus acantho;*
*[17] Orpheaque in medio poſuit, ſylvaſque [18] ſequentes.*
*Nec dum illis labra admovi, ſed condita ſervo.*
*[19] Si ad [20] vitulam ſpectes, nihil eſt quod [21] pocula laudes.*
ME. *[22] Nunquam hodiè [22] effugies: veniam [23] quocunque vocaris:*
*Audiat hæc tantum vel qui venit, ecce, [24] Palæmon.*
*Efficiam, poſt hac ne quenquam [25] voce laceſſas.*
DA. *Quin age, ſi [26] quid habes: in me mora non erit ulla,*
*Nec quenquam fugio: tantùm, vicine Palæmon,*
*Senſibus hæc imis [27] (res eſt non parva) [28] reponas.*
PA. *[29] Dicite: quandoquidem in molli conſedimus herbâ:*
*Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:*
*Nunc frondent [30] ſylvæ, nunc formoſiſſimus annus.*
*Incipe Damœta, tu deinde ſequêre Menalca.*
*[31] Alternis dicetis: amant [32] alterna [33] Camœnæ,*

1 Flexibilis. 2 In quibus poculis. 3 Molliter ſculpenti. 4 Hederæ corymbis & vitis pampinis inter ſe mutuò implicatis. 5 Amplectitur. 6 Albâ. 7 Fructus hederæ. 8 In medio poculorum duæ imagines exſculptæ ſunt. 9 Inſignis Mathematicus. 10 Quem excidiſſe vel ignotum eſſe, paſtori ex decoro tribuit Poëta: videtur fuiſſe Archimedes, aut Aratus, Eudoxus vel Hipparchus, vel Anaximander Mileſius, qui primus terræ mariſque circuitus deſcripſit. 11 Virga Geometrica. 12 Incurvatus, dùm arat. 13 Et non adhùc. 14 Reconditæ, tanquam rem pretioſiſſimam. 15 Flexibili. 16 Circumdedit anſas, quibus pocula manu tenentur. 17 Orphei imaginem, & fabulam, ſatis notam. 18 Tam graphicè cælatas, ut ipſum ſequi viderentur. 19 Mittamus pocula laudare, & deponamus uterque vitulam. 20 Quam deponam. 21 Quantumvis artificioſa. 22 Artificioſè præ ſe fert fiduciam, quaſi verò Damœtas occaſionem effugiendi quæreret, & ob id pocula vituperaret, ut certamen evitet. 23 Elaberis, quò minùs tecum certem. 24 Ad quemcunque locum ſive judicem. 25 Dicacitate tuâ. 26 Artis. 27 Cùm de vitula ſimul agatur & gloria. 28 Recondas ad benè diſquirendum hanc litem noſtram. 29 Per artem eloquimini. 30 Arbores ſylvarum. 31 Μουσάων δ' αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ. Homer. Il. α. 32 Carmina alternatim dicta. 33 Muſæ, quæ cantantibus præſunt.

DA.

Digitized by Google

DA. [1] *Ab Jove principium* [2] *Muſæ :* [3] Jovis omnia plena :
*Ille* [4] *colit terras , illi mea carmina curæ.*
ME. *Et me Phœbus amat : Phœbo* [5] *ſua ſemper apud me*
[6] *Munera ſunt , lauri , &* [7] *ſuave rubens hyacinthus.*
DA. [8] *Malo me Galatea petit , laſciva puella ,*
*Et fugit ad ſalices , &* [9] *ſe cupit* [10] *antè videri.*
ME. *At mihi ſeſe offert ultrò, meus* [11] *ignis,* [12] *Amyntas ;*
*Notior ut non ſit canibus jam* [13] *Delia noſtris.*
DA. *Parta meæ* [14] *Veneri ſunt munera : namque notavi*
*Ipſe locum , aëriæ quo* [15] *congeſſêre* [16] *palumbes.*
ME. [17] *Quod potui,* [18] *puero* [19] *ſylveſtri ex arbore* [20] *lecta*
[21] *Aurea mala decem miſi : cras altera mittam.*
DA. *O quoties : & quæ nobis Galatea locuta eſt !*
[22] *Partem aliquam venti* [23] *Divûm referatis ad aures.*
ME. [24] *Quid prodeſt , quod me ipſe animo* [25] *non ſpernis , Amynta ,*
*Si , dùm tu ſectaris apros , ego* [26] *retia ſervo ?*
DA. [27] *Phyllida mitte mihi , meus eſt natalis , Iôla :*
[28] *Cùm faciam vitulâ pro frugibus ,* [29] *ipſe venito.*
ME. *Phyllida amo* [30] *ante alias : nam* [31] *me diſcedere flevit ,*
*Et ,* [32] *longum formoſe vale , vale , inquit Iôla.*
DA. [33] *Triſte lupus ſtabulis , maturis frugibus imbres ,*

1 Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. Aratus. 2 O Muſæ ſumamus principium ab Jove. 3 Nam omnia præſentiâ numinis ſui juvat & conſervat. Similis ſententia eſt Æn. 6. *Principio cœlum ac terras, camposque liquentes, &c.* Lucan. *Jupiter eſt, quodcunque vides, quocunque moveris.* 4 Amat, curat, habitat.

5 Propria. 6 Quibus me donavit. 7 Suaviter. Helleniſm. 8 Ultrò ad amoris commercia à Galatea allicior : id enim eſt Græcis *μῆλοις βάλλειν*. 9 Non ſine grata quadam protervitate. 10 Antequam fugit, ut ſequar. 11 Cujus amore ardeo. 12 Puer ille. 13 Diana venationis Dea, vel vetus amica mea. 14 Amicæ meæ. 15 Nidum ſuum ſimul geſſerunt, poſuêre. Nidamenta congeſſêre. Plaut. in Rudent. 16 Columbi ſylveſtres. 17 Quantum. 18 Amyntæ. 19 In ſylva reperta. 20 Collecta. 21 Chryſomela, aurei coloris, *vel* cydonia, citria. 22 Hæc ô venti internuntii ad Deos ferte ; grata ſc. iis futura. 23 Deorum. 24 Quid te juvant verba ut ut aurea : ſi ego vel alius quiſpiam veri amoris uſumfructum capiat ? 25 Me complecteris & charum habes. Litotes. Sic Æn. *Munera nec ſperno*, id eſt, mihi grata ſunt. 26 Quod in venatione minimum habes voluptatis. 27 Amicam meam. Alterius amicæ amores recenſet Damœtas. 28 Cùm Cereri, frugum Deæ, vitula cæſa pro frugibus ſacrificia fecero, ſacrificavero. 29 Quia tunc amicæ operam dare non potero. 30 Plus quàm alias. 31 Quando ego diſcedebam. Helleniſm. 32 Per longum tempus. 33 Triſtis res eſt, & incommoda iis, quæ ſunt in ſtabulis. Helleniſm. Quia Damœtas vidit Menalcam paratum in amore narrando ſequi, transfert ſe ad contrarium amoris, ſc. ad iram.



Digitized by Google

*[1]Arboribus venti: nobis Amaryllidis ira.*
ME. *[2] Dulce ſatis humor, [3] depulſis [4] arbutus hœdis,*
*[5] Lenta ſalix [6] fœto pecori, mihi ſolus Amyntas.*
DA. *[7] Pollio amat noſtram, quamvis [8] ſit ruſtica, Muſam,*
*[9] Pierides [10] vitulam [11] lectori paſcite veſtro.*
ME. *[12] Pollio & ipſe facit [13] nova carmina: [14] paſcite taurum,*
*[15] Jam cornu petat, & pedibus qui [16] ſpargat arenam.*
DA. *Qui te, Pollio, amat, [17] veniat, quo te quoque gaudet:*
*[18] Mella fluant illi, ferat & rubus aſper amomum.*
ME. *[19] Qui Bavium non odit, [20] amet tua carmina, Mævi.*
*Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.*
DA. *Qui legitis flores, & [21] humi naſcentia fraga.*
*[22] Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herbâ.*
ME. *[23] Parcite oves nimiùm procedere, non bene [24]ripæ*
*Creditur: ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.*
DA. *Tityre paſcentes à flumine [25] rejice capellas:*
*Ipſe, ubi [26] tempus erit, omnes in fonte lavabo.*
ME. *[27] Cogite oves pueri: [28] ſi lac præceperit æſtus,*
*Ut nuper, fruſtrà [29] preſſabimus ubera palmis.*

1 Nam rami dejiciuntur, ac flore pereunt. 2 Irrigatio ſeu pluvia recens eſt res dulcis ſegetibus. 3 A lacte materno remotis, & jam ablactatis. 4 Virgultum arbori vitiferæ. 5 Flexibilis. 6 Prægnanti. 7 Aſinius Pollio, vir conſularis, quo interceſſore Virgilius agrum ſuum recuperaverat. 8 Tractet de rebus ruſticanis. 9 Muſæ filiæ Pieri: vel propter amœnitatem & ſolitudinem Pierii montis Theſſaliæ. 10 Bucolicis vitula, epicis taurus, tragicis hircus proponebatur carminis præmium. 11 Pollioni. 12 Aſinius Pollio tragœdiam & hiſtorias de bello civili ſcripſit teſte Horat. 2. lib. 1 Od. 13 Admiranda, aut inſolito artificio. 14 O Pierides. 15 Non quidem puſillum aut macrum, ſed qui jam aggrediatur quemlibet cornu utroque. 16 Dum animoſus ingreditur. 17 Veniat quoque ad eum ſtatum, ad quem gaudet te veniſſe. Pervenerat autem ad Conſulatum & triumphum victis Salonis, oppido Dalmatiæ. 18 Omnia feliciter cedant iis, qui Pollioni benè volunt. 19 Contrà qui malis & trivialibus delectatur poëtis, Bavio & Mævio, delectetur æquè rebus abſurdis, ita ut jungat aratro ſeu currui vulpes, animalia illa aſtuta, & veloci pede currentia, ut difficillimum ſit ea conjungere, mulgeatque hircos, qui nihil lactis, ſed plurimum fœtoris habent. 20 Luat eam pœnam, ut cogatur peſſima tua carmina amare. 21 Mora humili loco ad terram naſcentia. 22 Venenoſus. 23 Ne ſinite, prohibete ac videte ne nimium procedant. 24 Margini fluviorum. 25 Arce. 26 Opportunitas. 27 Compellite in unum locum ſub umbras. 28 Quia ſi fervens calor ſolis præripuerit ac conſumpſerit lac. 29 Sæpe comprimemus.

DA.

1 Rurſum carpit Menalcam, qui ſe amoribus potitum dixit, docens ipſum & pecus ejus ob eos perire.
2 Pinguem facere ſolito.
3 Prato.
4 Cujus culpâ meas planè res omnes negligo.
5 Id eſt, mihi.

DA. [1] *Eheu, quam* [2] *pingui macer eſt mihi taurus in* [3] *arvo!*
*Idem* [4] *amor exitium eſt pecori,* [5] *pecoriſque magiſtro.*
ME. [6] *His certe neque amor cauſa eſt:* [7] *vix oſſibus hærent:*
*Neſcio quis teneros* [8] *oculus mihi* [9] *faſcinat agnos.*
DA. [10] *Dic,* [11] *quibus in terris* (*&* [12] *eris mihi magnus* [13] *Apollo*)
[11] *Tres pateat cœli ſpatium non ampliùs ulnas.*
ME. *Dic quibus in terris* [14] *inſcripti nomina regum*
*Naſcantur flores, &* [15] *Phyllida ſolus habeto.*
PA. [16] *Non noſtrum inter vos tantas* [17] *componere lites.*
*Et* [18] *vitula tu dignus,* [19] *& hic; & quiſquis amores*
*Aut metuet* [20] *dulces, aut experietur* [20] *amaros.*
[21] *Claudite jam rivos pueri, ſat prata biberunt.*

6 Meis ovibus, ut emacerentur. 7 Et tamen vix habent oſſa coherentia. 8 Urens, malus, invidus, *βάσκανος*, ut qui è corde infenſo per oculos emittat ſpiritus veneficos radios. 9 Inficit. 10 Quia Menalcam reſpondere paratum videt, ne perpetuum eſſet carmen, proponit ænigma, quod indiſſolubile putat. 11 Sc. in omnibus puteis profundis, & caminis, quorum orificia ſunt tantùm trium ulnarum. Verè dicit quod refert Criticus, reſpondiſſe Virgilium, ſe hanc Grammaticis crucem fixiſſe. Alius enim eſt clibanus aut puteus Syenes, qui totus illuminatur Solſtitii æſtivi die medio, vel, alius quiſpiam puteus. Aliis, Cœlii Sepulchrum. Aliis foſſa in urbis Romæ centro, qui Mundus dictus, tres tantum dies per annum patebat. 12 Reputaberis à me. 13 Cui reliqui Dii conceſſerunt, ut præter cæteros divinaret, id eſt, conjector peritus, qui ænigma ſolvat. 14 Habentes inſcripta nomina regiorum puerorum, ſicut in Hyacintho inſcriptum videtur nomen pueri in ipſum verſi, ex fab. Hyacinthi. 10. Met. Ovid. & fab. Ajacis, l. 13. Alii intelligi hoc volunt de nummis ſub Auguſto cuſis à Floro Triumviro & flore vario inſcriptis. 15 Quæ prius nobis amica communis. 16 Non ſine utriuſque laude neutrum pronunciat victorem Palæmon: Cùm tamen Menalcas difficiliores ſuſtinuerit partes, quem oportuit ex lege Amœbæi vel prius diſtichon æquaſſe, vel etiam ſuperaſſe. 17 Dirimere ſeu finire. 18 Præmio victoriæ. 19 Damœtas quoque eſt dignus vitulâ. 20 Γλυκύπικρος. 21 Nolitè ampliùs derivare aquas in prata. Allegoricè, ut Catullus; *Claudite oſtia virgines, luſimus ſatis.*

Ecloga

## Ecloga IV. cui nomen Pollio.

### ARGUMENTUM.

ASinius Pollio, ductor Germanici exercitus, cùm poſt captas Salonas, Dalmatiæ civitatem, primò meruiſſet lauream, poſt etiam conſulatum adeptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepit filium, quem à captâ civitate Saloninum vocavit: cui nunc Virgilius Genethliacum dicit. Hæc Servius. Hùc autem detorquet, quæ Sybylla de futura aurei ſæculi felicitate cecinerat. Obiter tamen & Pollionis patris & ipſius etiam Auguſti laudes admiſcet. Nam quod dicit, Pacatumque r. p. v. o. de Auguſto quidam intelligunt, qui à C. Jul. Cæſ. fuit adoptatus. Alii hoc quoque ad Saloninum referunt: & intelligunt principium magni anni, quem cecinit Sibylla, procedere conſulatu Pollionis, quo ille puer naſcitur: ut magni menſes ſint magni anni menſes.

*Sicelides* [1] *Muſæ, paulò* [2] *majora canamus.*
[3] *Non omnes arbuſta* [4] *juvant, humileſque myricæ.*
*Si canimus* [5] *ſylvas,* [6] *ſylvæ ſint conſule dignæ.*
[7] *Ultima Cumæi venit jam carminis ætas:*
*Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.*
*Jam redit &* [8] *virgo, redeunt* [9] *Saturnia regna:*
*Jam* [10] *nova* [11] *progenies cælo* [12] *demittitur alto.*
*Tu modò naſcenti puero,* [13] *quo ferrea primùm*
*Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,*

1 Siculæ aut Sicilienſes, quæ Theocrito Siculo Bucolica carmina dictitaſſe. *Sicelides* eſt patronymicum fœmininum, à nominativo ſingulari *Sicelis*, *idos*, à nomine *Sicelia*: ſic enim Græci dicunt, cùm Latini dicant, *Sicilia*, quæ eſt inſula inter Italiam & Græciam, in quâ habitavit Theocritus, qui primus Græcè Bucolica ſcripſit, & quem Virgilius imitatus eſt. Undè *Sicelides Muſæ*, ſunt carmina Bucolica, quæ in Siciliâ primò ſunt compoſita. 2 Altiora, quàm Bucolici carminis ſtylus exigat. 3 Non omnes delectantur legendo res morè paſtorales, quales haſtenus ſcripſimus. *Myricæ* ſunt brevia virgulta, de quibus ſcopæ fiunt. 4 Delectant. Horat. l. 1. Od. 1. *Multos caſtra juvant, & lituo tuba Permiſtus ſonitus.* 5 Carmina ſylveſtria ſeu paſtoralia. 6 Bucolicum ut ut ſit carmen, & ipſum tamen conſule Pollione, qui *amat noſtram, quamvis ſit ruſtica, muſam*, non indignum ſit, & tale ſit, quod honeſtè legi poſſit à conſule. Alludit Poëta ad veterum Romanorum conſuetudinem, apud quos cautum erat, ut Conſules ipſi curam collium & ſylvarum haberent, ne ullo modo ligna deficerent ad conficienda publica navigia. 7 Adimpletum eſt tempus Sibyllæ Cumanæ vaticiniis jam olim prædictum, quo ſiderum in ortum ſuum redeuntium confectis ſpatiis de novo incipiat magnus annus Platonicus, novuſque ineat orbis ab ætate aureâ. 8 Aſtræa, quæ terras priùs reliquerat, Juſtitia. 9 Ætas aurea, ſeu aurea ſæcula, qualia ſub Saturno fuiſſe perhibentur. 10 Heroës: vel ipſe Saloninus. Quæ de Chriſto vaticinata eſt Sibylla, transfert Poëta ignarus ad filium Pollionis jam natum. 11 Generatio Deorum. 12 Deorſum mittitur. 13 Quo puero gens dura & immanis deſinet eſſe ac primùm exterminabitur, & gens, multis virtutibus prædita, orietur per totum mundum.



Digitized by Google

[1] *Caſta fave* [2] *Lucina: tuus jam regnat* [3] *Apollo.*
*Teque* [4] *adeò decus hoc ævi, te conſule inibit*
*Pollio, & incipient* [5] *magni procedere menſes.*
[6] *Te duce, ſi qua* [7] *manent ſceleris veſtigia* [8] *noſtri,*
[9] *Irrita* [10] *perpetuâ* [11] *ſolvent formidine* [12] *terras.*
[13] *Ille Deûm vitam accipiet,* [14] *Diviſque videbit*
*Permiſtos heroas, & ipſe videbitur* [15] *illis;*
*Pacatumque reget* [16] *patriis virtutibus orbem.*
[17] *At tibi prima puer* [18] *nullo munuſcula* [18] *cultu*
[19] *Errantes hederas paſſim cum* [20] *baccare tellus,*
*Miſtaque* [21] *ridenti colocaſia* [22] *fundet acantho.*
*Ipſa lacte domum referrent* [23] *diſtenta capellæ*
*Ubera:* [24] *nec magnos* [25] *metuent armenta leones.*
*Ipſa tibi* [26] *blandos fundent* [27] *cunabula flores:*
[28] *Occidet & ſerpens, &* [29] *fallax herba* [30] *veneni*
*Occidet: Aſſyrium* [31] *vulgò naſcetur amomum.*
[32] *At ſimul heroum laudes, &* [33] *facta parentis*
*Jam legere, &* [34] *quæ ſit poteris cognoſcere virtus;*
[35] *Molli paulatim flaveſcet campus ariſta,*
*Incultiſque rubens pendebit ſentibus uva.*
*Et duræ quercus* [36] *ſudabunt* [37] *roſcida mella.*

1 Perpetua virgo. 2 Diana, à juvando dicta, partus Dea. *Juno Lucina fer opem.* Ter. And. 3 Auguſtus. 4 Certè, omninò hoc ornamentum aurei ſæculi initium capiet in conſulatu tuo. 5 Menſes magni anni, ſc. Julius & Auguſtus, quorum tunc perpetuus erit proventus.

6 De Salonio hæc ab aliis intelliguntur: ab aliis de Auguſto. 7 Reliqua ſunt. 8 Qui in ferreo ſæculo nati ſumus. 9 In nihilum redacta. 10 Ita ut nemo formidet ea aliquando reditura: quod verum fuit: nam poſt Actiacum bellum clauſum eſt Jani templum, pace terra marique parta. 11 Liberabunt. 12 Terrigenas. 13 Qui nunc regnat, Apollo, id eſt, Auguſtus Cæſar transformabitur in Deum. 14 Iis, qui in Deorum numerum relati ſunt. 15 Ab illis, ſeu inter illos. 16 Militaribus, quæ in Julio Cæſare, patre tuo adoptivo, & in patria tua Roma præcipuè ſunt & fuerunt. 17 Ut mundi quaſi ver & infantia naſcenti puero conveniat. Jam vertit ſermonem ad Salonium jam natum, Pollionis filium, laudans eum à bonis ejus gratia futuris. 18 Non colendo terram, ſed ſponte ſua. 19 Per obliquum rebus, ad quas naſcuntur, adhærentes. 20 Herba illa contra faſcinum apta. 21 Semper florenti & amœno. 22 Germinando abundè tibi producet. 23 Extenſa propter copiam lactis. 24 Vide Eſaiæ c. 11. 25 Et armenta paſcentur liberè. 26 Molles in attactu. 27 Cunæ, in quibus reponuntur infantes. 28 Interibit. 29 Difficulter cognoſcibilis. 30 Venenata. 31 Paſſim, ita ut etiam vulgo ejus copia fiat. 32 At ubi ad ætatis tuæ æſtatem adoleveris, Poën, Hiſtoriæ, Philoſophiæ initiandus: tùm demùm ætas aurea virtutes longiùs ac latiùs exercebit. 33 Geſta parentis Pollionis. 34 Cùm incipies imitari virtutem parentis. 35 Maturâ. 36 In morem ſudoris effundent. 37 Flagrantia, antè floribus rore cœleſti aſperſis.

1 Pauca

*[1] Pauca tamen ſuberunt priſca veſtigia fraudis,*
*[2] Quæ tentare [3] Thetin ratibus, quæ cingere muris*
*Oppida, quæ jubeant telluri [4] infindere ſulcos.*
*Alter erit tum [5] Tiphys, & altera, quæ vehat, [6] Argo*
*[7] Delectos heroas: erunt etiam [8] altera bella:*
*Atque iterum [9] ad Trojam magnus mittetur [10] Achilles.*
*[11] Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas,*
*[12] Cedet & ipſe mari [13] vector, nec [14] nautica pinus*
*[15] Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.*
*Non [16] raſtros patietur humus, non vinea [17] falcem:*
*Robuſtus quoque jam [18] tauris juga ſolvet arator,*
*Nec varios diſcet [19] mentiri lana colores:*
*Ipſe ſed in pratis aries jam [20] ſuave rubenti*
*[21] Murice, jam croceo mutabit vellera [22] luto:*
*[23] Sponte ſuâ [24] ſandyx paſcentes veſtiet agnos.*
*[25] Talia ſecla, ſuis dixerunt, currite, fuſis,*
*Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.*

1 Tametſi & fruges, & vina & mella ſponte naſcentur, tamen paucæ reliquiæ prioris ævi fallaciæ & vitii, ſcilicet ambitionis & avaritiæ, latebunt in quibuſdam. 2 Quæ veſtigia navigationem, urbium munitionem, agriculturam, militiam exerceant. 3 Per mare navibus navigare, id eſt, quæ impellent ob avaritiam navigare. 4 Findendo impingere foſſas aratro factas. 5 Fabricator & gubernator navis illius, quâ vecti aureum petebant vellus delecti Argivi. 6 Navis oblonga ſimilis Argo. *Argo* erat illa navis, quâ Jaſon cum multis proceribus navigavit in Colchos pro aureo vellere. 7 Sicut Argo vexit olim Argonautas, qui erant heroës, ſcilicet Herculem, Caſtorem, Pollucem, &c. 8 Æqualia Trojano bello. 9 Ad aliquod grave bellum, quale fuit Trojanum. 10 Aliquis vir forti ſimilis Achilli. *Achilles* filius fuit Pelei, regis Theſſaliæ, vir fortiſſimus, ſine quo non potuit Troja capi. Occîdit Hectorem & multos Trojanos. Tandem per inſidias occiſus eſt à Paride in templo Apollinis. 11 Ex hoc tempore quo hæc fient, poſtquam Saloninus in virum evaſerit: perfectæ ætatis aureæ ἀκμὴ artibus & laboribus periodum addet, tanquam non neceſſariis, poſtquam omnis fert omnia tellus. 12 Diſcedet è mari, non ampliùs navigaturus. 13 *Vector* dicitur & qui vehit, & qui vehitur navi. Hic accipi poteſt utrovis modo. 14 Navis ex pinu facta & nautis ſervire ſolita. 15 Ad commutationem tranſvehet merces peregrinas. 16 Inſtrumenta dentata, quibus terra radatur. 17 Quâ putetur, id eſt, terra non fodietur, & vinea non putabitur. 18 Non ampliùs utetur tauris ad arationem. 19 Mendaciter repræſentare. 20 Cum ſuavitate odoris, aut ſuaviter: ut Eclog. 3. verſ. 63. 21 Purpurâ. 22 Croco lutei & ſubrubri coloris. 23 Sine tinctoris officio. 24 Color flammeus; ſed factitius, quam tamen Virgilius herbam eſſe exiſtimavit, inquit Plin. 35. l. 6. cap. 25 Tres illæ Deæ fatales (originem, medium, & exitum omnium rerum diſponentes, quarum prima Clotho colum geſtat, Lacheſis trahit, Atropos occat) conſentientes firmâ & irrevocabili poteſtate fatorum juſſerunt dicentes ſuis inſtrumentis, quibus filum circumfunditur, dùm nent, ô fuſi, celeri curſu veſtro adducite tam aurea & tam fœlicia ſæcula. *Parcas* autem per Antiphraſin dictas volunt, quòd nemini parcant.

Aggredere

Digitized by Google

Aggredere, ô [1] magnos (aderit jam [2] tempus) honores,
Chara [3] Deûm ſobeles, magnum [4] Jovis incrementum.
[5] Aſpice [6] convexo [7] nutantem pondere mundum,
Terraſque, [8] tractuſque maris, cœlumque profundum:
Aſpice, venturo lætentur [9] ut omnia [10] ſæclo.
O mihi tam longa maneat pars ultima vitæ,
[11] Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta:
[12] Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater [13] adſit:
Orpheo Calliopea, Lino formoſus Apollo.
Pan Deus [14] Arcadiâ mecum ſi judice certet,
Pan etiam Arcadiâ dicat ſe judice [15] victum.
Incipe [16] parve puer [17] riſu cognoſcere matrem:
[18] Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
Incipe parve puer: [19] qui non riſêre, parentes,
Nec Deus hunc menſâ, Dea nec dignata cubili eſt.

1 Diviños. 2 A Parcis conſtitutum. 3 Alumne Jovis, Διογενὲς, διοτρεφὲς. 4 Progeniei Jovis augmentum. 5 Nutanti mundo ſuccurrat tua virtus. 6 In humeros ejus devoluto. 7 Vacillantem pondere malorum præſentium aut exultantem lætitia bonorum futurorum. 8 Regiones. 9 Quomodo. 10 De felicitate ſeculi venturi, ſeu aurei. 11 Et utinam ſpiritus Poëticus ſit mihi tantus, quantum ſatis erit ornatè perſequi inclyta facinora tua. 12 Quæ res ſi mihi erit, *non me, &c.* 13 Auxilio ſit. 14 Muſicæ peritâ, quæ tamen Deo ſuo faveret. *Pan Deus Arcadia.* 15 A me, tua facta canente, id eſt, tanta erit geſtorum tuorum gloria, ut etiam ab humili Poëtâ deſcripta, omnem Poëſin ſuperent. 16 Saloni. 17 Non id vult, ut puer arrideat matri, ſed ut cognoſcat matrem ex ejus riſu. Expeditior tamen videtur Joſ. Scaligeri explicatio, quâ confirmat illud Catulli; *Torquatus, volo, parvulus Matris e gremio ſuo Porrigens teneras manus Dulce rideat ad patrem.* Manifeſtè, inquit, hortatur Virgil. puerum ut ad matrem rideat: non contrà ut illi parentes: ſic Plaut. in Capt. *quaſi muti ſilent, neque me rident.* 18 Riſu tuo compenſa faſtidia, quæ tulit mater tua, jam decimo inchoante menſe partum enixa: quæ abierint, ſi arriſeris. 19 O parentes, facite ut rideat, quia nec Deus Genius dignatus eſt hunc eorum, qui non riſêre, menſâ, nec Dea Juno cubili, id eſt, vitalis non fuit, quiſquis alienus natus eſt riſu. Vitalitatis quippe omen erat, ſi pueri ad parentes riderent. Al. cui.

Ecloga

# Ecloga V. cui nomen DAPHNIS.

## ARGUMENTUM.

MEnalcas & Mopſus paſtores Daphnidis, paſtoris Siculi, quem Mercurius genuit, Pan muſicam docuit, mortem deflent: alterque ejus epitaphium, alter apotheoſin canit. Sunt qui per Daphnim Cæſarem Dictatorem intelligi putent, paulo ante quam hæc ſcriberet poëta, tribus & viginti vulneribus in curiâ confoſſum. Alii Quintilium Varum accipiunt, in Germania cum tribus legionibus cæſum. Alii Flaccum Maronem intelligi malunt, Virgilii fratrem: de quo exſtat pervulgatum quidem illud, ſed incertû autoris, diſtichon,

*Triſtia fata tui dum fles in Daphnide Flacci*
*Docte Maro, fratrem Diis immortalibus æquas.*

Salonium alii, cujus Genethliacon ſuperiore Eclogâ cecinit, nunc verò ejuſdem fato functi Apotheoſin canit: ad primum verò & undeviceſimum Theoc. Idyll. expreſſit hanc Eclogam noſter.

## MENALCAS, MOPSUS.

ME. *Cur non Mopſe ([1] boni quoniam convenimus ambo,*
*[2] Tu calamos inflare leves, ego dicere verſus)*
*Hic corylis mixtas inter [3] conſedimus ulmos?*
MO. *Tu [4] major: tibi me eſt æquum parêre Menalca,*
*Sive ſub [5] incertas Zephyris [6] motantibus umbras,*
*Sive antro potiùs ſuccedimus: aſpice, ut antrum*
*[7] Sylveſtris raris [8] ſparſit labruſca racemis.*
ME. *Montibus in noſtris ſolus [9] tibi certet Amyntas.*
MO. *Quid ſi [10] idem certet [11] Phœbum ſuperare canendo?*
ME. *Incipe, Mopſe, prior, ſi quos aut [12] Phyllidis ignes,*
*Aut [13] Alconis habes laudes, aut jurgia [14] Codri.*
*Incipe: paſcentes ſervabit Tityrus hædos.*
MO. *[15] Imò hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi.*

1 Periti, & docti, εἰδότες ἄμφω. Ἀμφοτεροι .... ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω ἄμφω ἀείδεν. Theocr. 8. Idyll. 2 Tu bonus ac peritus ad inflandum calamos graciles. 3 Locum ad ſedendum cepimus, ut cantu nos oblectemus. 4 Ætate es provectior. 5 Inſtabiles. 6 Frequenter moventibus ramos arborum, ex quo fiunt incertæ umbræ. 7 Inculta. 8 Sparſim ornavit. 9 Tecum contendat de laude cantilenarum. Græca loquendi figura, μάχομαί σοι, quam & Catullus imitatus eſt, *noli pugnare duobus*: & Virgilius noſter 4. Æn. *Placido ne etiam pugnabis amori?* 10 Amyntas certet. 11 Muſicorum principem. 12 Amores Phyllidis, id eſt, argumentum de amoribus, quales erant Phyllidis, reginæ Thraciæ, erga Demophoontem aut paſtoritiæ alicujus fœminæ. 13 Cretenſis ſagittarii uſque adeò periti, ut ſerpentem, Phalero filio implicitum, ſagittâ confixerit, illæſo filio. 14 Regis Athenienſium, *pro patriâ non timidi mori*. Hiſt. notat. Val. Max. l. 5. c. 6. 15 Imò ego faciam experimentum, an benè condita ſint hæc carmina, &c.

Carp-

Digitized by Google

Carmina deſcripſi, & [1] modulans alterna notavi.
Experiar: tu deinde jubeto certet Amyntas.
ME. [2] Lenta ſalix quantum [3] pallenti cedit olivæ,
[4] Puniceis [5] humilis quantum ſaliunca [6] roſetis:
Judicio noſtro tantùm tibi cedit Amyntas.
MO. Sed tu [7] deſine plura, puer: [8] ſucceſſimus antro.
[9] Exſtinctum [10] Nympha crudeli funere [11] Daphnim
Flebant: vos coryli [12] teſtes, & flumina Nymphis,
Cum [13] complexa ſui corpus miſerabile [14] nati,
Atque [15] Deos atque aſtra vocat crudelia mater.
Non [16] ulli paſtos [17] illis [18] egêre diebus
[19] Frigida, Daphni, boves ad flumina: nulla neq; amnem
[20] Libavit quadrupes, [21] nec graminis attigit herbam.
Daphni, tuum [22] Pœnos etiam ingemuiſſe leones
Interitum, [23] monteſque feri ſylvæque [24] loquuntur.
[25] Daphnis & Armenias curru [26] ſubjungere [27] tigres
[28] Inſtituit: Daphnis [29] thiaſos inducere Baccho,
Et [30] foliis lentas [31] intexere mollibus haſtas.
[32] Vitis ut arboribus [33] decori eſt, ut vitibus uvæ.

1 Modò fiſtula, modò voce componens ad certas menſuras notavi alternatim, ut ex varietate deprehenderetur concentus. 2 Flexibilis. 3 Ab olivâ pallenti vincitur. 4 Rubicundus. 5 Non multum aſſurgens. 6 Fruticibus roſiferis. 7 Sc. *obloqui.*

8 Pervenimus ſub antrum, ubi cantare delegiſti. 9 Occiſum vulnere crudeliter ab iis illato, quibus ipſe pepercerat. Poſtquam Menalcas & Mopſus conſederant, incipit Mopſus experiri ea carmina, quæ ſe deſcripſiſſe in cortice fagi prædixerat, quibus defiet necem Daphnidis. 10 Deæ fluminum, & Allegoricè matronæ Romanæ. 11 Allegoricè Cæſarem. Reſpice argumentum hujus Ecl. 12 Scitis, quam triſtitiam Nymphæ inter Corylos & ad flumina exercuerint. 13 Lugentium eſt, ut & corpori inhæreant. Inſigne exemplum patet 9. Æn. de Niſo, qui ſuper exanimem ſeſe projecit amicum Euryalum. l. 10. Mezentius corpori Lauſi exanimis inhæret. Et l. 11. Evander ſuper Pallantis, filii ſui, cadaver procumbit, atque hæret lachrymanſque gemenſque. De Thisbe, ſuper corpus Pyrami ruente, Ovid. Met. 4. *Et laniata comas, amplexaque corpus amantis, Vulnera ſupplevit lachrymis, fletumque cruori Miſcuit.* 14 Daphnidis. 15 Quibus permittentibus interfectus ſit Daphnis. 16 Scilicet *armentarii.* 17 Quibus te Nymphæ materque flebant. 18 Compulerunt. 19 Refrigerativa. 20 Modicè deguſtavit. 21 Vide Sueton. c. 81. Jul. Cæſ. de equis pabulo abſtinentibus à cæde Cæſ. 22 Punicos leones, qui ferociſſimi ſunt, id eſt, ipſos ſicarios, qui te trucidaverunt. 23 Allegoricè proceres immites & conjurati. 24 Atteſtantur. 25 Hæc ad Jul. Cæſ. referunt, quem Bacchi ſacra ex Armeniâ Romam primum tranſtuliſſe volunt, ſed non ego credulus illis: longè enim antè Cæſ. ſcelerum hæc ſeminaria Romæ inveſtigata à Coſſ. & vindicata refert Liv. 4. 9. 26 Subjugare ad currum. 27 Tigribus vehebatur Bacchus. 28 Ordinavit. 29 Saltationes, cœleſtes Crioron Orgia celebrantium vociferatione & ſaltu. *Θίασοι.* 30 Thyrſos, haſtulas pampinis ac hæderæ foliis veſtitas. 31 Veſtire. 32 Recitat adhuc carmina ſua de Daphnidis interitu Mopſus. 33 Ornamento.

Ut

*Ut gregibus tauri, ſegetes ut pinguibus* [1] *arvis:*
[2] *Tu decus omne tuis:* [3] *poſtquam te fata tulerunt,*
*Ipſa* [4] *Pales agros atque ipſe reliquit Apollo.*
[5] Grandia ſæpè quibus [6] mandavimus hordea [7] ſulcis,
[8] Infelix lolium, & [9] ſteriles [10] dominantur avenæ.
Pro molli violâ, pro purpureo narciſſo
Carduus, & [11] ſpinis ſurgit paliurus acutis.
[12] *Spargite humum foliis,* [13] *inducite fontibus umbras,*
*Paſtores: mandat fieri ſibi talia Daphnis:*
*Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite* [14] *carmen.*
[15] *Daphnis* [16] *ego in ſylvis, hinc uſque ad ſidera notus,*
[17] *Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.*
ME. [18] *Tale tuum carmen nobis,* [19] *divine poëta,*
[20] *Quale ſopor feſſis in gramine, quale per æſtum*
*Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere rivo.*
[21] *Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce Magiſtrum.*
*Fortunate puer, tu nunc eris* [22] *alter ab illo.*
*Nos tamen hæc quocunque modo tibi noſtra viciſſim*
*Dicemus, Daphninque* [23] *tuum* [24] *tollemus ad aſtra:*
*Daphnin ad aſtra feremus: amavit nos quoq; Daphnis.*
MO. *An quicquam nobis* [25] *tali ſit munere* [26] *majus?*
*Et* [27] *puer ipſe fuit cantari dignus, & iſta*
*Jampridem* [28] *Stimichon laudavit carmina nobis.*
ME. [29] *Candidus inſuetum miratur limen Olympi,*

1 Agris aratis. 2 Ita, ô Daphni, es tu tuis amicis omne ornamentum, id eſt, Romanis: quorum ditionem valde Cæſar auxit. 3 Quia poſtquam mors abſtulit nobis te. 4 Paſtorum Dea. 5 Magna, reſpectu avenæ. 6 Commiſimus. 7 In fiſſuris aratri. 8 Zizania infelicitatem colonis inferens. 9 Inanes.

10 Vi ſua oriuntur. 11 Habens ſpinas acutas. 12 E more funerum, in quibus ſpargebantur flores, tumulis inſerebantur virentes arbores, fontibus injiciebantur corollæ. 13 Facite lucum circum fontes. 14 Inſcriptionem ac epitaphium ſequens. 15 Ἐπιτάφιον Daphnidis. 16 Ego, qui hic ſepelior, ſum Daphnis. 17 Boni populi optimus Imperator. 18 Tam ſuave Menalcas, ut minime invidus Poëta, laudat Mopſi junioris amici carmen, ut ipſum ad majora incenderet. 19 Mopſe. 20 Quàm ſuave. 21 Nec te æqualem facis Magiſtro Bucolici carminis, ſc. Theocrito, non ſolùm fiſtulis tenuibus ex calamo factis, ſed etiam voce tuâ plurimum vales. 22 Secundus & proximus ab illo magiſtro Theocrito, atque adeò proxima laus in canendo Bucolico carmine debetur tibi. 23 Quem tantopere amas. 24 Extollemus & transferemus, id eſt, oſtendemus ipſum receptum eſſe in numerum Deorum. 25 Quali Daphnis meus feretur ad aſtra. 26 Præſtantius? 27 Cum adhùc puer eſſet, nedum modò in cœlum tranſlatus. 28 Paſtor quiſpiam cantandi peritus. 29 Bonus ac deificatus. Sequitur jam Apotheoſis ſeu Deificatio Daphnidis. Alluſum forte ad circulum lacteum; ubi Heroas ſuos poſt fata habitare opinabatur antiquitas.



Digitized by Google

[1] *Sub pedibuſque videt nubes & ſidera Daphnis.*
*Ergo alacres ſylvas, & [2] cætera rura voluptas.*
*Panaque paſtoreſque [3] tenet, [4] Dryadaſque puellas.*
*Nec lupus inſidias pecori, nec retia cervis*
*Ulla [5] dolum meditantur: amat bonus [6] otia Daphnis.*
*[7] Ipſi lætitiâ voces ad ſidera [8] jactant*
*[9] Intonſi montes: [7] ipſæ jam carmina rupes,*
*[7] Ipſa [10] ſonant arbuſta, Deus, Deus [11] ille, Menalca,*
*Sis [12] bonus, ô felixque tuis: en quatuor aras:*
*Ecce duas tibi, Daphni, duoque altaria Phœbo.*
*[13] Pocula bina novo ſpumantia lacte quotannis,*
*Crateraſque duos ſtatuam tibi [14] pinguis olivæ:*
*Et multo imprimis [15] hilarans convivia Baccho,*
*Ante focum, ſi frigus erit, ſi [16] meſſis, in umbrâ,*
*Vina novum fundam [17] calathis [18] Ariûſia [19] nectar.*
*[20] Cantabunt mihi Damœtas, & [21] Lyctius Ægon:*
*[22] Saltantes ſatyros imitabitur Alpheſibœus.*
*[23] Hæc tibi ſemper erunt, [24] & cùm [25] ſolemnia vota*
*Reddemus Nymphis, & cùm [26] luſtrabimus agros.*
*[27] Dùm juga montis aper, fluvios dùm piſcis amabit,*
*Dùmque thymo paſcentur apes, dùm rore cicadæ,*
*Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.*
*Ut [28] Baccho, [29] Cererique, tibi ſic vota quotannis*
*Agricolæ facient: [30] damnabis tu quoque votis.*
MO. *Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?*
*[31] Nam neque me [32] tantum venientis ſibilus Auſtri.*

1 Id eſt, exaltatus eſt ſupra nubes & ſidera errantia. 2 In quibus Daphnis ſolitus eſt converſari. 3 Occupat. 4 Nymphas arboreas. 5 Doloſam captionem ob Daphnidis ſeu Cæſaris Apotheoſin. 6 Ceſſationem à bellis & inſidiis. 7 Polyptoton, ipſi, ipſa, ipſa, ut Eclog. 1. 8 Extollunt præ gaudio. 9 Sylvoſi. 10 Reſonant ac canunt mihi.

11 Daphnis, quem extinctum credebam. 12 Propitius & beneficus tuis dedititiis. 13 Στάσω δὴ κρητῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος. Idyll. 5. tanquam Lari. 14 In quibus ſit pingue oleum. 15 Lætificans. 16 Calor, qualis ſolet eſſe in meſſe. 17 Corbibus aut calicibus. 18 Ἀρυσίνα χώρα. ager Chius inſ. optimi vini feraciſſimæ. 19 Vinum Nectaris ſeu Deorum potus æmulum. 20 Αὐλησεῦντι δέ μοι δύο ποιμένες. &c. Idyll. 7. 21 Cretenſis. 22 Alpheſibœus ſaltabit ad cantum Damœtæ & Ægonis ad morem ſatyrorum. 23 Sacrificia jam dicta cum cantu & ſaltatione. 24 Ubi pro frugibus faciemus hoſtiâ Ambarvali. 25 Quæ omnibus annis perſolvere ſolemus. 26 Luſtrando piabimus agros. 27 Quamdiu. 28 Deo vini. 29 Deæ frugum. 30 Tutelam potens præſenſque numen obligabis, obnoxioſque reddes Agricolas ad vota perſolvenda poſtquam præſtiteris, pro quibus impetrandis voverint. 31 Ἅδιον ὦ ποιμὰν, τὸ τεὸν μέλος, ἢ τὸ καταχὲς τῆν ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν, ὕδωρ. Theocr. Idyll. 7. 32 Quantum tua carmina.

Nec

*Nec [1] percuſſa [2] juvant fluctu tam littora, nec quæ*
*Saxoſas inter decurrunt flumina valles.*
ME. *Hac te nos fragili donabimus [3] antè [4] cicutâ.*
*Hæc nos, [5] Formoſum Corydon ardebat Alexin:*
*Hæc eadem [6] docuit, [5] Cujum pecus? an Melibœi?*
MO. *At tu ſume [7] pedum quod, [8] me cùm ſæpe rogaret,*
*[9] Non tulit [10] Antigenes: & erat tùm dignus amari,*
*[11] Formoſum [12] paribus nodis atque ære, Menalca.*

1 Reſonantia. 2 Delectant. 3 Priuſquam aliquid muneris in nos contuleris. 4 Fiſtula ex cicuta compacta.

5 Secundam & tertiam Eclogam, ſuprà. 6 In eâ modulati ſumus. 7 Baculum paſtoralem, quo pedes ovium à paſtoribus comprehenduntur, dùm eas ad ſe trahere volunt. 8 Quamvis peteret ſæpè à me. 9 Non abſtulit à me. 10 Paſtor. 11 Ornatum. 12 Pari diſtantia diſtinctis.

## Ecloga VI. cui nomen SILENUS.

### ARGUMENTUM.

Silenum in hac Eclogâ inducit, ebrium quidem illum, ut Bacchi educatorem decebat, ſed tamen peritè ſecundum Epicureorum opinionem de rerum primordiis canentem, idque in gratiam Quinctilii Vari, qui (teſte Donato) unà cum Virgilio huic ſectæ ſub Solone Philoſopho operam dedit. Cæterùm quoniam hæc Bucolici Carminis humilitati non ſatis conveniebant, ſtatim ab initio veniam precatur: neque ita multum argumento illi immoratus, ſtatim ad fabulas tranſit.

*Prima [1] Syracuſio dignata eſt ludere verſu*
*Noſtra, nec erubuit ſylvas habitare Thalia.*
*Cùm [2] canerem reges & prælia, [3] Cynthius aurem*
*Vellit, & admonuit: Paſtorem, Tityre, pingues*
*Paſcere oportet oves: [4] deductum dicere carmen.*
*Nunc ego ([5] namque ſuper tibi erunt, qui dicere laudes,*
*Vare, tuas cupiant, & triſtia [6] condere bella)*
*[7] Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam.*

1 Theocritum, qui Syracuſanus, Muſa mea imitata, Bucolica canere non erubuit. 2 Scriberem vellem Heroïca carmina, quibus reges & eorum prælia decantari ſolent. 3 Apollo admonuit: auris verò Memoriæ dicata eſt, ut frons vel os Pudori, dextra Fidei, genua Miſericordiæ, naſus Irriſioni, &c. atque hinc credo excitandi monendique aliquem ad res agendas mos. 4 Tenue, humile, quale eſt Bucolicum. Tranſlatio à lanâ, quæ deducitur in tenuitatem. *Deductum*, ait Macrob. Sat. l. 6. c. 4. *pro tenui & ſubtili eleganter poſitum eſt.* 5 Nam ſupra quam ſatis erunt tibi. 6 Perfectè deſcribere. 7 Meditando canam agreſti ſtylo ruſticum carmen ſeu Bucolicum.



Digitized by Google

[1] *Non injuſſa cano: ſi quis tamen hæc quoque, ſi quis*
*Captus* [2] *amore leget, te noſtræ, Vare,* [3] *myricæ,*
*Te nemus omne canet: nec Phœbo gratior ulla eſt,*
[4] *Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen.*
[5] *Pergite Pierides:* [6] *Chromis & Mnaſylus in antro*
[7] *Silenum pueri* [8] *ſomno vidêre jacentem,*
[9] *Inflatum heſterno venas,* [10] *ut ſemper, Iaccho;*
[11] *Serta procul tantùm capitis delapſa jacebant,*
*Et* [12] *gravis* [13] *attritâ pendebat cantharus anſâ.*
[14] *Aggreſſi (nam ſæpè* [15] *ſenex ſpe carminis ambos*
[16] *Luſerat) injiciunt ipſis ex* [17] *vincula ſertis,*
*Addit ſe ſociam,* [18] *timidiſque ſupervenit Ægle,*
*Ægle* [19] *Najadum pulcherrima: jamque* [20] *videnti*
[21] *Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.*
[22] *Ille* [23] *dolum ridens, Quò vincula nectitis? inquit:*
*Solvite me pueri: ſatis eſt potuiſſe* [24] *videri.*
*Carmina, quæ vultis, cognoſcite:* [25] *carmina vobis;*
[26] *Huic aliud mercedis erit: Simul* [27] *incipit ipſe.*
[28] *Tùm verò* [29] *in numerum* [30] *Faunoſque feraſque videres*
[31] *Ludere, tùm* [32] *rigidas motare cacumina quercus.*
*Nec* [33] *tantùm Phœbo gaudet* [34] *Parnaſia rupes:*

1 Imò juſſa ab Auguſto. 2 Noſtri aut Muſæ noſtræ. 3 Paſtoritiæ Eclogæ, Bucolica carmina. 4 Quam ea charta, quæ in fronte aut titulo ſcripſit ſibi nomen Vari. 5 O Muſæ, perſeverate canere. 6 Fictitia Satyrorum nomina, ſub quibus latent Varus & Virgilius, Philoſophiæ Epicureæ ſub Sileno operam dantes. 7 Nutritorem Bacchi. 8 Propter ſomnum. 9 Habentem venas inflatas Baccho, ſeu vino, quod pridiè ejus diei biberat. 10 Sc. ſolitum jacêre inflatum. 11 Coronæ ex pampinis jacebant longè ab ipſo tantum capitis ebrii & ſomno obruti delapſæ: alioqui illæſæ & non ruptæ. 12 Magnæ capacitatis. 13 Frequenti uſu aut potu. 14 Pueri eum adorti. 15 Silenus promiſerat eis ſæpè carmen, quod reddere recuſaverat. 16 Fefellerat. 17 Neque enim niſi vincti vaticinabantur, Silenus, Proteus, Faunus, cæterique ſemidei. 18 Pueris. 19 Nympharum aquarum. 20 Expergefacto, vigilanti. 21 Sanguinei coloris. 22 Silenus. 23 Quia per dolum, cùm dormiret, ipſum vinxerant. 24 Quod, invitis, ipſis ſemideis, rarum & difficile; niſi deprehenſis. 25 Sc. *erunt*. 26 Venerea merces, ſtuprum Nympham ſeu puellam *Æglen* manet. 27 Carmen ſuum canere. 28 Recitat carmen ipſius Sileni. 29 Secundum modum ſeu modulos carminis: quamvis *modus* proprie ad carmen, *numerus* ad ſaltationem pertineat. 30 Deos Sylveſtres. 31 Saltare. 32 Duras. 33 Quantum omnis mundus gaudet, dùm Silenus cantat. 34 Quæ eſt in Parnaſſo monte.

Nec

*Nec tantùm [1] Rhodope miratur, & [1] Iſmarus [2] Orphea.*
*Namque canebat, [3] uti magnum per [4] inane coacta*
*[5] Semina terrarumque, [6] animæque, mariſq; fuiſſent,*
*Et [7] liquidi ſimul ignis: ut [8] his [9] exordia primis*
*Omnia, & ipſe tener mundi [10] concreverit [11] orbis.*
*[12] Tùm durare ſolum, & diſcludere [13] Nerea ponto*
*Cœperit, & rerum paulatim ſumere formas.*
*[14] Iamq; novum ut [15] terræ ſtupeant luceſcere [16] Solem,*
*Altiùs atque [17] cadant [18] ſummotis nubibus imbres:*
*Incipiant ſylvæ [19] cùm primùm ſurgere, cùmque*
*[20] Rara per ignotos errent animalia montes.*
*[21] Hinc [22] lapides Pyrrhæ jactos, [23] Saturnia regna,*
*[24] Caucaſeaſq; refert volucres, [25] furtumq; Promethei,*
*His adjungit [26] Hylan, [27] nautæ quo fonte relictum*
*Clamaſſent: ut littus, Hyla, Hyla, omne [28] ſonaret:*
*Et [29] fortunatam, ſi nunquam armenta fuiſſent,*
*[30] Paſiphaën nivei [31] ſolatur amore juvenci,*

1 Mons uterque Thraciæ. 2 Qui ſylvas & ſaxa poſt ſe dulcedine cantus ſui traxit. 3 Quomodo. 4 Chaos, ſpatium corporum capax. Lucret. 1. *Magnum per inane ſoluta.* 5 Rerum primordia, elementa: ſic Lucret. l. 1. *Ex igni, terra atque anima procreſcere, & imbri:* licet Epicurus, Lucretii magiſter, ex atomorum concurſione gigni omnia cenſuerit. 6 Aëris. 7 Elementaris & puri. 8 Senſilibus atque elementis. 9 Principia & origines rerum. 10 Conſolidatus ſit. 11 Globus. 12 Deinde canebat, ut orbis mundi inceperit duram efficere terram. 13 Aquas fluviales ab aquis ſalſis & marinis. Nereus enim Ponti, vel ut alii, Oceani & Tethios filius. 14 Et alia cœleſtia corpora canit: Meteora, plantas, animalia, &c. 15 Genita in terris. 16 Recens ortum ac formatum. 17 In terras decidant. 18 Sublatis: quia vapores trahuntur ſurſum, unde nubes fiunt. 19 Quo tempore. 20 Nondùm per propagationem multiplicata. 21 Poſt dictam rerum geneſin. Poſt Phyſicam narrationem, Poëticam ac fabuloſam interſerit. 22 Diluvium, & genus humanum reparatum. 23 Aurea ſæcula, qualia erant tempore Saturni. 24 Aquilas, aut vultures exedentes jecur Promethei, Caucaſo, Scythiæ monti, alligati, idque Jovis imperio à quo ignem furto abſtulerat. 25 Quia (ut diximus) ignem de cœlo furatus erat. Hor. Od. 3. l. 1. *Audax Japeti genus Ignem fraude malâ gentibus intulit. Poſt ignem, ætherеâ domo Subductum, macies, & nova febrium Terris incubuit cohors: Semotique priùs tarda neceſſitas Lethi corripuit gradum.* 26 Fabulam de Hylâ puero, ab Hercule dilecto, à Nymphis rapto, fonte ſubmerſo, & ab Hercule inclamato. 27 Argonautæ. 28 Per ſonum Echo referret. 29 Quæ fortunata, ſeu felix fuiſſet. 30 Reginam Cretenſem, Minoïs conjugem, & Solis filiam. 31 Silenus tam graphicè canit, ut ſolari eam videatur de amore tauri candidiſſimi.



Digitized by Google

1 Virginis nomen συνεκδοχικῇ καταχρήσει iis tribuitur, quarum jam libata virginitas, ex autoritate Euripidis in Jove, Terentii in Hecyrâ, & noſtri. 2 Invaſit. 3 Præti ex Schœnobœâ filiæ, quas à βουμανίᾳ ſeu πορτανθρωπίᾳ ſanæ menti reſtituit Melampus. 4 Crediderunt quidem ſe vaccas eſſe. 5 Prætidum, quæ tres erant. 6 Ut tu.

*Ah [1] virgo infelix, quæ te dementia [2] cepit?*
*[3] Prætides [4] implerunt falſis mugitibus agros:*
*At non tam turpes pecudum tamen [5] ulla [6] ſecuta eſt*
*Concubitus: quamvis collo [7] timuiſſet aratrum,*
*Et ſæpe in [8] levi quæſiſſet cornua fronte.*
*Ah, [9] virgo infelix, tu nunc in montibus [10] erras:*
*[11] Ille, latus niveum molli fultus hyacintho,*
*Ilice ſub [12] nigra [13] pallentes [14] ruminat herbas:*
*Aut [15] aliquam in magno ſequitur grege: [16] claudite Nymphæ*
*[17] Dictææ, Nymphæ [18] nemorum jam claudite [19] ſaltus:*
*Si [20] quâ fortè ferant oculis ſeſe obvia noſtris*
*[21] Errabunda bovis veſtigia: Forſitan illum*
*Aut herbâ captum viridi, aut armenta ſecutum*
*Perducant aliquæ ſtabula ad [22] Gortynia vaccæ.*
*Tùm canit [23] Heſperidum miratam [23] mala [24] puellam:*
*Tùm [25] Phaëtontiadas [26] muſco circumdat amaræ*
*Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.*
*Tùm canit errantem [27] Permeſſi ad flumina [28] Gallum,*
*[29] Aonas in montes [30] ut duxerit una ſororum:*
*Utque [31] viro [32] Phœbi chorus aſſurrexerit omnis:*
*Ut [33] Linus hæc [34] illi divino carmine paſtor,*
*[35] Floribus atque apio crines ornatus amaro,*
*Dixerit; Hos tibi dant calamos (en [36] accipe) Muſæ,*
*[37] Aſcræo quos [38] antè ſeni: quibus [39] ille ſolebat*

7 Sc. *qualibet illarum trium.* 8 Æquali, in quâ nihil exſtabat, neque aſperum erat. 9 O Paſiphaë. 10 Erras. 11 Taurus ſc. quem quæris ejus amore capta. 12 Obſcurâ. 13 Semicoctas in alvo. 14 Remandit. 15 Vaccam. 16 Verba ſunt Paſiphaës. 17 Cretenſes. *Dicte* mons Cretæ. 18 Qui ſunt in nemoribus. 19 In quibus feræ ſaliunt. 20 Aliquà viâ. 21 Errabundi bovis. 22 Cretenſia. *Gortyna* Cretæ oppidum. 23 Poma aurea, quæ Heſperides in horto Atlantis in Æthiopiâ cuſtodiebant. Fab. Atalantæ, ab Hippomene curſu victæ, dùm 3. aurea mala ab illo projecta declinans tollit. Ovid. Met. 10. 24 Atalantam. 25 Phaëtontis ſorores cortice circumdatas & in alnos verſas canit, propter mœrorem ſubmerſi fratris. Met. 2. 26 Lanugine. 27 Fl. ex Helicone, monte Bœotiæ, profluentis. 28 Cornelium Gallum Oratorem & Poëtam clarum: de quo infra Eclog. 10. 29 Montes Bœotiæ. 30 Quomodo. 31 Gallo. 32 Muſæ in honorem aſſurrexerint. 33 Poëta eximius, Apollinis filius. 34 Varo. 35 Hederaceis. 36 O Vare. 37 Heſiodo oriundo Aſcrâ, vico Bœotiæ. 38 Priùs, ſc. *dederunt.* 39 Heſiodus.

Can-

*Cantando rigidas* [1] *deducere montibus ornos.*
[2] *His tibi* [3] *Grynæi nemoris dicatur origo :*
*Ne quis ſit lucus, quo ſe* [4] *plus jactet Apollo.*
*Quid loquar,* [5] *aut Scyllam Niſi, aut quam fama ſe-cuta eſt,*
[6] *Candida ſuccinctam latrantibus* [7] *inguina* [8] *monſtris*
[9] *Dulichias* [10] *vexaſſe rates, &* [11] *gurgite in alto*
*Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis ?*
[12] *Aut ut mutatos* [13] *Terei narraverit artus ?*
*Quas* [14] *illi* [15] *Philomela* [16] *dapes, quæ dona pararit ?*
*Quo curſu deſerta* [17] *petiverit, & quibus* [18] *antè*
[19] *Infelix ſua* [20] *tecta ſupervolitaverit alis ?*
*Omnia, quæ Phœbo quondam* [21] *mediante, beatus*
*Audiit* [22] *Eurotas, juſſitque* [23] *ediſcere lauros.*
[24] *Ille canit :* [25] *pulſæ* [26] *referunt ad ſidera valles :*
[27] *Cogere donec oves* [28] *ſtabulis,* [29] *numerumq; referre*
[30] *Juſſit, &* [31] *invito* [32] *proceſſit veſper* [33] *Olympo.*

1 Deorſum ducere de montibus. 2 Per hos calamos. 3 In finibus Ioniis Apollini conſecrati juxta Clazomenas. 4 Quam de Gryneo nemore. 5 Aut ut Silenus narraverit fabulam de Scyllâ, Niſi, Megarenſium regis, filia. 6 Propter fluctuum ſpumam. 7 Partes pudendas. 8 Canibus. 9 Ulyſſis, Dulichii inſulæ ducis. 10 Moleſtando frequenter vexaſſe. Poëta videtur alluſiſſe ad etymon Scyllæ, à σκυλλω, vexo, infeſto. 11 Maris. 12 Aut quid loquar, ut Silenus narraverit mutatos, &c. 13 Fab. trita. Ovid. Met. 6. 14 Tereo. 15 Soror Prognes, uxoris Terei. 16 Ex ipſius filio Iti decoctas. 17 Philomela aut Tereus. 18 Priuſquam deſerta peteret. 19 Tereus. 20 Regia. 21 Exercente muſam ſuam. 22 Flu. Spartæ, juxta cujus ripas, lauris conſitas, Apollo luxit Hyacyntum à ſe percuſſum diſco. 23 Memoriæ mandare. 24 Silenus. 25 Verberatæ ex impulſu vocis Sileni. 26 Vocem aut cantum ejus. 27 Pueros, Chromyn & Mnaſylum, compellere. 28 Ad ovilia. 29 Ovium, illis à parentibus aut heris commiſſum. 30 Silenus. 31 Ut qui plura audiendi ſtudio ægrè ferat veſperum properare. 32 Apparuit. 33 Cœlo.

# Ecloga VII. cui nomen MELIBOEUS.

## ARGUMENTUM.

Sumptum eſt Eclogæ hujus argumentum ex Bucoliaſtis Theocriti. Inducit autem hic Poëta Melibœum, paſtorem referentem certamen Corydonis & Thyrſidis, cui (dum captum, qui à grege deërraverat, quæreret) fortè intervenerat, acceſſitus à Daphnide certaminis judice: quem ſecundum Corydonem pronunciaſſe innuit, cum ait ad finem Eclogæ: *Hæc memini & victum fruſtra contendere Thyrſin.* Per Corydonem autem Virgilium intelligi volunt: Per Thyrſin, Theocritum, aut alium quempiam.

## CORYDON, THYRSIS.

*Fortè ſub [1] argutâ conſederat ilice [2] Daphnis:*
*[3] Compulerantque greges Corydon & Thyrſis in unum:*
*Thyrſis oves; Corydon [4] diſtentas [5] lacte capellas:*
*Ambo florentes ætatibus, [6] Arcades ambo,*
*Et cantare [7] pares, & reſpondere parati.*
*Hic mihi, dum [8] teneras [9] defendo à frigore myrtos,*
*[10] Vir gregis ipſe caper deërraverat: atque ego Daphnin*
*Aſpicio: ille ubi me contra videt, Ociùs, inquit,*
*Hùc ades, ô Melibœe, caper tibi ſalvus & hœdi,*
*Et, ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub [11] umbrâ.*
*Hùc [12] ipſi potum venient per prata [13] juvenci:*
*Hic viridis tenerâ [14] prætexit arundine ripas*
*[15] Mincius, èque [16] ſacrâ reſonant [17] examina quercu.*

1 Stridula, Suſurranti, ex leni vento crepitante: de quo Auſon. *Eſt & amnduicis modulatio muſica ripis, Atque arguta ſuis loquitur coma pinea ventis, Incubuit foliis quoties levis Eurus acutis.* 2 Per hunc Auguſtus intelligi videtur. 3 Coëgerant. 4 Habentes ubera diſtenta. 5 Εἰς ἕνα χῶρον τὰν ἀγέλαν σύναγον. Theocr. Id. 6. 6 Muſica adeò præſtantes, & periti, ut Arcades putentur. *Muſicam*, inquit Polybius, *univerſis utilem eſſe conſtat, Arcadibus neceſſariam:* & noſter Eclog. 10. *Soli cantare periti Arcades.* 7 Pari forma. 8 Recenter plantatas. 9 Integumento quodam munio. 10 Princeps. Τῶν αἰγῶν ἀνήρ. Catachreſis, ut Hor. Od. 17. l. 1. *devia olentis uxores mariti.* 11 Ilicis. 12 Sponte ſuâ. 13 Juniores pecudes, ut capri aut boves. 14 Abſcondit. 15 Fluvius juxta Mantuam, incidens in Padum. 16 Jovi, vel Nymphæ, Dryadi. 17 Convolatus apum.

Quid

*Quid facerem? [1] neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam,*
*[2] Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos:*
*Et certamen erat, [3] Corydon cum Thyrſide: magnum:*
*[4] Poſthabui tamen illorum mea [5] ſeria [6] ludo.*
*Alternis igitur contendere verſibus ambo*
*Cœpêre: [7] alternos Muſæ meminiſſe volebant.*
*Hos Coridon, illos referebat in ordine Thyrſis.*
CO. *[8] Nymphæ, [9] noſter amor, [10] Libethrides, aut mihi carmen,*
*Quale [11] meo Codro, concedite: ([12] proxima Phœbi*
*Verſibus ille facit) aut, ſi non [13] poſſumus omnes,*
*Hic [14] arguta [15] ſacrâ pendebit fiſtula pinu.*
TH. *Paſtores hederâ [16] creſcentem ornate [17] Poëtam.*
*[18] Arcades, invidiâ rumpantur ut ilia [19] Codro:*
*Aut, ſi [20] ultra placitum laudarit, [21] baccare frontem*
*Cingite, ne vati noceat [22] mala lingua futuro.*
CO. *[23] Setoſi caput hoc apri [24] tibi, Delia, parvus,*
*Et [25] ramoſa [26] Mycon [27] vivacis cornua cervi.*
*Si [28] proprium hoc fuerit, [29] lævi de marmore tota*
*Puniceo [30] ſtabis ſuras evinctæ [31] cothurno.*
TH. *[32] Sinum lactis, & [33] hæc te liba, [34] Priape, quotannis*

1 Neque amicam aut uxorem, ut habuit uterque certantium, quæ clauderet, &c. 2 Remotos à lacte, id eſt, ablactatos. Sic Ecl. 3. *Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hædis.* 3 Corydon quippe certator erat: ſic Æneid. 5. *nunc tertia palma Dieres*, & in Culice: *Fama vetus nunquam moritura per avum Curtius.*

4 Minoris feci & poſtpoſui. 5 Capri deſiderati inveſtigationem. 6 Cantilenæ. 7 Verſus ſuos alternatim canere. Ecl. 3. *Amant alterna Camœnæ.* 8 Quaternis verſibus contendunt, ut in Damœta binis. 9 Quæ eſtis peculiares deliciæ noſtræ. 10 Libethram, fontem Bœotiæ, Muſis ſacrum, frequentare ſolitæ. 11 Amico. 12 Quam proximè accedentia. 13 Sc. *tale carmen facere.* 14 Sonora. 15 Tanquam effœtus & emeritus profeſſionis meæ arma fiſtulam hanc ſuſpendam in hac pinu Cybelæ, matri Deorum, conſecratâ. Nam qui ab arte gladiatoria, militari, aut alia diſcedebant, ejus inſtrumenta Diis ſuſpendebant, ſacrabantque ipſius potiſſimùm artis præſidibus. 16 Nondùm perfectum. 17 Me Thyrſin. 18 Qui *ſoli cantare periti.* 19 Quia videbit ſe à me ſuperatum. 20 Ultrà quam ipſe placeam aut merear; aut ultra quàm ipſi placet, & eâ tantùm mente, ut me faſcino urat. 21 Herba illa, quæ valet contra faſcinum. 22 Nociva & faſcinatoria. 23 Setis multis obſiti. 24 Tibi, Diana, venationis Dea, ex more & voto. 25 Multis ramis ornata. 26 Sc. *dedicat.* 27 Diu viventis. Τετραχορώνου. V. Virg. epigr. de ætatibus animalium. 28 Peculiariter datum, perpetuum & firmum, ut ſolus tali carmine, aut tali venandi arte excellam te juvante. 29 Polito. 30 Erigêris in ſtatua. 31 Alio calceamento genuum tenus fere protenſo. 32 Vas mulctrale, Græcè δῖνον. 33 Ejuſmodi placentas. 34 Hortorum Deus.

*Exſpectare ſat eſt: cuſtos es [1] pauperis horti.*
*Nunc te marmoreum pro [2] tempore fecimus: at tu,*
*[3] Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto.*
CO. *[4] Nerine, Galathea, thymo mihi dulcior [5] Hybla,*
*Candidior [6] cycnis, hederâ formoſior albâ:*
*Cùm primùm paſti [7] repetent præſepia tauri,*
*Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.*
TH. *Imò ego [8] Sardöis videar tibi amarior herbis,*
*[9] Horridior ruſco, [10] projectâ vilior algâ,*
*Si mihi non [11] hæc lux toto jam longior anno eſt.*
*Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite juvenci.*
CO. *[12] Muſcoſi fontes, & [13] ſomno mollior herba,*
*Et quæ vos rarâ viridis tegit arbutus umbrâ,*
*[14] Solſtitium [15] pecori defendite: jam venit æſtas*
*[16] Torrida; jam [17] læto [18] turgent in palmite gemmæ.*
TH. *Hic [19] focus, & [20] tædæ pingues; hic plurimus ignis*
*Semper, & aſſiduâ poſtes [21] fuligine nigri.*
*Hic tantùm Boreæ curamus frigora, quantum*
*Aut [22] numerum lupus, aut [23] torrentia flumina [24] ripas.*
CO. *[25] Stant & Juniperi, & caſtaneæ hirſutæ:*
*Strata jacent paſſim [26] ſua quæque ſub arbore poma:*
*Omnia nunc [27] rident: At, ſi formoſus Alexis*
*Montibus his abeat, videas & flumina ſicca.*
TH. *Aret ager: [28] vitio moriens [29] ſitit aëris herba:*
*[30] Liber pampineas invidit collibus umbras:*

1 Atque adeo ſi plura poſſem, plura darem. 2 Egeſtate hujus temporis. 3 Si tot agnos habuero, quot oves, eſto ex ſolo auro formatus. 4 Nerei filia. 5 Nato ad Hyblam, Siciliæ oppidum. 6 Oloribus. 7 Iterùm petent & adibunt. 8 Herbam quandam in Sardiniâ naſci ferunt apiaſtro ſimilem, quæ comeſa nervos contrahat, labiaque in rictum diducat, ita ut quaſi ridentes moriantur. 9 Aſperior. 10 Abjectior juncis marinis à procellis ad littus appulſis. 11 Hæc dies: quâ Nerinen exſpecto. 12 Muſco recti. 13 Ὕπνω μαλακώτερα. Theocr. Idyl. 5. 14 Solis in Cancro ſummum æſtum. 15 A pecore arcete, repellite, avertite. Horat. Od. 17. l. 1. *Velox amœnum ſæpè Lucretilem Mutat Lycæo Faunus & igneam* Defendit *æſtatem capellis Uſque meis, pluvioſque ventos.* Plaut. Rud. *Ut illas ſerves, vim* defendas. 16 Omnia torrens. 17 Viridi. 18 Inflantur, tument. 19 Locus ad ignem fovendum aptus. 20 Pinguia ligna picis plena. 21 Nigredine pinguis fumi. 22 Neque enim parcit numeratis, neque timet numerum. 23 Aquis abundantia. 24 Quod nihil eſt. 25 Plenæ ſunt. Ut 12. Æn. *jam pulvere cœlum* Stare *vident.* Sic apud Hor. l. 1. Od. 9. *Vides, ut altâ* ſtet *nive candidum Soracte?* 26 Propria ipſi arbori. 27 Lætitiam præ ſe ferunt. 28 Vitio. 29 Deſiccatur. 30 Bacchus per invidiam abſtulit collibus umbras pampinorum, quæ vitium frondes ſunt, id eſt, etiam vites frondibus propter ariditatem ſpoliatæ ſunt.

Phyl-

*Phyllidis adventu noſtra nemus omne virebit,*
[1] *Jupiter & læto deſcendet plurimus imbri.*
CO. *Populus* [2] *Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho,*
*Formoſa myrtus Veneri,* [3] *ſua laurea Phœbo.*
*Phyllis amat corylos: illas dùm* [4] *Phyllis amabit,*
*Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.*
TH. *Fraxinus in ſylvis pulcherrima, pinus in hortis,*
*Populus in fluviis, abies in montibus altis:*
*Sæpiùs at ſi me, Lycida formoſe, reviſas.*
*Fraxinus in ſylvis* [5] *cedet tibi, pinus in hortis.*
ME. *Hæc* [6] *memini, & victum* [7] *fruſtrà contendere Thyrſin:*
[8] *Ex illo Corydon, Corydon eſt tempore nobis.*

1 Pluvia è mediâ regione aëris, quæ Jovi tribuitur, deſcendet abundantiſſima cum imbri omnia lætificante. Deſcendere Jovem in nubes, cùm tonaret, fulminaret, plueret, credebant veteres. 2 Herculi, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt, *à robore*, aut ab *Alcæo* avo ſic dicto. 3 Propria. 4 Quamdiu. 5 Vincetur. 6 Memoriæ mandavi. 7 Quia licet fateri nolebat, manifeſtè tamen victus erat. 8 Poſt illud tempus Corydon eſt reputatus à me Corydon, id eſt, dulcis cantor, & victor nobilis ante omnes. Proverbium in eos, quos in aliquâ re victores admiramur.

## Ecloga VIII. cui nomen PHARMACEUTRIA.

### ARGUMENTUM.

DUæ ſunt Eclogæ hujus partes. In priore Damon Paſtor, Niſæ puellæ amore captus, cum illa ſibi Mopſum prætuliſſet, impatientia amoris in varias erumpit querelas. Poſterior pars pene tota ſumpta eſt ex Theocriti ejuſdem nominis Idyllio, in quo venefica quædam pharmacis & incantationibus animam viri, à quo ſpernebatur, ad ſui amorem conatur revocare.

### DAMON, ALPHESIBOEUS.

PAſtorum [1] *Muſam Damonis, & Alphesibœi,*
[2] *Immemor herbarum* [3] *quos eſt mirata juvenca*
*Certantes, quorum ſtupefactæ carmine linces,*

1 Cantilenam amorum quos cecinerunt.

2 Suæ Muſæ adſcribit Poëta, quicquid de Orpheo fingitur feras carmine delinuiſſe, rapidos fluminum curſus moratum eſſe, &c. 3 Paſtores.

1 *Et mutata ſuos requierunt flumina curſus :*
*Damonis Muſam dicemus , & Alpheſibœi.*
2 *Tu mihi , ſeu magni ſuperas jam ſaxa* 3 *Timavi ,*
*Sive* 4 *oram Illyrici* 5 *legis æquoris ; en erit unquam*
*Ille dies , mihi cùm liceat tua dicere facta ?*
*En erit , ut liceat totum mihi* 6 *ferre per orbem*
*Sola* 7 *Sophocleo* 8 *tua carmina digna cothurno ?*
9 *A te principium , tibi deſinet : accipe juſſis*
*Carmina cœpta tuis , atque hanc ſine* 10 *tempora circum*
11 *Inter* 12 *victrices* 13 *hederam tibi ſerpere* 14 *lauros.*
15 *Frigida vix cœlo noctis deceſſerat umbra ,*
*Cùm ros in tenerâ pecori gratiſſimus herbâ eſt :*
16 *Incumbens* 17 *tereti* 18 *Damon ſic* 19 *cœpit olivæ.*
DA. 20 *Naſcere ,* 21 *præque diem veniens* 22 *age ,* 20 *Lucifer ,* 23 *almum :*
24 *Conjugis* 25 *indigno Niſæ deceptus amore*
*Dùm queror , & divos ,* 26 *quanquam nil teſtibus illis*
*Profeci , extremâ moriens tamen alloquor horâ.*
27 *Incipe* 28 *Mænalios mecum mea tibia verſus.*
29 *Mænalus* 30 *argutumque nemus , pinoſque* 31 *loquentes*
*Semper habet ; ſemper paſtorum* 32 *ille audit amores.*

1 Et flumina mutata in natura , quæ ſtare & quieſcere neſcit , quieſcendo retinuerunt ſive retardarunt ſuos curſus. 2 O Auguſte , faveas , ubicunque es. Qui jam in Illyrico bella geſſiſſe videtur. 3 Venetæ regionis fluvii. 4 Extremitatem. 5 Navigando præterveheris. Sic 3. Æn. *Litoraque Epiri* legimus. Et , *crebris* legimus *freta conſita terris.* 6 Efferre. 7 Grandi ac ſublimi carmine , æmulato Sophoclem Scriptorem tragœdiarum : Tragœdi autem grande locuturi nitebantur cothurnis , id eſt , calceamentis ſublevato altiùs ſubere , ut heroas æquarent , & grandiores apparerent. 8 Quæ res à te geſtas tuaſque laudes canent : non quæ tu condidiſti. 9 Initium carminum noſtrorum erit a laude tuâ , & deſinet in laudem tuam. Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σεῦ δ' ἄρξομαι. Homer. 9. Il. Sic Horat. l. 1. Ep. 1. *Primâ dicte mihi , ſumma dicende Camœnâ.* 10 Capitis tui. 11 Tenuem hanc Muſam meam comitari tuos triumphos. 12 Victoriæ & triumphi ſignificatrices. 13 Coronam , quæ Poëtis debetur. 14 Laureas coronas. 15 Vix erat diluculum. Circumlocutio temporis matutini. Nox frigida eſt propter abſentiam ſolis. Peracta invocatione , Poëta ad narrationem deſcendit. 16 Incumbendo fulciens ſe præ animi ægritudine. 17 Rotundæ. 18 Paſtor ille , cujus amica alteri nupſerat. 19 Queri & lamentari. 20 O ſtella matutina , orere. 21 Præveniens diem. *Tmeſis.* 22 Impelle. 23 Omnia moderantem ac nutrientem. 24 Sponſæ : quam ſperabam quidem mihi conjugem futuram. 25 Ejus , quæ amari indigna erat. 26 Quanquam nihil mihi profuit invocaſſe illos teſtes fidei , mihi à Niſa datæ. 27 Sc. *dicere.* 28 Arcadicos ſeu Bucolicos , quales Arcades faciunt , qui *ſoli cantare periti* , à *Mænalo* , monte Arcadiæ. 29 Arcadiæ mons. 30 Sonorum , in eo canentium ſonitu crepitans. 31 Loquelas eorum referentes. 32 Mænalus.

Fa-

Digitized by Google

*Panaque*, [1] *qui primus calamos non paſſus* [2] *inertes.*
*Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.*
[3] *Mopſo Niſa* [4] *datur: quid non* [5] *ſperemus amantes?*
*Jungentur jam* [6] *gryphes equis, ævoque ſequenti*
*Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.*
*Mopſe novas* [7] *incîde* [8] *faces: tibi ducitur uxor.*
*Sparge marite* [9] *nuces:* [10] *tibi deſerit* [11] *Heſperus Oetam.*
*Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.*
*O* [12] *digno conjuncta viro, dùm deſpicis omnes;*
*Dùmque tibi eſt odio mea fiſtula, dùmque* [13] *capellæ,*
*Hirſutumque ſupercilium, prolixaque barba:*
*Nec* [14] *curare* [15] *Deûm credis mortalia quenquam.*
*Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.*
[16] *Sepibus in noſtris parvam te* [17] *roſcida mala*
*(Dux ego* [18] *veſter eram) vidi cum matre legentem:*
[19] *Alter ab undecimo tùm me jam* [20] *ceperat annus;*
*Jam fragiles poteram à terrâ contingere ramos.*
[21] *Ut vidi! ut perii! ut me malus abſtulit error!*
*Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.*
*Nunc ſcio, quid ſit amor:* [22] *duris in cotibus* [23] *illum*
[24] *Iſmarus, aut* [24] *Rhodope, aut* [25] *extremi Garamantes,*
*Nec* [26] *noſtri generis puerum, nec ſanguinis* [27] *edunt.*

1 Pan primus calamos, &c. Eclog. 2.
2 Simplices & ſine arte factos.
3 Indignatur ſc. iniquas conjugum formas & ſic mitti ſub juga ahenea.
4 Nuptum.
5 Timeamus.
6 Aves illæ aduncis naribus, & leonibus in poſteriore parte perquam ſimiles & equis infeſtiſſimi.
7 Inſpice formam, ut ignem concipiant. 2. Georg. *ferroque faces inſpicat acuto.*
8 Nuptiales, quæ à pueris 5. præferebantur, dùm uxor domum duceretur.
9 Miſſilia nuptiarum ſolennia: boni ominis, juglandes ſc. Plin. 15. l. c. 22. Ne exaudiatur nova nupta corrupta, vel ut valedicat puerilibus luſibus & concubinis maritus. Catull. in Epithalamio.
10 Tibi, ſc. in tuam gratiam appetit nox: quam, ut & diem, proſpicere Oetam, montem Theſſaliæ, atque è montibus Orientalibus advenire volunt Poëtæ. Ironicè.
11 Stella veſpertina.
12 Sc. te, id eſt, qualem digna es habere, cùm turpis & effœminatus ſit.
13 Divitiæ meæ.
14 Aſpicere, & ita non punire perjuria.
15 Deorum.
16 Docet, quomodo ejus amore primùm captus ſit.
17 Rore perfuſa.
18 Matris & filiæ.
19 Secundus, id eſt, decimus tertius.
20 Acceperat.
21 *Ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην.* Id. 2. & 3.
22 Uſitatum eſt, ut, quorum immanem crudelitatem execramur, eos è rupibus, efferiſve animantibus natos dicamus. In 4. Æn. Dido ſic Æneam alloquitur: *Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus, Hyrcanæque admôrunt ubera Tigres.*
23 Amorem.
24 Montes Thraciæ aſperrimi.
25 Remotiſſimi à nobis, utpote ultra Getulos.
26 Humani generis, id eſt, nihil habentem humanitatis.
27 Generant.

*Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.*
*Sævus amor docuit, natorum ſanguine* [1] *matrem*
*Commaculare manus:* [2] *crudelis tu quoque mater:*
*Crudelis* [3] *mater magis, an* [4] *puer improbus ille?*
*Improbus ille* [5] *puer: crudelis tu quoque mater.*
*Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.*
[6] *Nunc & oves ultrò fugiat lupus:* [7] *aurea duræ*
[8] *Mala ferant quercus: narciſſo floreat* [9] *alnus:*
*Pinguia corticibus* [10] *ſudent electra* [11] *myricæ:*
*Certent &* [12] *cycnis ululæ: ſit* [13] *Tityrus Orpheus.*
*Orpheus in* [14] *ſylvis, inter* [15] *Delphinas* [16] *Arion.*
*Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.*
[17] *Omnia vel medium fiant mare:* [18] *vivite ſylvæ:*
[19] *Præceps* [20] *aërii* [21] *ſpeculâ de montis in undas*
[19] *Deferar: extremum hoc munus morientis* [22] *habeto.*
*Deſine Mænalios, jam deſine tibia verſus.*
[23] *Hæc Damon: vos, quæ* [24] *reſponderit Alpheſibœus,*
*Dicite Pïerides:* non omnia poſſumus omnes.
AL. [25] *Effer* [26] *aquam, & molli cinge hæc altaria* [27] *vittâ*
[28] *Verbenaſq; adole pingues, &* [29] *maſcula thura:*
[30] *Conjugis ut magicis ſanos* [31] *avertere ſacris*
[32] *Experiar ſenſus: nihil hic, niſi carmina deſunt.*

1 Medeam. 2 Niſi enim crudelis fuiſſes, non potuiſſet te amor ad tantum facinus induxiſſe, ut filios occideres. 3 Medea, quæ facinus commiſit. 4 Cupido. 5 Qui te, ô Medea, ad hoc induxit. 6 Optat omnia contra naturam immutari, per impatientiam amoris ſibi exitium deſtinans. 7 Aurei coloris. *Omnia naturæ præpoſtera legibus errent, poſtquam Mopſa Niſa datur.* 8 Quæ in tenerrima arbore naſcuntur. 9 Arbor amaro cortice. 10 Sudando emittant 11 Humillimi frutices. 12 Quibus moribundis præcipuè eſt ſuaviſſimus cantus. 13 Paſtoralis & rudis cantor ſit optimus Muſicus. 14 Quas ad ſe traxiſſe fingitur. 15 Piſces illos marinos, inter quos modulatus dicitur tam ſuaviter, ut eum ſalvum in dorſo ſuo ad littus perveherent. 16 Citharœdus nobilis notuſque ex Agellio 16. l.19. c. Plin. 9. l. 8. & aliis. 17 Me moriente mergantur omnia. 18 Valete, æternum valete. 19 Præcipitabor. 20 In aëre exaltati. 21 De alta rupe, unde ſpeculari liceat. 22 O Niſa. 23 Sc. carmina cecinit. 24 Contrà cecinerit. 25 O Amarylli. Vide Argumentum Eclogæ. 26 Luſtralem, ad magica ſacra aptam. 27 Sertis ex herbis aut floribus. 28 Sacras herbas incende & ure, oleo, ut incendi poſſint, perfuſas. 29 Thus, quod ex rotunditate guttæ pendet, maſculum vocatur: cùm tamen alias non vocetur mas, ubi non ſit fœmina, Plin. 12. l. 14. c. 30 Mariti mei Daphnidis. 31 Ab uſu rationis. 32 Experiendo coner.

*Ducite*

*Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim,*
[1] *Carmina vel cœlo poſſint* [2] *deducere Lunam:*
*Carminibus* [3] *Circe ſocios* [4] *mutavit Ulyſſis:*
[5] *Frigidus in pratis* [6] *cantando rumpitur anguis.*
*Ducite ad urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.*
[7] *Terna* [8] *tibi hæc primum triplici diverſa colore*
*Licia circumdo; terque hæc altaria circum*
[9] *Effigiem duco:* [10] *Numero Deus impare gaudet.*
*Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.*
[11] *Necte tribus nodis ternos, Amarylli,* [12] *colores:*
[11] *Necte, Amarylli, modò, &,* [13] *Veneris, dic, vincula* [11] *necto.*
*Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.*
[14] *Limus ut hic dureſcit, & hæc ut* [15] *cera liqueſcit.*
[16] *Uno eodemque igni: ſic noſtro* [17] *Daphnis amore.*
*Sparge* [18] *molam, &* [19] *fragiles incende* [20] *bitumine lauros.*
[21] *Daphnis me malus urit: ego hanc* [22] *in Daphnide laurum.*
*Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.*
*Talis amor Daphnim,* [23] *qualis cùm feſſa* [24] *juvencum*
*Per nemora, atque alios quærendo* [25] *bucula lucos*

1 Incantamenta. 2 Deorſum ducere de cœlo in terram. 3 Venefica illa celeberrima, Solis filia. 4 In varias feras. 5 Nocens, ac venenum, quod frigidum eſt, plenus, frigus timoremque inducens. 6 Per incantamenta, dùm incantatur. 7 Tangit modum, quo ſacra magica hæc peregerat. 8 O Daphni. 9 Daphnidis imaginem ad vivum effictam traho. 10 Quia Deus amat numerum ternarium. Olim numerus ternarius in ſacris adhibebatur, quia perfectiſſimus, utpote in quo numero eſt principium, medium & finis. Ex opinione Pythagoreorum. Τὸ πᾶν, καὶ τὸ πάντα τοῖς τρισὶν ὥρισται, &c. Ariſtot. 1. de cœlo. 11 Liga. Epanalepſis Polyptoto permutata. Licia diſcoloria necti nodis jubet ad ligandum in amoribus Daphnidem. 12 Qui ſunt in liciis, id eſt, tria licia trium colorum. 13 Conciliandi amoris. 14 Effigies ex limo efformata dureſcit. Metonymia materiæ: ut mox in *cera*. Duas imagines, è cera unam, è limo alteram ad ignem ſtatuit. 15 Imago cerea fit liquida per unum & eundem ignis calorem. 16 Synecphoneſis ſive Synizezis eſt, qualis etiam 12. Æn. Uno eodemque *tulit partu*. 17 Dureſcat in amore ſui, & liqueſcat in amore mulieris urbanæ. 18 Sacrificium ex ſale & farre confectum. 19 Crepitantes in igne, deſiccatas. 20 Sc. *illitas*. 21 Daphnis votis meis repugnans efficit ut amore ardeam. 22 Super effigiem Daphnidis. 23 Sc. *amor tenet buculam*. 24 Taurum. 25 Juvenis vacca.

1 Juxta, propè. 2 Proſternitur, ampliùs ſtare aut currere nequiens. 3 Gramine. 4 Amore afflicta, languens. 5 Serò & tarde adventanti, aut aliquantulùm progreſſæ, id eſt, ſerâ nocte domum redire. 6 Medendi, ſuccurrendi ejus amori. Helleniſmus. 7 Veſtes ſuas, quas exuit. Æneid. 4. *Arma viri exuviaſque omnes,*

*1 Propter aquæ rivum viridi 2 procumbit in 3 herbâ*
*4 Perdita, nec 5 ſeræ meminit decedere nocti:*
*Talis amor teneat, nec ſit mihi cura 6 mederi.*
*Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.*
*Has olim 7 exuvias mihi 8 perfidus ille reliquit.*
*9 Pignora chara ſui: quæ nunc ego 10 limine in ipſo*
*11 Terra, tibi 12 mando: debent hæc pignora 13 Daphnim.*
*Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.*
*Has herbas, atq; hæc 14 Ponto mihi 15 lecta venena*
*Ipſe dedit 16 Mœris: naſcuntur 17 plurima 14 Ponto.*
*18 His ego ſæpè 19 lupum fieri, & ſe 20 condere ſylvis*
*Mœrin, ſæpè animas 21 imis 22 excire ſepulchris,*
*Atque 23 ſatas 24 alio vidi 25 traducere 23 meſſes.*
*Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.*
*26 Fer cineres, Amarylli, foras, 27 rivoq; fluenti.*
*Tranſque caput 28 jace: ne reſpexeris: 29 his ego Daphnim*
*Aggrediar: nihil ille Deos, nil 30 carmina curat:*
*Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.*
*Aſpice, 31 corripuit 32 tremulis altaria flammis*
*Sponte ſuâ, dùm 33 ferre moror, cinis ipſe: 34 bonum ſit.*

*Moleſtumque jugalem, Quo perii, ſuperimponas.* 8 Infidelis Daphnis. 9 Monumenta chara, ut me ſui reditus admoneant. 10 Ingreſſu domus meæ. 11 Apoſtrophe. 12 Committo. 13 Sc. *mihi reſtituere, reducere.* 14 Virosâ, venenorum feraci regione Aſiæ, cui olim Mithridates imperavit, de quo Martialis: *Perfecit poto Mithridates ſæpè veneno, Toxica ne poßent ſæva nocere ſibi.* 15 Collecta in Ponto. Simplex pro compoſito. 16 Artis magicæ peritiſſimus. 17 Venena. 18 Virtute horum venenorum. 19 Ex homine in lupum mutari. 20 Abſcondere in ſylvis. 21 Profundis. 22 Evocare. 23 Seminatas fruges. *Cantus vicinis fruges traducit ab agris.* Tibul. 1. l. 8. El. 24 In alium agrum. 25 Transferre. 26 Effer. Februa & purgamenta luſtrationis & incantationis poſt tergum abjiciebant in aquas, quæ reſpicere nefas. 27 In fluvium. 28 Projice eos. 29 Sacris amatoriis & magicis. 30 Incantationes. 31 Lætior illuxit ignis, felix πυρομαντίας omen, inquit ancilla, vel ipſa maga. 32 Scintillantibus ac micantibus. 33 Efferre cineres differo. 34 Precor, ut ſit bonum omen, ſignum. Fauſti ominis formula.

1 *Neſcio quid certè eſt: & 2 Hylax in limine 3 latrat.*
4 *Credimus? an, qui amant, 5 ipſi ſibi ſomnia fingunt?*
6 *Parcite, ab urbe 7 venit, jam parcite carmina, Daphnis.*

1 Neſcio quid ſit, certè eſt aliquid magnum. 2 Canis noſter, ab ὑλάω, latro. 3 Ubi infoderat exuvias Daphnidis, & per quod venire debeat. 4 An credam ipſum Daphnin ab urbe domum venire? 5 Quæ cupiunt, in ſomnis vident? Unde Publius Syrus: *Amans, quod ſuſpicatur, vigilans ſomniat.* Ter. Andr. *Num ille ſomniat ea, quæ vigilans voluit?* 6 O carmina mea deſiſtite, ceſſate jam. 7 Redit domum.

# Ecloga IX. cui nomen MOERIS.

## ARGUMENTUM.

POſt Philippenſem victoriam, cùm in diſtributione agrorum, qui Triumvirorum juſſu trans Padum dividebantur, ſua quoque prædia Virgilius amiſiſſet, Romam profectus, cùm favore ingenii, tùm præſertim adjuvante Pollione, Tranſpadanæ regionis præfecto, poſſeſſiones ſuas recepit. Verùm ægrè id ferente Arrio, cui ſortè Virgilii fundum in portionem ceſſerat, parum abfuit, quin ab irato milite interficeretur. Denuò itaque Romam profecturus præcipit procuratori, ut Arrio uſque ad reditum ſuum, quam minimo poſſet detrimento ſuo, obſequeretur. Is igitur ex patroni ſui præcepto Mantuam proficiſcitur, hœdorum aliquod munuſculum Arrio oblaturus. Mœrin ſubſequitur Lycidas paſtor, itineris ejus cauſam inquirens, ibi nactus occaſionem Mœris temporum illorum calamitatem deflet. Deinde unà Mantuam euntes itineris tædium variis ſublevant cantilenis.

## LYCIDAS, MOERIS.

*QUò te, 1 Mœri, 2 pedes? 3 an (quò via ducit) in 4 urbem?*
MOE. *O Lycida, 5 vivi pervenimus, 6 advena noſtri*
*(Quod nunquam veriti ſumus) ut 7 poſſeſſor agelli*
*Diceret: 8 Hæc mea ſunt, veteres migrate coloni.*

1 Per Mœrin, Virgilii villicum intellige. 2 Sc. ferunt, ducunt, id eſt, quò proficiſceris, quò tendis? Theocr. 13. Id. ᾆ πόδδ' ἄγον. 3 Sc. illùc ducunt te. Ellipſis verbi. 4 Mantuam. 5 Diu vivendo ad id infortunium. 6 Externus, peregrinus: miles Arrius: Pathos præter ſpem. Vide Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 7 Ut culta hæc novalia barbarus miles invaderet, priori & vero domino expulſo. 8 Arva vel rura, & omnia quæ hic ſunt, Formula vindicandi poſſeſſiones.

*Nunc* [1] *victi, triſtes* ([2] *quoniam* ſors omnia verſat)
*Hoc* [3] *illi* ([4] *quod nec benè vertat*) [5] *mittimus hœdos.*
LY. *Certè equidem audieram,* [6] *quà ſe* [7] *ſubducere colles*
*Incipiunt,* [8] *mollique jugum demittere clivo.*
*Uſque ad* [9] *aquam, & veteris jam* [10] *fracta cacumina fagi,*
[11] *Omnia carminibus veſtrum ſervaſſe* [12] *Menalcam.*
MOE. [13] *Audieras, &* [14] *fama fuit: ſed carmina tantùm*
*Noſtra* [15] *valent, Lycida, tela inter* [16] *Martia, quantùm*
[17] *Chaonias* [18] *dicunt,* [19] *aquilâ veniente,* [20] *columbas.*
*Quòd niſi me* [21] *quacunque* [22] *novas incidere lites*
*Antè* [23] *ſiniſtra cavâ monuiſſet ab* [24] *ilice cornix,*
[25] *Nec tuus hic Mœris, nec viveret ipſe Menalcas.*
LY. [26] *Heu cadit in quenquam* [27] *tantum ſcelus!* [26] *heu tua nobis*
*Penè ſimul* [28] *tecum* [29] *ſolatia rapta, Menalca!*
[30] *Quis caneret* [31] *Nymphas?* [30] *quis humum florentibus herbis.*

1 Violenter extuſi. 2 Cùm fortuna omnia mutet, ac nulla hic certa ſit poſſeſſio, nec firma rerum conditio. Ter. Eun. *Omnium rerum viciſſitudo eſt*, Sal. Cat. *Sed profectò fortuna in omni re dominatur.* Γνώμη. 3 Advenæ illi Arrio, qui nos migrare fecit, agroſque noſtros occupavit. 4 Imprecandi formula. Quæ res ſit ei exitio. Litotes. 5 Dono. 6 Ab eâ parte, quâ, &c. 7 Deſcendere in planos campos, humiliores fieri. 8 Et deorsùm mittere ſeu relinquere ſummitatem ſuam facili deſcenſu. 9 Mincium fl. 10 Fractam ſummitatem. 11 Loca, ſc. ut arva & paſcua, Virgilium herum tuum compoſitione carminum ab occupatione militum immunia reddidiſſe. 12 Virgilium herum tuum. 13 Menalcam, id eſt, Virgilium ea omnia ſervaſſe. 14 Homines dicebant rem ita ſe habere. 15 Poſſunt efficere tantum. Metaphora à re nummariâ. 16 Bellica & militaria arma. Synecdoche ſpeciei pro genere. 17 Epiroticas, id eſt, quaſlibet. Synecdoche ſpeciei. *Chaonia* eſt Epiri pars. 18 Hiſtoriarum aut augurii periti. 19 Dùm aquila involat in eas, quod nihil eſt. 20 Sc. *valere*. 21 Sc. *ratione* poſſem, ut omnem occaſionem cum centurione Arrio litigandi præciderem, id eſt, removerem 22 Ruſticis inſuetas. 23 A ſiniſtra parte, à qua ratum facit augurium, volans. Auſpicia ſiniſtra erant Romanis fauſta, ſed Græcis reliquiſque Barbaris dextra erant meliora. 24 In qua ſedebat. 25 Neque ego, neque Dominus meus Virgilius. 26 Poteſt ne quis eſſe tam ſceleratus! Anaphora. 27 Ut te & Virgilium vita extinctum eat. 28 Si tu fuiſſes interfectus. 29 Carmina ſolatioſa, quæ ſolatium adferre ſolent, fuiſſent adempta. 30 Quis, ſi tu raptus eſſes, caneret Galateam, Amaryllida, &c. Anaphora per interrogationem inſtituta. 31 Aquarum Deas.

3 Spar-

*[1] Spargeret? aut viridi [2] fontes induceret umbrâ?*
*[3] Vel quæ [4] ſublegi tacitus tibi carmina nuper,*
*Cùm [5] te ad delicias [5] ferres [6] Amaryllida noſtras?*
*Tityre, [7] dùm redeo (brevis eſt via) paſce capellas:*
*Et [8] potum paſtas age, Tityre, & inter agendum*
*[9] Occurſare capro ([10] cornu ferit ille) caveto.*
MOE. *[11] Imò hæc, quæ [12] Varo necdùm perfecta canebat,*
*Vare tuum nomen ([13] ſuperet modò Mantua nobis,*
*[14] Mantua væ [15] miſeræ nimiùm vicina Cremonæ)*
*[16] Cantantes [17] ſublime ferent ad ſydera [16] cycni.*
LY. *[18] Sic tua [19] Cyrneas fugiant [20] examina [19] taxos:*
*Sic [21] cytiſo paſtæ [22] diſtentent ubera vaccæ.*
*Incipe ſi [23] quid habes, & me fecere Poëtam*
*[24] Pïerides: ſunt & mihi carmina: me quoque dicunt*
*[25] Vatem paſtores; ſed [26] non ego credulus illis.*
*Nam neque adhùc [27] Varo videor, nec dicere [28] Cinnâ*
*[29] Digna, ſed [30] argutos inter ſtrepere [31] anſer [30] olores.*
MOE. *[32] Id quidem ago, & tacitus, Lycida, mecum ipſe [33] voluto,*

1 Caneret ſparſam. 2 Hypallage eſt: umbra enim fontibus inducitur, id eſt, fontibus umbras inductas caneret? 3 Vel quis componeret talia carmina, qualia, &c. 4 Surripui tacitè, ſecretò, latenter. Antimeria. 5 Proficiſceris, ires. 6 Romam. 7 Donec. 8 Impelle capellas, poſtquam paſtæ ſunt ad aquas, ut potent. 9 Ne occurſes. Helleniſmus. 10 Cornibus. 11 Imò potius dic, quis caneret hæc carmina, quæ Menalcas canebat, id eſt, compoſuerat Varo, quamvis nondum perfecta eſſent. 12 In honorem Vari; de quo in Ecloga 6. *Te noſtra, Vare myrica, &c.* 13 Dummodò Mantua ſuperſit ac reddatur veteribus ejus poſſeſſoribus. 14 Ab Mantua. Cum enim militibus Octavii aſſignatus ager Cremonenſium, qui adverſis partibus faviſſent, in diviſionem non ſatis eſſet; Mantuani quoque agri pars donata eſt. Vide Argumentum. Pathos per exclamationem. Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 15 Ob amiſſos agros. 16 Poëtæ. 17 In altum, ut cygni volant. 18 Sic precor, ut, &c. Obteſtantis particula. Sic proſperè cedant mellificia, abundet lac. Sic Ecl. 10. v. 4. 19 Quaſlibet arbores venenatas. *Cirnus* eſt inſula in mari Mediterraneo, alio nomine dicta *Corſica*, in qua plurimæ taxi apibus noxiæ. 20 Fœturæ apum tuarum. 21 Frutice ſuccoſo & dulci. 22 Impleant lacte uſque ad diſtentionem ſua ubera. 23 Aliquid quod canas, id eſt, ſi quid carminis ad manum habes. 24 Muſæ in Piero monte degentes. 25 Sc. *eſſe.* 26 Sc. *ſum*, id eſt, non habeo illis fidem. 27 Oratore egregio. 28 Poëta eximio. 29 Quæ comparentur optimis illis Poëtis. 30 Canoros cygnos, id eſt, ſuaviſſimos Poëtas. 31 Ut, tanquam anſer, id eſt, Poëta malus. Non inepta modeſti Poëtæ comparatio: alluſum tamen ad Anſerem ignobilem Poëtam, qui ſcripſit Antonii geſta. 32 Certè ego conor incipere. 33 Agito, repeto.

1 An poſſim in memoriam mihi revocare carmen, quod incipere paro. 2 Et eſt dignum, quod noſcatur, nobiliſſima enim eſt cantilena. Littetes. 3 Veni in terram. 4 Nympha Marina. 5 Quæ voluptas in mari eſſe poteſt? q. d. nulla. Interrogatio negandi vim habens. 6 In terris eſt.

*[1] Si valeam meminiſſe [2] neque eſt ignobile carmen.*
*[3] Hùc ades ô [4] Galatea: [5] quis eſt nam [5] ludus in undis?*
*[6] Hic ver [7] purpureum: [8] varios hic [9] flumina circùm*
*[10] Fundit humus flores: hic candida populus [11] antro*
*Imminet, & [12] lentæ [13] texunt umbracula vites.*
*Hùc ades: [14] inſani feriant [15] ſine littora fluctus.*
LY. *[16] Quid? quæ te [17] purâ [18] ſolum ſub nocte canentem*
*Audieram? [19] Numeros memini, ſi verba tenerem.*
MOE. *Daphni, quid antiquos [20] ſignorum [21] ſuſpicis ortus?*
*Ecce [22] Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum;*
*[23] Aſtrum, [24] quo [25] ſegetes gauderent frugibus, & [24] quo*
*[26] Duceret [27] apricis in collibus [28] uva [26] colorem.*
*[29] Inſere, [30] Daphni, pyros: [31] carpent tua poma [32] nepotes.*
*[33] Omnia [34] fert ætas, [35] animum quoque: ſæpè ego longos*
*Cantando puerum memini me [36] condere [37] Soles.*
*Nunc [38] oblita mihi tot carmina: vox quoque [39] Mœrin*
*Jam [40] fugit ipſa: [41] lupi [42] Mœrin videre priores.*

7 Purpureis floribus ornatum. 8 Varii coloris & odoris. 9 Circum flumina. Anaſtrophe. 10 Metaphora à rebus liquidis. 11 Impendet, id eſt, in antrum declinat. 12 Flexibiles. 13 Contextu ſuo efficiunt umbras. 14 Furentes aut magni & vehementes. Sic 2. Æn. *Quid tantum* inſano *juvat indulgere labori?* Metaphora ab hominibus mente captis. 15 Permitte, ſc. *ut*. Aſyndeton. 16 Cur verò iſta carmina non canis? 17 Serena. 18 Cùm ſolus eſſes. 19 Modos cantus, νόμον, rythmum verſuum, ſi verſus tenerem. 20 Siderum. 21 Surſum inſpicis, cùm ſit novus ortus admirandus. 22 Stella Julii Cæſaris, à *Dione*, Veneris matre, & Iulo, Veneris nepote, oriundi, eluxit, apparuit. 23 Anadiploſis. 24 Sc. *oriente*. 25 Herbæ ſatæ impleantur granis frugum propter maturitatem: id autem fit in Julio. 26 Attraheret colorem purpureum, id eſt, matureſceret. 27 Soli oppoſitis & calidis. 28 Seu botrus. 29 Planta arbores. Synecdoche ſpeciei pro genere. 30 Apoſtrophe. 31 Decerpent. 32 Poſteri tui. 33 Longævitas vitæ aufert, adimit ſecum omnia juventutis vel corporis bona. 34 Enallage ſimpl. pro comp. 35 Memoriam quoque, & animi vires, nedum corporalia. 36 Conſumpſiſſe. Enallage temporis. 37 Dies æſtivos. Metonymia efficientis pro effecto. 38 Oblivioni à me tradita ſunt, exciderunt mihi præ ſenio. Enallage generis deponentis pro paſſivo. 39 Me. 40 Deficit ac deſerit. 41 Ex opinione noxii luporum viſus: qui homini, quem priores viderint, vocem ad tempus adimunt. Plin. l. 8. c. 22. Theocr. 14. Id. Οὐ φθεγξῆ. λύκον εἶδες. 42 Obmutui, uti ſolent, quos lupi priores viderunt, Metonymia antecedentis pro conſequente.

Sed

*Sed tamen iſta ſatis referet tibi ſæpè* [1] *Menalcas.*
LY. [2] *Cauſando noſtros* [3] *in longum* [4] *ducis amores:*
[5] *Et nunc* [6] *omne tibi ſtratum* [7] *ſilet æquor, & omnes*
*(Aſpice)* [8] *ventoſi ceciderunt murmuris auræ.*
[9] *Hinc* [10] *adeò media eſt nobis via: namque ſepulchrum*
*Incipit apparêre* [11] *Bianoris: hic, ubi denſas*
*Agricolæ* [12] *ſtringunt frondes, hic, Mœri, canamus:*
*Hic* [13] *hædos* [14] *depone: tamen* [15] *veniemus in urbem.*
*Aut ſi,* [16] *nox pluviam ne colligat* [17] *antè, veremur,*
*Cantantes licet* [18] *uſque (*[19] *minùs via lædet) eamus.*
*Cantantes ut eamus,* [20] *ego hoc te* [21] *faſce levabo.*
MOE. *Deſine* [22] *plura,* [23] *puer: &, quod nunc* [24] *inſtat,* [25] *agamus:*
*Carmina tùm meliùs, cùm* [26] *veneris* [27] *ipſe, canemus.*

1 Ipſe Virgilius referet tibi ſatis ea, quæ deſideras, carmina. 2 Cauſas prætexendo, tergiverſando, & excuſando incendis magis intendiſque deſiderium meum tui audiendi. 3 Sc. *tempus.* 4 Differs carmina, quæ ſummoperè amo. Metonymia ſubjecti pro adjuncto. 5 Invitat ab opportunitate. 6 Omnis locus æquus, ſive in mari, ſive in terrâ, ſedatus & æquatus, tranquillus eſt in gratiam tuam, quo commodiùs canere poſſis. Metaphora à ventis. 7 Quia nullus eſt ventus. 8 Sonori, id eſt, ventoſæ procellæ ſedatæ ſunt. 9 Nos eundo abſolvimus medium itineris, cùm ſimus in media via. 10 Omninò. 11 Qui & Ocnus dictus eſt, & Mantuam à ſe conditam à nomine matris ſuæ fatidicæ Mantûs dixit. 12 Abſtrahunt, amputant ramos arborum luxuriantes. 13 Onus, donum Arrio miſſum. 14 De humeris. 15 Tempori, ac ſatis tempeſtivè. 16 Ne circa noctem pluat. 17 Priuſquam pervenimus in urbem. 18 Semper, aſſiduè. 19 Via offendet & defatigabit nos minùs, quàm ſi triſtes incederemus: comes enim facundus pro vehiculo eſt. 20 Ego portabo hœdos tuos. 21 Onere hœdorum tuorum, quos portas. 22 Sc. *expetere à me.* 23 Lycida. 24 Imminet & urget nos, ut noſtrorum agrorum poſſeſſori hœdos iſtos mittamus veniæ gratiâ. 25 Sc. *id.* 26 Ab urbe Româ, ut agros recipiat. 27 Menalcas, Virgilius, autor carminum noſtrorum: alii Auguſtum intelligunt.

Ecloga

# Ecloga X. cui nomen GALLUS.

## ARGUMENTUM.

Cornelius Gallus eximius poëta fuit, primusque Ægypti præfectus, qui cum Cythereidem meretricem, Volumnii libertam, quam poëta hic Lycoridem vocat, perditè adamaret, neque illa mutuo amori reſponderet, ſed, ipſo ſpreto, Antonium in Galliam ſecuta eſſet, ægerrimè repulſam tuliſſe creditur. Eum itaque hac Ecloga conſolatur Virgilius, ſed ita, ut à paſtoralibus perſonis ruſticiſque comparationibus non ſecedat. Totum autem ferè hoc Argumentum ſumptum eſt ex Thyrſide Theocriti, ubi ſimilem Daphnidis amorem exſequitur.

*[1] Extremum hunc, [2] Arethuſa, mihi [3] concede laborem.*
*Pauca [4] meo Gallo, ſed quæ legat ipſa [5] Lycoris,*
*Carmina ſunt dicenda: neget [6] quis carmina Gallo?*
*[7] Sic [8] tibi, cùm [9] fluctus ſubter labêre Sicanos,*
*[10] Doris [11] amara [12] ſuam non intermiſceat undam,*
*Incipe, [13] ſollicitos [14] Gallì dicamus amores:*
*Dùm tenera [15] attondent [16] ſimæ [17] virgulta capellæ.*
*Non canimus ſurdis: [18] reſpondent omnia ſylvæ.*
*[19] Quæ [20] nemora, aut [19] qui vos ſaltus habuêre puellæ*
*[21] Najades, [22] indigno cùm Gallus amore periret?*
*Nam neq; Parnaſſi vobis [23] juga, nam neq; [24] Pindi,*

1 Ultimum hoc carmen, quia non plura bucolica carmina conficere ſtatui. 2 Nympha fontis Siculi. 3 Permitte. 4 Amico meo. 5 Amica ejus Cytheris. 6 Q. d. nemo, cùm ſit Poëta eximius. 7 Sic, ex Elide, fugiens Alphæum fluvium, in Siciliam per occultas ſubter mare vias ſinas pura, intemerata, nec mari permiſta. v. 3. Æn. ſub fine. 8 Aquis dulcibus. 9 Fluas ſub mari Siculo. 10 Nerei conjux, filia Oceani, Nympharum mater, quam pro aqua marina poſuit, ſive ipſo mari, per Metonym. ſubjecti poſſeſſ. 11 Salſa. 12 Marinam, & ita amaram undam. 13 Sollicitudinis plenos, ſollicitudinem adducentes. Metonymia effecti pro efficiente. Hinc Ovid. 1. Ep. *Res eſt ſolliciti plena timoris amor.* 14 Quos Gallus in Lycorin confert. 15 Carpunt. Græcè κείρουσι. 16 Naſum incurvum habentes. 17 Frutices. 18 Per echo & reſonantiam vocis reddunt omnia noſtra verba. 19 Polyptoton. 20 In quibus nemoribus aut ſaltibus fuiſtis? Inter *nemora* & *ſaltus* hanc differentiam eſſe volunt, ut *nemus* dicatur ſylva non ita denſa, in qua pecora paſci poſſunt. à Græco verbo νέμω, id eſt, *paſco*: *ſaltus* verò ſylva denſior, quæ à feris non niſi ſaliendo tranſiri poteſt. 21 Nymphæ fontium, à ναίω, *fluo*. Apoſtrophe. 22 Tali viro, ſc. cùm meliori amore dignus eſſet. 23 Tithorea & Hyampeus, duo vertices Parnaſſi montis in Bœotia, Muſis & Apollini ſacri. 24 Montis Theſſaliæ etiam Muſis ſacri.

Illa

*Ulla* [1] *moram fecêre, neque Aonia* [2] *Aganippe.*
[3] *Illum etiam* [4] *lauri,* [3] *illum etiam* [5] *flevêre* [6] *myricæ,*
[7] *Pinifer illum etiam* [8] *ſolâ ſub rupe* [9] *jacentem*
[10] *Mænalus, & gelidi* [11] *fleverunt ſaxa* [12] *Lycæi.*
*Stant* [13] *& oves* [14] *circum,* [15] *noſtri nec pœnitet illas:*
[16] *Nec te pœniteat pecoris,* [17] *divine Poëta.*
*Et formoſus oves* [18] *ad flumina pavit* [19] *Adonis:*
*Venit &* [20] *Opilio:* [21] *tardi venêre bubulci:*
[22] *Uvidus* [23] *hybernâ venit de glande Menalcas.*
[24] *Omnes, undè amor* [25] *iſte, rogant:* [26] *tibi venit* [27] *Apollo;*
*Galle, quid* [28] *inſanis? inquit:* [29] *tua cura Lycoris,*
*Perq;* [30] *nives* [31] *alium, perq;* [32] *horrida caſtra ſecuta eſt.*
*Venit &* [33] *agreſti capitis* [34] *Sylvanus* [33] *honore,*
*Florentes* [35] *ferulas, &* [36] *grandia lilia* [37] *quaſſans.*
*Pan Deus Arcadiæ* [38] *venit, quem vidimus* [39] *ipſi*
[40] *Sanguineis ebuli* [41] *baccis, minioque* [42] *rubentem.*
*Et, quis erit* [43] *modus? inquit, amor non* [44] *talia curat.*
[45] *Nec lacrymis crudelis* [46] *amor,* [45] *nec gramina* [47] *rivis,*
[45] *Nec* [48] *cythiſo ſaturantur apes, nec* [49] *fronde capellæ*

1 Detinuerunt vos. 2 Fons Bœotiæ, quæ & Aonia, propè Heliconem, Muſis ſacrum, quem Poëtæ fabulantur factum ex ungulâ Pegaſi equi alati: undè & Græcis *Hippocrene* dicitur, quaſi τοῦ ἵππου κρήνη, id eſt, *equi fons.* 3 Gallum. Anaphora. 4 Arbores ſacræ Apollini Muſarum præſidi. 5 Defleverunt. Simplex pro compoſ. 6 Id eſt, ſummi quique & infimi. 7 Pinus proferens. 8 Deſerta, non habitata. Ter. Andr. *Venit alicundè meditatus ex ſolo loco.* Idem Phorm. *Nonne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras?* 9 Quod deſperantis amatoris eſt. 10 Arcadiæ mons. 11 Deplorarunt. 12 Montis Arcadiæ. 13 Etiam. 14 In circuitu, ubi Gallus amore languens decubabat. 15 Paſtorum amantium, id eſt, neque tui, neque mei: tui nempe, amores tuos flentis: mei, amores tuos canentis. 16 Nec pudeat te paſtoralia tractare. 17 Excellens. 18 Juxta. 19 Puer ille formoſus plurimùm à Venere dilectus. Ab exemplo. 20 Ovium paſtor. 21 Stulti. 22 Madidus. 23 De glandium collectione, quæ fit hiberno tempore. 24 Ruſtici. 25 Tantus te Gallum invaſerit. 26 Ad te conſolandum. 27 Muſarum præſes. 28 Amore correptus furis? 29 Quæ cor tuum urit, quæ tantoperè tibi curæ eſt. 30 Alpium. 31 Virum, ſc. Antonium in Galliam, ut in Argumento. 32 Terribilia. 33 Ornatu ſylveſtri, id eſt, corona frondea, qua caput cinctus veniebat Sylvanus. Sic Horat. folia ſive frondes arborum, *ſylvarum honorem* appellavit. Od. 2. Epod. 34 Deus ſylvarum & agrorum. 35 Fruticis. 36 Pro modulo capitis. 37 Subinde concutiens. 38 Ad Gallum. 39 Nos paſtores. 40 Sanguinei coloris. 41 Acinis. 42 Habentem faciem oblitam. 43 Finis amoris tui. 44 Qualia tu facis, id eſt, non mitigatur lachrymis miſere amantium. 45 Anaphora. 46 Sc. *ſaturentur.* 47 Irrigatione. 48 Flore Cytiſi. 49 Frondibus Cytiſi. Synecdoche numeri ſingularis pro plurali.

Triſtis

1 Gallus. 2 Hæc mea mala. 3 Sc. in. 4 Suprà, Eclogâ 7. 5 Cantandi. Hellenismus. 6 Ubi mortuus fuero. 7 Superſtitioſæ antiquitati in votis erat terra levis, ut molliter oſſa cubarent. Unde in ſepulchris olim ſcribebatur, S.T.T.L. id eſt, *Sit tibi terra levis.* Ovid. in Didone:

*Triſtis at* [1] *ille tamen,* [2] *Cantabitis, Arcades, inquit,*
[3] *Montibus hæc veſtris:* [4] *ſoli* [5] *cantare periti*
*Arcades: ô mihi* [6] *tùm quàm molliter* [7] *oſſa quieſcant,*
[8] *Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.*
*Atque utinam ex vobis unus, veſtrique fuiſſem*
*Aut* [9] *cuſtos gregis, aut maturæ* [10] *vinitor uvæ.*
*Certè, ſive mihi* [11] *Phyllis, ſive eſſet* [11] *Amyntas,*
*Seu quicunq;* [12] *furor* ([13] *quid tùm, ſi fuſcus Amyntas?*
*Et* [14] *nigræ violæ ſunt, &* [15] *vaccinia* [14] *nigra)*
*Mecum inter ſalices* [16] *lentâ ſub vite jaceret:*
[17] *Serta mihi Phyllis* [18] *legeret, cantaret Amyntas.*
[19] *Hic* [20] *gelidi fontes:* [19] *hic* [21] *mollia prata,* [22] *Lycori:*
[19] *Hic nemus:* [19] *hic ipſo tecum* [23] *conſumerer ævo.*
*Nunc* [24] *inſanus amor duri* [25] *me* [26] *Martis in* [27] *armis,*
[28] *Tela inter media, atq;* [29] *adverſos detinet* [30] *hoſtes.*
*Tu procul* [31] *è patriâ* ([32] *nec ſit mihi credere tantum)*
[33] *Alpinas, ah dura, nives, & frigora* [34] *Rheni*
*Me ſine ſola vides:* [35] *ah, te ne frigora lædant,*
[35] *Ah, tibi ne teneras glacies* [36] *ſecet aſpera* [37] *plantas.*

*Et patris Anchiſæ molliter oſſa cubent.* Mart. *Sit tibi terra levis, mollique tegaris arenâ.* 8 Si vos carmen de meis amoribus olim cecineritis. Metonymia ſubjecti pro adjuncto. 9 Paſtor pecudum. Urbes deteſtatur, ubi meretrices ſunt perfidæ & exitioſæ. 10 Vindemiator, ut ſc. non inciderem in talem amorem. 11 Amica, aut amaſius. 12 Amor vehemens, cura, deliciæ: furoris enim amor omnis plenus eſt: id eſt, ſive quiſpiam alius eſſet mihi cauſa amoris. 13 Prolepſis. 14 Flores violarum nigri. 15 Eclog. 2. *Vaccinia nigra leguntur.* 16 Flexibili. 17 Flores, è quibus fierent ſerta. 18 Colligeret. Simplex pro compoſito. 19 Anaphora. 20 Refrigerativi. 21 Herboſa. 22 Apoſtrophe ad amicam. 23 Conſumi & mori velim toto tempore vitæ meæ. 24 Vehemens, homines reddens inſanos. Meton. effecti pro efficiente. 25 Gallum. 26 Belli. Metonym. efficientis pro effecto. 27 Quæ longè abhorrent à mollibus pratis. 28 Quæ longè diſcrepant à glandibus fortibus. 29 Nobis inimicos. 30 Qui diſcrepant à nemore amœno. 31 A patriâ. 32 Utinam non credam tantam duritiem de te. 33 Quæ ſunt in Alpibus, montibus Italiam à Gallia & Germania dividentibus. 34 Fluvii Galliam à Germaniâ dirimentis. 35 Sc. *cave*, Anaphora. 36 Dilaceret, vulneret. 37 Pedes. Pars pro toto.



Digitized by Google

*[1] Ibo, &, [2] Chalcidico quæ ſunt [3] mihi condita verſu,*
*Carmina [4] paſtoris Siculi [5] modulabor avenâ.*
*[6] Certum eſt in ſylvis, inter [7] ſpelæa ferarum*
*[8] Malle pati, teneriſque meos [9] incidere [10] amores*
*[11] Arboribus: [12] creſcent [13] illæ, [14] creſcetis amores.*
*[15] Intereà [16] miſtis luſtrabo [17] Mænala Nymphis:*
*Aut [18] acres venabor apros: non me ulla vetabunt*
*Frigora [19] Parthenios canibus [20] circumdare ſaltus.*
*Jam mihi per [21] rupes videor, [22] lucuſque ſonantes*
*Ire: libet [23] Partho [24] torquere [25] Cydonia [23] cornu*
*Spicula: tanquam [26] hæc ſit noſtri medicina [27] furoris,*
*Aut [28] Deus ille [29] malis hominum miteſcere diſcat.*
*[30] Jam neque [31] Hamadryades rurſus, nec carmina nobis*
*Ipſa placent: ipſa rurſùs [32] concedite ſylvæ.*
*Non [33] illum noſtri poſſunt mutare [34] labores:*
*[35] Nec ſi [36] frigoribus mediis [37] Hebrumque [38] bibamus,*

1 Statuit ſibi ſolatium & remedium quærere à carmine, ſylvarum luſtratione & venatu.
2 Gallus latinè reddiderat Euphorionis Chalcidenſis carmina.
3 A me compoſita ſtylo Poëtæ Euphorionis Chalcidenſis.
4 Theocriti Poëtæ Siculi.
5 Canam fiſtulâ. Metonymia materiæ. 6 Omninò decrevi. 7 Speluncas ſeu latibula. 8 Hanc miſeriam, quàm in tali amore perſiſtere. 9 Solebant veteres in corticibus arborum nomina deliciarum ſuarum notare. Sic Oenone apud Ovid. ad Paridem. *Inciſa ſervant à te mea nomina fagi, &c.* 10 Carmen de meis amoribus. Metonym. ſubjecti pro adjuncto. 11 Arborum corticibus. 12 *Et quantum trunci, tantùm mea nomina creſcant: Creſcite & in titulos ſurgite ritè meos.* Ovid. Epiſt. Oen. 13 Arbores. 14 Polyptoton. 15 Dùm amores creſcent. 16 Mixtus inter Nymphas. 17 Arcadiæ montem. 18 Veloces, feroces. Horat. Od. 2. Epod. *Aut trudit acres hinc, & hinc multâ cane Apros in obſtantes plagas.* 19 Arcadios, à monte *Parthenio*, quem luſtrant παρθένοι virgines Dianæ comites. 20 Obſidere. 21 Montes ſaxoſos. 22 Nemora reſonantia, id eſt, in Arcadia. 23 Arcu Parthico, in cujus extremis angulis cornu eſt. Primitivum pro derivativo. 24 Jaculari. 25 Cretenſia: Cydon eſt è nobilibus Cretæ urbibus. 26 Venatio & ferarum ſectandarum defatigatio. 27 Inſani amoris. 28 Amoris Cupido. 29 Cruciatibus, miſeriis hominum. 30 Æger animus mutat conſilia. 31 Nymphæ ſeu Deæ ſylvarum, ἅμα ταῖς δρυσὶ, natæ & denatæ. 32 Simul cedite, valete cum Nymphis & feris veſtris. 33 Deum Cupidinem, vel amorem. 34 Mala mea. 35 Nec ille amor poteſt mutari, etiamſi, &c. 36 Mediâ hyeme, quando frigora ſolent eſſe intenſiſſima. Meton. effecti. 37 Aquam ex Hebro Thraciæ fluvio. Totum pro parte. 38 Bibam. Synecd. num. plur.

1 Si-

*1 Sithoniaſque nives hyemis 2 ſubeamus 3 aquoſæ:*
*Nec ſi, cùm 4 moriens altâ 5 liber aret in ulmo,*
*Æthiopum 6 verſemus oves 7 ſub ſidere Cancri.*
Omnia vincit 8 amor: *& nos 9 cedamus 8 amori.*
*Hæc ſat erit, 10 Divæ, 11 veſtrum cecini ſſe Poëtam,*
*Dùm ſedet, & gracili 12 fiſcellam 13 texit hibiſco,*
*Pïerides: vos 14 hæc facietis 15 maxima 16 Gallo:*
*Gallo, cujus amor tantum mihi creſcit in 17 horas,*
*Quantum 18 vere novo viridis 19 ſe ſubjicit alnus,*
*Surgamus: ſolet eſſe 20 gravis cantantibus umbra:*
*21 Juniperi 20 gravis umbra: nocent & frugibus umbra.*
*22 Ite domum ſaturæ, 23 venit Heſperus, ite 24 capellæ.*

1 Thraciæ, 2 Ingrediar. 3 Aquam generantis. 4 Flaceſcens. 5 Cortex arboris deſiccatur præ calore. 6 Ducam ad nova pabula, paſcam. 7 Tempore ſolſtitii æſtivi, quando ſol eſt in cœleſti ſigno Zodiaci, quod Cancer dicitur. 8 Polyptoton. 9 Locum demus. 10 O Muſæ. 11 Me vatem veſtrum, Virgilium luſiſſe, dùm de tenui argumento gracile carmen conficit. 12 Vas vimineum. 13 Componit. 14 Mea carmina. 15 Acceptiſſima. 16 Anadiploſis. 17 Singulas. 18 In principio veris. 19 Se erigit. 20 Moleſta. 21 *Arboribus primùm certis gravis umbra tributa eſt, Uſque adeò capitis faciant ut ſæpè dolores, &c.* Lucret. 6. l. 22 Ad ſtabula veſtra. 23 Adveſperaſcit, ideſt, jam opus ad finem perduximus. Significat ergo his verbis crepuſculum, quod Ovid. 4. Met. his tribus verſibus circumlocutus eſt: *Jamque dies exactus erat, tempuſque ſubibat, Quod tu nec tenebras, nec poſſis dicere lucem, Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.* 24 Apoſtrophe & Anaphora.



Digitized by Google

# P. VIRGILII MARONIS
# GEORGICORUM
# LIBER I.

## ARGUMENTUM.

PRopoſitio operis. Invocatio Numinum. Aratio. Ejus præcognita; arandi tempora; ſoli natura & diſcrimina; novalis prærogativa. Sementis. Peſtes Satorum. Agriculturæ origo. Inſtrumenta ruſtica. Operum ruſticorum tempora: quæ à cœli & ſiderum cognitione pendent. Tempeſtatum prognoſtica, à Sole & Lunâ Prodigia quæ Jul. Cæſ. cædem ſecuta, præſagierunt civile bellum contra Brutum & Caſſium.

## AD C. MÆCENATEM.

* I. *QUid faciat* 1 *lætas ſegetes:* 2 *quo ſidere terram*
3 *Vertere, Mæcenas,* II. *ulmiſque adjungere vites*
*Conveniat:* III. *quæ cura boum,* 4 *quis cultus habendo*
*Sit pecori:* IV. *atque apibus quanta experientia* 5 *parcis.*
6 *Hinc canere incipiam.* 7 *Vos ô clariſſima mundi*

* Pulchra & plena Georgicorum & laborum & librorum propoſitio & diviſio; ut argumentum ſit libri 1.

I. *Agricultura rationes & tempora.* II. *Arborum plantatio atque inſitio.* III. *Pecoris cura.* IV. *Apum & mellificii ratio.* 1 Terras aut herbas ſatorum ſeminum pingues: tunc enim ſegetem uberrimam ferunt; & ex ubertate oritur lætitia. 2 In cujus ſideris ortu & occaſu, quo tempore obſervatio: ex ſideribus enim tempora colliguntur. 3 Arando. 4 Quæ cura ac diligentia adhibenda ſit pecori ovillo, caprillo & equino. 5 Frugi: quia mella cuſtodiunt, & inventis abſtinent, & nihil ſine ordine conficiunt. 6 Deinceps. 7 Poſt propoſitionem rerum deſcribendarum invocat Poëta diverſa numina.

*[1] Lumina, [2] labentem cœlo quæ [3] ducitis annum:*
*[4] Liber, & [5] alma Ceres, veſtro ſi munere tellus*
*[6] Chaoniam pingui glandem mutavit [7] ariſtâ,*
*Poculaque inventis [8] Acheloïa miſcuit uvis:*
*Et vos, [9] agreſtum [10] præſentia numina, [11] Fauni,*
*[12] Ferte ſimul, [11] Faunique [12] pedem, [11] Dryadeſque [13] puellæ:*
*[14] Munera veſtra cano. [15] Tuque ô, cui [16] prima frementem*
*Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti,*
*Neptune: & [17] cultor nemorum, cui [18] pinguia Ceæ*
*Ter centum [19] nivei [20] tondent dumeta juvenci.*
*[21] Ipſe nemus linquens patrium, ſaltuſque Licæi,*
*Pan ovium cuſtos, tua [22] ſi tibi Mænala curæ,*
*Adſis O Tegeæe favens: oleæque Minerva*
*Inventrix: [23] uncique [24] puer monſtrator aratri,*
*Et teneram [25] ab radice ferens Sylvane cupreſſum:*
*Diique, Deæque omnes, ſtudium quibus arva tueri,*
*Quique novas alitis [26] nonnullo ſemine fruges,*

1 Sol & Luna, anni duces: *quorum motu tempora obſervantur à ſerentibus ac condentibus*, inquit Varro. 2 Currentem, vel citò tranſeuntem. 3 Viciſſim traducitis. 4 Inventores vini & frugum: veſtro ſiquidem beneficio & invento gens humana à glandium & aquæ uſu ad mitiorem frumenti & vini victum traducta eſt. 5 Altrix noſtra. 6 Epiroticam, qua homines, in ſylva Chaonia creſcente, ante inventum frumentum veſcebantur. Κατ' ἐξοχὴν & Synecdochice pro omni glande: uti & . . . 7 Fruge maturâ, id eſt, frumento. 8 . . . *Acheloïa pocula*, pro qualibet aquâ, reſpectu tamen habito ad hunc fluvium, qui primus omnium terra erupiſſe dicitur. 9 Agros colentium ſeu ruſticorum. 10 Propitia & in terris degentia. 11 Bacchi comites, numina ruſtica, rerum ſylveſtrum præſides ad 2. l. 12 Adeſte, convenite in auxilium meum. 13 Nymphæ arborum. 14 Inventa veſtra, glandes & frondes quibus paſcuntur pecora. 15 Neptune, cujus tridente percuſſa terra in certamine cum Pallade ſuper Athenarum nomine, produxit equum. 16 Generaliter, quæ Deorum parens fuerit cum cœlo: vel quæ prima emerſerit ante omnia elementa: vel ſpeciali reſpectu ad Atticam, contentionis Nept. cum Pallade locum, quæ primam ſe & antiquiſſimam terram gentemque prædicat. 17 Ariſtæe, pecorum in Ceâ inſ. in mari Ægæo præſes, ubi & reparaſſe apes diceris. ad l. 4. 18 Oves pingues reddentia. 19 Candidi. 20 Paſcendo abrodunt loca dumis & ſpinis referta. 21 Pan præſes paſtorum, relicta Arcadia, in quâ Lycæus & Mænalus montes. Tegea oppidum, adſis. 22 Tametſi. 23 Incurvi, & uncum in ſtivâ habentis. 24 Triptoleme, qui à Cerere edoctus in Atticâ primùm, mox per orbem agri colendi rationes ſparſit. Alii Oſyrim Ægyptium intelligunt. 25 Integram cupreſſum, radicitus evulſam. Nota ex fab. Cypariſſi. 26 Quodam nativo alimento.

Quique

Digitized by Google

*Quique* [1] *ſatis* [2] *largum cœlo demittitis imbrem.*
[3] *Tuque adeò*, [4] *quem mox quæ ſint habitura Deorum*
*Concilia, incertum eſt: urbis ne inviſere, Cæſar,*
I. *Terrarumque* [5] *velis curam, & te maximus orbis*
*Authorem frugum*, [6] *tempeſtatumque potentem*
*Accipiat, cingens* [7] *maternâ tempora myrto:*
II. *An Deus immenſi venias maris, ac tua nautæ*
*Numina ſola colant: tibi ſerviat* [8] *ultima Thule,*
*Teque ſibi generum* [9] *Tethys* [10] *emat omnibus undis:*
III. *An-ne novum* [11] *tardis ſidus te menſibus addas,*
[12] *Quâ locus Erigonen inter*, [13] *Chelaſque ſequentes*
[14] *Panditur: ipſe tibi jam brachia contrahit ardens*
*Scorpius, & cœli* [15] *juſtâ plus parte* [16] *relinquit.*
[17] *Quicquid eris* (IV. *nam te nec ſperent* [18] *Tartara regem,*
*Nec tibi regnandi veniat* [19] *tam dira cupido:*
[20] *Quamvis Elyſios miretur Græcia campos,*
*Nec* [21] *repetita* [22] *ſequi curet* [23] *Proſerpina matrem)*
[24] *Da facilem curſum, atque* [25] *audacibus* [26] *annue cœptis;*

1 Ad utilitatem ſatorum ſeu ſegetum. 2 Fœcunditatem largientem. 3 Auguſte Ceſar, adſis. 4 Cujus ſerò tandem hinc ad Deos migrantis, in arbitrio eſt in quorum numero velis eſſe Deorum. I. *terreſtrium*, II. *marinorum*, III. *cæleſtium*, aut IV. *inferorum*: quem tamen rejicit Poëta. 5 Sc. *aſſumere*, id eſt, an velis coli in urbibus ab his, qui eas inhabitant, tanquam eorum protector. 6 Tempeſtarum aut temporum potentiam habentem. 7 Veneri ſacra, è cujus ſtirpe Octavius. Auguſtus enim originem habuit ab Iulo, qui fuit filius Æneæ: cujus mater Venus. 8 Ultima Romanis tùm nota, nec vera tamen, id eſt, extremi hominum. 9 Magna maris Dea. 10 Accipiat, comparet dote undarum omnium, quarum Deus efficieris. Ad Romanam conſuetudinem uxoris capiendi alludit. Tribus modis uxor habebatur, uſu, farre, & coëmptione. 11 Æſtivis: propter longiſſimos dies & horas civiles. 12 Inter Virginem, & Scorpium plus æquo ſibi in Zodiaco occupantem, vacare ait Auguſto locum: in librâ ſc. ſub quo ſigno natus eſt, & ad cujus juſtitiam imperavit. 13 Brachia ſcorpii magnitudine ſui corporis locum duorum ſignorum occupantis. 14 Aperitur. 15 Plus tibi tribuit partis, quam ſibi relinquat, ut vix habeat, ubi maneat ipſe Scorpius. 16 Ut novum ſydus recipiat. 17 Quodcunque numen eris, ſive terræ, ſive maris, ſive cœli. Concluſio eſt. 18 Inferorum loca. Rejectam vult inferni regni optionem, utcunque inferni Elyſium à Græcis efferatur laudibus, & à Proſerpinâ ſupero cœlo prælatum fuerit. 19 Ut inferis dominari velis. 20 Quantum velit, admirando efferat beatorum loca. 21 A matre Cerere. 22 Nolit redire ad ſuperos. 23 Jovis & Cereris filia. 24 Aſpira mihi, fer mihi opem, cùm in cœlo es, ô Cæſar. Tranſlatio eſt ab equis, vel à navigatione tracta. Facilem enim curſum habent nautæ, cùm aura aſpirat. 25 Quia primus Latinorum Virgilius agriculturam carmine ſcripſit. 26 Fave annuendo.

1 Rationis & conſuetudinis colendi. 2 Agricolas. 3 Accede, adſis ut numen. 4 Virus, dùm adhuc in terris es: viventi enim divini honores habiti. Horat. *Præſenti tibi maturos largimur honores. Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras.*

*Ignaroſque [1] viæ mecum miſeratus [2] agreſtes*
*[3] Ingredere, & votis [4] jam nunc aſſueſce [5] vocari.*
*[6] Vere novo, gelidus [7] canis cum montibus humor*
*[8] Liquitur, & Zephyro [9] putris ſe gleba [10] reſolvit,*
*[11] Depreſſo incipiat [12] jam tùm [13] mihi taurus [11] aratro*
*[14] Ingemere, & ſulco attritus [15] ſplendeſcere [16] vomer.*
*Illa [17] ſeges demùm votis reſpondet avari*
*Agricolæ, [18] bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit:*
*[19] Illius immenſæ ruperunt [20] horrea meſſes.*
*[21] At priùs, [22] ignotum [23] ferro quàm [24] ſcindimus [25] æquor.*
*[26] Ventos, & [27] varium cœli prædiſcere morem*
*Cura ſit; ac [28] patrios cultuſque [29] habituſque locorum;*
*Et quid quæque ferat regio, & quid quæque [30] recuſet.*
*Hîc ſegetes: illic [31] veniunt feliciùs uvæ:*
*Arborei fœtus alibi, atque [32] injuſſa vireſcunt*
*Gramina, nonne vides, croceos ut [33] Tmolus odores,*

5 Invocari à nobis. 6 Initio veris: cujus ſigna ponit nives ſolutas & glebas putreſcentes ſpiritu genitabilis Favonii. Hic incipit Poëta docere agriculturam, & primò quo tempore terra proſcindenda ſit. 7 Nive adhuc in vertice tectis. 8 Liquefit, diſſolvitur. 9 Humefacta ac mollificata. 10 Aperit, diſſolvitur. 11 Deorſum in terram profundè impreſſo vomere. 12 Eo tempore, in vere, id eſt, primo vere. 13 Cuivis aranti. 14 Balatum edere, propter laborem. 15 Splendens fieri: attritus enim frequenti aratione rubiginem amittit. 16 Ferrum aratri, quod vomit terram. 17 Satio frugum conſentit tandem deſideriis coloni cupidi. 18 Novalis ager, qui alternis ceſſat, & vacante anno proſciſſus hyberno pateat imbri, æſtivo calori; ſequenti deinde anno ſatus utrumque itidem patitur. 19 Agricolæ avari. 20 Loca, in quibus triticum ponitur. *Rumpi horrea* videntur, quando magnâ frugum copiâ diſtenduntur. 21 Præcognita agricolæ ac prædiſcenda. 22 De quo nullum adhuc fecimus periculum. 23 Sc. *aratri*, id eſt, vomere. 24 Aramus. 25 Campum, agrum planum, ab *æquitate* dictum. 26 Qui venti pluviam, qui ſerenitatem allaturi ſint, id eſt, ſub quo vento ſit bona aratio. 27 Varios motus ſtellarum, variam aëris influentiam antè intelligere. 28 Qui quorumlibet patriæ ſeu loco nativo conveniant. 29 Et naturas & qualitates regionum. 30 Sc. *ferre*, id eſt, non ferat, non gignat. 31 Fœcundius & uberius naſcuntur. 32 Αὐτοφυῆ, ſponte ſuâ, nullo ſerente, aut cogente. 33 Mons Lydiæ, vitibus & croco nobilis.



Digitized by Google

*India mittit ebur, [1] molles ſua thura [1] Sabæi?*
*At [2] Chalybes nudi ferrum, [3] viroſaque [4] Pontus*
*[3] Caſtorea, Eliadum [5] palmas Epiros equarum?*
*[6] Continuò has leges, æternaque fœdera certis*
*Impoſuit natura locis, quo tempore primùm*
*[7] Deucalion [8] vacuum [9] lapides jactavit in orbem:*
*[10] Undè [11] homines nati [12] durum genus. Ergo age, terræ*
*[13] Pingue ſolum primis extemplò à [14] menſibus anni*
*Fortes invertant tauri, glebaſque [15] jacentes*
*[16] Pulverulenta coquat [17] maturis Solibus æſtas.*
*[18] At, ſi non fuerit tellus fœcunda, ſub ipſum*
*[19] Arcturum, tenui ſat erit [20] ſuſpendere ſulco:*
*[21] Illic, [22] officiant [23] lætis ne frugibus herbæ;*
*[24] Hic, ſterilem exiguus ne deſerat humor [25] arenam.*
*[26] Alternis [27] idem [28] tonſas [29] ceſſare [28] novales,*
*Et [30] ſegnem patiêre [31] ſitu dureſcere campum.*
*Aut ibi [32] flava Ceres [33] mutato ſidere farra,*

1 Arabiæ felicis populi, cujus Saba metropolis eſt, propter rerum copiam vitæ delicati. 2 Aſiæ Minoris ad Pontum populi: σιδηροτέκτονες, undè nudi, ut 8. Æn. *& nudus membra Pyracmon.* 3 Medicamenta ex teſticulis Caſtoris virus, id eſt, venenum quoddam habentia. 4 Inſula. 5 Epirus producit equas palmis, & victoriis nobiles in certaminibus Olympicis juxta Elidem Achajæ urbem. 6 Quos habitus & ingenia alia aliis terris indidit rerum omnium parens natura, ab ipſo Deucalionis diluvio & ipſa mundi origine. 7 Theſſaliæ rex, Promethei filius, maritus Pyrrhæ. 8 Vaſtatum, diluvio aquis & hominibus carentem, quare de mundi reſtitutione Deucalion (qui ſolus cum Pyrrhâ ſupererat) Themidis oraculum adiit: quæ reſpondit, ut oſſa Magnæ Matris poſt tergum jacerent. 9 Poſt tergum jactos. 10 E quibus lapidibus. 11 Ex Deucalionis jactu mares, ex Pyrrhæ verò fœminæ. 12 *Undè genus durum ſumus, experienſque laborum; Et documenta damus, quâ ſimus origine nati.* Ovid. Met. 1. 13 Pinguis ager primo vere altiùs proſcindatur, glebæque inverſæ exponantur ſolibus æſtivis, quò tollantur herbæ noxiæ. 14 Januario & Februario. 15 Graves. 16 Plena pulveribus, ex magnâ ſiccitate. 17 Valde fervidis, feſtinis. 18 Macer leviter vomere ſtringatur ſub autumno, ne intereat penitùs humor, qui exiguus erat in terra arenoſa. 19 Qui oritur Coſmicè 12. die Septembris quo tempore ſatio fit. 20 Suſpenſam tenere terram, id eſt, non arabitur, donec ſeminandum erit, niſi tenui ſulco. 21 In pingui agro ſeu ſolo. 22 Noceant. 23 Benè provenientibus & fertilibus. 24 In terra minùs fœcundâ & macrâ. 25 Terram, quæ eſt arenæ perſimilis. 26 Ovid. l. 1. de Pont. El 5. *Quæ nunquam vacuo ſolita eſt ceſſare novali, Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus.* 27 Qui ſuo tempore terram utramque araſti. 28 Meſſas terras de novo ſatas. *Hoc novale*, aut *hæc novalis* dicitur ager, qui alternis annis ſeritur. 29 Ab onere ferendi. 30 Infœcundum, ſterilem. 31 Lanugine obduci & durum fieri, ut vires recipiat. 32 Quæ flaveſcunt, dum matura ſunt. 33 Alia anni tempeſtate. Si admittatur lectio *mutato ſemine*, liquidum erit.

*Unde priùs [1] latum [2] ſiliquâ quaſſante legumen,*
*Aut tenues [3] fœtus [4] viciæ, [5] triſtiſque lupini*
*Suſtuleris fragiles calamos, [6] ſylvamque ſonantem.*
*[7] Urit enim lini campum [8] ſeges, urit avenæ,*
*Urunt [9] Lethæo perfuſa papavera ſomno.*
*[10] Sed tamen alternis facilis labor: [11] arida tantum*
*Ne ſaturare [12] fimo pingui pudeat ſola, ne-ve*
*Effœtos cinerem [13] immundum jactare per agros:*
*[14] Sic quoque [15] mutatis [16] requieſcunt fœtibus arva,*
*[17] Nec nulla [18] intereà eſt [19] inaratæ [20] gratia terræ.*
*Sæpè etiam ſteriles incendere [21] profuit agros,*
*Atque [22] levem ſtipulam [23] crepitantibus [24] urere flammis:*
I. *Sive [25] indè [26] occultas vires, & [27] pabula terræ*
*Pinguia concipiant:* II. *ſive [28] illis omne per ignem*
*[29] Excoquitur vitium, atque [30] exſudat inutilis humor:*
III. *Seu plures calor ille vias, & [31] cæca relaxat*
*Spiramenta, novas veniat [32] quâ ſuccus in herbas:*
IV. *Seu [33] durat magis, & [34] venas aſtringit hiantes;*
*Ne [35] tenues pluviæ, [36] rapidi-ve potentia ſolis*

1 Fertile & pingue. 2 Tunica aut theca leguminum concutiente pondere ſuo ipſum legumen, id eſt, ſi videri produxiſſe denſum & amplum legumen, poteris tempore ſuo inſerere farra. 3 Proventus. 4 Ejus leguminis de genere lentis. 5 Amari ante maturitatem: alluſum ad etymon Lupini ἀπὸ τῆς λύπης. 6 Sc. lupinorum virgulta. 7 Arefacit, conſumit, exſiccat. 8 Stipula. 9 Papavera ſomnum & oblivionem conciliantia, nec rarò lethum. *Lethe* autem fl. eſt Poëticus rerum oblivionem τὴν λήθην inducens: ut 6. Æneid. *Lethæo*, id eſt, oblivioſo. 10 Id eſt, poſtquam annum ceſſaverit, poteris, unde linum ſuſtuleris, etiam farra ſerere. 11 Exhauſta terra & effœta renovetur, fiatque fœcundior, aut ſtercoratione: idque fimo aut cinere, qui ſolvit & calefacit: aut ſtipularum in arvo incenſione: quin & ipſarum glebarum. 12 Stercore. 13 Limoſum & pinguem. 14 Stercorando. 15 Si non idem genus frumenti aut leguminis ſeratur continuè. 16 Non pingueſcunt. 17 Nonnulla & maxima. 18 Dùm ceſſat. 19 Non aratæ. 20 Relatio beneficii: quia ſe pinguem facit ad futuros proventus. 21 Utile fuit. 22 Deſiccatam. 23 Quia ſtipula, quando comburitur, dat crepitum. 24 Adeòque terræ crematæ quatuor de cauſis remedia ſunt & fructus. Ignis quippe vi. I. *Frigida macies ſublevatur.* II. *Uligo exſudatur.* III. *Laxantur meatus ad ſuccum & genitalem aërem admittendum.* IV. *Adſtringuntur ad arcendas pluvias nimias, calorem & frigus.* 25 Ab illa combuſtione, illis flammis. 26 Quæ ignorantur à nobis. 27 Nutrimenta. 28 Terris. 29 Coquendo expellitur & conſumitur. 30 Evaneſcit. 31 Occultos reſolvit meatus. 32 Sc. *parte*, id eſt, per quæ ſpiramenta. 33 Sc. *ignis*. 34 Rimas condenſat apertas. 35 Subtiles & penetrabiles. 36 Attrahentis ad ſe cuncta.

*Acrior,*

*Acrior, aut Boreæ* [1] *penetrabile frigus* [2] *adurat.*
[3] *Multum* [4] *adeò, raſtris glebas qui frangit* [5] *inertes,*
*Vimineaſq;* [6] *trahit crates, juvat arva: neq; illum*
*Flava Ceres alto nequicquam ſpectat* [7] *Olympo:*
*Et* [8] *qui,* [9] *proſciſſo quæ* [10] *ſuſcitat* [11] *æquore* [12] *terga,*
*Rurſus in* [13] *obliquum verſo* [14] *perrumpit aratro,*
[15] *Exercetq;* [16] *frequens tellurem,* [17] *atq; imperat arvis.*
[18] *Humida ſolſtitia, atque hyemes optate ſerenas,*
*Agricolæ:* [19] *hiberno lætiſſima pulvere farra,*
[20] *Lætus ager: nullo tantùm ſe* [21] *Myſia* [22] *cultu*
*Jactat, & ipſa ſuas mirantur* [23] *Gargara meſſes.*
[24] *Quid dicam, jacto qui ſemine* [25] *cominùs arva*
*Inſequitur,* [26] *cumuloſque* [27] *ruit malè pinguis arenæ?*
*Deinde* [28] *ſatis* [29] *fluvium inducit,* [30] *rivoſq; ſequentes?*
*Et, cùm* [31] *exuſtus ager* [32] *morientibus* [33] *æſtuat herbis,*
*Ecce* [34] *ſupercilio* [35] *clivoſi tramitis undam*
[36] *Elicit:* [37] *illa* [38] *cadens* [39] *raucum per* [40] *lævia murmur*
*Saxa ciet,* [41] *ſcatebriſque arentia temperat arva.*
[42] *Quid, qui* [43] *ne gravidis procumbat culmus ariſtis,*
[44] *Luxuriem ſegetum tenerâ* [45] *depaſcit in herbâ,*

1 Facilè penetrans. Sic Lucr. *penetrabile frigus & manabile.* 2 Cum frigus calorem plantis innatum extinguat, humoreque evocato, ut inareſcant, faciat, idem præſtat quod ignis; adeòque adurere dicatur. 3 Docet alios colendæ terræ modos, agrumque fieri fertilem diligentia agricolæ. 4 Valdè. 5 Inutiles, infœcundas, & quaſi ſine arte aliquid producendi. 6 Super glebas. 7 Sc. *illum.* 8 Cœlo. 9 Priùs ſciſſo & ſulcato. 10 Surſum prius levat. 11 Campo plano. 12 Superficiem, glebas inverſas 13 In tranſverſum. 14 Proſcindit. 15 Neque fruſtrà ſpectat illum, qui exercet, &c. Sic Hor. 2. Epod. *Paterna rura bobus exercet ſuis.* 16 Frequenter arando. 17 Et ſic domat agros, ut ſibi audientes faciat. 18 Æſtiva, ſc. æſtates humidas, hiemes ſerenis. 19 Quia farra ſunt fertiliſſima ſerenitate hiberna, qua pulvis per ſiccitatem producitur. 20 Ferax hiberno pulvere. 21 Regio eſt Helleſponti, nominata à Myſis, qui è Thracia illuc migraverunt: quæ ſubdita fuit Telepho: & poſteà Teuthranti. 22 Proventu frugum, quantum ſc. ſerenitate hibernâ. 23 Oppidum ad radicem Idæ montis in Myſia, ut una eademque ſit regio. Macrob. 5. l. Sat. c. 20. 24 Quid dicam de illo, id eſt, quantum ille proſit arvis. Proſequitur intentum, *quid faciat lætas ſegetes.* 25 De prope, & ſtatim quaſi conſertis manibus. 26 Et diſſipat, comminuit, invertit, eruit glebas arenæ non pinguis ſeu ſterilis. Nam terra ſterilis eſt ſimilis arenæ 27 Sic Georg. 2. *& ruit atram. Ad cœlum piceâ craſſus caligine nubem.* 28 Segetibus. 29 Ad irrigandos agros. 30 Et aquas defluentes in agrum. 31 Nimio calore. 32 Languentibus præ nimiâ ſiccitate. 33 Nimium caleſcit, fervet. 34 Jugo, cacumine, ſummitate. Metaphora ab homine. 35 Multos clivos habentis. 36 Educit. 37 Aqua. 38 Defluens. 39 Infractum. 40 Attrita ſeu polita. 41 Ebullitionibus. 42 Quid de illo dicam, quantum juvet arva, &c. 43 Ne in frondem luxurient ſata, ubertatem nimiam pecore immiſſo depaſcit, detondetque. 44 Abundantiam pinguium culmorum. 45 Paſcendo pecora abſumit.



Digitized by Google

*Cùm primùm ſulcos* [1] *æquant ſata?* [2] *quique paludis*
*Collectum humorem* [3] *bibulâ* [4] *deducit arenâ?*
*Præſertim* [5] *incertis ſi menſibus amnis abundans*
[6] *Exit,* & [7] *obducto latè tenet omnia limo,*
[8] *Undè cava tepido* [9] *ſudant humore* [10] *lacunæ,*
[11] *Nec tamen (hæc cùm ſint hominumque boumque labores*
[12] *Verſando terram* [13] *experti) nihil* [14] *improbus anſer,*
[15] *Strymoniæque grues,* & *amaris* [16] *intyba fibris*
[17] *Officiunt, aut* [18] *umbra nocet.* [19] *Pater ipſe colendi*
*Haud facilem eſſe* [20] *viam voluit, primuſque per artem*
[21] *Movit agros,* curis [22] acuens mortalia corda:
*Nec* [23] *torpere gravi paſſus* [24] *ſua regna* [25] *veterno.*
[26] *Ante Jovem nulli* [27] *ſubigebant arva coloni:*
*Nec ſignare quidem, aut partiri* [28] *limite campum*
*Fas erat:* [29] *in medium quærebant: ipſaque tellus*
*Omnia liberiùs, nullo* [30] *poſcente, ferebat.*
[31] *Ille* [32] *malum* [33] *virus ſerpentibus addidit* [34] *atris,*
[35] *Prædarique lupos juſſit,* [36] *pontumque moveri;*
*Mellaque decuſſit* [37] *foliis,* [38] *ignemque removit;*

1 Cooperiunt per æqualem altitudinem. 2 Qui ſulco ducto exſiccat arva, cavetque uliginem ſatis noxiam. 3 Multum aquæ bibente propter ſiccam terram. 4 Diminuit, aufert. 5 Si quâ inundatione, per menſes vernos & autumnales, quorum tempeſtates haud ita certæ ſunt, nunc pluvioſæ, nunc ſudæ, limo obducantur arva. 6 Se ſupra ripas & limites ſuos latè effundit. Ovid. 1. Met. belle hoc, *Exſpatiata ruunt per apertos flumina campos.* 7 Superducto. 8 A quo limo. 9 Diſtillant. 10 Foſſæ ſeu receptacula aquarum, id eſt, in quæ ſe aqua colligit. 11 Poſtquam edocuit diligentiam agricolis in colendo agro ſervandam, ſubjungit miſera eorum fata. 12 Arando & colendo. 13 Talia pericula ſupradicta. 14 Avidus, inſatiabilis, nocens. Plin. 10 l. 59. c. 15 Circa Strymonem, Thraciæ fluvium, verſari ſolitæ. 16 Cichorea, cujus radix amara eſt. 17 Nocent. 18 *Nocens & frugibus umbra.* ult. Eclog. 19 Jupiter. 20 Modum & rationem. 21 Aravit. 22 Accendens, excitans. 23 Pigreſcere. 24 Homines ſui temporis. 25 Inerti ocio, tanquam ſegni lethargo. 26 Sub aureo Saturni ævo, priuſquam ea Jupiter ſubegiſſet. Digreditur nunc in ſæculi Saturnii, ſive aureæ ætatis deſcriptionem, quam opponit illi, quâ Jupiter rerum potitus fuit. Semina tum primum longis Cerealia ſulcis obruta eſſe, & juvencos jugo preſſos ingemuiſſe canit Ovidius, poſtquam, Saturno in tartara miſſo, ſub Jove mundus eſſe cœpit. 27 Arabant agros. 28 Termino ad dirimendos agros. Ovid. 1. Met. *Communemque prius, ceu lumina ſolis, & auræ, Cautus humum longo ſignavit limite menſor.* 29 In commune quærebant victum. 30 Imperante & urgente. Ovid. 1. Met. *alimentaque debita dives Poſcebatur humus.* 31 Jupiter argenteum auſpicatus ſeculum. 32 Eſt enim in numero ambiguorum: uti Φάρμακον, *valetudo*, &c. 33 Venenum: ut homines, invenirent artes, quæ caverent à venenis. 34 Nocivis. 35 Ut lupi prædarentur pecora, præſertim ovilla. 36 Mare per navigationem agitari. 37 Frondibus arborum. 38 Abſtulit ignem mortalibus. Κρύψε δὲ πῦρ Heſiod.

*Et*

*Et paſſim [1] rivis currentia vina repreſſit;*
*Ut varias [2] uſus meditando [3] extunderet artes*
*Paulatim, & [4] ſulcis frumenti quæreret herbam,*
*Et ſilicis venis [5] abſtruſum [6] excuderet ignem.*
*[7] Tunc [8] alnos [9] primùm fluvii ſenſêre [8] cavatas:*
*Navita tùm ſtellis numeros, & nomina fecit,*
*[10] Pleïadas, [11] Hyadas, [12] claramque Lycaonis [13] Arcton.*
*Tùm laqueis captare feras, & [14] fallere viſco.*
*Inventum, & magnos [15] canibus circumdare ſaltus.*
*Atque alius latum [16] fundâ [17] jam verberat amnem*
*[18] Alta petens; [19] pelagoque alius trahit humida [20] lina.*
*[21] Tùm ferri rigor, atque [22] argutæ lamina ſerræ.*
*(Nam [23] primi cuneis ſcindebant [24] fiſſile lignum)*
*Tum variæ [25] venêre artes.* [26] Labor omnia vincit
[27] Improbus, & [28] duris urgens in rebus [29] egeſtas.
*[30] Prima Ceres [31] ferro mortales [32] vertere terram*
*[33] Inſtituit; [34] cùm jam glandes atque arbuta [35] ſacræ*
*[36] Deficerent ſylvæ, & victum Dodona [37] negaret.*

1 Per rivos fluentia. 2 Conſuetudo atque experientia. 3 Signate: quaſi fabricaret artes, Agriculturam, Nauticam, Aſtronomicam, Venationem, Piſcationem, Terrariam. 4 In ſulcis, id eſt, per arationem. 5 Latentem. 6 Cudendo & concutiendo eliceret. 7 Ovid. 1. Met. *quæque diu ſteterant in montibus altis, Fluctibus ignotis inſultavere carinæ.* Docet varia inventa per egeſtatem. 8 Navigia ex alnis cavatis. 9 Poſtquam Jupiter rerum penuriam induxerat. 10 Septem ſtellas conglomeratas in dorſo Tauri. 11 Septem ſtellas in fronte Tauri. 12 Quia ſtellas habet 21. aut illuſtrem, & multis verſibus memoratam. 13 Helicen, urſam majorem. Ex Lycaonis filiâ Caliſto, Jovis pellice, ſidus relatum in Septentrionem. Fab. nota ex Ovidio & Mythologis. 14 Sc. *aves.* 15 Venaticis. 16 Intereà, dùm venationi ſtudet. 17 Retis genere, quod ἀμφίβληςρον. 18 Profunda, ubi majores ſunt piſces. 19 E mari. 20 Retia è lino. 21 Deinde modus indurandi ferrum eſt inventus. 22 Stridulæ, ſonoræ, dùm quid eâ ſecatur. 23 Sc. *mortales.* 24 Quod facilè ſinditur. 25 Excogitatæ ſunt. 26 Durum neceſſitatis telum artes excudit. *Omnia conando docilis ſolertia vincit.* Manil. 1. l. Α πενία μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. Αὐτὰ ȣ μόχθοιο διδάσκαλος. Theocr. 27 Requietis impatiens, vehemens. Πονηρὸς πόνος, etiam in pericula & mala impellens: vel continuus, inſatiabilis. 28 Quas durum eſt pati: vel, *duris*, id eſt, adverſis, incommodis, infortunatis. Æn. 1. Res dura, *& regni novitas me talia cogunt Moliri.* Sic *dura ſervitus, dura conditio, &c.* 29 Penuria. 30 Redit ad inſtitutum ſuum, ut agriculturæ autorem ſignificet, dicens Cererem eam inveniſſe. *Prima Ceres unco glebam dimovit aratro, Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris.* Ovid. 5. Met. 31 Quibuſcunque inſtrumentis ex ferro factis. 32 Vertendo colere. 33 Docuit. 34 Cùm arbutei fœtus & glandes, quibus abundat nemus Dodonæum in Epiro, jam deficerent, quo tantum cibo primi mortales veſcebantur. 35 Jovi conſecratæ. 36 Deeſſent. 37 Sc. *mortalibus.*

1 Mox & peſtes aliæ ſegetes novis vitiis, agricolas novis laboribus vexabant.
2 A Jove, qui agros *colendi haud facilem eſſe viam voluit.*
3 Pernicioſa.
4 Sc. *frumenti*, quod priùs lætiùs veniebat.
5 Ederet, conſumeret: ab *edo, es, eſt.*

*[1] Mox & frumentis labor [2] additus : ut [3] mala [4] culmos*
*[5] Eſſet rubigo , [6] ſegniſque [7] horreret in arvis*
*Carduus : [8] intereunt ſegetes : [9] ſubit aſpera ſylva ,*
*Lappæque , tribulique , interque [10] nitentia culta*
*[11] Infelix lolium , & [12] ſteriles dominantur avenæ.*
*Quòd niſi & [13] aſſiduis terram inſectabere raſtris,*
*Et [14] ſonitu terrebis aves , & ruris [15] opaci*
*[16] Falce premes umbras , [17] votiſque vocaveris imbrem;*
*Heu, magnum [18] alterius fruſtra ſpectabis [19] acervum ,*
*[20] Concuſſáque [21] famem in ſylvis [22] ſolabere quercu.*
*[23] Dicendum, & quæ ſint [24] duris agreſtibus [25] arma ,*
*Queis ſine, nec potuère ſeri, nec [26] ſurgere meſſes.*
*Vomis , & [27] inflexi [28] primum [29] grave robur aratri ,*
*[30] Tardaq; [31] Eleuſinæ matris [32] volventia [33] plauſtra.*
*[34] Tribulaque, [35] trabeæque, & [36] iniquo pondere raſtri:*
*[37] Virgea [38] præterea Celei , viliſque ſupellex ,*
*Arbutea crates , & [39] myſtica vannus Iacchi :*

Sic 4 Æn. eſt *mollis flamma medullas.* 6 Infœcundus, & nihil boni adferens. 7 Horridus ſtaret propter ſpinas , quas habet. 8 Sata ſuffocantur, poſtquam is horrere cœpit. 9 Subſequitur, ſuccedit multitudo herbarum , ſatorum incrementum impediens. 10 Pulcherrimas ſegetes. 11 Zizanium infelicitatem patiens. Idem verſus habetur , Eclog. 5. 12 Sterilem terram facientes. 13 Aſſiduè eradicaveris herbas nocivas. 14 Arcus aut vocis ; aut tinnitu aliquo. *Πόνον ὀρνίθεσσι τιθεὶς* Hehod. 15 Arboribus circumſepti. 16 Cultro incurvo exſcindes , coërcebis , amputando ramos arborum ſegetibus incumbentes. 17 Diis factis. 18 Vicini tui , qui eam diligentiam adhibuit. 19 Frumenti. 20 Agitata ad habendam glandem. 21 Farris inops , glande famem inertem expiabis. 22 Mitigabis. 23 Poſtquam docuit , quomodo & qua diligentia terra ſit colenda , docet quibus armis ſeu inſtrumentis. 24 Labore induratis & malo aſſuetis agricolis in agro degentibus. 25 Inſtrumenta. Enumerat autem ad arationem quatuor , ad meſſem totidem. 26 Creſcere in altum fruges. 27 Incurvi. 28 Sc. *eſt.* 29 Ponderoſum lignum. 30 Tardè. 31 Cereris , ab *Eleuſi* , urbe Atticæ, ubi Ceres , à Celeo rege hoſpitio excepta , filium ejus Triptolemum agriculturam docuit. 32 Sc. *ſe*, aut volubilia. 33 Vehicula , ſc. *ſunt ruſticis neceßaria.* 34 Inſtrumenta triturandi. 35 Trahæ , id eſt , inſtrumenta , quæ trahuntur ſine rotis. 36 Grandi aut inæquali , quia ſecundum terræ qualitatem dentes & pondus habent. 37 Vaſa ex arboreo vimine, virgis, ſc. crates , vanni , &c. quorum texturam & uſum Celeus à Cerere accepit. 38 Sc. *eſt ruſticis habenda.* 39 Ad purgandam quidem frugem : ſed quorum uſus in myſticis Bacchi ſacris ſolennis & frequens.

*I Omnia*

Digitized by Google

*[1] Omnia quæ [2] multò antè [3] memor proviſa [4] repones,*
*Si te [5] digna [6] manet [7] divini gloria ruris.*
*[8] Continuò in ſylvis magnâ vi [9] flexa domatur*
*In burim, & curvi formam accipit ulmus aratri.*
*[10] Huic [11] à ſtirpe pedes [12] temo protentus in octo,*
*[13] Binæ aures, [14] duplici aptantur dentalia dorſo.*
*[15] Cæditur & tilia [16] antè [17] jugo levis, altaque fagus,*
*[18] Stivaque, quæ [19] currus à tergo [20] torqueat imos,*
*Et ſuſpenſa [21] focis [22] exploret robora fumus.*
*Poſſum multa [23] tibi [24] veterum præcepta referre,*
*Ni refugis, [25] tenueſque piget cognoſcere curas,*
*[26] Area [27] cùm primis ingenti [28] æquanda [29] cylindro,*
*Et [30] vertenda manu, & [31] cretâ ſolidanda tenaci:*
*Ne [32] ſubeant herbæ, neu [33] pulvere victa fatiſcat.*
*Tùm variæ [34] illudunt peſtes: ſæpè exiguus mus*
*Sub terris poſuitque domos, atque horrea fecit:*
*Aut [35] oculis capti fodêre cubilia talpæ.*
*Inventuſque [36] cavis bufo, & quæ plurima terræ*
*Monſtra ferunt: populatque ingentem [37] farris acervum*
*[38] Curculio, atque inopi metuens formica ſenectæ.*
*[39] Contemplator item, cùm ſe [40] nux [41] plurima [42] ſylvis*

1 Sc. *inſtrumenta.* 2 Quàm utaris. 3 Indigentiæ præteritæ. 4 Condes, locabis in repoſitorio ſuo. 5 Præſtans. 6 Exſpectat aut delectat. 7 Beati, quod Dii aliquando coluêre; aut fertilis. 8 Statim. 9 Incurvatur in buris, id eſt, incurvamenti aratri uſum. 10 Buri. 11 Ab ultima parte. 12 Lignum oblongum, ad quod rotæ connectuntur, extenſum ad longitudinem octo pedum. 13 Duo ferra aut ligna latiora, in morem aurium utrimque affixa, ut latiorem ſulcum faciant. 14 Et ligna, in quibus vomer infigitur, duplici angulo, cùm ſint quadrangularia, applicantur huic aratro. 15 Amputatur. 16 Prinſquam opus ſit eâ uti. 17 Ad jugum, id eſt, ut ex eâ fiat jugum. 18 Manicula, quâ tenetur aratrum, à *ſtando* dicta. 19 Quia priùs apud Antiquos ſubjiciebantur rotæ aratris. 20 Torquendo dirigat. 21 Juxta fumarium. 22 Siccet. 23 Auditori. 24 Qui de agricultura ſcripſerunt. 25 Vilium rerum. 26 Ubi frumenta terantur. 27 Super omnia, præcipuè. 28 Complananda. 29 Lapide terete & volubili. 30 Tractanda ac ſubigenda, verſanda. 31 Argilla firmanda. 32 Succedant ſeu ſuboriantur in areâ. 33 Siccitate obſita aut debilitata affatim hiſcat & aperiatur rimis. 34 Nocent, decipiunt ipſum agricolam varia monſtra peſtifera, quæ meſſes prædantur. 35 Organa habentes, ſed non uſum. Talpis quippe oculorum effigies ineſt, ſi quis prætentam detrahat membranulam. Plin. 11. l. c. 37. & Ariſtot. 3. de Anim. cap. 1. 36 In cavernis terræ. 37 Frumenti: poſuit enim ſpeciem pro genere. 38 Vermis, frumenti rapax. 39 O agricola. Interſerit breve prognoſticon, quo futuræ meſſis ubertatem prædiſcere poſſimus. 40 Amygdalus. 41 Longiſſima. 42 In ſylvis florebit.

1 Si tunc fructus amygdalini abundant.
2 Pari menſura, ſeu ſuperabundanter.
3 Tanta erit frugum copia, ut tritura ipſa ad totius æſtatis calorem produci poſſit.
4 Abundantia inutili.
5 Abundat.
6 Non pingues, id eſt, plus habentes paleæ, quàm grani.

*Induet in florem, & ramos curvabit olentes:*
[1] *Si ſuperant fœtus,* [2] *pariter frumenta ſequentur,*
[3] *Magnaque cum magno veniet tritura calore.*
*At ſi* [4] *luxuriâ foliorum* [5] *exuberat umbra,*
[6] *Nequicquam pingues palea teret area culmos.*
[7] *Semina vidi equidem multos* [8] *medicare* [9] *ſerentes,*
*Et* [10] *nitro* [11] *priùs, & nigrâ perfundere* [12] *amurcâ,*
[13] *Grandior ut fœtus ſiliquis* [14] *fallacibus eſſet,*
[15] *Et quamvis igni exiguo properata maderent.*
*Vidi* [16] *lecta diu, & multo* [17] *ſpectata labore,*
[18] *Degenerare tamen; ni* [19] *vis humana quotannis*
[20] *Maxima quæque manu* [21] *legeret:* [22] Sic omnia fatis
In pejus ruere, [23] ac retrò ſublapſa referri?
[24] *Non aliter, quàm qui* [25] *adverſo* [26] *vix flumine* [27] *lembum*
*Remigiis* [28] *ſubigit: ſi brachia forte* [29] *remiſit,*
*Atque illum in* [30] *præceps* [31] *prono rapit alveus amne.*
[32] *Præterea tam ſunt* [33] *Arcturi ſidera* [34] *nobis,*
[35] *Hœdorumque dies ſervandi, & lucidus* [36] *Anguis:*
*Quàm quibus in patriam ventoſa per æquora vectis*
[37] *Pontus, & oſtriferi* [38] *fauces tentantur Abydi.*

7 Fabarum. Docet hic Poëta, quo pacto fruges validiores fiant. 8 Medicamento juvare. 9 Seminatores. 10 Sale. 11 Quàm ſerantur. 12 Fæce olei. 13 Grandius granum. 14 Alias fallacibus futuris. 15 Quamvis igni lento macerata concoquerentur, ut inde properarent proventum. 16 Semina electa. 17 Probata. 18 Minora & deteriora fieri. 19 Prudentia. 20 Sc. *ſemina.* 21 Eligeret. 22 Sic vidi aut ſolent omnia decidere in deterius naturali quadam malignitate. *Damnoſa quid non imminuit dies? Ætas parentum, &c.* Horat. 3. lib. Od. 6. natura peſſum ruente. 23 Et, quæ ceciderunt, decreſcere & pejoreſcere. 24 *Sic cùm gravatam navita adverſâ ratem Propellit undâ, cedit in vanum labor, Et victa prono puppis aufertur vado.* Senec. Hip. 25 Contra fluxum ac impetum fluminis. 26 Cum labore ac difficultate ſumma. 27 Scapham ſeu naviculam piſcatoriam. 28 Surſùm agit & impellit. 29 Retraxit à remigando. 30 Profundum & locum periculoſum. 31 Defluenti. 32 Oſtendit Poëta non ſolùm terrarum & ſeminum diligentem curam agricolis neceſſariam, ſed & aſtrorum obſervationem. 33 Stellæ lucidæ, primæ magnitudinis inter crura Bootæ. 34 Qui rem ruſticam & agrariam tractamus. 35 Stellarum duarum obſcurarum in ſiniſtrâ Erichtonii parte, ſub capra ſtellâ primæ magnitudinis. 36 Qui inſinuatus circum volvitur duas Arctos. 37 Euxinus, ſeſe à Mæotide palude ad Boſphorum Thracium extendens. 38 Introitus. Helleſpontus interfluens Seſton & Abydon oſtreis nobilem.

[1] *Libra* [2] *die, ſomnique pares ubi fecerit horas,*
*Et medium luci atque* [3] *umbris jam dividet orbem:*
*Exercete* [4] *viri tauros, ſerite hordea campis.*
*Uſque ſub extremum* [5] *brumæ* [6] *intractabilis imbrem.*
*Nec non & lini ſegetem, &* [7] *Cereale papaver*
*Tempus humo tegere, & jamdudum* [8] *incumbere aratris,*
*Dùm ſiccâ tellure licet, dùm nubila* [9] *pendent.*
[10] *Vere fabis ſatio: tunc te quoque,* [11] *Medica,* [12] *putres*
[13] *Accipiunt ſulci, &* [14] *milio venit* [15] *annua cura:*
[16] *Candidus* [17] *auratis* [18] *aperit cùm cornibus annum*
*Taurus, &* [19] *adverſo cedens Canis* [20] *occidit* [21] *aſtro.*
[22] *At ſi* [23] *triticeam in meſſem, robuſtaque farra*
[24] *Exercebis humum, ſoliſque* [25] *inſtabis* [26] *ariſtis:*
*Antè tibi* [27] *Eoæ* [28] *Atlantides* [29] *abſcondantur,*
[30] *Gnoſiaque ardentis* [31] *decedat* [32] *ſtella Coronæ,*
[33] *Debita quàm ſulcis* [34] *committas ſemina, quàmque*
[35] *Invitæ properes* [36] *anni ſpem credere terræ.*
*Multi ante occaſum* [37] *Majæ* [38] *cœpere: ſed illos*

1 *Æquinoctio autumnali, Lucanus eadem ſententiâ de æquinoctio autumnali: Tempus erat, quo Libra pares examinat horas, Non uno plus æqua die, noctique rependit Lux minor hybernæ verni ſolatia damni.* 2 Antiquo more dictum pro *diei.* 3 Noctibus. 4 O fortes agricolæ. 5 Breviſſimæ tempeſtatis dierum ac lucis. 6 Propter gelu: quia tunc non aratur. 7 Candidum, quod Cereri, id eſt, pani conficiendo admiſcetur. 8 Operam dare arationi. 9 Suſpenſa ſunt in aëre minantia pluviam imminentem, id eſt, priuſquam pluat. 10 Tempus opportunum ſationi eſt fabis tempore verno. 11 Herba equos paſcens, à Mediâ, ubi abundat, nomen habens. 12 Reſoluti per hyemale frigus & Favonii ſpiramenta ac ſtercorationem. 13 Id eſt, tu tunc quoque fereris tempeſtive. 14 Leguminì illi, modicis, ſed plurimis granis fertili. 15 Quæ ſingulis annis innovari vult: cum Medica unicâ ſemente duret annos 10. 16 Cùm Sol Taurum ingreſſus, Aprili medio, annum aperit. 17 Quæ aurata habere fingitur propter fulgorem potiſſimum. 18 Reſolvit ſolum, quotannis tunc reſolvi ſolitum. 19 Cujus averſus eſt inceſſus. 20 Heliacè, à xv. Cal. ad ipſas Calendas Majas, & oppoſitè. 21 Tauro. 22 Docet nunc, quo tempore frumentum feras. 23 Ut indè triticum metas. 24 Soles & arabis. 25 Inſtanter incumbes. 26 Triticeis & farreis metendis, id eſt, ſi non petis legumina, ſed frumenta. 27 Orientales aut matutinæ. 28 Pleiades ſeu Virgiliæ, ex Pleione & Atlante genitæ, id eſt, ſeptem ſtellæ nominibus Atlantidum inſignitæ. 29 Occidant, ita ut non amplius eas videas, id eſt, die 28. Octobris. 30 Corona Ariadnes filiæ Minois, regis Cretæ cujus Gnoſos oppidum. 31 Recedat à Sole, id eſt, oriatur Heliacè medio Octobri. 32 Lucidiſſima, præ cæteris: nam *ſtellâ vincitur unâ Circulus in medio radiens*, &c. Manil. lib. 1. 33 Antequam feras. 34 Credas, tanquam depoſitum. Tib. l. 1. El. 7. *Primus inexpertæ* commiſit *ſemina terræ.* 35 Coactæ imperiis agricolarum; non ſponte ſuâ: aut adhuc naturaliter refugienti. 36 Meſſis, id eſt, ſemen. 37 Pleiadum, quarum Maja eſt una. 38 Sc. *ſerere*,

Ex-

1 Parùm grani aut nihil habentibus. 2 Decepit. 3 Quæ in Peluſio in Ægypto, unò è ſeptem oſtiis Nili, præcipua & plurima naſcitur. 4 Clara indicia ſationis faciendæ dabit. 5 Coſmicè occidens. Nam quarto Non. Octobr. Auriga occidit manè.

*Exſpectata ſeges* [1] *vanis* [2] *eluſit avenis.*
*Si verò viciamque ſeres, vilemque faſelum,*
*Nec* [3] *Peluſiacæ curam aſpernabere lentis;*
[4] *Haud obſcura* [5] *cadens mittit tibi ſigna Bootes.*
*Incipe, & ad* [6] *medias ſementem extende* [6] *pruinas.*
[7] *Idcircò certis dimenſum partibus orbem*
*Per* [8] *duodena regit mundi Sol* [9] *aureus* [8] *aſtra.*
[10] *Quinque* [11] *tenent cœlum* [12] *Zonæ: quarum* [13] *una* [14] *corruſco*
*Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab* [15] *igni:*
*Quam circum extremæ dextrâ, lævaque* [16] *trahuntur*
[17] *Cæruleæ glacie* [18] *concretæ atq; imbribus* [19] *atris.*
[20] *Has inter,* [21] *mediamque,* [22] *duæ* [23] *mortalibus ægris*
*Munere conceſſæ Divûm: & via* [24] *ſecta* [25] *per ambas,*
[26] *Obliquus quâ ſe ſignorum verteret ordo.*
[27] *Mundus ut ad Scythiam,* [28] *Riphæaſque arduus* [28] *arces*
[29] *Conſurgit,* [30] *premitur Libya devexus in Auſtros.*

Colum. 11. lib. 2. c. 6 Ad mediam hiemem. 7 Ut diſcernamus tempora. Quia Poëta oſtendit agricolis ſiderum quorundam ortus & occaſus obſervandos, docet ſphœram cœleſtem in 12. ſigna diviſam, & terram in 5. Zonas. Lege Ovid. Met. 1. & Tibul. l. 4. 8 Signa Zodiaci, quæ Sol curſu ſuo emenſus, anni tempeſtates variat. Signa hæc *Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.* 9 Splendidus. 10 Dividitur cœlum, ut & terra ſubjacens, in quinque circulos ſeu partes, quas Zonas vocant. Media inter Tropicos Sole verticali calet, inde *Torrida*, id eſt, aduſta, dicta. Duæ hinc indè extremæ polo alterutri ſubjiciuntur; hæc, dextra, *Arctica*, glacie torpet; illa, ſiniſtra, *Antarctica*, imbribus madet. Inter mediam utraque ex parte & extremas illas jacent duæ aliæ temperatæ & habitabiles. *Neque enim mediam duaſque extremas habitari credebant Veteres.* 11 Circumcingunt, occupant. 12 Circuli, cœlum terramque veluti cingula quædam cingentes. Ζώνη enim Latinè eſt circulus: eſtque ſpatium terræ interpoſitum inter duos Tropicos, vel inter alterutrum Tropicorum, & vicinum circulum Polarem, vel alterutrum circulorum Polarium, & proximum punctum Polarem. 13 Sc. media. 14 Rutilante. 15 Cœleſti, quem ex directo ſupra ſe habet: quare à Græcis διακεκαυμένη dicitur. 16 Extenduntur, ducuntur. 17 Marini coloris. 18 Congelatæ. In fine regionis Septentrionalis perpetua eſt glacies. 19 Denſis & nubiloſis. Æſtate in Scythia multum pluit. 20 Extremas. 21 Sc. torridam. 22 Sc. *alia Zona*. Explanat hos verſus Macrob. in Som. Scip. l. 2. c. 8. 23 Miſeris & laborioſis hominibus: Δειλοῖσι βροτοῖσι. 24 Facta, diviſa. 25 Inter ambas, ab utroque Tropico per Æquatorem ſignat obliquam Solis orbitam per Zodiacum. 26 Per quam viam Zodiacus ſe circumageret. 27 Orbis cœleſtis. 28 Sublimitates montium Riphæorum, qui ſunt in Scythia, Septentrionem verſus. 29 Elevatur. 30 Ita premitur declivis in Auſtralem regionem Libyam verſùs.

1 Hic

Digitized by Google

[1] *Hìc vertex nobis ſemper* [2] *ſublimis : at* [3] *illum*
[4] *Sub pedibus* [5] *Styx atra videt ,* [6] *maneſque profundi.*
*Maximus* [7] *hic flexu* [8] *ſinuoſo elabitur* [9] *anguis.*
*Circum, perq; duas in* [10] *morem fluminis* [11] *Arctos,*
[12] *Arctos Oceani* [13] *metuentes* [14] *æquore tingi.*
[15] *Illic (ut perhibent) aut* [16] *intempeſta ſilet nox*
*Semper , &* [17] *obtentâ denſantur nocte tenebræ :*
*Aut* [18] *redit à nobis Aurora , diemque reducit.*
*Noſque ubi primus equis* [19] *oriens afflavit* [20] *anhelis ,*
[21] *Illic ſera rubens accendit lumina Veſper.*
[22] *Hinc* [23] *tempeſtates* [24] *dubio prædiſcere cœlo*
*Poſſumus : hinc* [25] *meſſique diem,* [26] *tempuſq; ſerendi :*
*Et quando* [27] *infidum remis* [28] *impellere marmor*
*Conveniat : quando* [29] *armatas* [30] *deducere claſſes,*
*Aut* [31] *tempeſtivam ſylvis* [32] *evertere pinum.*
*Nec fruſtrà ſignorum* [33] *obitus ſpeculamur, & ortus ,*
*Temporibuſque parem* [34] *diverſis quattuor annum.*
[35] *Frigidus agricolam ſi quando* [36] *continet imber ,*

1 Scythicus ſeu Septentrionalis vertex ſeu polus Arcticus. 2 Nobis Septentrionalibus elevatur polus Arcticus, quantum ſub Horizonte noſtro premitur Antarcticus ad Ἀντίχθονας : quorum ſedem ignara vetuſtas manibus & Tartaro deſignavit. 3 Auſtralem verticem ſeu Polum Antarcticum. 4 Sc. *noſtris*, id eſt, apparet Antipodibus noſtris. 5 Palus infernalis. 6 Dii inferi. 7 In Septentrione apud polum Arcticum. 8 Annuloſo. 9 Draco. 10 Similitudinem. 11 Urſas, majorem & minorem. 12 Anadiploſis. 13 Caventes tingi, ut quæ nunquam tinguntur, quia vicinæ polo elevato. Nota eſt Junonis imprecatio. *Ne puro tingatur in æquore pellex.* Ovid. 2. Met. Sic, *pennâ metuente ſolvi.* Hor. 2. l. 2. Ode, quæ nunquam ſolveretur. 14 Planitie ſeu æqualitate mergi. 15 Ibi autem in polo Meridiano apud Antipodas aut perpetua caligat nox, aut ſi quam habent lucem, à nobis ad illos per vices demeat, ita ut illorum veſperum noſtra excipiat aurora. 16 Nulli rei faciendæ opportuna. 17 Longâ. 18 Sc. *illùc.* 19 Sc. *Sol.* 20 Anhelantium in aſcenſu arduæ, *quâ vix manè recentes Enituntur equi.* 21 In meridie apud Antipodas. 22 Ex aſtrorum obſervatione. 23 Qualitates futuras temporum, pluvias & ſerenitatem. 24 Exiſtente incerto, & nondùm indicante, quæ futura ſit tempeſtas, quia ſerenitatem ſæpè dubia ſequitur tempeſtas. 25 Meſſis tempus, quæ prior eſt in intentione. Al. *menſiſque dies.* 26 Quod prius eſt in executione. 27 Nulli ſervans fidem, id eſt, periculoſum. 28 Diverberare mare, quod *marmor* appellatur propter albas ſpumas. 29 Inſtructas velis, remis, rudentibus. Sic 4. Æn. *Armari claßem, curſumque parari.* 30 A littore. 31 Tempeſtivè cædendam, ne ligna termites exedant. 32 Incidere. 33 Occaſus. 34 Ex quatuor diverſis temporibus conſtantem, vere, æſtate, autumno, & hyeme. 35 Cum frigore cadens. 36 Domi, ne poſſit exire ad agriculturam.



Digitized by Google

*[1] Multa, forent quæ [2] mox cœlo properanda ſereno,*
*Maturare datur: durum [3] procudit arator*
*Vomeris [4] obtuſi [5] dentem; [6] cavat arbore lintres;*
*Aut [7] pecori ſignum, aut [8] numeros impreſſit [9] acervis.*
*Exacuunt alii [10] vallos, furcaſque [11] bicornes,*
*Atque [12] Amerina parant [13] lentæ [14] retinacula viti.*
*Nunc facilis [15] Rubeâ texatur [16] fiſcina virgâ:*
*Nunc [17] torrete igni fruges, nunc [18] frangite ſaxo.*
*Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus,*
*[19] Fas & jura ſinunt: rivos [20] deducere nulla*
*Relligio vetuit: ſegeti [21] prætendere ſepem:*
*[22] Inſidas avibus moliri: incendere vepres:*
*[23] Balantumque gregem fluvio [24] merſare [25] ſalubri.*
*Sæpè [26] oleo tardi [27] coſtas agitator aſelli*
*Vilibus aut onerat pomis, [28] lapidemque [29] revertens.*
*Incuſum, aut atræ maſſam [30] picis urbe reportat.*
*Ipſa dies alios [31] alio dedit ordine Luna*
*Felices [32] operum: [33] quintam fuge: [34] pallidus Orcus,*
*Eumenideſque ſatæ: tùm partu terra [35] nefando*
*[36] Cœumque [36] Iapetumque [37] creat, ſævumque [36] Typhœa,*
*Et [38] conjuratos cœlum [39] reſcindere [40] fratres.*

1 Plurima, quæ alias occupato agricolæ per ſerenum fuerant properanda, jam per ocium pluviale maturè conficere licebit. Vide Agel. 10. l. 11. c. & Macrob. 7. l. 8. c. 2 Paulò poſt. 3 Acuit. 4 Hebetis ex opera longa. 5 Partem anteriorem, quæ mordet ut dens, cui infigitur. 6 Arbores cavabit in ſcaphas. 7 Ovium. 8 Modiorum, ut proventus rationem facere poſſit. 9 Frumenti in horreis reconditi. 10 Palos ſeu ſtipites & ſudes, pedamenta futura vitium & arborum: infrà l. 2. *Quadrifidaſque ſudes & acuto robore vallos.* 11 Bina cornua habentes. 12 Ex Ameriâ Umbriæ opp. ſaligna vimina. 13 Flexibili. 14 Ligamina. 15 A Rubis Italiæ opp. vel è rubo frutice vitibus apto. 16 Vas vimineum, quo res feruntur, cujus diminutivum eſt *fiſcella*. 17 Deſiccate. 18 Molite. 19 Fas ad Deos & religionem ſpectat, jura ad homines. 20 Feſtis diebus rivos amnium aut fontium detergere licet, novos fodere non licet. Macrob. 3. l. c. 3. 21 Opponere munimentum contra beſtias. 22 Capere aves, quæ ſegetes depopulantur. 23 Oves. 24 Ut curetur ſcabies: non ut purgetur lana. ibid. 25 Salutem & incolumitatem afferenti. 26 Quod venum fert. 27 Dorſum. 28 Molarem, cudendo aſperatum, quo uruntur in molendis frugibus. 29 Ex urbe. 30 Cujus maximum agricolis uſus ad vaſa condienda, picanda, &c. 31 Diverſo. 32 In operibus perficiendis. 33 Sc. *lunam*. 34 Quia umbrarum Deus Pluto, ab *urgendo* dictus, quaſi *urgens*, & furiæ infernales, Alecto, Tiſiphone & Megera natæ ſunt tunc lunâ quinta. 35 Deteſtando, pernicioſo. 36 Gigantes θεομάχους, *magnum manibus reſcindere cœlum Conjuratos.* 6. Æn. 37 Procreavit. 38 Qui conjuraverant. 39 Scindendo diſrumpere. 40 Terræ filios, γηγενεῖς, in genere, vel Otthum & Ephialtum.



Digitized by Google

*Ter ſunt conati imponere [1] Pelio [2] Oſſam,*
*Scilicet, atque [3] Oſſæ [4] frondoſum [5] involvere [6] Olympum:*
*Ter [7] pater [8] extructos [9] disjecit fulmine montes.*
*[10] Septima poſt decimam felix, & ponere vites,*
*Et [11] prenſos domitare boves, & [12] licia telæ*
*Addere: nona [13] fugæ melior, contraria furtis.*
*[14] Multa adeò gelidâ melius ſe nocte [15] dedêre,*
*Aut cùm Sole [16] novo terras irrorat [17] Eous.*
*Nocte leves ſtipulæ meliùs, nocte arida prata*
*[18] Tondentur: noctis [19] lentus non [20] deficit humor.*
*Et [21] quidam ſeros hyberni ad luminis ignes*
*[22] Pervigilat, ferroque faces [23] inſpicat acuto.*
*[24] Intereà longum cantu ſolata laborem,*
*[25] Arguto conjux [26] percurrit [25] pectine telas:*
*Aut dulcis muſti [27] Vulcano decoquit humorem,*
*Et [28] foliis undam tepidi deſpumat aheni.*
*[29] At rubicunda [30] Ceres medio ſucciditur æſtu,*
*Et medio [31] toſtas æſtu terit [32] area fruges:*
*[33] Nudus ara, ſere nudus: hyems [34] ignava colono.*
*[35] Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur,*
*[36] Mutuaque inter ſe læti convivia curant.*
*[37] Invitat genialis hyems, curaſque reſolvit:*
*[38] Ceu preſſæ cùm jam portum tetigêre carinæ;*

1 Theſſaliæ monti. 2 Altum montem non longè diſtantem. 3 Pelio jam impoſitæ. 4 Umbroſum, quia arboribus conſitum. 5 Volvendo ſuper ingerere. 6 Montem in confinibus Theſſaliæ. 7 Jupiter. 8 Ut cœlum pertingerent. 9 Proſtravit. 10 Sc. *luna*, id eſt, decima ſeptima eſt opportuna ſimul ad ponendas vites, &c. 11 Captos, 12 Fila, id eſt, telam ordiri. 13 Fugientibus è captivitate, bello ab hoſte, &c. bene cedens; non ita furibus, qui tum deprehendi obſervati ſunt. 14 Docebit jam, etiam nocturno tempore quædam peragenda eſſe. 15 Exhibuerint ſe operanti. 16 Jam recens orto. 17 Solis equus. Synec. vel, Lucifer diei prænuncius. 18 Metuntur, ſecantur. 19 Lente decidens. 20 Abſumitur. 21 Vindemiator. 22 Totam noctem vigilat. 23 In formam ſpicarum faculas cultro incidit acuitque. 24 Dum maritus inſpicat faces. 25 Subtili inſtrumento ad pectenda ſtamina. 26 Texturam exercet. 27 Igni purgat & abſumit. 28 Ramo pampinoſo. 29 Docebit jam, quæ calorem & ſerenitatem poſtulent. 30 Cereales fruges medio die & æſtu metendæ, torrendæ atque in area terendæ. 31 Deſiccatas calore ſolis. 32 Locus ad trituram frugum. 33 Tempore, quo pluvia nudus eſſe poſſis. Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν. Γυμνὸν δ' ἀμάειν præcipit Heſiodus ſc. ante hybernum frigus, quo torpet agricola. 34 Inutilis. 35 Per mediam verò hyemem, fruatur partis: convivationibus & Genio liberè indulgeat. 36 Reciproca, nunc hic, nunc ibi. 37 Hyems voluptuoſa & genio indulgere cohortans allicit agricolas ad lætiùs vivendum. 38 Non ſecùs ac nautæ, ubi portum appulerunt, naves precioſâ onuſtas merce læti coronant. Quod & à portu ſolventibus factitatum probat idem verſus repetitus 4. l. Æn.

Pup-

*Puppibus & læti nautæ impoſuêre [1] coronas.*
*[2] Sed tamen & [3] quernas glandes tunc [4] ſtringere tempus,*
*Et lauri baccas, oleamque, [5] cruentaque myrta.*
*Tunc gruibus [6] pedicas, & retia ponere cervis,*
*[7] Auritoſque [8] ſequi lepores: tum [9] figere damas,*
*Stuppea [10] torquentem [11] Balearis [12] verbera fundæ,*
*Cùm nix alta jacet, [13] glaciem cùm flumina [13] trudunt.*
*[14] Quid tempeſtates autumni, & [15] ſidera dicam?*
*Atque ubi jam [16] breviorque dies, & [17] mollior æſtas,*
*Quæ [18] vigilanda viris? vel cum [19] ruit imbriferum ver:*
*[20] Spicea jam campis cùm meßis [21] inhorruit, & cùm*
*Frumenta in viridi ſtipulâ [22] lactentia turgent?*
*Sæpè ego, cùm [23] flavis meſſorem induceret arvis*
*Agricola, & fragili jam [24] ſtringeret hordea [25] culmo,*
*Omnia ventorum concurrere prœlia vidi:*
*Quæ [26] gravidam latè ſegetem ab radicibus imis*
*[27] Sublimè expulſam eruerent: [28] ita turbine nigro*
*[29] Ferret [30] hyems culmumque levem, ſtipulaſque volantes.*

1 Tanquam ſigna, quod large potaturi ſint, quia id facturi crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant. 2 Quia & hiems ipſa ſua habet opera, ſtudia, & præmia, dum ſtringendis baccis glandique, aucupio & venationi intenti ſunt agricolæ. 3 In quercubus creſcentes. 4 Decerpere, colligere. 5 Matura, rubra. 6 Laqueos pedum. Hor. Od. 2. Epod. *Aut trudit acres hinc, & hinc multâ cane Apros in obſtantes plagas: Aut amite levi rara tendit retia, Turdis edacibus dolos, Pavidumque leporem, & advenam laqueo gruem, Jucunda captat præmia.* 7 Quibus magnæ ſunt aures pro modulo corporum. 8 Venari. 9 Transfigere & jaculari. 10 Complicantem. 11 Hiſpanicæ, id eſt, qua Baleares in extremis Hiſpaniæ oris plurimum valent. *Baleares* enim inſulæ duæ ſunt in mari Mediterraneo, quarum incolæ fundatores erant peritiſſimi: ut quibus id unum ab infantia ſtudium. 12 Flagella. 13 Cùm flumina glaciei cruſtas ſupernatantes impellunt ac protrudunt. 14 Poſtquam docuit Poëta agricolæ nullo tempore ceſſendum eſſe, ſubtiliter infert cauſam ejus rei, quia nullo tempore res agraria tuta eſt: quolibet enim tempore tempeſtates oriri poſſunt. 15 Tempeſtatem tunc concitantia. 16 Quam in autumno. 17 Minor ſeu remiſſior calor. 18 Obſervanda agricolis. 19 Præceps cadit in agro ver aſſiduis imbribus madens. 20 In ſpicas formata. 21 Rigida & aſpera facta eſt. 22 Lacte plena, & dulcia ac mollia adhùc tumeſcunt, id eſt, in fine veris & in principio æſtatis. 23 Ariſtis maturis flaveſcentibus, id eſt, cùm jam inſtaret tempus meſſis, quo minimè ſperantur venti, & maximè obſunt, quia grana excutiunt. 24 Secaret. 25 Habentia culmum fragilem. 26 Oneratam & plenam granis. 27 In altum exſtirparent aut exſtirpare poſſent. 28 Et vidi, quod ita, &c. 29 Adveheret. 30 Tempeſtas hæc autumnalis, procella.

*Sæpe*

*Sæpè etiam immenſum cœlo [1] venit agmen aquarum,*
*Et [2] fœdam [3] glomerant tempeſtatem imbribus atris*
*Collectæ ex [4] alto nubes: [5] ruit arduus æther,*
*Et pluviâ ingenti ſata [6] læta, [7] boumque labores*
*Diluit: implentur foſſæ: & [8] cava flumina creſcunt*
*[9] Cum ſonitu, [10] fervetque fretis ſpirantibus æquor.*
*Ipſe [11] pater, mediâ nimborum in [12] nocte, [13] coruſcâ*
*Fulmina [14] molitur dextrâ: [15] quo maxima [15] motu*
*Terra tremit: [16] fugêre feræ, & mortalia corda*
*Per gentes [17] humilis ſtravit pavor: ille [18] flagranti*
*Aut [19] Athon, aut [20] Rhodopen, aut alta [21] Ceraunia telo*
*Dejicit: [22] ingeminant Auſtri, & [23] denſiſſimus imber.*
*[24] Nunc nemora ingenti vento, nunc littora [25] plangunt,*
*[26] Hoc metuens, [27] cœli menſes, & [28] ſidera ſerva;*
*[29] Frigida Saturni ſeſe [30] quò ſtella receptet:*
*Quos [31] ignis cœli [31] Cyllenius erret in [32] orbes.*
Imprimis venerare Deos, *atque annua magnæ*
*Sacra [33] refer Cereri, lætis [34] operatus in herbis,*
*[35] Extremæ ſub caſum hyemis, jam vere ſereno.*
*Tunc agni pingues, & tunc [36] molliſſima vina,*
*Tunc [37] ſomni dulces, denſæque in montibus umbræ.*
*[38] Cuncta tibi [39] Cererem pubes [40] agreſtis adoret,*
*Cui tu lacte [41] favos, [42] & miti dilue Baccho,*

1 Deſcendit aut decidit impetus, copia aquarum. 2 Nocivam. 3 In globi aut glomeris formam præcipitant. 4 Aëre, vel potiùs mari. 5 Superior aër in nubem collectus præceps cadit. 6 Pinguia. 7 Et quæ labore boum & fertilitate terræ jam parata erant madefacit. 8 Quia ſiccitate exhauſta.

9 Aquarum præcipitanter defluentium. 10 Et mare ſit fervidum undè *fretum* dictum volunt, cùm *fervet æquor*; fluctibus ferventibus procellas excitantibus. 11 Jupiter. 12 Obſcuritate. 13 Coruſcante. 14 Cum mole & pondere excitat. 15 Quo impetu fulminis & tonitru maxima terræ pars tremit. 16 In ſpeluncas ſuas. 17 Humiles efficiens. 18 Ardenti. 19 Al. *Athon*, montem Macedoniæ. 20 Montem Thraciæ. 21 Montes altiſſimos Epiri. 22 Sc. *ſe.*, id eſt, fiunt majores & multiplicantur. 23 Copioſus. 24 Aliquando. 25 Rauco fragore reſonant. 26 Ne talis tempeſtas te imparatum obruat. 27 Duodecim ſigna cœli. 28 Influentias ſyderum. 29 Ab effectu. 30 In quam partem cœli. 31 Stella Mercurii nati in Cyllene, monte Arcadiæ. Quia metuenda eſt tempeſtas nociva, nec opibus humanis repelli poteſt, imploranda docet Deorum auxilia. 32 Circulos & ſphæras. 33 Iterum offer. 34 Sacris re divina facta; lacte, melle, vino. *Operari* enim ſæpiùs pro ſacrificare uſurpatur. Tibul. l. 2. El. 5. *Tunc* operata Dei *proles diſcumbit in herba.* Hor. Od 14. l. 3. *Unico gaudeat mulier marito Prodeat juſtis* operata *Divis.* 35 In fine hyemis, & in principio veris. 36 Dulciſſima & ſuaviſſima. 37 Quia minor ſollicitudo eſt agricolis. 38 Pulchra deſcriptio ritus ſacri Ambarvalis pro frugibus facti. 39 Deam frugum. 40 Ruſtica. 41 Mella. 42 Et Baccho ſuavi, id eſt, mulſo miſce.

*Terque*

Digitized by Google

[1] Eximia aut pinguis.
[2] Porca, eaque gravida. Cujus cauſam exponit Ovid. 1. Faſt. *Prima Ceres avida gaviſa eſt ſanguine porca. Ulta ſuas merita cæde nocentis opes. Nam ſata vere novo teneris lactentia ſuccis Eruta ſetigera comperit ore ſuis.*

*Terque novas circum [1] felix eat [2] hoſtia fruges:*
*Omnis quam [3] Chorus, & ſocii comitentur [4] ovantes,*
*Et [5] Cererem clamore [6] vocent in [7] tecta: neque antè*
*[8] Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,*
*Quàm Cereri, [9] tortâ [10] redimitus tempora [11] quercu,*
*Det [12] motus incompoſitos, & [13] carmina dicat.*
*[14] Atque hæc ut certis poſſimus diſcere ſignis,*
*[15] Æſtuſque, pluviaſque, & [16] agentes frigora ventos:*
*[17] Ipſe pater ſtatuit, quid [18] menſtrua Luna moneret:*
*[19] Quo ſigno caderent Auſtri: [20] quod ſapè videntes*
*Agricolæ, propiùs ſtabulis armenta tenerent.*
*[21] Continuò, [22] ventis ſurgentibus, aut [23] freta ponti*
*Incipiunt [23] agitata* I. *tumeſcere,* II. *& [24] aridus altis*
*Montibus audiri fragor; aut* III. *reſonantia longè*
*Littora [25] miſceri; &* IV. *nemorum [26] increbeſcere murmur.*
*[27] Jam ſibi tùm curvis [28] malè temperat [29] unda carinis,*
V. *Cùm medio celeres revolant ex [30] æquore [31] mergi,*

3 Multitudo pubeſcentium aut canentium. 4 Læti & hilares. 5 Ipſas fruges. 6 Carmine orent, ut ſalva domum veniat meſſis & abunda. 7 Horrea ſua. 8 Cultrum meſſorium, qui incurvus eſt. 9 Convolutâ in morem coronæ aut ſerti. 10 Habens tempora capitis ſui redimita. 11 In memoriam glandis, quâ veſcebantur mortales ante Cereris beneficium. 12 Rudes & ſine artæ ſaltationes. 13 Hymnos cantet de laude Cereris. 14 Poſtquam docuit Poëta tempeſtatem metuendam, & ſacrificiis avertendam, docet certis ſignis noſcitandam. 15 Vehementes calores. 16 Impellentes. 17 Ipſe Deus ſtatuit tempeſtatum prognoſtica, ex novæ Lunæ facie, ſingulis menſibus, nec minus - - 18 Menſium conſtitutrix, aut quæ ſingulis menſibus ſuum perficit ſignum. 19 - - - - Ex ortu & obitu ſignorum & ſiderum, quæ vel tollere vel ponere ventos ſolent. Hic autem *caderent* ſignificat ruerent, incumberent ad ciendas tempeſtates, potius quàm ceſſarent, ponerentque, quo ſenſu ſæpius uſurpatur. 20 Signum. 21 Neque aſtra obſervata ſolum, ſed & uſus & experientia. I. *Tumor maris dabit certa prognoſtica.* II. *Fragor è montibus.* III. *Mugitus fluctuum à littore.* IV. *Murmur nemorum.* V. *Mergorum ad littora frequens volatus.* VI. *Fulicarum in terrâ luſus.* VII. *Ardearum ſubvolatus.* VIII. *Tractus ſtellarum cadere viſarum.* IX. *Paleæ & frondium volatus.* X. *Plumarum in aquis luſus.* 22 Dum venti ſurrecturi ſunt. 23 Undæ maris commotæ. 24 Qualis eſt in aridis frondibus. 25 Perturbari. 26 Crebrum fieri. 27 Docet alia tempeſtatum prognoſtica. 28 Non parcit ſibi, nec abſtinet ſe. 29 Maris. 30 Ubi futuram noſcunt tempeſtatem. 31 Aves, à mergendo dictæ.



Digitized by Google

[1] *Clamoremque ferunt ad littora; cumque* VI. [2] *marinæ*
*In* [3] *ſicco ludunt fulicæ;* VII. *nôtaſque paludes*
*Deſerit, atque altam ſupra volat ardea nubem.*
VIII. *Sæpè etiam ſtellas, vento impendente, videbis*
[4] *Præcipites cœlo* [5] *labi, noctiſque per umbras*
*Flammarum longos à tergo albeſcere* [6] *tractus:*
IX. *Sæpè* [7] *levem paleam, & frondes* [8] *volitare caducas:*
X. *Aut ſummâ nantes in aquâ* [9] *colludere plumas.*
[10] I. *At Boreæ de parte* [11] *trucis cùm fulminat, & cùm*
[11] II. *Euriq; Zephyriq; tonat domus; omnia plenis*
*Rura* [12] *natant foſſis, atque omnis navita* [13] *ponto*
*Humida vela legit: nunquam* [14] *imprudentibus imber*
*Obfuit,* III. *aut* [15] *illum* [16] *ſurgentem vallibus imis*
[17] *Aëriæ fugêre grues;* IV. *aut* [18] *bucula cœlum*
*Suſpiciens,* [19] *patulis captavit naribus* [20] *auras;*
[21] V. *Aut arguta lacus circum volitavit hirundo,*
VI. *Et* [22] *veterem in limo ranæ cecinêre querelam.*
VII. *Sæpiùs &* [23] *tectis penetralibus extulit* [24] *ova*
[25] *Anguſtum formica terens* [25] *iter:* VIII. *&* [26] *bibit ingens*
[27] *Arcus;* IX. *& è paſtu decedens agmine magno*
*Corvorum* [28] *increpuit* [29] *denſis* [30] *exercitus alis.*
X. [31] *Jam varias* [32] *pelagi volucres, & quæ* [33] *Aſia circùm*

1 Et cum clamore volant. 2 *Marinæ*, id eſt, in mari verſari ſolitæ. 3 Arenâ littoris. 4 *De cœlo ſtella ſerena, Quæ ſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.* Ovid. 2. Met. 5 Ferri: nam non cadunt, ſed videntur cadere. 6 Diſcurſus ſtellarum. 7 Deſiccatam. 8 Per aëra ferri. 9 In morem ludentium agitare ſe

nunc huc, nunc illuc, occultâ vi ventorum. 10 A prognoſticis ventorum tranſit ad prognoſtica pluviarum, quæ numerat duodecim. I. II. III. &c. infrâ *nunquam te craſtina fallet Hora, nec inſidiis*, &c. 11 Terribilis, id eſt, ſeptentrionali regione. 12 Aquis obruuntur & inundantur. 13 Ex pluvia, quæ ſubſecuta eſt, madefacta vela colligit. 14 Tam multa, tam certa & manifeſta ſunt pluviæ, & tempeſtatum prognoſtica, ut neminem non clarè & abundè præmonitum, ut neminem niſi improvidum deprehendant. 15 Imbrem. 16 Orientem aut venturum. 17 In altum ſe tollentes. 18 Juvenca. 19 Multum patentibus. 20 Spiritum, ventum. 21 Canora. 22 Alluſum aut ad fab. Æſopi de ranis conqueſtis de Jove, qui ciconiam iis in regem dederat: aut ad Lyciorum, à Latonâ in ranas mutatorum, querelam. 6. Met. Ovid. 23 Cavernulis arcanis. 24 Verita ne madefiant. 25 Anguſtam viam. 26 Hoc ex opinione & errore vulgi recepto, haurire ſc. Irim aquam cornibus ſuis & eâ nutriri; cum illa fiat ex reflexu radiorum ſolis ad nubem reſolutam, Solique in aſpectu noſtro oppoſitam. 27 Sc. cœleſtis, id eſt, Iris. 28 Crepitum & ſtridorem fecit. 29 Conjunctis. 30 Grex. 31 Imminente pluviâ, quam arcus pluvialis collegerat. 32 In mari verſari ſolitas. 33 Aſiana prata, quæ adjacent Aſiæ paludi.

Dum

*Dulcibus in ſtagnis* 1 *rimantur prata* 2 *Cayſtri*,
*Certatim largos humeris infundere* 3 *rores*,
*Nunc caput* 4 *objectare fretis*, *nunc currere in undas*,
*Et* 5 *ſtudio* 6 *incaſſum videas* 7 *geſtire* 8 *lavandi:*
XI. *Tùm cornix plenâ pluviam vocat* 9 *improba voce*,
*Et* 10 *ſola in ſiccâ ſecum* 11 *ſpatiatur arenâ.*
XII. 12 *Nec* 13 *nocturna quidem* 14 *carpentes* 13 *penſa puellæ*
12 *Neſcivere hyemem*; 15 *teſtâ cùm ardente viderent*
16 *Scintillare oleum*, *& putres concreſcere* 17 *fungos.*
18 *Nec minùs* 19 *ex imbri* 20 *Soles*, *&* 21 *aperta ſerena*
22 *Proſpicere*, *& certis poteris cognoſcere ſignis.*
I. *Nam neque* 23 *tùm ſtellis* 24 *acies* 25 *obtuſa videtur*,
II. *Nec* 26 *fratris radiis* 27 *obnoxia ſurgere Luna*,
III. *Tenuia nec* 28 *lanæ per cœlum vellera ferri.*
IV. *Non tepidum ad Solem pennas in littore* 29 *pandunt*
30 *Dilectæ Thetidi Halcyones:* V. *non ore* 31 *ſolutos*
*Immundi meminêre ſues jactare* 32 *maniplos:*
VI. *At nebulæ magis ima petunt*, *campoque recumbunt:*
VII. *Solis & occaſum* 33 *ſervans*, *de culmine ſummo*
34 *Nequicquam ſeros exercet* 35 *noctua cantus:*
VIII. *Apparet liquido ſublimis in aëre* 36 *Niſus*,
IX. *Et pro* 37 *purpureo* 38 *pœnas dat* 39 *Scylla capillo.*

1 Paſcuntur. 2 Fluvii in Mœonia. 3 Aſperſiones aquarum. 4 Immergere mari ferventi. 5 Cupiditate. 6 Fruſtra. Neque enim admittunt aquam plumæ cygneæ. 7 Geſticulatione quadam ludere, & deſiderium ſuum indicare. 8 Sc. ſe. 9 Inſatiabilis. 10 Sine aliarum avium comitatu. 11 Deambulat. 12 Et benè ſciverunt futuram tempeſtatem pluvialem, ab ὕω, *pluo.* 13 Lanam quam noctu carpunt. 14 Deducentes. 15 Lucernâ fictili, lampade teſtacea. 16 Scintillas quaſi injecta aqua emittere. 17 Excrementa circa funem ſeu ellychnium candelæ & lampadis, ſive fungorum figuras ex fuligine. 18 Poſtquam docuit varia ſigna futuræ tempeſtatis, docet ſigna futuræ ſerenitatis novem. I, II, III, &c. 19 Poſt imbrem, poſt pluvias. 20 Apparitionem ſolis & ſerenitatem. 21 Loca cœli & aëris nullis nubibus cooperta. 22 Prævidere. 23 Quando futurum eſt ſerenum. 24 Aſpectus. 25 Tenebroſa, ſed pura & clara 26 Phœbi ſeu Solis. Latonæ quippe è Jove liberi. 27 Cui obnoxia eſt, quia ab eo illuminatur. 28 Neque tenues nubeculæ tanquam vellera lanæ. 29 Explicant. 30 Quibus nidificantibus & fœtum excludentibus Dii maris tranquillum præſtant mare: unde *Halcedonia* dicta. 31 Diſſipatos. 32 Faſciculos ſtramentorum. 33 Obſervans. 34 Non. 35 Avis noctu volare ſolita canit. 36 Avis illa, in quam Niſus, Megarenſium rex, converſus fingitur, in ſummo puro aëre volitat. Fab. Niſi & Scyllæ nota eſt ex Virgilii Ciri, & Ovid. 8. Met. 37 Quem pater conſecratum habebat. 38 Quia profligatur à patre. 39 Filia Niſi.



Digitized by Google

*[1] Quacunque [2] illa [3] levem [4] fugiens [5] ſecat æthera pennis,*
*Ecce inimicus atrox magno [6] ſtridore per [7] auras*
*Inſequitur Niſus: quà ſe [8] fert Niſus ad auras,*
*Illa [9] levem fugiens raptim ſecat æthera pennis.*
*Tùm [10] liquidas corvi [11] preſſo ter gutture voces,*
*Aut quater ingeminant: & ſæpe [12] cubilibus altis,*
*Neſcio quâ præter ſolitum dulcedine læti*
*Inter ſe foliis ſtrepitant: [13] juvat, imbribus [14] actis,*
*[15] Progeniem parvam, dulceſque reviſere nidos.*
*[16] Haud equidem credo, quia ſit [17] divinitùs [18] illis*
*[19] Ingenium, aut rerum* [20] fato prudentia [21] major.
*Verùm ubi tempeſtas, & [22] cœli [23] mobilis humor*
*[24] Mutavere vias, & [25] Jupiter humidus Auſtris*
*Denſat, erant quæ [26] rara modò, & quæ denſa [27] relaxat;*
*Vertuntur [28] ſpecies animorum, & pectora [29] motus*
*[30] Nunc alios, [31] alios, dùm [32] nubila ventus [33] agebat,*
*Concipiunt: [34] hinc ille avium [35] concentus in agris,*
*Et lætæ pecudes, & [36] ovantes gutture corvi.*
*[37] Si verò Solem ad [38] rapidum, Lunaſque [39] ſequentes*
*Ordine reſpicies, nunquam te [40] craſtina fallet*
*[40] Hora, neque [41] inſidiis noctis capière ſerenæ.*

1 Sc. *parte.* 2 Scylla. 3 Purum. 4 Patrem Niſum. 5 Dividit, id eſt, volat per aërem. 6 Alarum plauſu. 7 Aërem. 8 Aperte volat. 9 Celerem patrem Niſum. 10 Canoras, claras, ut facile ſerenitatis indicium agnoſcas. Horat. Od. 19. l. 1. *præcipe lugubres Cantus Melpomene, cui liquidam Pater Vocem cum citharâ dedit.* 11 Rauco. 12 Nidis, qui ſunt in arboribus aut rupibus. 13 Delectat eos. 14 Fugatis. 15 Pullos. 16 Neque iſta brutis alitibuſque præſagia à prudentia, ſed à naturali aëreæ affectionis ſubinde mutatæ ſenſu. 17 A Divina providentia infuſa. 18 Jam dictis beſtiis. 19 Uſurpatur etiam vox *ingenii* in rebus inanimatis. Sic Virg. 2. Georg. *Qui locus arvorum* ingeniis. 20 Voluntate Deorum. 21 Quam hominibus. 22 Aëris. 23 Mutabilis. 24 Abierunt & aliò ſe receperunt. 25 Aër. Sic 2. Georg. *Et jam maturis metuendus* Juppiter *uvis.* Horat. Od. 1. l. 1. *manet ſub* Jove *frigido Venator teneræ conjugis immemor.* 26 Paulò antè. 27 Aperit. 28 Qualitates & naturæ in brutis. 29 Affectus. 30 Tempore ſerenitatis futuræ. 31 Et alios concipiebant. 32 Nubes tempeſtiferas. 33 Impellebat. 34 Ex hac animorum cum tempeſtate immutatione. 35 Melodia aut ſymphonia naſcitur. 36 Lætè crocitantes. 37 Docet certiſſima ſigna ex Solis & Lunæ obſervatione haberi. 38 Velocem. 39 Futuras, aut ſuccedentes ordine naturali. 40 Dies poſtridianus. 41 Quæ pluvio exitu claudunt noctem initio ſerenam.



Digitized by Google

1 Nova, renaſcens. I. Pallida luna pluit. II. Rubicunda flat. III. Alba ſerenat. 2 Nimboſum. 3 Habuerit poſt novilunium. 4 Nautis pelagum frequentantibus. 5 Qualis in virginibus eſſe ſolet. 6 Forinſecùs expreſſerit. 7 Futuro. 8 Pulchra luna. 9 Die quarto poſt novilunium: qui certiſſimus eſt reliqui menſis index, quod tamen negant autores alii.

*[1] Luna revertentes cùm primum colligit ignes,*
I. *Si [2] nigrum obſcuro [3] comprenderit aëra cornu;*
*Maximus agricolis, [4] pelagoque parabitur imber.*
II. *At ſi [5] virgineum [6] ſuffuderit ore ruborem;*
*Ventus erit: [7] vento ſemper rubet [8] aurea Phœbe.*
*Sin [9] ortu in quarto (namque is certiſſimus author)*
III. *[10] Pura, [11] nec obtuſis per cœlum cornibus [12] ibit;*
*Totus & ille dies, & qui naſcentur [13] ab illo,*
*[14] Exactum ad menſem, pluviâ ventiſque carebunt:*
*Votaque [15] ſervati [16] ſolvent in littore nautæ*
*[17] Glauco, & [18] Panopeæ, & [19] Inoo Melicertæ.*
*[20] Sol quoque & exoriens, & cùm [21] ſe condet in undas,*
*[22] Signa dabit: Solem certiſſima ſigna ſequentur,*
*Et quæ manè [23] refert, & quæ [24] ſurgentibus aſtris.*
I. *Ille ubi [25] naſcentem [26] maculis variaverit [25] ortum,*
II. *Conditus in nubem,* III. *medioque refugerit orbe;*
*Suſpecti tibi ſint imbres: namque [27] urget ab alto*
*Arboribuſque, [28] ſatiſque Notus, pecorique [29] ſiniſter.*
*[30] Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe*
*[31] Diverſi erumpent radii, aut ubi pallida ſurget*
*[32] Tithoni [33] croceum linquens Aurora cubile;*
*Heu, [34] malè tùm [35] mites [36] defendet [37] pampinus uvas:*
*Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.*
*[38] Hoc etiam, [39] emenſo cum jam decedet Olympo,*
*Profuerit meminiſſe magis: nam ſæpè videmus*

10 Clara, ſine circulo denſi aëris. 11 Nec obſcuris, ſed acutis. 12 Decurret. 13 Poſt illum quarti ortus. 14 Uſque ad finem menſis. 15 A ſubmerſione. 16 Diis marinis. 17 E piſcatore facto Deo maris, herba deguſtata. 13. Met. Ovid. 18 Doridis filiæ, Nymphæ maris. 19 Palæmoni, Portumno filio Inus & Athamantis. Ov. Met. 4. 20 Noviſſimo loco ſigna, quæ à ſole deprehenduntur, recitat. 21 Occidet. 22 Tempeſtatis. 23 Repræſentat. 24 Superveniente nocte. I. *Sol oriens, maculoſus.* II. *Nubilus,* aut III. *Ex parte occultatus pluviæ præſagium habet.* 25 Primum & matutinum: oritur enim uſque ad meridiem. 26 Offuſcatione non integrâ, quæ facit ut ſol minus ſit illuſtris. 27 Impellit ab aëre. 28 Segetibus. 29 Inimicus & nocivus. 30 Aut ſi in ortu ſub nube latens in diverſas partes ſpargat radios, aut ſi Aurora ante ortum ſolem palleat, grandinem time, uſque adeò vires verberantem, ut nec tectis parcat. 31 Diſcolores. 32 Mariti ſui, qui fuit frater Laomedontis. 33 Crocei & rubicundi coloris. 34 Non. 35 Teneras aut maturas. 36 A grandine. 37 Frons vitium. 38 Quod de ſole oriente dictum eſt. 39 Decurſo, confecto diei ſpatio, ubi occidet Sol.

*1 Ipſius*

Digitized by Google

*[1] Ipſius in vultu variòs [2] errare colores :*
*[3] Cæruleus pluviam denunciat : [4] igneus [5] Euros :*
*Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni,*
*Omnia tunc pariter vento, [6] nimbiſque videbis*
*Fervere : non [7] illâ quiſquam me nocte per [8] altum*
*Ire, neque à terrâ moneat [9] convellere funem.*
*At ſi, cùm referetque diem, [10] condetque relatum,*
*Lucidus orbis erit ; fruſtra terrebere nimbis,*
*Et [11] claro ſilvas cernes Aquilone [12] moveri.*
*[13] Denique, quid Veſper [14] ſerus vehat, unde [15] ſerenas*
*Ventus agat nubes, quid [16] cogitet humidus Auſter,*
*Sol tibi ſigna dabit :* [17] Solem quis dicere falſum
Audeat ? *[18] ille etiam [19] cæcos inſtare tumultus*
*Sæpe monet, fraudemque, & [20] operta tumeſcere bella.*
*[21] Ille etiam [22] exſtincto miſeratus Cæſare Romam,*
*Cum [23] caput obſcurâ nitidum [24] ferrugine texit,*
*[25] Impiaque [26] æternam timuerunt ſæcula [26] noctem.*

1 Solis. 2 Spargi & mutari. 3 Sc. color ſolis, id eſt, marinus. 4 Color rutilus. 5 Venti orientales. 6 Pluvioſis nubibus. 7 Quâ talia ſigna apparuerint. 8 Mare. 9 Diſſolvere retinacula navium, quibus terræ alligantur naves.

10 Finiet diem ad nos reductum, id eſt, ſi in ortu & occaſu illuſtris erit globus ſolaris. 11 Detergente nubes, ſerenitatem inducente. 12 Agitari. 13 Concludit omnia ex ſole meliùs cognoſci, quam ex aſtris minoribus. 14 Tardus veſper adferat ſeu indi et nobis. Lucret. l. 3. *Poſteraque in dubio eſt fortunam quam* vehat *ætas.* Horat. Od. 29. l. 3. *Quod fugiens ſemel hora* vexit. 15 Aridas, ſiccas. Serenitas enim ſicca eſt. 16 Congreget aut portendat. 17 Quis autem mortalium tam perditæ eſt audaciæ, ut Solem, mundi oculum, vanitatis arguat, & non veraciter omnia indicantem, falſa eſſe, quæ ſol ſigna indicat? teſtem atque inſpectorem omnium naturalia ementitum eſſe ſigna : quando & in prodigioſis vera ediderit præſagia? ille enim deficiens prædixit bella civilia, &c. 18 Sol. 19 Ignotos, priuſquam oriantur. 20 Latentia bella creſcere, inſurgere. 21 Commodâ occaſione ad prodigia, quæ Julii Cæſaris cædem anteceſſerunt, deſcendit : enumerat autem unum & viginti, nec omittit calamitates, quæ ex civilibus bellis provenerunt. Extinctus eſt in Senatu confoſſus vulneribus tribus & viginti, è quibus tantùm duo lethalia ſunt judicata. 22 A conjuratis multis vulneribus in Senatu interfecto. 23 Vultum ſuum. 24 Colore ferri, id eſt, defectu, eclipſi, pallatus luxit. 25 In quibus tam bonus princeps tam crudeliter occiſus erat. 26 Rerum omnium exitum, mundi diſſolutionem. Quanquam teſtentur autores. Solis globum per totum illum annum palluiſſe.



Digitized by Google

1 Quo Cæſar occiſus fuerat. Prodigia hæc, aliaque habes apud Plutarchum in vita Cæſaris, Appianum in bellis civilibus, Ovidium. 15. Met. Lucanum l. 1. &c.
2 Propter terræ motum.
3 Aquæ maris propter tempeſtatem.
4 Horribilia portendentes.

*1 Tempore quanquam illo 2 tellus quoque, & 3 æquora Ponti,*
*4 Obſcœnique canes, 5 importunæque volucres*
*Signa dabant. Quoties 6 Cyclopum 7 effervere in 6 agros*
*Vidimus 8 undantem 9 ruptis fornacibus 10 Ætnam,*
*Flammarumque globos, 11 liquefactaque volvere ſaxa?*
*12 Armorum ſonitum toto 13 Germania cœlo*
*Audiit: 14 inſolitis tremuerunt motibus 15 Alpes.*
*Vox quoque per 16 lucos 17 vulgo exaudita ſilentes*
*Ingens: & 18 ſimulacra modis pallentia miris*
*Viſa 19 ſub obſcurum noctis: 20 pecudeſque locutæ*
*Infandum: 21 ſiſtunt amnes, terræque 22 dehiſcunt:*
*Et mœſtum 23 illacrimat templis 24 ebur, æraque ſudant.*
*25 Proluit 26 inſano 27 contorquens 28 vertice ſylvas*
*29 Fluviorum 30 rex 31 Eridanus, 32 campoſq; per omnes*
*Cum ſtabulis armenta 33 tulit: nec tempore eodem*
*34 Triſtibus aut extis 35 fibræ apparere 36 minaces,*

5 Non ſuo tempore volantes. 6 In fines Siculos, ubi Cyclopes è familia Polyphemi, & officina Vulcani. 7 In morem ſuperundantis aquæ fervorem extendere uſque ad agros, &c. 8 Ebullientem ac eructantem ignem. 9 Apertis officinis Cyclopum. 10 Montem Siciliæ, perpetuas flammas evomentem. 11 In calcem ac cinerem ferè reſoluta eructare, emittere. 12 Ovidius de hoc portento 15. Met. *Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes, Terribileſque tubas, auditaque cornua cœlo Præmonuiſſe nefas.* Tale prodigium legitur fuiſſe Cimbrico bello. 13 Populus Germaniæ. 14 Novis, nunquam anteà factis, vel ſolito majoribus. 15 Montes altiſſimi inter Italiam & Galliam. 16 Sylvas Diis ſacras. 17 A vulgo, aut paſſim. 18 Umbræ. Ovid. *umbraſque Silentum Erravìſſe ferunt.* 19 Paulò ante tenebras noctis. 20 Boves ſæpè in prodigiis locuti fuerunt. Lege Val. Max. l. 1. c. 6. de Prodigiis. Plin. l. 8. c. 45. 21 Sc. *ſe*, aut *curſum ſuum:* unde inundatio facta eſt mirãnda ipſius Tiberis. Lege Horat. Od. 2. 22 Magnum hiatum faciunt propter terræ motum. 23 Madet, ſudat. 24 Eburnea Deorum ſimulachra, & ænea. Ovid. *Mille locis lacrymavit ebur.* 25 Inundavit, proluendo evertit. 26 Valde magno & violento. 27 Inundans. 28 Gyro aquarum. 29 Italiæ. 30 Quòd ſolus eſt inter 40. & octo ſigna cœleſtia conſtitutus. 31 Padus. 32 Vicinos. 33 Vexit. 34 Rem triſtem indicantibus. Ovid. *Victima nulla litat, magnoſque inſtare tumultus Fibra monet, caſumque caput reperitur in extis.* 35 Extremitates aut venæ extorum. 36 Malum ſeu mortem Cæſaris portendentes.

*Aut*

Digitized by Google

*Aut puteis [1] manare cruor ceſſavit, & altè*
*Per noctem reſonare lupis ululantibus urbes.*
*[2] Non [3] aliàs cœlo ceciderunt plura ſereno*
*Fulgura: nec [4] diri toties arſêre [5] cometæ.*
*[6] Ergo [7] inter ſeſe [8] paribus [9] concurrere telis*
*Romanas acies [10] iterùm videre [11] Philippi.*
*[12] Nec fuit indignum ſuperis, bis ſanguine [13] noſtro*
*[14] Emathiam & latos [15] Æmi pingueſcere campos.*
*Scilicet & tempus veniet, cùm [16] finibus illis*
*Agricola, [17] incurvo terram molitus aratro,*
*Exeſa inveniet [18] ſcabrâ rubigine pila:*
*Aut gravibus raſtris galeas pulſabit [19] inanes:*
*[20] Grandiaque [21] effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris.*
*[22] Dii Patrii, [23] Indigetes, & Romule, [24] Veſtaque mater,*
*Quæ [25] Thuſcum Tiberim, & Romana palatia ſervas,*
*[26] Hunc ſaltem everſo juvenem [27] ſuccurrere ſæclo,*
*Ne prohibete: ſatis [28] jam pridem ſanguine noſtro*
*[29] Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.*

1 Diffluere. 2 Quod infauſti eſt ominis: *per purum tonantes Egit equos volucremque currum.* Horat. 1. lib. 34 Ode. 3 Alio tempore. 4 Rem diram, ut Cæſaris interitum ſignificantes. 5 Stellæ crinitæ, quæ ex nimio ardore Solis generantur.

6 Quæ omnia prodigia prædixerunt & alia futura bella civilia, Octavii, ſc. & Antonii contra Brutum & Caſſium. 7 Inteſtino ac civili bello. 8 *Infeſtis obvia ſignis Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.* Lucan. 1. lib. 9 Pugnare armis. 10 Quia ſemel ante mortem Cæſaris, cùm ipſe cum Pompejo Magno dimicaret, & ſemel poſt mortem ejus, cùm Auguſtus cum Caſſio & Bruto, ejus occiſoribus, pugnaret. 11 Campi Theſſaliæ. Excuſandus eſt noſter, qui Pharſalum Theſſaliæ, ubi depugnatum eſt inter Cæſarem & Pompejum, confundit cum Philippis Macedoniæ, ubi Octavius & Antonius ultores percuſſores Cæſaris devicerunt Brutum & Caſſium. 12 Et ita dignum duxerunt ſuperi. 13 Romano. 14 Macedoniam. 15 Montis Thraciæ. 16 Campis Philippicis. 17 Arans terram. 18 Aſperâ. 19 Conſumptis capitibus, cum quibus ſepultæ erant. 20 Magnorum & nobilium virorum. 21 Fodiendo apertis. 22 Romani Imperii Præſides, Tutulares Dii, Jupiter Capitolinus, Mars pater, Phrygii penates. Expoſitis malis, quæ Sol futura indicavit poſt Cæſaris necem, precatur Deos patrios, ut ſaltem Auguſtum in Reip. ſalutem atque Romani imperii conſervationem diutiùs vivere ſinant. 23 Indigenæ, inde nati, & in Deos relati, Æneas, Quirinus. 24 Cujus æterni ignis religione æternum conſtat imperium. 25 Per Hetruriam ex Apenninis montibus fluentem. 26 Auguſtum. 27 Opitulari. 28 A pluſculis annis. 29 Luimus perjuria Laomedontis regis Trojæ, qui Apollinem & Neptunum pactâ condendorum Trojæ mœniorum mercede fraudavit.



Digitized by Google

Dulcibus in ſtagnis [1] rimantur prata [2] Cayſtri,
Certatim largos humeris infundere [3] rores,
Nunc caput [4] objectare fretis, nunc currere in undas,
Et [5] ſtudio [6] incaſſum videas [7] geſtire [8] lavandi :
XI. Tùm cornix plenâ pluviam vocat [9] improba voce,
Et [10] ſola in ſiccâ ſecum [11] ſpatiatur arenâ.
XII. [12] Nec [13] nocturna quidem [14] carpentes [13] penſa puellæ
[12] Neſcivere hyemem; [15] teſtâ cùm ardente viderent
[16] Scintillare oleum, & putres concreſcere [17] fungos.
[18] Nec minùs [19] ex imbri [20] Soles, & [21] aperta ſerena
[22] Proſpicere, & certis poteris cognoſcere ſignis.
I. Nam neque [23] tùm ſtellis [24] acies [25] obtuſa videtur,
II. Nec [26] fratris radiis [27] obnoxia ſurgere Luna,
III. Tenuia nec [28] lanæ per cœlum vellera ferri.
IV. Non tepidum ad Solem pennas in littore [29] pandunt
[30] Dilectæ Thetidi Halcyones : V. non ore [31] ſolutos
Immundi meminêre ſues jactare [32] maniplos :
VI. At nebulæ magis ima petunt, campoque recumbunt :
VII. Solis & occaſum [33] ſervans, de culmine ſummo
[34] Nequicquam ſeros exercet [35] noctua cantus :
VIII. Apparet liquido ſublimis in aëre [36] Niſus,
IX. Et pro [37] purpureo [38] pœnas dat [39] Scylla capillo.

1 Paſcuntur. 2 Fluvii in Mœonia. 3 Aſperſiones aquarum. 4 Immergere mari ferventi. 5 Cupiditate. 6 Fruſtra. Neque enim admittunt aquam plumæ cygneæ. 7 Geſticulatione quadam ludere, & deſiderium ſuum indicare. 8 Sc. ſe. 9 Inſatiabilis. 10 Sine aliarum avium comitatu. 11 Deambulat. 12 Et benè ſciverunt futuram tempeſtatem pluvialem, ab ὕω, pluo. 13 Lanam quam noctu carpunt. 14 Deducentes. 15 Lucernâ fictili, lampade teſtacea. 16 Scintillas quaſi injecta aqua emittere. 17 Excrementa circa funem ſeu ellychnium candelæ & lampadis, ſive fungorum figuras ex fuligine. 18 Poſt unam docuit varia ſigna futuræ tempeſtatis, docet ſigna futuræ ſerenitatis novem. I, II, III, &c. 19 Poſt imbrem, poſt pluvias. 20 Apparitionem ſolis & ſerenitatem. 21 Loca cœli & aëris nullis nubibus cooperta. 22 Prævidere. 23 Quando futurum eſt ſerenum. 24 Aſpectus. 25 Tenebroſa, ſed pura & clara 26 Phœbi ſeu Solis. Latonæ quippe è Jove liberi. 27 Cui obnoxia eſt, quia ab eo illuminatur. 28 Neque tenues nubeculæ tanquam vellera lanæ. 29 Explicant. 30 Quibus nidificantibus & fœtum excludentibus Dii maris tranquillum præſtant mare : unde *Halcedonia* dicta. 31 Diſſipatos. 32 Faſciculos ſtramentorum. 33 Obſervans. 34 Non. 35 Avis noctu volare ſolita canit. 36 Avis illa, in quam Niſus, Megarenſium rex, converſus fingitur, in ſummo puro aëre volitat. Fab. Niſi & Scyllæ nota eſt ex Virgilii Ciri, & Ovid. 8. Met. 37 Quem pater conſecratum habebat. 38 Quia profligatur à patre. 39 Filia Niſi.

I Quæ

[1] *Quacunque* [2] *illa* [3] *levem* [4] *fugiens* [5] *ſecat æthera pennis,*
*Ecce inimicus atrox magno* [6] *ſtridore per* [7] *auras*
*Inſequitur Niſus: quâ ſe* [8] *fert Niſus ad auras,*
*Illa* [9] *levem fugiens raptim ſecat æthera pennis.*
*Tùm* [10] *liquidas corvi* [11] *preſſo ter gutture voces,*
*Aut quater ingeminant: & ſæpe* [12] *cubilibus altis,*
*Neſcio quâ præter ſolitum dulcedine læti*
*Inter ſe foliis ſtrepitant:* [13] *juvat, imbribus* [14] *actis,*
[15] *Progeniem parvam, dulceſque reviſere nidos.*
[16] *Haud equidem credo, quia ſit* [17] *divinitùs* [18] *illis*
[19] *Ingenium, aut rerum* [20] fato prudentia [21] major.
*Verùm ubi tempeſtas, &* [22] *cœli* [23] *mobilis humor*
[24] *Mutavere vias, &* [25] *Jupiter humidus Auſtris*
*Denſat, erant quæ* [26] *rara modò, & quæ denſa* [27] *relaxat;*
*Vertuntur* [28] *ſpecies animorum, & pectora* [29] *motus*
[30] *Nunc alios,* [31] *alios, dùm* [32] *nubila ventus* [33] *agebat,*
*Concipiunt:* [34] *hinc ille avium* [35] *concentus in agris,*
*Et lætæ pecudes, &* [36] *ovantes gutture corvi.*
[37] *Si verò Solem ad* [38] *rapidum, Lunaſque* [39] *ſequentes*
*Ordine reſpicies, nunquam te* [40] *craſtina fallet*
[40] *Hora, neque* [41] *inſidiis noctis capière ſerenæ.*

1 Sc. *parte.* 2 Scylla. 3 Purum. 4 Patrem Niſum. 5 Dividit, id eſt, volat per aërem. 6 Alarum planſu. 7 Aërem. 8 Aperte volat. 9 Celerem patrem Niſum. 10 Canoras, claras, ut facile ſerenitatis indicium agnoſcas. Horat. Od. 19. l. 1. *Præcipe lugubres Cantus Melpomene, cui liquidam Pater Vocem cum citharâ* dedit. 11 Rauco. 12 Nidis, qui ſunt in arboribus aut rupibus. 13 Delectat eos. 14 Fugatis. 15 Pullos. 16 Neque iſta brutis alitibus ſenſu. 17 A Divina providentia infuſa. que præſagia à prudentia, ſed à naturali aëreæ affectionis ſubinde mutatæ 19 Uſurpatur etiam vox *ingenii* in rebus inanimatis. Sic Virg. 2. Georg. 18 Jam dictis beſtiis. *Qui locus arvorum* ingeniis. 20 Voluntate Deorum. 21 Quam hominibus. 22 Aëris. 23 Mutabilis. 24 Abierunt & aliò ſe receperunt. 25 Aër. Sic 2. Georg. *Et jam maturis metuendus* Juppiter *uvis.* Horat. Od. 1. l. 1. *manet ſub* Jove *frigido Venator teneræ conjugis immemor.* 26 Paulò antè. 27 Aperit. 28 Qualitates & naturæ in brutis. 29 Affectus. 30 Tempore ſerenitatis futuræ. 31 Et alios concipiebant. 32 Nubes tempeſtiferas. 33 Impellebat. 34 Ex hac animorum cum tempeſtate immutatione. 35 Melodia aut ſymphonia naſcitur. 36 Lætè crocitantes. 37 Docet certiſſima ſigna ex Solis & Lunæ obſervatione haberi. 38 Velocem. 39 Futuras, aut ſuccedentes ordine naturali. 40 Dies poſtridianus. 41 Quæ pluvio exitu claudunt noctem initio ſerenam.



Digitized by Google

[1] *Luna revertentes cùm primum colligit ignes,*
I. *Si* [2] *nigrum obſcuro* [3] *comprenderit aëra cornu;*
*Maximus agricolis,* [4] *pelagoque parabitur imber.*
II. *At ſi* [5] *virgineum* [6] *ſuffuderit ore ruborem;*
*Ventus erit:* [7] *vento ſemper rubet* [8] *aurea Phœbe.*
*Sin* [9] *ortu in quarto (namque is certiſſimus author)*
III. [10] *Pura,* [11] *nec obtuſis per cœlum cornibus* [12] *ibit;*
*Totus & ille dies, & qui naſcentur* [13] *ab illo,*
[14] *Exactum ad menſem, pluviâ ventiſque carebunt:*
*Votaque* [15] *ſervati* [16] *ſolvent in littore nautæ*
[17] *Glauco, &* [18] *Panopeæ, &* [19] *Inoo Melicertæ.*
[20] *Sol quoque & exoriens, & cùm* [21] *ſe condet in undas,*
[22] *Signa dabit: Solem certiſſima ſigna ſequuntur,*
*Et quæ manè* [23] *refert, & quæ* [24] *ſurgentibus aſtris.*
I. *Ille ubi* [25] *naſcentem* [26] *maculis variaverit* [25] *ortum,*
II. *Conditus in nubem,* III. *medioque refugerit orbe;*
*Suſpecti tibi ſint imbres: namque* [27] *urget ab alto*
*Arboribuſque,* [28] *ſatiſque Notus, pecorique* [29] *ſiniſter.*
[30] *Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe*
[31] *Diverſi erumpent radii, aut ubi pallida ſurget*
[32] *Tithoni* [33] *croceum linquens Aurora cubile;*
*Heu,* [34] *malè tùm* [35] *mites* [36] *defendet* [37] *pampinus uvas:*
*Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.*
[38] *Hoc etiam,* [39] *emenſo cum jam decedet Olympo,*
*Profuerit meminiſſe magis: nam ſæpè videmus*

1 Nova, renaſcens. I. *Pallida luna pluit.* II. *Rubicunda flat.* III. *Alba ſerenat.* 2 Nimboſum. 3 Habuerit poſt novilunium. 4 Nautis pelagum frequentantibus. 5 Qualis in virginibus eſſe ſolet. 6 Forinſecùs expreſſerit. 7 Futuro. 8 Pulchra luna. 9 Die quarto poſt novilunium: qui certiſſimus eſt reliqui menſis index, quod tamen negant autores alii. 10 Clara, ſine circulo denſi aëris. 11 Nec obſcuris, ſed acutis. 12 Decurret. 13 Poſt illum quarti ortus. 14 Uſque ad finem menſis. 15 A ſubmerſione. 16 Diis marinis. 17 E piſcatore facto Deo maris, herba deguſtata. 13. Met. Ovid. 18 Doridis filiæ, Nymphæ maris. 19 Palæmoni, Portumno filio Inus & Athamantis. Ov. Met. 4. 20 Noviſſimo loco ſigna, quæ à ſole deprehenduntur, recitat. 21 Occidet. 22 Tempeſtatis. 23 Repræſentat. 24 Superveniente nocte. I. *Sol oriens, maculoſus.* II. *Nubilus,* aut III. *Ex parte occultatus pluviæ præſagium habet.* 25 Primum & matutinum: oritur enim uſque ad meridiem. 26 Offuſcatione non integrâ, quæ facit ut ſol minùs ſit illuſtris. 27 Impellit ab aëre. 28 Segetibus. 29 Inimicus & nocivus. 30 Aut ſi in ortu ſub nube latens in diverſas partes ſpargat radios, aut ſi Aurora ante ortum ſolem palleat, grandinem time, uſque adeò vires verberantem, ut nec tectis parcat. 31 Diſcolores. 32 Mariti ſui, qui fuit frater Laomedontis. 33 Crocei & rubicundi coloris. 34 Non. 35 Teneras aut maturas. 36 A grandine. 37 Frons vitium. 38 Quod de ſole oriente dictum eſt. 39 Decurſo, confecto diei ſpatio, ubi occidet Sol.



Digitized by Google

*[1] Ipſius in vultu variès [2] errare colores :*
*[3] Cæruleus pluviam denunciat : [4] igneus [5] Euros :*
*Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni,*
*Omnia tunc pariter vento, [6] nimbiſque videbis*
*Fervere : non [7] illâ quiſquam me nocte per [8] altum*
*Ire, neque à terrâ moneat [9] convellere funem.*
*At ſi, cùm referetque diem, [10] condetque relatum,*
*Lucidus orbis erit ; fruſtra terrebere nimbis,*
*Et [11] claro ſilvas cernes Aquilone [12] moveri.*
*[13] Denique, quid Veſper [14] ſerus vehat, undè [15] ſerenas*
*Ventus agat nubes, quid [16] cogitet humidus Auſter,*
*Sol tibi ſigna dabit :* [17] Solem quis dicere falſum
Audeat? *[18] ille etiam [19] cæcos inſtare tumultus*
*Sæpe monet, fraudemque, & [20] operta tumeſcere bella.*
*[21] Ille etiam [22] exſtincto miſeratus Cæſare Romam,*
*Cum [23] caput obſcurâ nitidum [24] ferrugine texit,*
*[25] Impiaque [26] æternam timuerunt ſæcula [26] noctem.*

1 Solis. 2 Spargi & mutari. 3 Sc. *color ſolis*, id eſt, marinus. 4 Color rutilus. 5 Ventos orientales. 6 Pluvioſis nubibus. 7 Quá talia ſigna apparuerint. 8 Mare. 9 Diſſolvere retinacula navium, quibus terræ alligantur naves.

10 Finiet diem ad nos reductum, id eſt, ſi in ortu & occaſu illuſtris erit globus ſolaris. 11 Detergente nubes, ſerenitatem inducente. 12 Agitari. 13 Concludit omnia ex ſole meliùs cognoſci, quam ex aſtris minoribus. 14 Tardus veſper adferat ſeu indi et nobis. Lucret. l. 3. *Poſteraque in dubio eſt fortunam quam* vehat *ætas.* Horat. Od. 29. l. 3. *Quod fugiens ſemel hora* vexit. 15 Aridas, ſiccas. Serenitas enim ſicca eſt. 16 Congreget aut portendat. 17 Quis autem mortalium tam perditæ eſt audaciæ, ut Solem, mundi oculum, vanitatis arguat, & non veraciter omnia indicantem, falſa eſſe, quæ ſol ſigna indicat? teſtem atque inſpectorem omnium naturalia ementitum eſſe ſigna : quando & in prodigioſis vera ediderit præſagia? ille enim deficiens prædixit bella civilia, &c. 18 Sol. 19 Ignotos, priuſquam oriantur. 20 Latentia bella creſcere, inſurgere. 21 Commodâ occaſione ad prodigia, quæ Julii Cæſaris cædem anteceſſerunt, deſcendit : enumerat autem unum & viginti, nec omittit calamitates, quæ ex civilibus bellis provenerunt. Exſtinctus eſt in Senatu confoſſus vulneribus tribus & viginti, è quibus tantùm duo lethalia ſunt judicata. 22 A conjuratis multis vulneribus in Senatu interfecto. 23 Vultum ſuum. 24 Colore ferri, id eſt, defectu, eclipſi, pullatus luxit. 25 In quibus tam bonus princeps tam crudeliter occiſus erat. 26 Rerum omnium exitum, mundi diſſolutionem. Quanquam teſtentur autores. Solis globum per totum illum annum palluiſſe.



Digitized by Google

*[1] Tempore quanquam illo [2] tellus quoque, & [3] æquora Ponti,*
*[4] Obſcœnique canes, [5] importunæque volucres*
*Signa dabant. Quoties [6] Cyclopum [7] effervere in [6] agros*
*Vidimus [8] undantem [9] ruptis fornacibus [10] Ætnam,*
*Flammarumque globos, [11] liquefactaque volvere ſaxa?*
*[12] Armorum ſonitum toto [13] Germania cœlo*
*Audiit: [14] inſolitis tremuerunt motibus [15] Alpes.*
*Vox quoque per [16] lucos [17] vulgo exaudita ſilentes*
*Ingens: & [18] ſimulacra modis pallentia miris*
*Viſa [19] ſub obſcurum noctis: [20] pecudeſque locutæ*
*Infandum: [21] ſiſtunt amnes, terræque [22] dehiſcunt:*
*Et mœſtum [23] illacrimat templis [24] ebur, æraque ſudant.*
*[25] Proluit [26] inſano [27] contorquens [28] vertice ſylvas*
*[29] Fluviorum [30] rex [31] Eridanus, [32] campoſq; per omnes*
*Cum ſtabulis armenta [33] tulit: nec tempore eodem*
*[34] Triſtibus aut extis [35] fibræ apparere [36] minaces,*

1 Quo Cæſar occiſus fuerat. Prodigia hæc, aliaque habes apud Plutarchum in vita Cæſaris, Appianum in bellis civilibus, Ovidium. 15. Met. Lucanum l. 1. &c. 2 Propter terræ motum. 3 Aquæ maris propter tempeſtatem. 4 Horribilia portendentes. 5 Non ſuo tempore volantes. 6 In fines Siculos, ubi Cyclopes è familia Polyphemi, & officina Vulcani. 7 In morem ſuperundantis aquæ fervorem extendere uſque ad agros, &c. 8 Ebullientem ac eructantem ignem. 9 Apertis officinis Cyclopum. 10 Montem Siciliæ, perpetuas flammas evomentem. 11 In calcem ac cinerem ferè reſoluta eructare, emittere. 12 Ovidius de hoc portento 15. Met. *Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes, Terribileſque tubas, auditaque cornua cœlo Præmonuiſſe nefas.* Tale prodigium legitur fuiſſe Cimbrico bello. 13 Populus Germaniæ. 14 Novis, nunquam antea factis, vel ſolito majoribus. 15 Montes altiſſimi inter Italiam & Galliam. 16 Sylvas Diis ſacras. 17 A vulgo, aut paſſim. 18 Umbræ. Ovid. *umbraſque Silentum Erravisse ferunt.* 19 Paulò ante tenebras noctis. 20 Boves ſæpè in prodigiis locuti fuerunt. Lege Val. Max. l. 1. c. 6. de Prodigiis. Plin. l. 8. c. 45. 21 Sc. ſe, aut *curſum ſuum:* unde inundatio facta eſt miranda ipſius Tiberis. Lege Horat. Od. 2. 22 Magnum hiatum faciunt propter terræ motum. 23 Madet, ſudat. 24 Eburnea Deorum ſimulachra, & ærea. Ovid. *Mille locis lacrymavit ebur.* 25 Inundavit, proluendo evertit. 26 Valde magno & violento. 27 Inundans. 28 Gyro aquarum. 29 Italiæ. 30 Quòd ſolus eſt inter 40. & octo ſigna cœleſtia conſtitutus. 31 Padus. 32 Vicinos. 33 Vexit. 34 Rem triſtem indicantibus. Ovid. *Victima nulla litat, magnoſque inſtare tumultus Fibra monet, caſumque caput reperitur in extis.* 35 Extremitates aut venæ extorum. 36 Malum ſeu mortem Cæſaris portendentes.

Aut

Digitized by Google

*Aut puteis* [1] *manare cruor ceſſavit, & altè*
*Per noctem reſonare lupis ululantibus urbes.*
[2] *Non* [3] *aliàs cælo ceciderunt plura ſereno*
*Fulgura: nec* [4] *diri toties arsêre* [5] *cometæ.*
[6] *Ergo* [7] *inter ſeſe* [8] *paribus* [9] *concurrere telis*
*Romanas acies* [10] *iterùm videre* [11] *Philippi.*
[12] *Nec fuit indignum ſuperis, bis ſanguine* [13] *noſtro*
[14] *Emathiam & latos* [15] *Æmi pingueſcere campos.*
*Scilicet & tempus veniet, cùm* [16] *finibus illis*
*Agricola,* [17] *incurvo terram molitus aratro,*
*Exeſa inveniet* [18] *ſcabrâ rubigine pila:*
*Aut gravibus raſtris galeas pulſabit* [19] *inanes:*
[20] *Grandiaque* [21] *effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris.*
[22] *Dii Patrii,* [23] *Indigetes, & Romule,* [24] *Veſtaque mater,*
*Quæ* [25] *Thuſcum Tiberim, & Romana palatia ſervas,*
[26] *Hunc ſaltem everſo juvenem* [27] *ſuccurrere ſæclo,*
*Ne prohibete: ſatis* [28] *jam pridem ſanguine noſtro*
[29] *Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.*

1 *Diffluere.*
2 Quod infauſti eſt ominis: *per purum tonantes Egit equos volucremque currum.* Horat. 1. lib. 34 Ode.
3 Alio tempore.
4 Rem diram, ut Cæſaris interitum ſignificantes.
5 Stellæ crinitæ, quæ ex nimio ardore Solis generantur.

6 Quæ omnia prodigia prædixerunt & alia futura bella civilia, Octavii, ſc. & Antonii contra Brutum & Caſſium. 7 Inteſtino ac civili bello. 8 *Infeſtis obvia ſignis Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.* Lucan. 1. lib. 9 Pugnare armis. 10 Quia ſemel ante mortem Cæſaris, cùm ipſe cum Pompejo Magno dimicaret, & ſemel poſt mortem ejus, cùm Auguſtus cum Caſſio & Bruto, ejus occiſoribus, pugnaret. 11 Campi Theſſaliæ. Excuſandus eſt noſter, qui Pharſalum Theſſaliæ, ubi depugnatum eſt inter Cæſarem & Pompejum, confundit cum Philippis Macedoniæ, ubi Octavius & Antonius ultuti percuſſores Cæſaris devicerunt Brutum & Caſſium. 12 Et ita dignum duxerunt ſuperi. 13 Romano. 14 Macedoniam. 15 Montis Thraciæ. 16 Campis Philippicis. 17 Arans terram. 18 Aſperâ. 19 Conſumptis capitibus, cum quibus ſepultæ erant. 20 Magnorum & nobilium virorum. 21 Fodiendo apertis. 22 Romani Imperii Præſides, Tutulares Dii, Jupiter Capitoline, Mars pater, Phrygii penates. Expoſitis malis, quæ Sol futura indicavit poſt Cæſaris necem, precatur Deos patrios, ut ſaltem Auguſtum in Reip. ſalutum atque Romani imperii conſervationem diutiùs vivere ſinant. 23 Indigenæ, inde nati, & in Deos relati, Æneas, Quirine. 24 Cujus æterni ignis religione æternum conſtat imperium. 25 Per Hetruriam ex Apenninis montibus fluentem. 26 Auguſtum. 27 Opitulari. 28 A pluſculis annis. 29 Luimus perjuria Laomedontis regis Trojæ, qui Apollinem & Neptunum pactâ condendorum Trojæ mœniorum mercede fraudavit.



Digitized by Google

1 Noſtris vitiis iniquum invidet, indignata te hic potius amare triumphos. Hor. 2. Od. l. 1.
2 Moleſtè promittit.
3 Cùm ſis dignus cœleſtibus.
4 Sc. te.
5 Ita ſcelere permiſta ſunt jura divina

*Jampridem* [1] *nobis cæli te regia, Cæſar,*
[2] *Invidet, atq;* [3] *hominum queritur* [4] *curare* [5] *triumphos.*
*Quippe* [6] *ubi fas verſum atque nefas:* [7] *tot bella per orbem:*
*Tam multæ ſcelerum* [8] *facies;* *non ullus* [9] *aratro*
*Dignus honos;* [10] *ſqualent* [11] *abductis arva colonis;*
*Et curvæ* [12] *rigidum falces* [13] *conflantur in enſem.*
[14] *Hinc movet* [15] *Euphrates, illinc* [16] *Germania bellum:*
*Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes*
[17] *Arma ferunt:* [18] *ſævit toto Mars* [19] *impius orbe:*
*Ut cùm* [20] *carceribus ſeſe effudere* [21] *quadrigæ,*
[22] *Addunt ſe in ſpatia:* & [23] *fruſtrà* [24] *retinacula tendens*
[25] *Fertur equis auriga,* [26] *neque* [27] *audit currus habenas.*

& humana omnia, adeoque per armorum fremitum ſilent pacis jura: *multos inarata per annos Heſperia eſt, deſuntque manus poſcentibus arvis.* Luc. 6 Apud mortales. 7 Sc. *geruntur.* 8 Species. 9 Agriculturæ debitus. 10 Squalida ſunt ac ſitu vincuntur. 11 Ab aratro in bellum civile. 12 Durum. 13 Flatu follium fabrorum convertuntur. 14 Nec longinqua tantum hinc inde moventur bella, ſed & à vicinis. 15 Accola Euphratis, fluvii Meſopotamiæ, id eſt, Parthi. 16 Germani, Rheni accolæ. 17 Bella gerunt inteſtina. 18 Quinimò per orbem totum longè lateque graſſatur furor Martius. Mortales omnes *in facinus juraſſe putes:* præcipites adeò in ſceleſta ruunt arma: non ſecùs ac feroces equi carceribus emiſſi, quibus ubi jam curſu in ſpaciis incaluêre animi, effrenes ſe proripiunt, non habenis coërcendi, non ſufflamine remorandi. 19 Ad impia bella, ut ſunt inteſtina, inſtigans. 20 Repagulis ſeu ſeptis, quibus à curſu, donec ſignum daretur, arcebantur. 21 Quaterni equi currum trahere ſoliti. 22 In ipſo ſpatio currendi ſumunt vires. 23 Quia impar viribus eorum. 24 Habenas ad ſe contrahens & tenſas tenens. 25 Violenter protrahitur ab equis ſuis. 26 Et equi currum trahentes contemnunt retinacula, quibus haberi & contineri debeant. 27 *Equi auris in ore eſt.* Horat.



Digitized by Google

# P. VIRGILII MARONIS
# GEORGICORUM
# LIBER II.

## ARGUMENTUM.

ARborum procreandarum ratio, eaque vel Naturalis; ſponte, ſemine & radice: vel artificialis, avulſione, infoſſione, propagatione, tranſpoſitione, ſurculo, inſitione, & inoculatione. Species arborum; ſteriles & fructificæ. Quibus quæ ſolo conveniant. Italia aliis terris prælata. Terræ qualitas ut deſcerni poſſit. Vites & earum cura, & olearum. Laus ruſticæ vitæ cum aliis collatæ.

[1] *HActenus arvorum cultus, & [2] ſydera cœli:*
*[3] Nunc [4] te, Bacche, canam: nec non [5] ſylveſtria tecum*
*[5] Virgulta, & [6] prolem [7] tardè creſcentis olivæ.*
*Hùc [8] pater ô [9] Lenæe (tuis [10] hic omnia plena*
*[11] Muneribus: tibi [12] pampineo [13] gravidus autumno*
*Floret ager: ſpumat [14] plenis vindemia [15] labris)*
*Hùc pater ô Lenæe veni, nudataque muſto*
*[16] Tinge novo mecum [17] direptis crura [18] cothurnis.*
*[19] Principio arboribus varia eſt natura creandis;*

1 Ad hunc uſque locum ſc. cecini. Tranſitio. Poſtquam enim in primo libro oſtendit Poëta, *Quid faciat lætas ſegetes, quo ſydere terram Vertere conveniat:* nunc docturus *ulmis adjungere vites*, facit continuationem ſequentium cum præcedentibus. 2 Occaſus & ortus ſyderum in cœlo exiſtentium, & qualem quæque tempeſtatem excitent. 3 Deinceps in hoc ſecundo libro. Propoſitum. 4 Tua, Bacche, munera, id eſt, vites; quorum tamen alii Alpheo, Oſiridi alii, alii Theoanis inventionem ferunt acceptam. 5 Arbores in ſylvis naſci ſolitas, quibus maritantur vites: nec non alias. 6 Oleam. 7 Heſiodus negavit oleæ ſatorem, fructum ex eâ percepiſſe. Plin. 15. l. 1. c. 8 Nomen divinitatis hic eſt, ut Æn. 8. *Da* pater *augurium*. 9 Torcularis præfecte, id eſt, Bacche, à ληνὸς, *lacus*, torcular: ad quod invitat Bacchum cothurnis exutum calcandis in lacu uvis, hoc eſt; mihi adſis, ô Bacche, de muneribus tuis dicturo, eâdem benignitate, quâ faves vitiſatoribus. 10 In hoc opere. 11 Ut vites & earum arbores ſunt tua dona. 12 Pampinis, id eſt, vitium frondibus aut foliis decorato. 13 Onuſtus. 14 Muſti recens preſſi. 15 Vaſis, quæ vinum è torculari excipiunt, cupis, lacubus. 16 Calca mecum uvas. 17 Raptim depoſitis. 18 Altis illis calceamentis, quæ etiam furas ambiunt. 19 Incipit declarare materiam. *Prima pars libri continet rationem procreandi arbores, idque vel Natura, vel Arte.*

1 Natura profert arbores tribus modis. I. *Sponte.* II. *Semine.* III. *Radice.* 2 Per artem aut laborem. 3 Ripas fluminum. 4 Occupant. 5 Tenerum. 6 Flexibiles. 7 Cærulei ac viridis coloris. 8 Ab inferiore parte canent ſalices, à ſuperiore virent. 9 Quædam

*1 Namque aliæ, nullis hominum 2 cogentibus, ipſæ* 10
I. *Sponte ſuâ veniunt, camposque, & 3 flumina latè*
*Curva 4 tenent: ut molle 5 ſiler, 6 lentæque geniſtæ,*
*Populus, & 7 glaucâ 8 canentia fronde ſalicta.*
II. *9 Pars autem poſito 10 ſurgunt de ſemine: ut altæ*
*Caſtaneæ, 11 nemorumque Jovi quæ 12 maxima frondet*
*Æſculus, atque habitæ Grajis 13 oracula quercus.* 16
III. *Pullulat ab radice aliis 14 denſiſſima ſylva:*
*Ut ceraſis, ulmiſque: etiam 15 Parnaſſia laurus*
*Parva ſub ingenti 16 matris ſe 17 ſubjicit umbrâ.*
*Hos natura 18 modos 19 primùm dedit: 20 his genus omne*
*21 Sylvarum, fruticumq; viret, nemorumq; ſacrorum.* 21
*22 Sunt alii, quos ipſe 23 viâ ſibi repperit uſus.*
I. *Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum,*
*Depoſuit ſulcis:* II. *hic 24 ſtirpes obruit arvo,*
*25 Quadrifidaſq; ſudes, & acuto 26 robore 27 vallos.* 25
III. *Sylvarumque aliæ preſſos 28 propaginis arcus*
*Exſpectant, & 29 viva ſuâ 30 plantaria terrâ.*
IV. *Nil radicis egent 31 aliæ: ſummumque 32 putator*
*Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.*
V. *Quin & 33 caudicibus ſectis (mirabile dictu)* 30

arbores. 10 Exoriuntur, proveniunt. 11 Inter nemora Jovi ſacra. 12 Manifeſtant uberrimis floribus. 13 Dodonæam ſylvam fabulati ſunt Græci, reddidiſſe reſponſa per columbas duas ſeu virgines, vel lebetes, unam autem quercum vocalem fuiſſe, undè carina Argus facta. Et ipſa erat fatidica. 14 Maxima congeries arborum novellarum. 15 Quæ multa naſcitur in Parnaſſo Phocidos monte. 16 Majoris lauri, è cujus radice pullulat. 17 Succreſcit, attollit ſe: ut Ecl. 10. *ſe ſubjicit alnus.* 18 Tres modos arborum creandarum. 19 Priuſquam ars inventa eſſet, quæ naturam imitatur. 20 Modis dictis. 21 Magnarum arborum. 22 Ars autem, cura, caſus etiam & uſus adinvenit alios modos ſerendi arbores: præcipuè verò ſex ſunt. I. II. III. &c. I. *Avulſio ſtolonum cum fibriis à ſtirpe, hos ſcrobibus mandat.* II. *Ubi ſtirps ipſa, vel ſecta ſudeſve ab illa parte, quâ inſeruntur terræ, transverſim fiſſa, aut etiam valli ſpicati infodiuntur.* III. *Propagatio, cum rami arcuati & circumflexi in ſcrobem depreſſi radices agunt.* IV. *Surculi, ramulive abſciſſi ſatio.* V. *Ubi ex caudice ſicca quaſi in arvum terræ, ſectus tamen & infoſſo novo pullulaſcit planta.* VI. *Inſitio: ubi clava domeſticæ ſtirpi adminiſtratur ſurculus è feliciore arbore & fructus melioris fe, &c.* 23 Ratione & exercitatione. 24 Truncos craſſos cum radicibus ſepelivit & cooperuit terrâ, qualis eſt in arvo. 25 Perticas in quatuor partes fiſſas. 26 Trunco. 27 Palos & ſtipites. 28 Vitis. 29 Virentia. 30 Plantas cum radicibus. 31 Arbores. 32 Amputator. 33 Truncis inciſis.

I Tru-

[1] *Truditur è ſicco radix* [2] *oleagina ligno:*
VI. *Et ſæpè alterius ramos* [3] *impunè videmus*
[4] *Vertere in alterius,* [5] *mutatamque inſita mala*
*Ferre pyrum, & prunis* [6] *lapidoſa* [7] *rubeſcere corna.*
[8] *Quare agite, ô, proprios* [9] *generatim diſcite* [10] *cultus*
*Agricolæ, fructuſque feros mollite colendo:*
*Neu* [11] *ſegnes jaceant terræ:* [12] *juvat Iſmara* [13] *Baccho*
*Conſerere, atque oleâ magnum veſtire* [14] *Taburnum.*
[15] *Tuque ades, inceptumque unà decurre laborem*
*O* [16] *decus, ô* [17] *famæ meritò pars maxima noſtra,*
*Mæcenas,* [18] *pelagoque volans da* [19] *vela patenti.*
*Non ego* [20] *cuncta meis amplecti verſibus opto.*
[21] *Non, mihi* [22] *ſi linguæ centum ſint, oraque centum,*
[23] *Ferrea vox: ades, & primi* [24] *lege littoris* [25] *oram.*
[26] *In manibus terræ;* [27] *non* [28] *hic te carmine* [29] *ficto,*
*Atque per ambages, & longa* [30] *exorſa tenebo.*
[31] *Sponte ſuâ quæ ſe* [32] *tollunt in luminis* [33] *auras,*
*Infœcunda quidem, ſed* [34] *læta, & fortia ſurgunt:*
[35] *Quippe ſolo natura ſubeſt: tamen hæc quoque ſi quis*
[36] *Inſerat aut ſcrobibus mandet mutata* [37] *ſubactis,*

1 Pullulat ubertim. 2 Oleæ arboris. 3 Sine damno. 4 Mutare ſe. 5 Propere. l. 4. El. 2. *Inſitor hoc ſolvit pomoſâ vota coronâ, Cùm pyrus invito ſtipite mala tulit.* 6 Oſſibus plena. 7 Rubicunda fere pruna. 8 Quamobrem quia ſua eſt cuique natura, & naturæ ſequitur ſemina quæque ſuæ. 9 Per omnia genera arborum. 10 Arborum. 11 Inutiles, nihil bonorum fructuum ferentes. 12 Delectat agricolam. Cura & induſtria etiam naturam evincent: ita ut vel montes Thracii vites ferant, inculti Samnitum colles oleas. 13 Vitibus. 14 Apuliæ montem. 15 Etiam tu, non ſolùm Auguſtus. Invocat enim auxilium Mæcenatis. Q. d. Tuque Mæcenas præſens benigna aura adſpira velis meis, naviculæ meæ, quæ in altum materiæ tam arduæ & immenſæ mare provehi per ſe timet. Neque enim tanto operi ſuffecero; *Non, mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum, Ferrea vox.* --- 16 Sic Hor. Od. 1. l. 1. *Mæcenas atavis edite regibus, O & præſidium, & dulce decus meum.* 17 In quem meritò meorum operum gloria redundat. 18 --- Proinde da veniam legenti littus, nec procul à terrâ portuve ipſo diſcedere audenti. 19 Favorem. 20 Omnia ad arbores pertinentia. 21 Non optarem amplecti cuncta tametſi, &c. 22 Sic Ovid. Met. 8. *Non, mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis, Ingeniumque capax, totumque Helicona dediſſet, Triſtia perſequerer miſerarum vota ſororum.* Ita Poëtæ τὸ ἀδύνατον exprimere ſolent. 23 Firmiſſima. 24 Naviga. 25 Extremitatem, id eſt, in principio hujus voluminis tuo mihi ingenio ac ſtudio fave. 26 Lege oram in ſinu & complexu terræ, id eſt, non profundam rerum naturalium ſcrutationem, ſed facilem & apertam trademus. 27 Omittam itaque ambages & longa exordia, *& ſumma ſequar faſtigia rerum.* 28 In hac materiâ. 29 Figmentis Poëticis ornato. 30 Exordia. 31 *Redit Poëta ad naturam & culturam trium generum, quæ ſupra meminerat, naturalium arborum, & primò earum, quæ ſponte naſcuntur.* 32 Erigunt. 33 Al. *oras.* 34 Pulchra. 35 His quippe terra mater, ac naturalis vis producendi occultæ ineſt terræ. 36 Per inſitionem in alium truncum transferat. 37 Apertis.

Exuerint ſylveſtrem [1] animum; cultuque frequenti
In quaſcunque voces artes, haud tarda ſequentur.
[2] Nec non & [3] ſterilis, quæ ſtirpibus exit ab imis,
[4] Hoc faciet, [5] vacuos ſi ſit [6] digeſta per agros.
[7] Nunc altæ frondes, & rami matris opacant,
Creſcentique adimunt fœtus, [8] uruntque ferentem.
[9] Jam, quæ ſeminibus jactis ſe ſuſtulit arbos,
Tarda venit, [10] ſeris factura [10] nepotibus umbram.
Pomaque [11] degenerant ſuccos oblita priores,
Et turpes avibus prædam fert [12] uva racemos.
Scilicet [13] omnibus eſt labor impendendus, & omnes
[14] Cogendæ in ſulcum, ac multâ [15] mercede [16] domandæ.
[17] Sed truncis oleæ melius, [18] propagine vites,
[19] Reſpondent; ſolido [20] Paphiæ de robore myrtus,
Plantis & duræ coryli naſcuntur, & ingens
Fraxinus, [21] Herculeæque arbos umbroſa coronæ,
[22] Chaoniique patris [23] glandes: etiam ardua palma
Naſcitur, & [24] caſus abies [25] viſura marinos.
Inſeritur verò ex [26] fœtu nucis arbutus horrida:
Et ſteriles [27] platani malos geſſere [28] valentes,
Caſtaneæ [29] fagos, ornuſque [30] incanuit albo
Flore pyri; glandemque ſues fregêre ſub ulmis.

1 Mitiorem. 2 Secundo, quæ ex radice matris pullulat. 3 Arbor infœcunda. 4 Exuet ſylveſtrem animum, & cultu miteſcet, & ſequetur in quaſcunque voces artes. 5 Soli expoſitos, id eſt, ſi liberum campum & aperta habeat. 6 Poſita & plantata. 7 Quamdiu ſuccreſcunt. 8 Et enecant opprimuntque ferre parantem & flores emittentem. 9 Tertia ſpecies naturalium arborum; quæ ex ſemine. 10 Arbuſculis diu poſt eam venientibus, id eſt, diu eſt, antequam largos fructus habeat, & diutius, antequam alias arbores aut ex fructu aut ex radice ſuâ creet, quibus umbram faciat. 11 Nobilitatem virtutemque ſuam amittunt, ac minora & deteriora fiunt. 12 Vitis neglecta. 13 Arboribus, quæ ſponte, radice, & ſemine. 14 Componendæ in ordinem intervallo ſignato per vomerem. 15 Opera, ſumptu. Conſequens pro antecedente. Al. ac mutet à ſede domandæ. 16 A feritate eximendæ. 17 Ex iis autem arboribus, quas arte, & uſu natas dixi, aliæ aliis modis naſcuntur meliùs: oleæ ex truncis, vites propagine, &c. 18 Per palmitem propagantem. 19 Votis noſtris. 20 Veneri Paphiæ ſacræ & dedicatæ. 21 Populus, è cujus frondibus Hercules ſibi coronam conſeruit. Herculi enim ſacra eſt alba populus, ut qua coronatus deſcendit ad inferos. Unde in Bucol. *Populus Alcidæ gratiſſima.* 22 Jovis, cui Dodonæum nemus ſacrum. 23 Juglandes. 24 Pericula & naufragia in mari. 25 Navis futura, ut quæ malis & antennis propter levitatem apta. 26 Fructu, id eſt, nux poteſt per inſitionem arbuto conglutinari. 27 Arbores illæ à *latitudine* foliorum dictæ. 28 Utiles & fertiles. 29 Arbores glandiferas in uſum porcorum. 30 Albicavit.

Nec

*Nec* [1] *modus inſerere, atque oculos imponere,* [1] *ſimplex:*
[2] *Nam* [3] *quâ ſe medio* [4] *trudunt de cortice* [5] *gemmæ,*
*Et tenues rumpunt* [6] *tunicas, anguſtus in ipſo*
*Fit nodo* [7] *ſinus:* [8] *hùc alienâ ex arbore germen*
[9] *Includunt,* [10] *udoque docent* [11] *inoleſcere* [12] *libro.*
[13] *Aut rurſum* [14] *enodes trunci reſecantur, & altè*
*Finditur in* [15] *ſolidum cuneis* [16] *via; deinde* [17] *feraces*
*Plantæ immittuntur:* [18] *nec longum tempus, & ingens*
[19] *Exiit ad cœlum ramis* [20] *felicibus arbor,*
*Miraturque* [21] *novas frondes, &* [22] *non ſua poma.*
[23] *Præterea* [24] *genus* [25] *haud unum, nec* [26] *fortibus ulmis,*
*Nec ſalici, lotoque, nec* [27] *Idæis cypariſſis.*
*Nec* [28] *pingues unam in* [29] *faciem naſcuntur olivæ*
[30] *Orchites, &* [31] *radii, & amarâ* [32] *pauſia baccâ,*
[33] *Pomaque, &* [34] *Alcinoi ſylvæ: nec* [35] *ſurculus idem*
[36] *Cruſtumiis,* [37] *Syriiſq; pyris,* [38] *gravibuſq;* [39] *volemis,*
[40] *Non eadem arboribus pendet* [41] *vindemia* [42] *noſtris,*
*Quam* [43] *Methymnæo carpit de palmite* [44] *Lesbos.*
*Sunt* [45] *Thaſiæ vites, ſunt &* [46] *Mareotides albæ:*

1 Nec una tantum ratio eſt inſerendi atque inoculandi. 2 Inoculandi ratio. 3 Sc. parte. 4 Gemmina, quibus frondes & fructus exeunt. 5 Educunt. 6 Cortices interiores. 7 Oculus. 8 In hunc ſinum ſeu oculum. 9 Inſitores. 10 Humorem & ſuccum intrinſecus habente.

11 Germen inſitum incorporari ſeu concreſcere. 12 Interiore cortice. 13 Inſitionis ratio ex ſtirpe reſecta fiſſaque. 14 Nullum nodum habentes. 15 Robur & lignum ipſum. 16 Rima. 17 Feliciores ſurculi inſeruntur. 18 Sc. *elapſum eſt.* 19 Exorta eſt. 20 Fertilibus. Horat. Od. 2. Epod. *inutileſque falce ramos amputans, Feliciores inſerit.* 21 Arboris inſitæ. 22 Sed adoptiva, per inſitionem. 23 *Secunda pars libri: de ſpeciebus arborum. 3. olearum totidem pyrorum. 15 Uvarum quarum Plin. 15 c. 15. numerat 35.* 24 Inſerendarum arborum. 25 Sed diverſum. 26 Diu durantibus. 27 In Idâ plurimum naſcentibus. Cupreſſis enim nobilis eſt Ida Cretica. 28 Propter oleum. 29 Speciem ut formam. 30 Baccæ olivæ pingues multum olei habentes. 31 [illegible] longæ. 32 Oliva carnoſa. 33 Quo nomine includuntur pyri & alii omnes fructus. 34 Quales coluit Alcinous, rex Phæacum, id eſt, arbores pomiferæ non naſcuntur in unam faciem. 35 Germen. 36 Pyris à Cruſtumio opp. Italiæ. 37 Tarentinis, è Syria tranſlatis. 38 Quæ volam ſeu interiorem partem manus implent. 39 Sc. *pyris.* 40 Vites quoque diverſæ ſunt. 41 Vitis vindemiandæ. 42 Italicis. 43 Vindemiator Lesbius. 44 Juxta Methymnam urbem in Lesbo inſ. vino nobiliſſimo laudatam creſcente. 45 Hùc ex Thaſo inſ. Ægæi maris tranſlatæ. 46 Ex Mareotide Ægypti palude tranſlatæ.

*Pinguibus* [1] *hæ terris habiles,* [2] *levioribus* [3] *illa:*
*Et paſſo* [4] *Pſythia utilior, tenuiſque* [5] *Lageos,*
*Tentatura* [6] *pedes olim, vincturaque linguam:*
7 *Purpureæ,* [8] *preciæque; & quo te carmina dicam*
9 *Rhætica? nec* [10] *cellis* [11] *ideò contende* [10] *Falernis.*
*Sunt etiam* [12] *Amineæ vites, firmiſſima vina;*
[13] *Tmolus & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phanæus,*
[14] *Argitiſque minor;* [15] *cui non certaverit* [16] *ulla,*
*Aut tantùm* [17] *fluere, aut totidem* [18] *durare per annos.*
*Non ego te,* [19] *menſis &* [19] *Diis* [20] *accepta ſecundis,*
[21] *Tranſierim,* [22] *Rhodia, &* [23] *tumidis,* [24] *Bumaſte, racemis.*
I. *Sed neque quàm multæ ſpecies, nec nomina quæ ſint,*
*Eſt numerus: neque enim numero comprendere refert:*
*Quem qui ſcire velit, Libyci velit* [25] *æquoris idem*
*Diſcere, quàm multæ Zephyro* [26] *turbentur arenæ:*
*Aut,* [27] *ubi* [28] *navigiis violentior incidit Eurus,*
*Noſſe, quot* [29] *Ionii veniant ad littora fluctus,*
II. *Nec verò* [30] *terræ ferre omnes omnia poſſunt.*
*Fluminibus ſalices, craſſiſque paludibus alni*
*Naſcuntur; ſteriles ſaxoſis montibus orni:*

1 Mareoticæ vites. 2 Tenuibus, & non fertilibus. 3 Thaſiæ. 4 Græcula vitis aliis utilior ad paſſum conficiendum, vinum ſc. ex uvis ad Solem panſis & paſſis. 5 A colore leporario, ut & aliæ uvæ. 6 Vacillare factura olim pedes poti, & impeditura & ligatura linguam ejus, qui illud vinum immodice biberit. Ter. in Eun. *Neque pes, neque mens ſatis ſuum officium facit.* 7 A colore itidem. 8 Præter cæteras coctæ ac maturæ. 9 Quo vino delectatus eſt Auguſtus, Suet. c. 77. hæret itaque Poëta in laude ejus: præfert tamen Falernum. 10 Vinariis ſc. in quibus ſunt vina Falerna, à *Falerno*, monte Campaniæ. 11 Quia laudanda es. 12 Ab *Amineâ* regione ſic dictæ: ubi nunc Falernum eſt. Macrob. Sat. l. 2. c. 16. 13 Quibus cedunt tanquam melioribus (ut Eclog. 6. *Utque viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis*) & vites Tmoli, Lydiæ montis, & ipſæ principatum obtinentes vites Phanæi, qui promontorium eſt Chii inſulæ. 14 Ab Argis traductæ primum: vel à candore ἀργετὸς, id eſt, *argentea.* 15 Cum qua. 16 Sc. *alia uva.* 17 In fluxu tanto, id eſt, in reddendo tanto vino. 18 In durando. 19 Uvæ penſiles ſecundarum menſarum τραγήματα, è Rhodo tradita vina in ſacris Deorum: vel propinata in honorem heroum in ſecundis menſis. 20 Grata. 21 Silentio præterierim. 22 Sc. *uva* aut *vitis.* 23 Tumentibus inſtar mammarum bovis. 24 Uva dicta à bovis mamma. I. *Adeò infinita ſunt vitium genera. Hyperbolicè.* II. *Tertia libri pars. Quæ loco conveniant naturali ſympathiâ quibus arboribus, Deinde quæ arbores ſint peculiares quibuſdam regionibus.* III. *Domitum cum cultoribus habitantibus extremas partes orbis terrarum: in gratiam Auguſti dictum.* 25 Littoris ubi ſunt ſolitudines arenariæ. 26 Impellantur, concitentur. 27 Cùm. 28 In navigia. 29 Sc. *maris.* 30 Ovid. *Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa Convenit, hæc oleis, hic benè farra virent.*

*Littora*

*Littora [1] myrtetis lætiſſima: denique [2] apertos*
*[3] Bacchus amat colles: Aquilonem, & frigora [4] taxi.*
*Aſpice & extremis* III. *domitum cultoribus orbem,*
*[5] Eoaſque domos Arabum [6] pictoſque, [7] Gelonos.*
*[8] Diviſæ arboribus patriæ: ſola India nigrum*
*Fert ebenum: [9] ſolis eſt thurea virga Sabæis.*
*Quid tibi odorato referam [10] ſudantia ligno*
*Balſamaque, & baccas ſemper frondentis [11] acanthi?*
*Quid nemora Æthiopum molli [12] canentia lana?*
*[13] Velleraque [14] ut [15] foliis depectant tenuia Seres?*
*Aut [16] quos Oceano propior [17] gerit India [16] lucos,*
*Extremi ſinus orbis? [18] ubi aëra vincere ſummum*
*[19] Arboris haud ulla jactu potuēre ſagittæ,*
*Et [20] gens illa [21] quidem ſumptis non tarda [22] pharetris.*
*[23] Media fert [24] triſtes ſuccos, [25] tardumque ſaporem*
*[26] Felicis mali: [27] quo non [28] præſentius ullum,*
*[29] Pocula ſi quando ſævæ [30] infecēre novercæ,*
*Miſcueruntque [31] herbas, & [32] non innoxia verba,*
*Auxilium venit, ac membris [33] agit [34] atra venena.*
*Ipſa ingens [35] arbos, [36] faciemque ſimillima lauro:*
*Et, ſi non [37] alium latè [38] jactaret odorem,*

1 Myrteta, locum pro arboribus poſuit. 2 Apricos & ſoli expoſitos. 3 Vitis. 4 Arbores, è quarum ſucco antiqui faciebant toxicum. 5 Orientales. 6 Stigmatis inuſtos: *Membraque qui ferro gaudet pinxiſſe Gelonus.* Claudian. in Rufinum. 7 Scythiæ populos. 8 Sc. *ſunt.* Q. d. Proprias & peculiares habent arbores ſuas certæ regiones. 9 Thuriferam arborem ſoli habent Sabæi Arabiæ felicis populi. 10 Arbores Indicas balſamum ſudantes. 11 Acanthion, arbor ſpinea, foliis araneoſa lanugine obductis, è qua collecta veſtes bombycinis ſimiles fiunt in Oriente. Plin. 24. l. 12. c. 12 Albeſcentia. 13 Lanæ. 14 Quomodo. 15 De frondibus arborum pectinibus decerpant. 16 Quas arbores laniferas. 17 Producit. 18 In qua parte Indiæ ſunt arbores altiſſimæ, adeò ut ſuperent jactum ſagittarum, quæ ſunt emiſſæ ab arcu. 19 Ad quem arbores pertingunt. 20 Gens illa Indica utut ſagittis mittendis ſtrenua. De arboribus Plin. l. 7. c. 2. 21 Certè. 22 Ad ſagittandum. 23 Habet & Media regio, à *Medo*, Medeæ filio, denominata, arborem ſuam virtute atque uſu mirabilem. Ex notis autem citrea eſſe creditur, quæ & Medica dicitur. Alibi jam olim naſcitur. 24 Malum acerbi ſucci. Hypallage. 25 Diutiùs immorantem guſtant propter acerbitatem. 26 Salubris. 27 Malo Medico. 28 Salubrius & citiùs aut melius adjuvans. 29 Privignorum. 30 Veneno. 31 Noxias herbas, id eſt, toxica. 32 Noxia verba, magica & faſcinatoria. 33 Expellit. 34 Nigra, ab effectu: quia veneno necati ſunt nigri, ut Juvenalis ait. 35 Medica, quæ hoc pomum fert. 36 Et habens effigiem corporis ſimillimam lauro. 37 Quam laurus. 38 A ſe emitteret.

1 Natura profert arbores tribus modis. I. *Sponte.* II. *Semine.* III. *Radice.* 2 Per artem aut laborem. 3 Ripas fluminum. 4 Occupant. 5 Tenerum. 6 Flexibiles. 7 Cærulei ac viridis coloris. 8 Ab inferiore parte canent ſalices, à ſuperiore virent. 9 Quædam

*[1] Namque aliæ, nullis hominum [2] cogentibus, ipſæ*
I. *Sponte ſuâ veniunt, campoſque, & [3] flumina latè*
*Curva [4] tenent: ut molle [5] ſiler, [6] lentæque geniſtæ,*
*Populus, & [7] glaucâ [8] canentia fronde ſalicta.*
II. *[9] Pars autem poſito [10] ſurgunt de ſemine: ut altæ*
*Caſtaneæ, [11] nemorumque Jovi quæ [12] maxima frondet*
*Æſculus, atque habitæ Grajis [13] oracula quercus.*
III. *Pullulat ab radice aliis [14] denſiſſima ſylva:*
*Ut ceraſis, ulmiſque: etiam [15] Parnaſſia laurus*
*Parva ſub ingenti [16] matris ſe [17] ſubjicit umbrâ.*
*Hos natura [18] modos [19] primùm dedit: [20] his genus omne*
*[21] Sylvarum, fruticumq; viret, nemorumq; ſacrorum.*
*[22] Sunt alii, quos ipſe [23] viâ ſibi repperit uſus.*
I. *Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum,*
*Depoſuit ſulcis:* II. *hic [24] ſtirpes obruit arvo,*
*[25] Quadrifidaſq; ſudes, & acuto [26] robore [27] vallos.*
III. *Sylvarumque aliæ preſſos [28] propaginis arcus*
*Exſpectant, & [29] viva ſuâ [30] plantaria terrâ.*
IV. *Nil radicis egent [31] aliæ: ſummumque [32] putator*
*Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.*
V. *Quin & [33] caudicibus ſectis (mirabile dictu)*

arbores. 10 Exoriuntur, proveniunt. 11 Inter nemora Jovi ſacra. 12 Maximè viſant uberrimis floribus. 13 Dodonæam ſylvam fabulati ſunt Græci, reddidiſſe reſponſa per columbas duas ſeu virgines, vel lebetes, unam autem quercum vocalem fuiſſe, unde carina Argus facta. Et ipſa erat fatidica. 14 Maxima congeries arborum novellarum. 15 Quæ multa naſcitur in Parnaſſo Phocidos monte. 16 Majoris lauri, è cujus radice pullulat. 17 Succreſcit, attollit ſe: ut Ecl. 10. *ſe ſubjicit alnus.* 18 Tres modos arborum creandarum. 19 Priuſquam ars inventa eſſet, quæ naturam imitatur. 20 Modis dictis. 21 Magnarum arborum. 22 Ars autem, cura, caſus etiam & uſus adinvenit alios modos ſerendi arbores: præcipuè verò ſex ſunt. I. II. III. &c. I. *Avulſio ſtolonum cum fibriis à ſtirpe, hos ſcrobibus mandat.* II. *Ubi ſtirpes ipſæ, vel ſectæ ſudeſve ab illa parte, quâ inſeruntur terræ, tranſverſim fiſſa, aut etiam valli ſpicati infodiuntur.* III. *Propagatio, cum rami arcuati & circumflexi in ſcrobem depreſſi radices agunt.* IV. *Surculi, ramulive abſciſſi ſatio.* V. *Ubi ex caudice [illegible], ſectæ tamen & infoſſæ novæ pullulaſcit plantæ.* VI. *Inciſio; ubi [illegible] ſtirpi [illegible] ſurculus è feliciore arbore & fructus melioris fit, &c.* 23 Ratione & exercitatione. 24 Truncos craſſos cum radicibus ſepelivit & cooperuit terrâ, qualis eſt in arvo. 25 Perticas in quatuor partes fiſſas. 26 Trunco. 27 Palos & ſtipites. 28 Vitis. 29 Virentia. 30 Plantas cum radicibus. 31 Arbores. 32 Amputator. 33 Truncis inciſis.

I Tru-

[1] *Truditur è ſicco radix* [2] *oleagina ligno:*
VI. *Et ſæpè alterius ramos* [3] *impunè videmus*
[4] *Vertere in alterius*, [5] *mutatamque inſita mala*
*Ferre pyrum*, *& prunis* [6] *lapidoſa* [7] *rubeſcere corna.*
[8] *Quare agite, ô, proprios* [9] *generatim diſcite* [10] *cultus*
*Agricolæ, fructuſque feros mollite colendo:*
*Neu* [11] *ſegnes jaceant terræ:* [12] *juvat Iſmara* [13] *Baccho*
*Conſerere, atque oleâ magnum veſtire* [14] *Taburnum.*
[15] *Tuque ades, inceptumque unà decurre laborem*
*O* [16] *decus, ô* [17] *famæ meritò pars maxima noſtræ,*
*Mæcenas,* [18] *pelagoque volans da* [19] *vela patenti.*
*Non ego* [20] *cuncta meis amplecti verſibus opto.*
[21] *Non, mihi* [22] *ſi linguæ centum ſint, oraque centum,*
[23] *Ferrea vox: ades, & primi* [24] *lege littoris* [25] *oram.*
[26] *In manibus terra;* [27] *non* [28] *hic te carmine* [29] *ficto,*
*Atque per ambages, & longa* [30] *exorſa tenebo.*
[31] *Sponte ſuâ quæ ſe* [32] *tollunt in luminis* [33] *auras,*
*Infœcunda quidem, ſed* [34] *læta, & fortia ſurgunt:*
[35] *Quippe ſolo natura ſubeſt: tamen hæc quoque ſi quis*
[36] *Inſerat aut ſcrobibus mandet mutata* [37] *ſubactis,*

1 Pullulat ubertim. 2 Oleæ arboris. 3 Sine damno. 4 Mutare ſe. 5 Propere. l. 4. El. 2. *Inſitor hoc ſolvis pomoſâ vota coronâ, Cum pyrus invito ſtipite mala tulit.* 6 Oſſibus plena. 7 Rubicunda ferre pruna. 8 Quamobrem quia ſua eſt cuique natura, & naturæ ſequitur ſemina quæque ſuæ. 9 Per omnia genera arborum. 10 Arborum. 11 Inutiles, nihil bonorum fructuum ferentes. 12 Delectat agricolam. Cura & induſtria etiam naturam evincent: ita ut vel montes Thraeii vites ferant, inculti Samnitum colles oleas. 13 Viribus. 14 Apuliæ montem. 15 Etiam tu, non ſolùm Auguſtus. Invocat enim auxilium Mæcenatis. Q. d. Tuque Mæcenas præſens benigna aura adſpira velis meis, naviculæ meæ, quæ in altum materiæ tam arduæ & immenſæ mare provehi per ſe timet. Neque enim tanto operi ſuffecero; *Non, mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum, Ferrea vox.* --- 16 Sic Hor. Od. 1. lib. 1. *Mæcenas atavis edite regibus, O & præſidium, & dulce decus meum.* 17 In quem meritò meorum operum gloria redundat. 18 --- Proinde da veniam legenti littus, nec procul à terrâ portuve ipſo diſcedere audenti. 19 Favorem. 20 Omnia ad arbores pertinentia. 21 Non optarem amplecti cuncta tametſi, &c. 22 Sic Ovid. Met. 8. *Non, mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis, Ingeniumque capax, totumque Helicona dediſſet, Triſtia perſequerer miſerarum vota ſororum.* Ita Poëtæ τὸ ἀδύνατον exprimere ſolent. 23 Firmiſſima. 24 Naviga. 25 Extremitatem, id eſt, in principio hujus voluminis tuo mihi ingenio ac ſtudio fave. 26 Lege oram in ſinu & complexu terræ, id eſt, non profundam rerum naturalium ſcrutationem, ſed facilem & apertam trademus. 27 Omittam itaque ambages & longa exordia, & *ſumma ſequar faſtigia rerum.* 28 In hac materiâ. 29 Figmentis Poëticis ornato. 30 Exordia. 31 *Redit Poëta ad naturam & culturam trium generum, quæ ſupra meminerat, naturalium arborum, & primò earum, quæ ſponte naſcuntur.* 32 Erigunt. 33 Al. oras. 34 Pulchra. 35 His quippe terra mater, ac naturalis vis producendi occultæ ineſt terræ. 36 Per inſitionem in alium truncum transferat. 37 Apertis.

1 Naturam. 2 Secundò, quæ ex radice matris pullulat. 3 Arbor infœcunda. 4 Exuet ſylveſtrem animum, & culta miteſcet, & ſequetur in quaſcunque voces artes. 5 Soli expoſitos, id eſt, 6 liberum campum & aëra habeat. 6 Poſita & plantata. 7 Quamdiu ſuccreſcunt. 8 Et enecant opprimuntque ferre parantem & flores emittentem.

*Exuerint ſylveſtrem* [1] *animum; cultuque frequenti*
*In quaſcunque voces artes, haud tarda ſequentur.*
[2] *Nec non &* [3] *ſterilis, quæ ſtirpibus exit ab imis,*
4 *Hoc faciet,* 5 *vacuos ſi ſit* [6] *digeſta per agros.*
7 *Nunc altæ frondes, & rami matris opacant,*
*Creſcentique adimunt fœtus,* [8] *uruntque ferentem.*
9 *Jam, quæ ſeminibus jactis ſe ſuſtulit arbos,*
*Tarda venit,* [10] *ſeris factura* [10] *nepotibus umbram.*
*Pomaque* [11] *degenerant ſuccos oblita priores,*
*Et turpes avibus prædam fert* [12] *uva racemos.*
Scilicet [13] omnibus eſt labor impendendus, & *omnes*
[14] *Cogendæ in ſulcum, ac multâ* [15] *mercede* [16] *domandæ.*
[17] *Sed truncis oleæ melius,* [18] *propagine vites,*
19 *Reſpondent; ſolido* 20 *Paphiæ de robore myrtus,*
*Plantis & duræ coryli naſcuntur, & ingens*
*Fraxinus,* [21] *Herculeæque arbos umbroſa coronæ,*
[22] *Chaoniique patris* [23] *glandes: etiam ardua palma*
*Naſcitur, &* [24] *caſus abies* [25] *viſura marinos.*
*Inſeritur verò ex* [26] *fœtu nucis arbutus horrida:*
*Et ſteriles* [27] *platani malos geſſere* [28] *valentes,*
*Caſtaneæ* [29] *fagos, ornuſque* [30] *incanuit albo*
*Flore pyri; glandemque ſues fregêre ſub ulmis.*

9 Tertia ſpecies naturalium arborum; quæ ex ſemine. 10 Arbuſculis diu poſt eam venientibus, id eſt, diu eſt, antequam largos fructus habeat, & diutius, antequam alias arbores aut ex fructu aut ex radice ſuâ creet, quibus umbram faciat. 11 Nobilitatem virtutemque ſuam amittunt, ac minora & deteriora fiunt. 12 Vitis neglecta. 13 Arboribus, quæ ſponte, radice, & ſemine. 14 Componendæ in ordinem intervallo ſignato per vomerem. 15 Opera, ſumptu. Conſequens pro antecedente. Al. *ac mutatâ ſede domandæ.* 16 A feritate eximendæ. 17 Ex iis autem arboribus, quas arte, & uſu natas dixi, aliæ aliis modis naſcuntur meliùs: oleæ ex truncis, vites propagine, &c. 18 Per palmitem propagantem. 19 Votis noſtris. 20 Veneri Paphiæ ſacræ & dedicatæ. 21 Populus, è cujus frondibus Hercules ſibi coronam conſeruit. Herculi enim ſacra eſt alba populus, ut qua coronatus deſcendit ad inferos. Unde in Bucol. *Populus Alcidæ gratiſſima.* 22 Jovis, cui Dodonæum nemus ſacrum. 23 Juglandes. 24 Pericula & naufragia in mari. 25 Navis futura, ut quæ malis & antennis propter levitatem apta. 26 Fructu, id eſt, nux poteſt per inſitionem arbuto conglutinari. 27 Arbores illæ à *latitudine* foliorum dictæ. 28 Utiles & fertiles. 29 Arbores glandiferas in uſum porcorum. 30 Albicavit.

*Nec*

*Nec* [1] *modus inſerere, atque oculos imponere,* [1] *ſimplex:*
[2] *Nam* [3] *quâ ſe medio* [4] *trudunt de cortice* [5] *gemmæ,*
*Et tenues rumpunt* [6] *tunicas, anguſtus in ipſo*
*Fit nodo* [7] *ſinus:* [8] *hùc alienâ ex arbore germen*
[9] *Includunt,* [10] *udoque docent* [11] *inoleſcere* [12] *libro.*
[13] *Aut rurſum* [14] *enodes trunci reſecantur, & altè*
*Finditur in* [15] *ſolidum cuneis* [16] *via; deinde* [17] *feraces*
*Plantæ immittuntur:* [18] *nec longum tempus, & ingens*
[19] *Exiit ad cœlum ramis* [20] *felicibus arbor,*
*Miraturque* [21] *novas frondes, &* [22] *non ſua poma.*
[23] *Præterea* [24] *genus* [25] *haud unum, nec* [26] *fortibus ulmis,*
*Nec ſalici, lotoque, nec* [27] *Idæis cypariſſis.*
*Nec* [28] *pingues unam in* [29] *faciem naſcuntur olivæ*
[30] *Orchites, &* [31] *radii, & amarâ* [32] *pauſia baccâ,*
[33] *Pomaque, &* [34] *Alcinoi ſylvæ: nec* [35] *ſurculus idem*
[36] *Cruſtumiis,* [37] *Syriiſq; pyris,* [38] *gravibuſq;* [39] *volemis,*
[40] *Non eadem arboribus pendet* [41] *vindemia* [42] *noſtris,*
*Quam* [43] *Methymnæo carpit de palmite* [44] *Lesbos.*
*Sunt* [45] *Thaſiæ vites, ſunt &* [46] *Mareotides albæ:*

1 Nec una tantum ratio eſt inſerendi atque inoculandi.
2 Inoculandi ratio.
3 Sc. parte.
4 Gemmæ, quibus frondes & fructus exeunt.
5 Edunt.
6 Cortices interiores.
7 Oculus.
8 In hunc ſinum ſeu oculum.
9 Inſitores.
10 Humorem & ſuccum intrinſecus habente.

11 Germen inſitum incorporari ſeu concreſcere. 12 Interiore cortice. 13 Inſitionis ratio ex ſtirpe reſecta fiſſaque. 14 Nullum nodum habentes. 15 Robur & lignum ipſum. 16 Rima. 17 Feliciores ſurculi inſeruntur. 18 Sc. *elapſum eſt.* 19 Exorta eſt. 20 Fertilibus. Horat. Od. 2. Epod. *inutileſque falce ramos amputans,* Feliciores *inſerit.* 21 Arboris inſitæ. 22 Sed adoptiva, per inſitionem. 23 *Secunda pars libri: de ſpeciebus arborum. 3. olearum totidem pyrorum. 15 Uvarum quarum Plin. 15 c. 15. numerat 35.* 24 Inſerendarum arborum. 25 Sed diverſum. 26 Diu durantibus. 27 In Idâ plurimum naſcentibus. Cupreſſis enim nobilis eſt Ida Cretica. 28 Propter oleum. 29 Speciem ut formam. 30 Baccæ olivæ pingues multum olei habentes. 31 [illegible] longæ. 32 Oliva carnoſa. 33 Quo nomine includuntur pyri & alii omnes fructus. 34 Quales coluit Alcinous, rex Phæacum, id eſt, arbores pomiferæ non naſcuntur in unam faciem. 35 Germen. 36 Pyris à Cruſtumio opp. Italiæ. 37 Tarentinis, è Syria tranſlatis. 38 Quæ volam ſeu interiorem partem manus impleat. 39 Sc. *pyris.* 40 Vites quoque diverſæ ſunt. 41 Vitis vindemianda. 42 Italicis. 43 Vindemiator Lesbius. 44 Juxta Methymnam urbem in Lesbo inſ. vino nobiliſſimo laudatam creſcente. 45 Hùc ex Thaſo inſ. Ægæi maris tranſlatæ. 46 Ex Mareotide Ægypti palude tranſlatæ.

1 Mareoticæ vites. 2 Tenuibus, & non fertilibus. 3 Thaſiæ. 4 Græcula vitis aliis utilior ad paſſum conficiendum, vinum ſc. ex uvis ad Solem panſis & paſſis. 5 A colore leporario, ut & aliæ uvæ. 6 Vacillare factura olim pedes poti, & impeditura & ligatura linguam ejus, qui illud vi-

*Pinguibus*[1] *hæ terris habiles,* [2] *levioribus*[3] *illæ:*
*Et paſſo* [4] *Pſythia utilior, tenuiſque*[5] *Lageos,*
*Tentatura*[6] *pedes olim, vincturaque linguam:*
7 *Purpurea,* [8] *preciaque; & quo te carmina dicam*
9 *Rhetica? nec*[10] *cellis*[11] *ideò contende*[10] *Falernis.*
*Sunt etiam*[12] *Amineæ vites, firmiſſima vina;*
[13] *Tmolus & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phanæus,*
[14] *Argitiſque minor;* [15] *cui non certaverit*[16] *ulla,*
*Aut tantùm*[17] *fluere, aut totidem*[18] *durare per annos.*
*Non ego te,* [19] *menſis &* [19] *Diis*[20] *accepta ſecundis,*
[21] *Tranſierim,* [22] *Rhodia, &* [23] *tumidis,* [24] *Bumaſte, racemis.*
I. *Sed neque quàm multa ſpecies, nec nomina quæ ſint,*
*Eſt numerus: neque enim numero comprendere refert:*
*Quem qui ſcire velit, Libyci velit*[25] *æquoris idem*
*Diſcere, quàm multa Zephyro*[26] *turbentur arenæ:*
*Aut,* [27] *ubi*[28] *navigiis violentior incidit Eurus,*
*Noſſe, quot*[29] *Ionii veniant ad littora fluctus,*
II. *Nec verò*[30] *terræ ferre omnes omnia poſſunt.*
*Fluminibus ſalices, craſſiſque paludibus alni*
*Naſcuntur; ſteriles ſaxoſis montibus orni:*

num immodice biberit. Ter. in Eun. *Neque pes, neque mens ſatis ſuum officium facit.* 7 A colore itidem. 8 Præter cæteras coctæ ac maturæ. 9 Quo vino delectatus eſt Auguſtus, Suet. c. 77. hæret itaque Poëta in laude ejus: præfert tamen Falernum. 10 Vinariis ſc. in quibus ſunt vina Falerna, à *Falerno*, monte Campaniæ. 11 Quia laudanda es. 12 Ab *Amineâ* regione ſic dictæ: ubi nunc Falernum eſt. Macrob. Sat. l. 2. c. 16. 13 Quibus cedunt tanquam melioribus (ut Eclog. 6. *Utque viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis*) & vites Tmoli, Lydiæ montis, & ipſæ principatum obtinentes vites Phanæi, qui promontorium eſt Chii Inſulæ. 14 Ab Argis traducta primum: vel à candore ἀργετὲς, id eſt, *argentea.* 15 Cum qua. 16 Sc. *alia uva.* 17 In fluxu tanto, id eſt, in reddendo tanto vino. 18 In durando. 19 Uvæ penſiles ſecundarum menſarum τραγήματα, è Rhodo tradita vina in ſacris Deorum: vel propinata in honorem heroum in ſecundis menſis. 20 Grata. 21 Silentio præterierim. 22 Sc. *uva* aut *vitis.* 23 Tumentibus inſtar mammarum bovis. 24 Uva dicta à bovis mamma. I. *Adeò infinita ſunt vitium genera. Hyperbolicè.* II. *Tertia libri pars. Quæ loco conveniant naturali ſympathiâ quibus arboribus, Deinde quæ arbores ſint peculiares quibuſdam regionibus.* III. *Domitum cum cultoribus habitantibus extremas partes orbis terrarum: in gratiam Auguſti dictum.* 25 Littoris ubi ſunt ſolitudines arenariæ. 26 Impellantur, concitentur. 27 Cùm. 28 In navigia. 29 Sc. *maris.* 30 Ovid. *Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa Convenit, hæc oleis, hic benè farra virent.*

*Littora*

*Littora [1] myrtetis lætiſſima : denique [2] apertos*
*[3] Bacchus amat colles : Aquilonem, & frigora [4] taxi.*
*Aſpice & extremis* III. *domitum cultoribus orbem,*
*[5] Eoaſque domos Arabum [6] pictoſque, [7] Gelonos.*
*[8] Diviſæ arboribus patriæ : ſola India nigrum*
*Fert ebenum : [9] ſolis eſt thurea virga Sabæis.*
*Quid tibi odorato referam [10] ſudantia ligno*
*Balſamaque, & baccas ſemper frondentis [11] acanthi ?*
*Quid nemora Æthiopum molli [12] canentia lana ?*
*[13] Velleraque [14] ut [15] foliis depectant tenuia Seres ?*
*Aut [16] quos Oceano propior [17] gerit India [16] lucos,*
*Extremi ſinus orbis ? [18] ubi aëra vincere ſummum*
*[19] Arboris haud ulla jactu potuêre ſagittæ,*
*Et [20] gens illa [21] quidem ſumptis non tarda [22] pharetris.*
*[23] Media fert [24] triſtes ſuccos, [25] tardumque ſaporem*
*[26] Felicis mali : [27] quo non [28] præſentius ullum,*
*[29] Pocula ſi quando ſævæ [30] infecêre novercæ,*
*Miſcueruntque [31] herbas, & [32] non innoxia verba,*
*Auxilium venit, ac membris [33] agit [34] atra venena.*
*Ipſa ingens [35] arbos, [36] faciemque ſimillima lauro :*
*Et, ſi non [37] alium latè [38] jactaret odorem,*

1 Myrtetis, locum pro arboribus poſuit. 2 Apricos & ſoli expoſitos. 3 Vitis. 4 Arbores, è quarum ſucco antiqui faciebant toxicum. 5 Orientales. 6 Stigmatis inuſtos : *Membraque qui ferro gaudet pinxiſſe Gelonus.* Claudian. in Ruſinum. 7 Scythiæ populos. 8 Sc. *ſunt.* Q. d. Proprias & peculiares habent arbores ſuas certæ regiones. 9 Thuriferam arborem ſoli habent Sabæi Arabiæ felicis populi. 10 Arbores Indicas balſamum ſudantes. 11 Acanthion, arbor ſpinea, foliis araneoſa lanugine obductis, è qua collecta veſtes bombycinis ſimiles fiunt in Oriente. Plin. 24. l. 12. c. 12 Albeſcentia. 13 Lanæ. 14 Quomodo. 15 De frondibus arborum pectinibus decerpant. 16 Quas arbores laniferas. 17 Producit. 18 In qua parte Indiæ ſunt arbores altiſſimæ, adeò ut ſuperent jactum ſagittarum, quæ ſunt emiſſæ ab arcu. 19 Ad quem arbores pertingunt. 20 Gens illa Indica utut ſagittis mittendis ſtrenua. De arboribus Plin. l. 7. c. 2. 21 Certè. 22 Ad ſagittandum. 23 Habet & Media regio, à *Medo*, Medeæ filio, denominata, arborem ſuam virtute atque uſu mirabilem. Ex notis autem citrea eſſe creditur, quæ & Medica dicitur. Alibi jam olim naſcitur. 24 Malum acerbi ſucci. Hypallage. 25 Diutiùs immorantem guſtant propter acerbitatem. 26 Salubris. 27 Malo Medico. 28 Salubrius & citiùs aut melius adjuvans. 29 Privignorum. 30 Veneno. 31 Noxias herbas, id eſt, toxica. 32 Noxia verba, magica & faſcinatoria. 33 Expellit. 34 Nigra, ab effectu : quia veneno necati ſunt nigri, ut Juvenalis ait. 35 Medica, quæ hoc pomum fert. 36 Et habens effigiem corporis ſimillimam lauro. 37 Quam laurus. 38 A ſe emitteret.

*Laurus* ¹ *erat : folia haud ullis* ² *labentia ventis :*
*Flos* ³ *apprima tenax :* ⁴ *animas , & olentia Medi*
*Ora fovent illo , &* ⁵ *ſenibus medicantur anhelis.*
⁶ *Sed neque Medorum* ⁷ *ſylvæ ,* ⁸ *ditiſſima terra ,*
*Nec pulcher* ⁹ *Ganges, atque* ¹⁰ *auro turbidus* ¹¹ *Hermus,*
¹² *Laudibus Italiæ certent : non* ¹³ *Bactra, neque* ¹⁴ *Indi ,*
*Totaque thuriferis* ¹⁵ *Panchaïa pinguis arenis.*
¹⁶ *Hæc* ¹⁷ *loca non tauri* ¹⁸ *ſpirantes naribus ignem*
¹⁹ *Invertere ,* ²⁰ *ſatis* ²¹ *immanis dentibus* ²¹ *Hydri :*
*Nec galeis , denſiſque virûm* ²² *ſeges horruit haſtis :*
*Sed* ²³ *gravidæ fruges , &* ²⁴ *Bacchi Maſſicus humor*
²⁵ *Implevêre :* ²⁶ *tenent oleæque , armentaque* ²⁷ *læta.*
²⁸ *Hinc* ²⁹ *bellator equus campo ſeſe* ³⁰ *arduus infert ;*
*Hinc albi ,* ³¹ *Clitumne ,* ³² *greges , &* ³³ *maxima* ³⁴ *taurus*
*Victima , ſæpè tuo perfuſi flumine* ³⁵ *ſacro*

1 Erat, eſſe videretur. 2 Decidentia. 3 Helleniſmus: τὰ πρῶτα. Al. primè, id eſt, valde. 4 Gravem anhelitum & graveolentiam. Medi illo flore ſedant. 5 Spiritus anguſtia laborantibus, ſuſpirioſis, δυσπνόοις ϗ ἀσθματικοῖς.

6 Occaſione ſumptâ digreditur in Italiæ laudes, quam aliis omnibus terris præfert, tùm propter mala, quibus caret; ſerpentes, venena, &c. tùm propter bona, quibus uberrimè affluit, eminetque: uber ſoli, fruges, vinum, oleum, armenta, greges, aëris temperiem, atque indè fœcunditatem & proventus ampliſſimos, urbes, ædificia, flumina, maria, lacus, metallorum fodinas, populos, viros deniquebello claros, atque in his præcipuè Auguſtum. Lege Flor. l. 1. c. 16. & Propert. El. 21. l. 3. 7 Pomiferæ. 8 Pariendo tales arbores. 9 Indiæ fluvius. 10 Turbulentus aureis arenis immixtis. 11 Mæoniæ fluvius. 12 Cùm Italia ſunt conferendæ. 13 Bactrianæ regio, quæ eſt in Perſia, h. *Coraſan*. 14 Regiones Indiæ certent laudibus Italiæ propter fertilitatem & numerum populorum. 15 Arabiæ Felicis pars, thuris & aromatum feraciſſima; unde addit *arenis*. 16 Multo minus Italiæ conferri poterunt Colchi aurei velleris, flammiferorum taurorum, ſerpentigenarum fabulâ famoſi. 17 Italiæ. 18 Efflantes. 19 Sicut in Colchide civitate Scythiæ. 20 Seminatis. 21 Feri ſerpentis aquatici cuſtodientis aureum vellus. Vide Ovid. Met. 7. Per hoc præponit Italiam Colchidi: ibi Jaſon ſevit dentes ſerpentinos; undè nati homines armati, qui inter ſe dimicarunt. 22 Satio horrida crevit, id eſt, nunquam armati exilierunt ex terra Italiâ. 23 Fœcundæ & grandes. 24 Humor vini Campanus, à monte Campaniæ Italicæ denominatus. 25 Hæc loca Italiæ, id eſt, in agris Italis proveniunt fruges fertiles. 26 Occupant hæc loca. 27 Pinguia, id eſt, optimi boves proveniunt in Italia ad arandum. 28 Ex his locis Italiæ. 29 Æn. 3. *bello armantur equi.* 30 Altus cum magno hinnitu. 31 Flu. in Faliſcis, cujus aqua pota boves candidos facit. 32 Equorum aut juvencorum. 33 Quæ Jovi à triumphante offertur. 34 Albus. 35 Jovi, qui hinc & Clitumnus dictus: licet omnes fluvii ſacri habentur.

Ro-

Digitized by Google

Romanos ad [1] templa Deum [2] duxêre [3] triumphos.
[4] Hic ver aſſiduum, atque [5] alienis menſibus æſtas;
[6] Bis gravidæ pecudes, [7] bis pomis utilis arbos.
At [8] rabidæ tigres [9] abſunt, & ſæva [10] leonum
Semina; [11] nec miſeros fallunt aconita [12] legentes:
[13] Nec rapit [14] immenſos orbes per humum, neque [15] tanto
Squameus in [16] ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias urbes, [17] operumque laborem.
Tot [18] congeſta manu præruptis oppida ſaxis,
Fluminaque antiquos [19] ſubter labentia muros.
An mare, quod [20] ſuprà memorem, quodq; alluit [21] infra?
[22] An-ne lacus tantos? te, [23] Lari maxime, teque
Fluctibus & fremitu aſſurgens, [24] Benace, [25] marino?
An memorem [26] portus, [27] Lucrinoque [28] addita clauſtra?
Atque [29] indignatum magnis ſtridoribus æquor?
[30] Iulia quà [31] Ponto longè ſonat [32] unda [33] refuſo?
[34] Tyrrhenuſque fretis immittitur [34] æſtus Avernis?
[35] Hæc eadem argenti [36] rivos, ærisque metalla
Oſtendit [37] venis, atque auro plurima fluxit.

1 Capitolium, templum Jovis Capitolini. 2 Præibant in ſacris & triumphis victimæ coronatæ, ducebantque pompam. 3 Triumphantes Romanos. 4 In Italia eſt temperies maxima, quia nuſquam eſt intenſiſſimum frigus. 5 Non ſtatis ut alibi: ſed etiam per autumnum ipſamque hyemem. 6 Ut in agro Conſentino. Plin. 16. li. 27. cap. 7 Arbores bis ferunt quotannis poma, biferæ ſunt. 8 Immanes, veloces, ut ſunt in Armeniâ. 9 Ab Italia. 10 Neque leones hic nati, ut in Africa. 11 Neque enim hic naſcuntur venenatæ herbæ, ut ſunt in Ponto. Aconitum fingunt ex Cerebri ſpuma genitum in ἀκόναις. Alii ab Acone portu Ponti. 12 Colligentes. 13 Dicit, in Italia non eſſe magnos ſerpentes, qui devorant animalia. 14 Maximos ſinus & angulos. 15 Quanto in Africa, aut Ægypto, vel alibi. 16 Annulos. 17 Et laborioſa ac laborata opera. 18 Accumulata. 19 Cingentia, vel alluentia, aut etiam interfluentia, forte aquæductus. 20 Quod alluit Italiam ad partem ſuperiorem Orientem verſus ad Venetias, id eſt, Superum mare, Adriaticum. h. Venetum. *Golfo di Venetia.* 21 A parte inferiore Occidentem verſus, id eſt, Inferum mare, Tyrrhenum. 22 Sc. *memorem potius.* 23 Lacus in Gallia Ciſalpina propè Comum. *Lago di Como.* 24 Lacus Italiæ. 25 Inſtar & in formam maris. 26 Ante omnes Julium portum à Julio inceptum, ab Auguſto perfectum, ubi mare Tyrrhenum à Lucrino moltbus ſecluſum. Hor. epiſt. ad Piſones: *ſive receptus terrâ Neptunus claſſes Aquilonibus arcet.* 27 Sc. *lacui.* 28 Additos à Julio Cæſare obices. 29 Se excindi, arcerique. 30 Portum Julium apud Bajas, immiſſo in Lucrinum & Avernum lacum mari, effecit, Sueton. in Auguſto. 31 Mari. 32 A Julio Cæſare occluſa. 33 Iterùm infuſo ruptis obſtaculis. 34 Fervor aut acceſſus maris Tyrrheni. 35 Italia. Nunc laudat Italiam à venis & viris. 36 Venas. 37 In venis terræ.



Digitized by Google

1 Italiæ populos. 2 Juventutem Samnitum. Samnites à Sabinis originem trahunt. 3 Labori & rerum inopiæ, propter militiam. 4 Populum inferioris Italiæ. 5 Italiæ populos. 6 Gladiis punctim cadentibus, verutum inſtar, uſos. 7 Genuit, ad gloriam deduxit.

*Hæc genus acre virûm, [1] Marſos, [2] pubemque Sabellam,*
*Aſſuetumque [3] malo [4] Ligurem, [5] Volſcoſque [6] verutos*
*[7] Extulit: hęc [8] Decios, [8] Marios, magnoſque [8] Camillos,*
*[9] Scipiades duros bello, & te, maxime [10] Cęſar,*
*Qui nunc extremis Aſiæ jam victor in [11] oris*
*[12] Imbellem [13] avertis Romanis arcibus Indum.*
*[14] Salve magna parens frugum, [15] Saturnia tellus,*
*Magna virûm: [16] tibi res antiquæ laudis & artis*
*Ingredior, ſanctos auſus recludere [17] fontes:*
*[18] Aſcræumque cano Romana per oppida [18] carmen.*
*[19] Nunc locus arvorum [20] ingeniis, quæ robora cuique,*
*[21] Quis color, & quæ ſit rebus natura [22] ferendis.*
*I. [23] Difficiles primùm terræ, colleſque [24] maligni,*
*Tenuis ubi [25] argilla, & [26] dumoſis [27] calculus arvis,*
*[28] Palladiâ gaudent ſylvâ [29] vivacis olivæ.*

8 Imperatores, qui ſe pro legionibus devoverunt, patriæ aſſertores, & belli fulmina. 9 Scipiones, Majorem Africanum ac Minorem, fortes & invincibiles ad bellum. 10 Auguſte. 11 Regionibus. 12 Effœminatum, delicatum ac luxurioſum. 13 Imminentes Latio Parthos alioſque Aſiæ pop. tuis legionibus impares armis coërces. 14 Apoſtrophe ad Italiam. 15 *Quondam regnata Saturno.* Æn. 8. Saturnus enim in Italia regnavit, quo tempore aureum ſæculum fuiſſe ajunt. 16 In tuum honorem laudatas olim Rei Ruſticæ artes canere aggredior, Heſiodi Aſcræi præceptis inſiſtens. 17 Muſarum. 18 Georgicum, quale Heſiodus Aſcræus primus ſcripſit. *Aſcra* vicus eſt Bœotiæ, in quo creditur natus Heſiodus, qui inſcripſit ἔργα καὶ ἡμέρας, id eſt, *opera & dies*: quo libro aliqua præcepta de agricultura tradit. 19 Quarta libri hujus pars diſtinguit naturas, vires, qualitates, notas, indicia terræ: quæ ſc. conveniat I. *oleis*, *quæ* II. *vitibus*, III. *paſcuis*, IV. *& frugibus*. 20 Sc. *deſcribendis*. 21 Quæ qualitas, quam ex colore & ſapore cognoſcimus. 22 Producendis. 23 Pænè ſterilis. 24 Ad frugum productionem. Ut *benignus*, liberalis: ita *malignus* ſordidus ſæpè, & qui nulli eſt uſui aut adjumento, omnibuſque ſe difficilem præbet. Ter. Hecyr. *Sed ut fit, poſtquam huic alienum ab ſeſe videt*, Maligna multo, *& procacius facta illico eſt.* Hinc ductâ ſimilitudine *colles malignos* vocavit, quorum ſolum minimè ferax & fœcundum, quique ad colendum non ſunt ſatis idonei. 25 Terra cretacea. 26 Spinoſis, & vepribus plenis. 27 Lapillis. 28 Quam Pallas invenit, id eſt, ubi terra ad fruges inutilis videtur, aptiſſima eſt ſerendis oleis. 29 *Tarde creſcentis* ſuprà, & diu durantis, quia non amittit folia.

*[1] Indicio eſt [2] tractu ſurgens [3] oleaſter [2] eodem*
*Plurimus, & [4] ſtrati [5] baccis ſylveſtribus agri.*
II. *At [6] quę pinguis [7] humus, dulcique [8] uligine lęta,*
*[9] Quique frequens herbis, & fertilis [10] ubere campus,*
*[11] Qualem ſæpè cavâ montis convalle ſolemus* 186
*[12] Diſpicere: [13] hìc ſummis [14] liquuntur rupibus amnes,*
*[15] Felicemque [16] trahunt limum; [17] quique editus Auſtro,*
*Et [18] filicem curvis [19] inviſam paſcit aratris:*
*[20] Hic tibi [21] prævalidas olim, multoque fluentes* 190
*[22] Sufficiet [23] Baccho vites; [24] hic fertilis uvæ,*
*[25] Hic [26] laticis, qualem pateris libamus & auro,*
*Inflavit cùm [27] pinguis ebur Tyrrhenus [28] ad aras,*
*Lancibus & pandis fumantia [29] reddimus exta.* 194
III. *Sin armenta [30] magis [31] ſtudium, vituloſq; [32] tueri,*
*Aut [33] fœtus ovium, aut [34] urentes [35] culta capellas.*
*Saltus, & [36] Saturi petito longinqua [37] Tarenti,*
*Et qualem [38] infelix amiſit Mantua campum,*
*Paſcentem [39] niveos herboſo [40] flumine cygnos,*

1 Natura hoc indicante: cùm hujuſmodi ſolo naſcantur ſponte oleæ. 2 In eâdem regione coeli. 3 Olea ſylveſtris. 4 Conſperſi & oppleti. 5 Olivis, quæ ab oleaſtris decidebant. 6 Sc. erit. 7 Verbum ponitur infra, *ſufficiet Baccho vites.* 8 Naturali humore.

9 Qui multas herbas ſponte producit. 10 Ubertate, fœcunditate ſuâ naturali. De Italiâ Æn. 1. *Terra antiqua, potens armis atque ubere glebæ.* 11 Statum terræ. 12 Deorſùm inſpicientes videre. 13 Ad hunc campum. 14 Dulciter defluunt, ac deſtillant. Sic. l. 1. *Vere novo gelidus canis cùm montibus humor* Liquitur. 15 Fertilem. 16 Ad hunc campum. 17 Et hîc campus, qui eſt expoſitus in altiore loco vento meridionali. 18 Herbam illam. 19 Moleſtam: quia radices ejus obſunt aratris. 20 Campus. 21 Præ cæteris validas. 22 Abundè ſubminiſtrabit. 23 Vino. 24 Sc. *campus eſt*, id eſt, benè fert uvam. 25 Quæ fluunt precioſo vino digno que quod offeramus aureis pateris in Deorum ſacris, ubi pinguis miniſter ex Etruria tibiis canit eburneis, & extra aris ſuperponuntur patulis lancibus. 26 Liquoris in uva latentis, id eſt, vini. 27 Pinguis apparet, dùm inflat, quia maxillæ inflantibus tubas maximè inflantur. 28 Juxta. 29 Offerimus. 30 Quàm vineam. 31 Sc. *eſt tibi*, id eſt, ſtudes & optas. 32 A fame. 33 Agnos. Sic Ecl. 1. *quò ſæpè ſolemus Paſtores ovium teneros depellere fœtus.* 34 Morſu ſuo: quia quicquid mordetur, areſcit, *Morſus capræ arbori exitialis*, &c. Plin. 8. l. 50. c. 35 Vineas, arbuſta, aut ſegetem. 36 Quod eſt juxta Saturam paludem, vel *ſaturi*, id eſt, quod ſaturas reddit pecudes. 37 Qualia ſunt paſcua circa Tarentum, aut Mantuam. 38 Quia citra culpam agros & prata cum Cremonenſibus amiſit. Unde Ecl. 9. exclamat: *Mantua væ miſeræ nimiùm vicina Cremonæ.* 39 Candidos. 40 Mincio.

1 Non

[1] Non [2] liquidi gregibus fontes, non gramina [3] deſunt:
Et quantum longis [4] carpent [5] armenta [6] diebus,
[7] Exigua [8] tantùm [9] gelidus ros nocte [10] reponet.
IV. Nigra fere, & [11] preſſo pinguis ſub vomere terra,
Et cui [12] putre ſolum ([13] namq; [14] hoc imitamur arando)
Optima frumentis: non ullo ex [15] æquore cernes
Plura domum [16] tardis decedere [17] plauſtra juvencis:
[18] Aut undè [19] iratus [20] ſylvam devexit arator,
Et nemora [21] evertit multos [22] ignava per annos,
[23] Antiquaſque domos avium cum ſtirpibus imis
Eruit: illæ [24] altum nidis petière relictis:
At [25] rudis enituit impulſo vomere campus.
Nam jejuna quidem [26] clivoſi [27] glarea [26] ruris
Vix [28] humiles apibus [29] caſias, roremque miniſtrat:
Et [30] tophus ſcaber, & nigris [31] exeſa chelydris
Creta, [32] negant alios æquè ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curvas præbere latebras.
[33] Quæ tenuem [34] exhalat [35] nebulam [35] fumoſque [36] volucres;
Et [37] bibit humorem, &, cùm vult, [38] ex ſe ipſa remittit;
Quæque ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit;
Nec ſcabie, & [39] ſalsâ lædit rubigine [40] ferrum:
Illa tibi [41] lætis intexit vitibus ulmos;
Illa ferax oleæ eſt; illam experiere colendo

1 Sc. & ubi. 2 Puri, ſine peſtilentia. 3 Imò abundant. 4 Abrodent. 5 Ut boves, vaccæ, tauri, equi, &c. 6 Æſtivis. 7 Brevi. 8 Herbarum. 9 Frigore matutinali concretus. 10 Reſtituet, regenerabit. 11 Profundius immiſſo. 12 Reſolubile, & non compactum. 13 Neque enim aliud eſt colere, quam reſolvere & fermentare. Colum. 2. lib. 2. 14 Efficere terram putrem. 15 Campo æquo & plano. 16 Pondere & onere frugum. 17 Meſſe onuſta, ut gemant boves, crepent horrea. 18 Illud etiam ſolum bonum eſt, quod è ſylveſtri in culturam domatur. 19 Sterilitate arborum. 20 Cunctas arbores. 21 Radicitus eruit. 22 Infrugifera. 23 Arbores excelſas. 24 Aëra. 25 Sterilis & incultus, nunc cultura niteſcit. 26 Qualis eſt in rure clivoſo. 27 Glareoſa, id eſt, lapillis immixta, terra eſt ſicca, & proinde ſterilis, vix caſiam educat apibus, vix rorem marinum. 28 Humi naſcentes. 29 Herbas odoriferas, quibus apes veſcuntur. 30 Tophacea terra aſpera. 31 Cretacea conſumpta ſerpentibus nocivis. 32 Id eſt, talis terra eſt aptiſſima latebris & eſcis ſerpentum, non frugibus ferendis. 33 Humida verò terra, irrigua, herboſa, dulcis, erit omni uſui apta, oleis, vitibus, paſcuis, frugibus. 34 Exſpirat, emittit. 35 Humoris indices. 36 Facile evaneſcentes. 37 Attrahit. 38 Per ſe, nullo adjuvante. 39 Ex ſalſedine naſcenti. 40 Aratri. 41 Fœcundis & aſpectu jucundis.

Et

*Et [1] facilem pecori, & patientem vomeris [2] unci.*
*[3] Talem [4] dives arat [5] Capua, & vicina [6] Veſuvo*
*[7] Ora jugo, & vacuis Clanius non æquus [8] Acerris.*
*[9] Nunc, quo [10] quamque modo poßis cognoſcere, dicam.*
*I. Rara ſit, an [11] ſupra morem ſi denſa, requiras:*
*([12] Altera frumentis quoniam favet, [13] altera [14] Baccho.*
*II. Denſa magis [15] Cereri, rariſſima quæque [16] Lyæo)*
*Antè locum [17] capies oculis, alteque jubebis*
*[18] In ſolido [19] puteum [20] demitti, omnemque repones*
*Rurſus [21] humum, & [22] pedibus ſummas æquabis arenas:*
*Si [23] deerunt; rarum, [24] pecorique & vitibus almis*
*Aptius uber erit: ſin in ſua poſſe [25] negabunt*
*Ire [26] loca, & [27] ſcrobibus [28] ſuperabit terra repletis;*
*[29] Spiſſus ager: glebas [30] cunctantes, craſſaque [31] terga*
*[32] Exſpecta, & validis terram proſcinde juvencis.*
*III. Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara,*
*Frugibus infelix (ea [33] nec manſueſcit arando,*
*[34] Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſervat)*
*Tale dabit [35] ſpecimen: tu ſpiſſo vimine [36] qualos*
*Colaque prælorum fumoſis diripe [37] tectis.*
*[38] Huc [39] ager ille malus, dulceſque à fontibus undæ*
*Ad plenum [40] calcentur: aqua [41] eluctabitur omnis*

1 Benignam, bonam, utpote herbiferam, pecoribus & arationi. 2 Incurvi. 3 Sc. agrum. 4 Fertilitate agrorum. 5 Campaniæ metropolis. 6 Campaniæ monti, crebris incendiis infami. Cluver. 4. I. 5. c. 7 Regio. 8 Camp. item oppido, Clanii fl. inundationibus infeſtato & incolis exhauſto; proinde *vacuo*: quia propter inundationem incolæ fugiebant. 9 Docet quibus modis explorandæ ſint terræ qualitates ac diſcernendæ utrum ſit, I. *rara*, an, II. *denſa*, III. *ſalſa*, IV. *pinguis*, V. *humida*. VI. *gravis*. VII *levis*, VIII. *nigra*, IX. *frigida*. 10 Quamlibet terram. 11 Supra modum & menſuram, id eſt, immodice. 12 Requirere autem potes, quia altera, ſc. denſa, &c. 13 Sc. rara. 14 Vino aut vitibus. 15 Frumento. 16 Baccho, id eſt, vino aut vitibus. 17 Locum aliquem luſtrabis eligeſque. 18 Ubi terra ſolida maxime eſt, non cava. 19 Scrobem. 20 Deorsùm mitti. 21 Egeſtam è puteo. 22 Calcibus premes terram ingeſtam. 23 Arenæ ſc. ita ut foſſam replere nequeant. 24 Paſcuis & arboribus, quibus pecus veſcitur. 25 Arenæ. 26 Foſſam ſuam, undè paulò ante effoſſæ erant. 27 Si ſcrobs terram egeſtam recipere non poſſit. 28 Superexſtabit. 29 Pro certo habe terram illam eſſe gravem, ſolidam & denſam. 30 Quæ te morari poſſent. 31 Terram ab aratro projectam. 32 A tali agro poſt arationem. 33 Non ponit ſalſam amaritudinem, dulciſque ſit. 34 Quin & vites & poma in eâ degenerant. 35 Experimentum. 36 Sume vimineos corbes & vaſa viminea, quæ vinum è prælis, id eſt, lignis, quibus uvæ premuntur, recipiunt. 37 Ubi reponebatur ab injuriâ pluviæ ſecura. 38 In hæc vaſa viminea. 39 Terrâ ex agro quem explorare vis. 40 Fontana, aqua dulci impleantur, donec plena fuerint. 41 Viam ſibi faciet, tranſibitque cum morâ velut luctando.

*Scilicet,*

Digitized by Google

*Scilicet, & grandes ibunt per* [1] *vimina guttæ.*
*At ſapor* [2] *indicium faciet manifeſtus, & ora*
*Triſtia* [3] *tentantum ſenſu torquebit amaror.*
IV. *Pinguis item quæ ſit tellus, hoc denique pacto*
*Diſcimus:* [4] *haud unquam manibus jactata* [5] *faliſcit,*
*Sed picis in morem ad digitos* [4] *lenteſcit habendo.*
V. *Humida* [6] *majores herbas alit, ipſaque* [7] *juſto*
*Lætior: ah!* [8] *nimiùm ne ſit mihi fertilis* [9] *illa,*
*Neu ſe prævalidam* [10] *primis oſtendat* [10] *ariſtis.*
VI. *Quæ gravis eſt, ipſo tacitam ſe pondere* [11] *prodit:*
VII. *Quæque levis:* VIII. *promptum eſt oculis prædiſcere nigram,*
[12] *Et quiſquis color:* IX. *at* [13] *ſceleratum* [14] *exquirere frigus*
*Difficile eſt:* [15] *picea tantùm taxique nocentes*
*Interdùm, aut hedera* [16] *pandunt veſtigia nigra.*
[17] *His animadverſis.* I. *terram multò antè memento*
[18] *Excoquere, &* [19] *magnos ſcrobibus concidere montes:*
*Antè* [20] *ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas,*
*Quàm* [21] *lætum* [22] *infodias vitis genus: optima* [23] *putri*
[24] *Arva ſolo:* [25] *id venti curant, gelidæque pruinæ,*
*Et* [26] *labefacta* [27] *movens robuſtus* [28] *jugera foſſor.*

1 Caniſtri. 2 Sc. *ſui* an dulcis, an vero falſus atque amarus ſit. 3 Guſtantium per eaſum aquam. 4 Non eſt friabilis, ſed viſcoſa & lenta ſit & digitis inhæret, dùm habetur & tractatur. 5 Diſſolvitur & aperitur. 6 Quam arida. 7 Quam juſtum eſt, & quàm oportet vegetior & fertilior eſt. 8 Non probo nimiùm fertilem, aut luxuriantem, & quæ fallacibus ſpem eludit ariſtis. 9 Humida. 10 Cùm primum exſurgent ſpicæ. 11 Manifeſtat. 12 Et quicunque eſt terræ color. 13 Perniciosum frugibus, plantis exitiaſe. 14 Exquiſitè noſſe. 15 Non rarò tamen frigoris indicia ſunt taxi, piceæ, & hederæ nigræ ibi natæ. 16 Manifeſtant & palam faciunt indicia frigoris. 17 De terrarum naturâ. Quinta pars libri, de vitibus: ubi traditur. I. *paſtinatio*, II. *tranſlatio è ſeminario*, III. *ſatio*, IV. *defenſio*, V. *vitium electio*, VI. *putatio*, VII. *ſtercoratio*, VIII. *repaſtinatio*, IX. *pedatio*, X. *pampinatio ſeu frondatio*, XI. *eaque repetita ablaqueatio: hortatio ad diligentiam.* 18 Calore & frigore. 19 E ſcrobibus effoſſas glebas aggeſtaſque invertere, ſoli, vento & pruinæ exponere, ut excoquantur & putreſcant, priuſquam vivi radices ſolo committas. 20 Quâ parte terram ſpectabant in coelum verſas. 21 Fertile, & lætitiam tibi allaturum. 22 Plantes. 23 Putrefacto & reſoluto. 24 Sc. *ſunt*. 25 Ut ſolum putrefiat. 26 Effoſſa & ſubacta. 27 Ut macerentur, fodiens, paſtinans. 28 Terram, quantam par boum ſingulis diebus arare poteſt.

II. *At* [1] *ſi quos haud ulla viros vigilantia fugit,*
*Antè* [2] *locum ſimilem exquirunt, ubi prima paretur*
*Arboribus* [3] *ſeges, &* [4] *quo mox* [5] *digeſta feratur,*
[6] *Mutata ignorent ſubitò ne* [7] *ſemina* [8] *matrem.*
*Quin etiam cœli regionem in* [9] *cortice* [10] *ſignant:*
*Ut, quo* [11] *quæque modo ſteterit, quâ parte calores*
[12] *Auſtrinos tulerit, quæ terga obverterit* [13] *Axi,*
[14] *Reſtituant:* adeo in [15] teneris conſueſcere [16] multum eſt!
III. *Collibus, an plano meliùs ſit ponere vites,*
*Quære priùs:* [17] *ſi pinguis agros* [18] *metabere campi.*
*Denſa ſere:* [19] *in denſo non ſegnior ubere Bacchus.*
[17] *Sin tumulis* [20] *acclive* [21] *ſolum, colleſque* [22] *ſupinos,*
*Indulge ordinibus: nec ſeciùs omnis in* [23] *unguem*
*Arboribus* [24] *poſitis* [25] *ſecto* [26] *via limite* [27] *quadret.*
[28] *Ut ſæpè ingenti bello cùm longa cohortes*
[29] *Explicuit legio, & campo ſtetit* [30] *agmen aperto.*
[31] *Directæque acies, ac latè* [32] *fluctuat omnis*
[33] *Ære* [34] *renidenti tellus,* [35] *nec dùm horrida miſcent*
*Prælia, ſed* [36] *dubius mediis Mars errat in armis:*
*Omnia ſint paribus* [37] *numeris dimenſa viarum:*

1 Diligentes vinitores videant, ut--- 2--- Solum parens in uſum ſeminarii, ejuſdem naturæ & ſitus cum-- 3 Satio, ſeminarium. 4--- Vineto in quod transferendæ ſint viviradices.-- 5 Ordinata, poſtquam adolevit. 6--- Ne degenerent, aut tabeſcant. 7 Plantæ, viviradices. 8 Vinetum, quo transferuntur novellæ ex nutrice ſeminario. 9 Arboris transferendæ. 10 Rubricâ notant quas cœli partes in ſeminario ſpectaverint, eaſdem & in vineto retineant. 11 Arbor aut vitis. 12 Meridiem. 13 Septentrionali. 14 Eo modo & ab eâ parte eam terræ reſtituant. 15 Quia prima quæque tenaciùs hærent, atque conſuetudo eſt altera natura. 16 Utile eſt. 17 In plano ſolo denſiùs ordinabis vites, in acclivi, & collino rariùs. 18 Parabis aut eliges, ſicut qui caſtra metantur, locum capiunt. 19 Vitis reſpondet ubertati terræ. 20 Aſſurgens paulò. 21 In quo ſeras vineam, ſc. *metabere*. 22 Da operam, ut in ordines dirigantur. 23 Perfecte, accurate. Horat. *ad unguem factus homo*, Metaph. à marmorariis, qui juncturas unguibus probant: *ut per læve ſeveros Effundit junctura ungues*. Perſ. 1. Sat. 24 Diſpoſitis. 25 Diviſo in lineas directas & quadrangulares. 26 Situs arborum. 27 In formam quadrangularem dirigatur. 28 Similitudo illuſtris. 29 Ordinavit. 30 Multitudo, quæ à duce in prælium jam jam agi poteſt. 31 Ordinatæ. 32 *Κυματίζει*, undanti mari ſimilis movetur, micat: eſt enim veluti in fluctibus, propter milites. 33 Armis æreis teliſque vibratis. Lucret. 2. l. *Ære renideſcit tellus*. 34 Splendenti. 35 Prælio nondum commiſſo. 36 Incertus, an eos ad prælia accendet, an ad concordiam rediget, id eſt, ſic conſtituantur, in ordines vites, ut ſolent ante prælium inſtrui exercitus, qui, ſigno dato, mox manus conſerunt. 37 Spatiis, ut ſit idem intervallum.

1 Non

[1] *Non animum modò uti paſcat proſpectus [2] inanem;*
*Sed quia [3] non aliter [4] vires dabit [5] omnibus [4] æquas*
*Terra, neque [6] in vacuum poterunt ſe extendere rami.*
*Forſitan, & ſcrobibus [7] quæ ſint faſtigia, quæras:*
*Auſim vel [8] tenui vitem committere ſulco:*
*Altiùs ac penitùs terræ defigitur arbos,*
*Æſculus imprimis: [9] quæ quantùm [10] vertice [11] ad auras*
*Æthereas, tantùm radice in [12] Tartara tendit.*
*[13] Ergo non [14] hyemes illam, non [15] flabra, neque imbres*
*Convellunt: immota manet, multoſque per annos*
*Multa virûm [16] volvens durando ſæcula vincit.*
*[17] Tùm fortes latè ramos, & brachia tendens*
*Hùc illùc, media ipſa ingentem ſuſtinet [18] umbram.*
IV. *Neve tibi [19] ad ſolem vergant vineta cadentem:*
*Neve inter vites [20] corylum ſere:* V. [21] *neve flagella*
*Summa pete, aut ſummas defringe ex arbore plantas;*
*(Tantus amor terræ:)* VI. *neu ferro læde [22] retuſo*
*Semina: [23] neve oleæ ſylveſtres inſere truncos.*
*Nam ſæpè [24] incautis paſtoribus excidit ignis:*
*Qui furtim pingui primùm ſub [25] cortice tectus*
*[26] Robora comprendit, [27] frondeſq; elapſus in altas*
*Ingentem cœlo ſonitum dedit: [28] indè ſecutus*
*Per ramos victor, perque alta cacumina regnat,*
*Et totum involvit flammis [29] nemus, & [30] ruit atram*
*Ad cœlum [31] piceâ craſſus [31] caligine [32] nubem:*

1 Neque hoc in ſpeciem tantum ut delectet; ſed in utilitatem, ut ex æquo alimentum ſingulis ſuppetat.
2 Seſe rebus inutilibus oblectantem.
3 Niſi per hanc diſpoſitionem.
4 Æqualia nutrimenta.
5 Arboribus & vitibus.
6 In aërem.
7 Quæ debeat eſſe altitudo ac profunditas, id eſt, quam profundè ſcrobes effodi debeant.

8 Scrobi non ita altæ & profundæ atque requirunt arbores: æſculus maximè. 9 Habentur iidem verſus 4. Æn. 10 Summitate & cacumine. 11 Cœlum verſùs. 12 Inferna. 13 Quia tam firmiter radicata eſt. 14 Tempeſtates. 15 Venti. 16 Tranſigens. 17 Deinde, poſtquam ſic radicata eſt. 18 Ramorum ſuorum. IV. *Defenſio.* 19 Ad occidentem inclinent vites. 20 Avellanam feras, cujus radices vitibus nocent. V. *Vitium electio.* 21 Neque malleolos aut taleas terræ depangendas ſumas ex ſummâ vitis parte, ſed ex ima, ut quæ terram alimento ejus aſſuetæ deſiderent. VI. *Putatio.* 22 Hebeti, non acuto; quo citeriùs potiùs quàm amputatæ rubiginem contrahant. 23 Neque oleaſtros internaſci patere, quorum cortex pinguis facilè ignem paſtorum incuria, *vel nimis admotum, vel jam ſub luce relictum* apprehendat, incendioque vinetum longè latèque correptum diſpereat. 24 Non rectè caventibus, nec proſpicientibus. 25 Oleæ. 26 Truncum. 27 Oleæ. 28 Poſt combuſtionem frondium. 29 Olivetum. 30 Ruere facit, emittit, projicit. 31 Fuligine qualem pix generat. 32 Fumi & flammæ.

Præ-

*Præſertim ſi* [1] *tempeſtas* [2] *à vertice ſylvis*
*Incubuit, glomeratque* [3] *ferens incendia ventus.*
[4] *Hoc ubi, non à ſtirpe valent, cæſæque reverti*
*Poſſunt, atque imâ ſimiles reviреſcere terrâ:*
[5] *Infelix* [6] *ſuperat foliis oleaſter amaris.*
[7] *Nec tibi jam prudens quiſquam perſuadeat author,*
[8] *Tellurem Boreâ rigidam ſpirante movere.*
*Rura gelu* [9] *tùm* [10] *claudit hyems: nec ſemine jacto*
*Concretam patitur radicem affigere terræ.*
*Optima* [11] *vinetis ſatio eſt, cùm vere* [12] *rubenti*
[13] *Candida* [14] *venit avis, longis inviſa* [15] *colubris.*
*Prima vel autumni* [16] *ſub frigora, cùm* [17] *rapidus Sol*
*Nondùm hyemem contingit equis,* [18] *jam præterit æſtas.*
[19] *Ver* [20] *adeò frondi nemorum, ver utile ſylvis:*
*Vere* [21] *tument terræ, &* [22] *genitalia ſemina poſcunt.*
[23] *Tùm pater omnipotens fœcundis imbribus Æther*
*Conjugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes*
*Magnus alit magno commiſtus* [24] *corpore fœtus.*
[25] *Avia tùm reſonant* [25] *avibus virgulta canoris,*
*Et* [26] *Venerem* [27] *certis repetunt armenta diebus.*
*Parturit* [28] *almus ager, Zephyrique tepentibus auris*
[29] *Laxant arva ſinus: ſuperat tener* [30] *omnibus humor,*
*Inque* [31] *novos ſoles audent ſe gramina tutè.*

1 Ventorum: Ἀ'νεμοιο θύελλα. 2 Ab ipſis cacuminibus. 3 Inflans. 4 Ejuſmodi incendium ſi quando acciderit, à ſtirpe & radice pereunt vites aut oleæ; ſuperſtites repullulant oleaſtri. 5 Sterilis. 6 Supereſt. 7 Docet, quo vento ſtante fodiendæ aut arandæ ſint terræ. 8 Hiberno tempore fodere, & vites ſerere. 9 Cùm Boreas flat. 10 Aſtringit. 11 Vitibus. 12 *Φοινικανθέμῳ*: florum purpurâ omnibuſque coloribus picturato. 13 Ciconia, quæ advenit menſe Martio. 14 Ex paludibus, quæ ſunt inter Ægyptum & Æthiopiam, ad nos. 15 Quibus paſcitur. 16 Paulò antè. 17 Præcipitans dies contractiores, aut celeriter ſemper currens. 18 Sc. *ſuis*. 19 Deſcriptio verni temporis, quod laudat. Cum hac autem deſcriptione veris Ovidianam confer ex Faſt. 1. *Omnia tunc florent, tunc eſt nova temporis ætas*, & Hor. Od. 4. l. 1. *Solvitur acris hyems gratâ vice veris & Favonî* &c. 20 Valdè. 21 Gravidæ fiunt, propter humorem cœleſtem, non ſecùs ac virgines adultæ tument pectore & mammis, maturæ ſcil. viro. 22 Quibus conceptis generent. 23 Tùm Jupiter, hoc eſt aër aureo imbre deſcendens in gremium Veſtæ, id eſt, Terræ, impregnat fœcundatque conjugem. 24 Totius terræ. 25 In quibus nulla eſt via, id eſt, ſylveſtria. Paronomaſia. 26 Rem naturalem ad propagandam prolem. 27 Statis anni temporibus. 28 Quo alimur: ab *alendo*. 29 Arva aperiunt & diſſolvunt gremium ſeminum. 30 Viventibus. 31 Tùm primum à ſe viſos, vel cum novo anno quaſi novos; nam *tunc eſt nova temporis ætas*, Ovid. 1. Faſt.

Cre-

*Credere : nec metuit ſurgentes* [1] *pampinus* [2] *Auſtros,*
*Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem :*
*Sed trudit* [3] *gemmas, & frondes* [4] *explicat omnes.*
[5] *Non alios primâ creſcentis origine mundi*
*Illuxiſſe dies,* [6] *aliumve habuiſſe* [7] *tenorem*
*Crediderim ; ver illud erat, ver magnus* [8] *agebat*
*Orbis, & hybernis* [9] *parcebant flatibus Euri :*
*Cùm primùm lucem pecudes hauſére, virûmque*
[10] *Ferrea progenies duris caput extulit arvis.*
*Immiſſæque feræ ſylvis, & ſidera cœlo.*
[11] *Nec res hunc* [12] *teneræ poſſent perferre laborem,*
*Si non tanta* [13] *quies iret friguſque caloremque*
*Inter, & exciperet cœli* [14] *indulgentia terras.*
VII. [15] *Quod ſupereſt, quæcunque* [16] *premes* [17] *virgulta per agros,*
*Sparge fimo pingui, & multâ* [18] *memor occule terrâ :*
*Aut lapidem* [19] *bibulum, aut* [20] *ſqualentes infode conchas.*
[21] *Inter enim labentur aquæ tenuiſque* [22] *ſubibit*
*Halitus, atque* [23] *animos tollent ſata:* [24] *jamque reperti,*
*Qui ſaxo ſuper, atque ingentis pondere teſtæ*
[25] *Urgerent :* [26] *hoc effuſos munimen ad imbres :*
[27] *Hoc, ubi* [28] *hiulca ſiti findit Canis æſtifer arva.*
VIII. [29] *Seminibus poſitis, ſupereſt* [30] *deducere terram*
*Sæpiùs ad* [31] *capita, & duros* [32] *jactare bidentes :*
*Aut* [33] *preſſo exercere ſolum ſub vomere, & ipſa*

1 Frondes vitium.
2 Quia humidi ſunt.
3 Emittit oculos.
4 Pandit.
5 Et ſanè crediderim mundi conditi natalem incidiſſe in vernum tempus. Cui opinioni adſtipulantur plurimi graviſſimæ autoritatis viri. Quamvis & Autumnale naſcentis mundi initium tueantur patroni nec pauci nec levis fidei.
6 Quam vernum.
7 Ductum, continuationem.
8 Ducebat, circumagebat.

9 Abſtinebant. 10 Γένος σιδήρεον : humanum genus in dura natum, & quaſi terra editum. 11 Neceſſe enim fuit ut cœli clementia frigoris & caloris miſtam temperiem mundo recens nato indulgeret. 12 Recens natæ. 13 Tranquillitas & temperies aëris intercederet. 14 Benigna influentia & clementia aëris. VII. *Stercoratio.* 15 Redit ad inſtitutum ſuum, docens quo pacto terræ vitibus ferendis aptandæ ſint. 16 Preſſa plantabis, infodies. 17 Plantaria, malleolos depictos, viviradices. 18 Præcepti mei. 19 Arenarium, per quem meeat aqua & aër. 20 Sordidas. 21 Conchas. 22 Clanculum intrabit. 23 Vigorem ſuum erigent, recreabuntur. 24 Sunt etiam, qui ſaxis & teſtis operiunt vites, adverſus imbres & æſtum Caniculæ. 25 Premerent. 26 Saxum aut teſtam ſuperponere eſt protectio contra imbres nimis impetuoſos. 27 Sc. *etiam munimen eſt contra æſtum.* 28 Hiantia præ ſiccitate. VIII. *Repaſtinatio.* 29 Plantis, viviradicibus jam ſatis. 30 Deorſùm ducere. 31 Radices : eſt enim arbos homo inverſus. 32 Superinjicere ligones, id eſt, ligonibus effodere. 33 Altiùs immiſſo. Periphraſis arationis.

1 Flectere

Digitized by Google

[1] *Flectere luctantes inter vineta juvencos.*
IX. *Tùm* [2] *leves* [3] *calamos, & raſæ* [4] *haſtilia virgæ,*
*Fraxineaſque aptare ſudes, furcaſque bicornes:*
[5] *Viribus* [6] *eniti quarum, & contemnere ventos*
*Aſſueſcant, ſummaſque ſequi* [7] *tabulata per ulmos.*
X. *Ac, dùm prima novis adoleſcit frondibus ætas,*
*Parcendum* [8] *teneris: & dùm* [9] *ſe* [10] *lætus ad auras*
*Palmes agit, laxis per* [11] *purum immiſſus habenis,*
[12] *Ipſa* [13] *acies falcis nondùm tentanda, ſed* [14] *uncis*
*Carpendæ manibus frondes, interque* [15] *legendæ.*
*Indè ubi jam validis amplexæ* [16] *ſtirpibus ulmos*
*Exierint: tunc ſtringe* [17] *comas, tunc brachia tonde:*
[18] *Antè reformidant* [19] *ferrum: tunc denique* [20] *dura*
*Exerce* [20] *imperia, & ramos* [21] *compeſce fluentes.*
IV. *Texendæ* [22] *ſepes etiam, & pecus omne* [23] *tenendum eſt:*
*Præcipuè dùm frons tenera,* [24] *imprudenſque laborum:*
[25] *Cui,* [26] *ſuper indignas hyemes, ſolemque* [27] *potentem,*
*Sylveſtres* [28] *uri aſſiduè, capreæque* [29] *ſequaces*
[30] *Illudunt:* [31] *paſcuntur oves,* [32] *avidæque juvencæ.*
*Frigora nec tantùm canâ* [33] *concreta pruinâ,*
*Aut* [34] *gravis incumbens ſcopulis arentibus* [35] *æſtas,*

1 Cum moderatione ducere, id eſt, arare interſtitia, & invertere. IX. *Pedatio.* 2 Decorticatos. 3 Adminicula ex arundine, calamis, & virgis lævigatis admovere; ſudes item & furcas, quibus innixæ vites novellæ diſcant populos & ulmos, quibus maritandæ ſunt, ſcandere, unde ventos ſuſtineant, & hinc indè ſpargant multa tabulata racemis onuſta. 4 Perticas. 5 Suſtentaculis. 6 Cum quodam annixu erigi. 7 Cacumina ipſa & vitium caſulas. X. *Pampinatio, ſeu frondatio.* 8 Sc. frondibus vitium, id eſt, pampinis. 9 Sic Lucret. 5. l. *Arboribuſque datum eſt, variis exinde per auras Creſcendi magnum immiſſis certamen habenis.* 10 Vegetus creſcit. 14 Liquidum aërem. 12 Surculus vitis novellæ anniculus horret falcem: ac proinde nondùm putandæ ſunt vites ferro ipſius falcis. 13 Acumen. 15 Incurvatis. 15 Tollendæ non temere, ſed cum delectu. 16 Virgulis ſolidioribus. 17 Folia & pampinos reſeca. 18 Priuſquam emiſerint frondes. 19 Falcis. 20 Falcem & ferrum: nam durus imperator eſt, qui in capita ſuorum animadvertit. 21 Luxuriem falce preme. IV. *Defenſio & munitio.* 22 Munitiones ex virgultis, more cratium complicatis, vineas ſepientes. 23 Continendum, arcendum à vineis, dùm ſurculi teneri ſunt. 24 Ignara incommodorum, cujuſmodi ſunt venti, grandines, morſus, &c. 25 Frondi. 26 Pluſquam iniquæ hiemes, aut Sol æſtivus. 27 In æſtu. 28 *Uri* ſunt boves ſylveſtres, Hercyniæ ſylvæ proprii, de quibus Cæſar l. 6. de Bel. Gal. Vulgus tamen bubalos vocat uros: legendum itaque monent vel intelligendum *tauri*, qui Italo cœlo notiores. 29 Celeres, fugaces. 30 Per ludum nocent. 31 Vineas. 32 Cibi. 33 Conſtricta. 34 Vehemens, calore penetrans. 35 Æſtatis calor.

*Quan-*

*Quantum illi* [1] *nocuêre* [2] *greges,* [3] *durique venenum*
*Dentis, &* [4] *admorſâ ſignata in ſtirpe cicatrix.*
[5] *Non aliam ob* [6] *culpam Baccho caper omnibus aris*
*Cæditur, & veteres ineunt* [7] *proſcenia ludi:*
[8] *Præmiaque ingentes pagos, &* [9] *compita circum*
[10] *Theſeidæ poſuêre: atque inter pocula læti*
[11] *Mollibus in pratis* [12] *unctos ſaliêre per utres:*
[13] *Nec non Auſonii, Trojâ gens miſſa, coloni*
*Verſibus incomptis ludunt,* [14] *riſuque ſoluto,*
[15] *Oraque corticibus ſumunt* [15] *horrenda* [16] *cavatis:*
*Et te, Bacche, vocant per* [17] *carmina læta, tibique*
[18] *Oſcilla ex altâ ſuſpendunt mollia pinu:*
[19] *Hinc omnis largo* [20] *pubeſcit vinea* [21] *fœtu:*
[22] *Complentur valleſque cavæ, ſaltuſque profundi,*
*Et quocunque* [23] *Deus circum caput egit* [24] *honeſtum.*
*Ergo* [25] *ritè ſuum Baccho dicemus* [26] *honorem*
*Carminibus* [27] *patriis,* [28] *lanceſque &* [29] *liba feremus,*
*Et* [30] *ductus cornu ſtabit* [31] *ſacer hircus ad aram.*

1 Vitibus aut frondibus. 2 Capreagum præcipuè. 3 Venenati morſus. 4 Mordicus abroſâ. 5 Neque aliam ob cauſam immolatur caper in Ludis Liberalibus, quàm quòd vites rodat: à quibus ludis Bacchi theatrales ac ſcenici ludi, tragœdiæ maximè originem traxêre. Apud Ovid. habes de immolatione iſtâ, ejuſque origine Faſt. l. 1. *Sus dederat pœnas*, &c. 6 Quia vites rodit. Unde Ovid. 1. Faſt. *Rode caper vitem, tamen hinc cum ſtabis ad aram, In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit.* Vide & 15. Met. 7 Veſtibula, pulpita, locum ante ſcenam, ſcenam ipſam. 8 Athenienſes in memoriam pagorum, in quibus diſperſi victitabant, priuſquam à Theſeo in urbem redacti ſunt, veteres hoſce ludos Libero patri per pagos & compita celebrabant, præmio propoſito, ſc. hirco, iis, qui agillime ſaltaſſent uno pede per utres ex hircino pelle inflatos unctoſque. Hor. *Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.* 9 Loca, quò plures viæ competunt, id eſt, conveniunt, id eſt, trivia. 10 Athenienſes à Theſeo in urbem collecti. 11 Herboſis. 12 Pingues & lubricos. 13 Atque hinc ad Italos, à Trojana colonia oriundos, fluxêre etiam ludi in honorem Liberi patris, quos celebrant inconditis verſibus & riſu, larvis ex corticibus cavatis perſonati. 14 Cachinno. 15 Perſonas, larvas, per quarum medium ſonant verba. 16 Ut facies applicentur factis foraminibus, pro oculis, naribus, & ore. 17 Hymnos. 18 Imagunculas, quæ vertibularum coagmentis formatæ & penſiles varias rerum ſpecies ſimulabant. Macrob. l. 1. c. 7. Sat. humana eſſe ſimulachra vult, refertque inſtituti originem ad Herculem. Alii ſuſpendicula eſſe autumant, quibus ſe invicem per tranſverſum in aëre ludentes levabant aut premebant: quas jactationes Latini cernuationes, Græci αἰώρας dicebant. 19 Et tamen ab hoc cultu Bacchi, utcumque rudi, Dei læti præſentia vini rerumque abundantiam ſuppeditabat. 20 Creſcit, floret. 21 Proventu. 22 Largo fœtu vinearum. 23 Bacchus. 24 Pulchrum. 25 Secundùm debitum morem. 26 Hymnum. 27 Romanis. 28 Vaſa ſacrificiis apta. 29 Placentas ex lacte, farre, melle, oleo. 30 Verbum rituale. 31 Conveniens ſacrificio.

*Pin-*

Digitized by Google

*Pinguiaque in veribus torrebimus exta [1] colurnis.*
*Eſt etiam ille labor curandis vitibus alter,*
*Cui nunquam [2] exhauſti ſatis eſt: namque omne quotannis*
[3] *Terque quaterque* [4] *ſolum* [5] *ſcindendum: glebaque verſis*
[6] *Æternùm* [7] *frangenda bidentibus:* XI. *omne* [8] *levandum*
*Fronde nemus:* [9] *redit agricolis labor actus in orbem,*
*Atque* [10] *in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.*
*Et jam olim,* [11] *ſeras* [12] *poſuit cùm vinea frondes,*
*Frigidus & ſylvis Aquilo decuſſit* [13] *honorem:*
*Jam tùm* [14] *acer curas venientem* [15] *extendit in annum*
*Ruſticus: & curvo* [16] *Saturni dente* [17] *relictam*
*Perſequitur vitem attondens,* [18] *fingitque putando.*
*Primus humum fodito, primus* [19] *devecta cremato*
[20] *Sarmenta, &* [21] *vallos primus* [22] *ſub tecta referto:*
[23] *Poſtremus metito:* [24] *bis vitibus ingruit umbra:*
[25] *Bis* [26] *ſegetem denſis* [27] *obducunt ſentibus herbæ.*
[28] *Durus* [29] *uterque labor.* Laudato ingentia rura,
Exiguum colito. *Nec non etiam* [30] *aſpera* [31] *ruſci*
*Vimina per ſilvam, & ripis fluvialis* [30] *arundo*
[32] *Cæditur, incultique* [33] *exercet cura* [34] *ſalicti.*

1 Ex corylo factis: nam à corylo fit *colurnus.* Quia & corylus Baccho vitibuſque infeſta. 2 Laboris, id eſt, ſemper debemus laborare. 3 Frequenter. 4 Continens vites. 5 Sulcandum & fodiendum. 6 Perpetuò, aſſiduè. 7 Id eſt, occandum eſt. XI. *Iteranda pampinatio & ablaqueatio curanda.* 8 Depampinanda eſt omnis vinea, ut botri ſolem excipiant. 9 Toto anni curriculo agricola debet eſſe in labore. 10 A vere per æſtatem, autumnum & hyemem fit ſemper reditio in ver. Indè annus Græcis ἐνιαυτὸς. Latinis ab *Am*, id eſt, circum, dictus. 11 Quas ſerò & tardè deponit. 12 Exacto planè Autumno. 13 Frondes: decus arborum: namque *turpis ſine frondibus arbor.* 14 Strenuus. 15 Dilatat, id eſt, incipit curare, quæ anno ſequenti peragenda ſunt. 16 Falce vinitoriâ, quali Saturnus uſus dicitur, ablaqueat, hoc eſt, recîdit minorum gemmium radiculas, quò fæliciùs creſcant majores, quas tamen putando fingit. 17 Cujus culturam paululum intermiſerat. 18 Componit reſecando ſuperflua, & coaptando utilia. 19 A vineâ domum. 20 Amputamenta, id eſt, ſuperfluos & reſectos palmites. 21 Pedamenta, in uſum venturi anni. 22 Ne putreſcant pluviâ. 23 Ut matura ſit vindemia, ut racemi legantur bene cocti. 24 Et quia bis excreſcunt pampini; bis ſuccreſcunt herbæ; bis pampinandum, bis runcandum & ſarriendum. 25 Vere & autumno. 26 Novellas vitium plantas. 27 Cooperiunt ſpinis. 28 Eſt moleſtus. 29 Qui eſt in amovendis pampinis & ſentibus. 30 Ligamina viribus futura. 31 Fruticis ſponte naſcentis, de genere veprium. 32 Amputatur à ruſticis. 33 Cultorum vitium. 34 Salicum.

*[1] Jam vincta vites: jam falcem arbuſta reponunt:*
*Jam [2] canit extremos [3] effœtus vinitor [4] antes:*
*[5] Sollicitanda tamen tellus, [6] pulviſque movendus,*
*Et jam maturis metuendus [7] Juppiter uvis.*
*[8] Contrà [9] non ulla eſt oleis cultura: neque illæ*
*Procurvam expectant falcem, raſtroſque tenaces,*
*[10] Cùm ſemel hæſerunt arvis, [11] auraſque tulerunt.*
*[12] Ipſa ſatis tellus, cùm [13] dente recluditur unco,*
*Sufficit humorem, & gravidas, [14] cum vomere, fruges.*
*[15] Hoc pinguem, & [16] placitam paci [17] nutritor olivam.*
*[18] Poma quoque, [19] ut primùm truncos ſenſêre valentes,*
*Et vires habuêre ſuas, ad ſydera raptim*
*Vi propriâ [20] nituntur, opiſque haud [21] indiga noſtræ.*
*Nec minùs intereà [22] fœtu [23] nemus omne [24] graveſcit,*
*Sanguineiſque inculta rubent aviaria baccis:*
*[25] Tondentur cythiſi: [26] tædas ſylva alta miniſtrat:*
*[27] Paſcunturque ignes nocturni, & lumina fundunt.*
*[28] Et dubitant homines [29] ſerere, atque [30] impendere curam?*
*Quid [31] majora ſequar? ſalices, [32] humileſque geniſtæ,*
*Aut illæ pecori [33] frondem, aut paſtoribus umbram*
*[34] Sufficiunt, ſepemque ſatis, & pabula [35] melli:*

1 Et tamen laboribus quaſi defuncto jamque defoſſo, poſt vites alligatas, putatas & uſque ad extremos earum ordines omnem laborem devoratum & devictum, novus ingruit; denuò tellus ſollicitanda, pulvis & lapis omnis movendus, aëris intemperies uſque metuenda, & pluvia.

2 Canendo laudat. 3 Laſſus & virium expers. 4 Ordines anteriores vinearum. 5 Raſtris. 6 Ut uvæ eo obducantur, priuſquam maturæ ſint. 7 Aër, tempeſtas cœli ſeu aëris. 8 *Sexta libri pars tractat, ſed levi brachio, de oleis, malis, arboribus aliis, nec non fruticibus.* 9 Si cum vitium cultura conferentur: aliàs curam deſiderant. 10 Ubi radicem egerint, & ſtirpem extulerint. 11 Impetus ventorum. 12 Tellus ſimplici vomere inverſa ſufficienter facit & miniſtrat humorem, qui ſatis ſit ad oleas. 13 Ligon aperitur. 14 Sc. recluditur. 15 Hac ratione. 16 Pacis ſymbolum Idcirco & inſigne. φιλείρηνον. 17 Nutritor deponens ſeu Medium verbum 18 Pomiferæ arbores. 19 Poſtquam creverunt. 20 Eriguntur. 21 Indigentia. 22 Fructibus, ut caſtaneis, nucibus, malis, ceraſis, &c. 23 Sylveſtres arbores, avium domicilia etiam culturâ deſtitutæ proferunt arbuteos foetus, & *baccis dumeta rubent.* 24 Gravidum ſit. 25 A capellis, apibus jumentis. 26 Larices & piceas, undè ſuccus fluit in uſum luminum, & ipſi faces conficiuntur. 27 Nutriuntur injectis tædis. 28 Epiphonema interrogatorie, ſic Æn. 6. *Et dubitamus adhùc virtutem extendere factis?* 29 Hujuſmodi arbores, ut tædas, & cæteras tam utiles. 30 Ut conſerventur 31 Res in quibus major eſt utilitas. 32 Brevis ſtaturæ. 33 Pabulum frondeum. 34 Subminiſtrant. 35 Mellificantibus apibus.

Digitized by Google

Et juvat [1] undantem buxo ſpectare [2] Cytorum,
[3] Naryciæque picis lucos: juvat arva videre
[4] Non raſtris hominum, non ulli obnoxia curæ.
Ipſæ [5] Caucaſeo ſteriles in vertice [6] ſylvæ,
Quas [7] animoſi Euri, aſſiduè franguntque, [8] feruntque,
[9] Dant alios alia [10] fœtus: dant utile lignum
Navigiis pinos, [11] domibus [12] cedroſque cupreſſoſque.
[13] Hinc [14] radios [15] trivêre rotis, hinc [16] tympana plauſtris
Agricolæ, & [17] pandas ratibus poſuêre [17] carinas.
[18] Viminibus ſalices fœcundæ: frondibus ulmi:
At [19] myrtus validis haſtilibus: & [20] bona bello
Cornus: [21] Ituræos taxi torquentur in arcus.
[22] Nec tiliæ [23] leves, aut torno [24] raſile buxum,
Non [25] formam accipiunt, ferroque cavantur acuto.
Nec non & [26] torrentem undam levis innatat [27] alnus
[27] Miſſa Pado: nec non & apes [28] examina condunt,
Corticibuſque cavis, [29] vitioſæque ilicis [30] alveo.
[31] Quid memorandum æque [32] Baccheïa dona tulerunt?
Bacchus & ad culpam [33] cauſas dedit: ille [34] furentes
[35] Centauros letho domuit, Rhœtumque, Pholumque,

1 Ventorum flabris impulſam: ſic *fluctuo*, *fluito*, *nato*, *nuto*, uſurpantur: vel *undantem*, id eſt, abundantem. 2 Paphlagoniæ montem. 3 Arbores feraces picis, qualis plurima eſt in Naricia, Ulyſſis patriâ: ubi plurimæ ſunt piceæ arbores. 4 Cùm hæc loca inculta ſint.

5 Caucaſus mons Scythiam Aſiaticam diſterminat ab Albania. 6 Arbores. 7 Validè ſpirantes, ab ἄνεμος ventus. 8 Impellunt. 9 Diverſæ arbores dant diverſas utilitates & fructus, quæque ſuos. 10 Si non in fructum, in uſum tamen. 11 Conſtruendis. 12 Nam & templum Hieroſolymitanum ex cedro fuit extructum. 13 Ex his ſylvis: neque enim è cedris cupreſſis-ve fiunt radii. 14 Ligna, quæ ſunt inter axem & circumferentiam: qui *radii* dicti, quòd, ut radii à globo Solis, ita hi ab axe deducantur. 15 Torno compoſuêre ad rotas conſtruendas. 16 Vehiculorum tecta ad inſtar tympani teſtudinata. 17 Incurvas trabes infimas. 18 Ex quibus varia intexuntur vaſa, agricolis neceſſaria, ut corbes, &c. 19 Maſcula. Fœmina enim haſtis inutilis. 20 Utilis eſt ad bellum: quia ex eâ haſtilia fiunt, & alia tela. 21 Quales habent Ituræi, Syriæ populi, arcu pugnaces, ut & Parthi. 22 Etiam. 23 Planæ. 24 Quod facile radi poteſt. 25 Vaſorum aut inſtrumentorum nobis utilium. 26 Præcipitanter fluentem. 27 Alluſum ad ſorores Phaëtontis mutatas in alnos prope Eridanum ſeu Padum. 28 Fœtus ſuos. 29 Ævo confectæ, exeſæ, cavæ. 30 Cavernâ. 31 Quid ſimile vites, quinimò in libidinem & rixas furiant: teſtis *Centaurea movet cum Lapithis rixa ſuper mero Debellata*: quam pugnam in Pirithoi nuptiis, lege 12. l. Met. Ovid. 32 A Baccho inventæ vites. 33 Occaſionem. 34 Ebrietate. 35 Theſſaliæ populos, Ixionis & Nubis filios, mediâ parte homines, mediâ equos.



Digitized by Google

*Et* [1] *magno Hylæum* [2] *Lapithis cratêre minantem.*
[3] O fortunatos nimiùm, ſua ſi [4] bona norint,
Agricolas: *quibus ipſa* [5] *procul diſcordibus armis,*
*Fundit* [6] *humo* [7] *facilem victum* [8] *juſtiſſima tellus.*
[9] *Si non ingentem* [10] *foribus domus* [11] *alta* [10] *ſuperbis*
[12] *Manè ſalutantum totis vomit ædibus* [13] *undam,*
*Nec varios* [14] *inhiant* [15] *pulchrâ* [16] *teſtudine poſtes,*
[17] *Illuſaſque* [18] *aurò veſtes,* [19] *Ephyrëïaque æra,*
*Alba nec* [20] *Aſſyrio* [21] *fucatur lana veneno,*
*Nec caſiâ liquidi corrumpitur uſus olivi:*
[22] *At ſecura quies, & neſcia* [23] *fallere vita,*
*Dives opum variarum: at* [24] *latis otia fundis,*
*Speluncæ,* [25] *vivique lacus; at* [26] *frigida* [27] *Tempe,*

1 Capacl. 2 Populis vicinis, quibus ſæpe cum Centauris certamen erat. 3 *Septima, eaque ultima libri hujus pars excurrit in laudes vitæ ruſticæ.* Hinc Cic. Orat. pro Sex. Roſcio: Ut *non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire poſſis; ſic non omne facinus in omni vitâ naſcitur. In urbe luxuries creatur: ex luxurie exiſtat avaritia neceſſè eſt: ex avaritiâ erumpat audacia: inde omnia ſcelera ac maleficia gignuntur. Vita autem hæc ruſtica, quam tu agreſtem vocas, parſimonia, diligentia, juſtitiæ magiſtra eſt.* Cum hoc conſentit Lucret. l. 1. *Divitiæ grandes homini ſunt vivere parcè Æquo animo, neque enim eſt unquam penuria parvi,* &c. Et Claud. l. 1. in Ruffinum: *Fabricius parvo ſpernebat munera regum, &c.* 4 Commoda, quæ ex agricultura percipiunt. Lege Cic. in Cat. Maj. Horat. Od. 2. l. Ep. 5 Longe à civilibus bellis. Accommodatè his & ſequentibus Tibul. l. 1. El. 1. *Divitias alius fulvo ſibi congerat auro, &c.* 6 In humo. 7 Facile acquiſibilem. 8 Quæ juſtiſſime reſpondet agricolarum votis, quæ accepit largo cum fænore reddens. 9 Tametſi. Confert cum urbanâ, quam elevat, imitatus Lucretium. l. 2. *Si non aurea ſunt,* &c. mox. *At tamen inter ſe,* &c. 10 Habens magnificas fores, in quibus variæ ſculpturæ conſpici ſolent. 11 Qualis eſt in urbibus, cùm ruſticorum ſit *humiles habitare caſas.* 12 Clientum *Ave matutinum* portantium importunam turbam cum faſtidio emittat. 13 Undatim proruentem. 14 Cum hiatu ferino ſe concupiſcere indicant. 15 Aurea & eburnea. 16 Teſtudinum Indicarum putaminibus in laminas ſectis diſtinctos ac gemmantes. 17 Auro ad illuſionem intexto aut perfuſo variegatas, Phrygionum opera & luſu fabularum pictis. Adverte, *vomit, illuſas, fucatur, corrumpitur.* 18 Filis auratis. 19 Corinthia, varia mixtione ex incendio urbis Corinthi comperta. 20 Purpura, cujus inventio Aſſyriis accepta fertur. 21 Tingitur, coloratur. 22 Fucatum tamen hunc civium ſplendorem compenſant ruſticæ vitæ ſecuritas, ſimplicitas, rerum copia, amœna loca, nativæ voluptates, frugalitas, religio, Dii præſentiores, e quibus Juſtitiæ numen diutiùs cum ruſticis moratum eſt. 23 Fallendi. 24 Voluptates latis agris, id eſt, loca amœna. 25 Fluentes. 26 Propter aquas & umbras. 27 Loca amœna & temperata, qualia ſunt Tempe in Theſſalia. De his Ovid. Met. 1. *Eſt nemus Æmoniæ, prærupta quod undique claudit Sylva, vocant Tempe, per quæ Penëus ab imo Effuſus Pindo ſpumoſis volvitur undis, &c.*

Mu-

Digitized by Google

*Mugituſque boum*, [1] *molleſque ſub arbore ſomni*
[2] *Non abſunt*: [3] *illic ſaltus ac* [4] *luſtra ferarum*,
*Et patiens operum, parvoque aſſueta juventus*:
*Sacra Deum, ſanctique patres*: *extrema per* [5] *illos*
[6] *Juſtitia*, [7] *excedens terris*, *veſtigia fecit.*
[8] *Me verò* [9] *primùm dulces ante omnia* [10] *Muſæ*,
[11] *Quarum ſacra fero ingenti* [12] *perculſus amore*,
*Accipiant*; [13] *cœlique vias & ſidera* [14] *monſtrent*;
[15] *Defectus Solis varios*, *Lunæque labores*:
[16] *Undè* [17] *tremor terris*: [18] *quâ vi maria alta* [19] *tumeſcant*
[20] *Obicibus ruptis*, *rurſuſque in ſe ipſa* [21] *reſidant*:
[22] *Quid tantum* [23] *Oceano properent ſe tingere Soles*
*Hyberni*; *vel quæ* [24] *tardis mora* [25] *noctibus obſtet.*

1 Jucundi. A quietis dulcedine. Horat. *Liber jacere modò ſub antiqua ilice, Modo in tenaci gramine, Labuntur altis interim ripis aquæ, Queruntur in ſylvis aves, Fonteque lymphis obſtrepunt manantibus, Somnos quod invitet leves.* 2 A rure. 3 Ruri. 4 Latibula: per quæ venationes intelligit. 5 Sanctos patres ruri degentes. 6 Virgo Aſtræa. 7 Derelinquens terras ob hominum ſcelera, & in cœlum faceſſens. Hoc teſtatur Catullus in carmine de nuptiis Pelei & Tethidis his verſibus: *Præſentes namque antè domos inviſere caſtas Cœlicolæ, nondum ſpreta pietate ſolebant*, &c. Eadem ferme Ovid. Met. 1. *Victa jacet pietas*: & *virgo cæde madentes Ultima cœleſtum terras Aſtræa reliquit.* 8 Duo optat, ſc. eſſe Philoſophum, ut cognoſceret rerum cauſas, quo nihil eſt præclarius; aut ruſticum & agricolam. 9 Primo & præcipuo loco. 10 Rerum divinarum contemplationes. Confer. Od. 1. l. 2. Horat. cum his. 11 Quarum myſtam me & ſacerdotem profiteor. Horat. Od. 1. l. 3. *Carmina non priùs audita Muſarum ſacerdos Virginibus pueriſque canto.* 12 Affectus. 13 Doceantque cœleſtium orbium motus, ſiderum ortus & obitus. 14 Doceant me. Pollicetur & Propertius ſe, ubi militiam illam miſeram Veneris deſeruerit, hujuſcemodi ſtudio daturum, dicens: *Tum mihi naturæ libeat perdiſcere mores*, &c. Vide l. 3. El. 4. 15 Eclipſis ſeu imminutionis luminis Solis, quæ contingit ob interpoſitionem Lunæ inter Solem & noſtrum viſum, ac Lunæ, quæ contingit ob interpoſitionem terræ, inter Solem & Lunam, è diametro oppoſitæ, rationes. 16 Motus terræ. 17 Sc. *accidat*, id eſt, unde terræ motus exiſtant, ſc. ex conflictu & impulſu ſpirituum & ventorum, cavitatibus terræ incluſorum, ex obſtructis meatibus & poris vi erumpere pugnantium. Lucret. 5. terræ motu: *Denique ſub pedibus tellus cùm tota vacillet, Concuſſaque cadant urbes, dubiæque minantur, Terra ſuperna tremit, magnis concuſſa ruinis.* 18 Reciproci maris æſtus cauſas. 19 Extollantur: cujus cauſam nonnulli ad Lunam referunt, cujus in aquas imperium eſt, & terris proxima: nam pro ejus ortu vel occaſu & progreſſu ad circulum meridianum mare fluere ac refluere ſtatuunt. 20 Obſtaculis, ut littoribus. 21 Deſcendant, ut locum capiant. 22 Cur dies hiberni breviores, æſtivi longiores. 23 Magno mari, terram ambienti. 24 Tarde venientibus. 25 Æſtivis.



Digitized by Google

[1] *Sin, has ne poſſim naturæ accedere partes,*
*Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis;*
*Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes:*
*Flumina amem, ſylvaſq;* [2] *inglorius:* [3] *ô, ubi* [4] *campi,*
[5] *Sperchiuſque, & virginibus* [6] *bacchata Lacænis*
*Taygeta! ô, qui me gelidis in vallibus* [7] *Hæmi*
[8] *Siſtat, & ingenti ramorum protegat umbra!*
[9] Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
*Atque metus omnes, &* [10] *inexorabile fatum*
*Subjecit pedibus,* [11] *ſtrepitumque Acherontis* [12] *avari.*
[13] *Fortunatus & ille, Deos qui novit agreſtes,*
[14] *Panaque,* [15] *Sylvanumque ſenem,* [16] *Nymphaſque ſorores.*
[17] *Illum non populi* [18] *faſces, non* [19] *purpura* [20] *regum*
[21] *Flexit, & infidos* [22] *agitans diſcordia* [23] *fratres,*
[24] *Aut* [25] *conjurato deſcendens* [26] *Dacus ab* [25] *Iſtro:*
[27] *Non res Romana,* [28] *perituraque regna: neque ille*
*Aut doluit miſerans inopem, aut invidit habenti.*
*Quos rami fructus, quos ipſa* [29] *volentia rura*

1 Quæ naturæ myſteria, ſi per ingenii tarditatem & cordis, à frigido craſſoque ſanguine hebetati, aſſequi & noſſe non datur; ſecundo loco rura ruſtica & flumina amo, venerorque. 2 Exiſtens ſine gloriâ. 3 *O ſoles! ô innicata quies! ô nemus! ô fontes &c.* Martial. 10. l. 51. Epigr. 4 Amœni ſunt. 5 Theſſaliæ fl. 6 Lacedæmoniarum bacchantium Orgiis celebrata Taygeta, mons Laconiæ. Sic Æn. 3. *Bacchatamque jugis Naxon.* 7 Montis Thraciæ. 8 Conſtituat. 9 Felix utique eſt ſapiens, qui cùm rerum cauſas ſciat, quæ vera eſt ſcientia, fatum infra ſe videt, non ipſam mortem timet. 10 Inevitabile, id eſt, qui ipſam mortem non timet. 11 Animarum omnium illuc tendentium, tumultum. Unde Æn. 6. de hac eadem re dicit: *Æneas (miratus enim motuſque tumultu) Dic, ait, ô virgo, quid vult concurſus ad amnem? Quid-ve petunt animæ?* 12 Quia omnia accipit, & nihil dat. 13 Sed & felix ruſticus, qui Deorum conſortio ac cultu lætus, tutus & ſecurus agit. 14 Deum paſtorum. 15 Deum ſylvarum. 16 Oreades, Dryadas, Najadas, Napæas. 17 Animum illius, *Deos qui novit agreſtes*, quique parvo contentus eſt. 18 Honores & magiſtratus Rom. quibus præferebantur faſces virgarum cum ſecuri à lictoribus. Hor. Ep. 16. l. 1. *Ut ſi detuleris* faſces *indigno.* 19 Regnandi lubido & ſplendor. 20 Sc. *indumentum.* 21 Movit, attraxit ad ſe. 22 Vexans. 23 Ut Eteoclem & Polynicem, Romulum & Remum. 24 Securum quid meditentur hoſtes, quid rebelles ſocii. Daci autem in bella profecturi Iſtrum jurabant, ſe nolle re infecta redire. 25 Ab accolis Iſtri, ut Dacis, Getis, Germanis in Romanos conſpirantibus, id eſt, timor illorum non flexit illum. 26 Populus à Germanis Danubio diviſus. 27 Non ſolicitum de Imperio rebuſque Romanis, ſtent-ne, cadant-ne. 28 A Romanis ſubigenda & ad Romanum imperium transferenda flexerunt illum. 29 Non coacta.

*Sponte*

*Sponte tulêre ſuâ, carpſit: nec* [1] *ferrea jura,*
[2] *Inſanumque* [3] *forum, aut populi* [4] *tabularia vidit.*
[5] *Sollicitant* I. *alii remis* [6] *freta* [7] *cæca*; II. [8] *ruuntque*
*In ferrum*; [9] *penetrant* III. *aulas, & limina regum.*
IV. [10] *Hic* [11] *petit excidiis urbem, miſeroſque* [12] *Penates,*
*Ut* [13] *gemmâ bibat, &* [14] *Sarrano* [15] *dormiat oſtro.*
V. [16] *Condit opes alius,* [17] *defoſſoque* [18] *incubat auro.*
VI. *Hic ſtupet* [19] *attonitus* [20] *Roſtris*: VII. *hunc* [21] *plauſus* [22] *biantem*
*Per* [23] *cuneos* ([24] *geminatur enim plebiſque Patrumque*)
[25] *Corripuit*: VIII. *gaudent* [26] *perfuſi ſanguine fratrum,*
[27] *Exſilioque domos, & dulcia limina mutant,*

1 Dura, inviolata. 2 Litibus frementes. 3 Judiciale, id eſt, locum, in quo judicia ferri ſolent. 4 Loca Romæ in atrio Libertatis, ubi aſſervabantur tabulæ, id eſt, ſcripta publica & literæ de prædiis, vectigalibus, portoriis, &c. 5 Neque Ruſtica hæc vita urbanam tantùm ſuperat, aut Philoſophicam æquat: ſed & alia omnia vitæ inſtituta & conditiones longe antecellit: quæ vel I. *nautæ atque mercatores ineunt*, vel II. *milites*, III. *aulici*, IV. *patriæ libertatis oppreſſores*, V. *avari Euctiones*, VI. *oratores & patroni*, VII. *munerarii*, VIII. *qui arma capeſſunt civilia.* 6 Hor. Sat. 1. l. 1. *Impiger extremos currit mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.* 7 Occulta: momento enim vertuntur, cum tranquilla eſſe videantur. Virg. Cæcis *erramus in undis.* 8 Præcipites ruunt in arma. 9 Inſinuant ſe principibus, ut intimi ſint. Horat. Od. 2. Epod. *Forumque vitat, & ſuperba civium Potentiorum limina.* 10 Alius. 11 Adoritur. 12 Deos domeſticos aut domos. 13 Gemmato poculo, *gemmas ad pocula transfert.* Juv. l. 5. Sat. Propert. l. 3. El. 4. *Nec tamen inviſo pectus mihi carpitur auro, Nec bibit è* gemmâ *divite noſtra ſitis.* 14 Tyrio, à purpura piſce, cui *Sar* nomen, dicta *Sarrha*, inde Tyrus. 15 Ut habeat lectum coopertum purpura Tyria, aut tapetis purpureis. 16 Abſcondit. 17 Quod priùs in foſſum, ut nunc conſpiciat, defodit. 18 Incubando involvit ſe in aurum. *Divitiis ſoli incubuêre repertis.* 6. Æn. non auſi uti ac frui iis. 19 Acclamationibus convaſatis ſupra mortalitatem ſe efferri opinatus. 20 Magiſtratibus pro Roſtris gerendis. Erant enim *Roſtra* locus ante Curiam, unde edicta publica, & ad populum verba fiebant, navium, ab Antiatibus captarum, roſtris adornatus. In Roſtris Magiſtratus ſedentes jus dicebant, & ibidem leges ferebantur, & conciones habebantur. 21 *Famaque petitur Multa dare in vulgus: totus popularibus auris Impelli, plauſuque ſui gaudere theatri.* Lucan. de Pomp. l. 1. 22 Honoris cupidum. 23 Graduum ordines in theatro. 24 Quia ſæpè redditur plauſus plebis & patrum. 25 Totum ad ſe rapuit. 26 *Sanguine civili rem conflant, divitiiſque Conduplicant, avidi cædem cæde accumulantes, Crudeles gaudent in triſti funere fratres.* Lucr. 3. l. Adeoque pars victa cogitur, *patriæ fines & dulcia* linquere *arva*, ut Eclog. 1. & 9. *At nos hinc alii ſitientes ibimus Afros, Pars Scythiam.* 27 Pro dulcibus domibus exulant ultro, ut ſcelerati voti compotes fiant.

*Atque* [1] *alio patriam quærunt* [1] *ſub ſole jacentem:*
[2] *Agricola* [3] *incurvo terram dimovit aratro.*
*Hinc* [4] *anni labor, hinc patriam parvoſque* [5] *nepotes*
*Suſtinet: hinc armenta boum,* [6] *meritoſque juvencos.*
*Nec requies, quin aut pomis* [7] *exuberet annus,*
*Aut fœtu pecorum, aut* [8] *Cerealis mergite culmi,*
[9] *Proventuque oneret ſulcos,* [10] *atque horrea vincat.*
*Venit hyems, teritur* [11] *Sicyonia bacca* [12] *trapetis;*
*Glande ſues* [13] *læti redeunt; dant* [14] *arbuta ſylvæ;*
*Et varios ponit fœtus* [15] *autumnus; & altè*
*Mitis in* [16] *apricis coquitur vindemia ſaxis.*
*Intereà pendent dulces circum* [17] *oſcula nati:*
*Caſta* [18] *pudicitiam ſervat* [19] *domus; ubera vaccæ*
[20] *Lactea demittunt, pingueſque in gramine læto*
*Inter ſe adverſis luctantur cornibus hœdi.*
[21] *Ipſe dies agitat feſtos,* [22] *fuſuſque per herbam,*
[23] *Ignis ubi in medio, & ſocii cratêra* [24] *coronant.*
*Te* [25] *libans,* [26] *Lenæe, vocat: pecoriſque* [27] *magiſtris*
[28] *Velocis jaculi certamina ponit in ulmo:*
*Corporaque* [29] *agreſti nudant prædura* [29] *palæſtrâ.*

1 Sub aliâ regione aut climate. Hor. lib. 2. Od. 16. Quid terras alio calentes Sole mutamus? 2 Docet agricolam non otioſum eſſe, ſed longè laborioribus exercitationibus teneri. 3 Aravit & colit terram. 4 Ex agricolæ labore, qui redit actus in orbem anni, proventus annuus, ſibi, ſuis, patriæ alimentum. 5 Liberorum ſuorum liberos ſuſtentat, educat. 6 Boves aratorios, qui meruerunt ex fructu, quem pepererunt labore ſuo, ſuſtentari. 7 Valde uber aut fœcundus fit. 8 Manipulis calami frumentacei à Cerere inventi. 9 Frugibus abunde provenientibus. 10 Tot ſint fruges, ut nulla ſit ſpes in horrea poſſe ingeri, ſed in agro reponi debeant. 11 Oliva, quæ optima & abunde naſcitur in Sicyone civ. Laconiæ. 12 Mollis, prælis oleariis. 13 Pingues. 14 Fructus arborum. 15 Is enim *pomifer* ac *vinifer* dicitur. 16 Vinum matureſcit in amphoris igni aut Soli expoſitis. 17 Al. *ubera* ſc. matrum. 18 Uxoris. 19 Familia. 20 Lactis plena. 21 Agricola. 22 Proſtratus ac recubans. 23 Ad ſacrificium cremandum. 24 Florea corollâ aut ſerto: ut 3. Æn. *magnum cratera corona Induit*: vel vino implent, quod inſtar coronæ labra poculi contingit. Κρατῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο Hom. Iliad. α. 25 Sacrificans. 26 Bacche, ut ſuprà. 4. v. hujus libri. 27 Paſtoribus, opilionibus, operum ſociis. 28 Ponit certamina ſagittarum, id eſt, ſignum, quod ſagittis certatim dejiciant in alta quavis arbore: ut 5. l. Æn. aut palæſtræ; proponitque præmia. 29 Luctatione agreſtium.

Hanc

*[1] Hanc olim veteres [2] vitam coluêre [3] Sabini:*
*Hanc [4] Remus, & [5] frater: [6] ſic fortis [7] Hetruria crevit,*
*Scilicet & rerum facta eſt [8] pulcherrima Roma,*
*[9] Septemque una ſibi [10] muro circumdedit [9] arces.*
*[11] Ante etiam ſceptrum Dictæi regis, & [12] antè*
*Impia quàm cæſis gens eſt [13] epulata [14] juvencis;*
*[15] Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.*
*Nec dùm etiam [16] audierant inflari [17] claſſica; necdum*
*Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.*
*[18] Sed nos [19] immenſum ſpatiis confecimus æquor:*
*Et jam tempus equûm [20] fumantia [21] ſolvere colla.*

1 Vitæ ruſticæ laudationem firmat teſtimoniis humanis & divinis. 2 Ruſticanam. 3 Qui Tatienſes, Italiæ populi. 4 Romani, qui Rhamnenſes. 5 Romulus. 6 Per agriculturam. 7 Hetruſci, qui Luceres. 8 Caput orbis. 9 Montes, Capitolinum, Aventinum, Cœlium, Exquilinum, Viminalem, Quirinalem, Palatinum. 10 Sc. *uno*, id eſt, unis mœnibus. 11 Ante Jovis regnum, qui educatus fuerat in Dicte, monte Cretæ. Ante argenteam ætatem. 12 Antequam carne veſcerentur mortales, ſponte natis terræ fructibus contenti, nec parcerent ipſis bobus ruſtici operis ſociis, Cereris miniſtris. 13 Epulum publicum conſtituit. 14 Quod impium videtur, cùm ſint ſocii laboris. 15 Etiam optimus, aurea ſæcula inſtituens, qui aureâ ætate regnavit in Latio, agriculturamque ibidem edocuit: de quo ſic Poëta noſter Æn. 8. *Primus ab æthereis venit Saturnus ab oris, Arma Jovis fugiens*, &c. 16 Homines. 17 Signa bellica, ut tubas, lituos, & cornua, id eſt, nondùm erant bella. Ovid. Met. 1. *Non tuba directi, non æris cornua flexi, Non galea, non enſis erat, ſine militis uſu Mollia ſecura peragebant otia gentes.* 18 Priorem librum clauſurus Poëta, à Martis equis, non audientibus habenas, in abruptum rapiebatur; hic autem Pacis Ruſticæ equis, diurnum opus emeritis, &, curſu confecto, labore defatigatis ſolvuntur colla fumantia. 19 Abſolvimus immenſam materiam, magnamque operam in re ruſticâ navavimus. 20 Ex diuturno labore. 21 A jugo eximendi, id eſt, jam faciendus eſt finis materiæ peractæ.

# P. VIRGILII MARONIS
# GEORGICORUM
# LIBER III.

## ARGUMENTUM.

VOvet Auguſto templum Honoris & Monimentum Æternitatis. Equorum cura, & Boum. Taurorum pugnæ. Equarum amor. Tractatio ovium & caprarum. Præcepta de lanâ, de lacte. De canibus alendis, fugandis ſerpentibus. Pecorum morbis. Hinc occaſio ſumpta deſcribendæ peſtis, quæ graſſata eſt per Alpinas & Venetas regiones.

*TE quoque, magna* [1] *Pales,* [2] *& te* [3] *memorande canemus*
*Paſtor ab Amphryſo:* [4] *vos ſylvæ, amneſque* [5] *Lycæi.*
[6] *Cætera, quæ vacuas* [7] *tenuiſſent* [8] *carmina mentes.*
*Omnia jam vulgata: quis aut* [9] *Euryſthea* [10] *durum,*
*Aut* [11] *illaudati neſcit* [12] *Buſiridis* [13] *aras?*
*Cui non* [14] *dictus* [15] *Hylas* [16] *puer, & Latonia* [17] *Delos?*
[18] *Hippodameque, humeroque* [19] *Pelops* [20] *inſignis* [21] *eburno,*

1 Uti prioribus libris Cererem frugum, & Bacchum vini parentes, ſic quoque, dona tua, id eſt, pabula, cum laude tuâ carmine deſcribemus, ô Pales, nemorum & pabuli Dea: in cujus honorem Romani Palilia inſtituerunt, ne pabuli anguſtia premerentur. 2 Et te Apollo, qui propter Amphryſum fl. paviſti pecus Admeti regis Theſſaliæ. 3 Nominande & memoriâ digne. 4 Sc. *canemus*, id eſt, in hoc libro paſcua & pecora, id eſt, rem paſtoralem pertractabimus. 5 Montis Arcadiæ pecoroſæ, Mercurio & Pani familiaris. 6 Namque fabuloſa illa, quæ malè feriatas & ſecuras aures delinire poterant, omitto tanquam trita, pervulgata, ac vilia. 7 Res carmine deſcribendæ. 8 Occupare potuiſſent. 9 Mycenarum. Lacedæmoniorumque regem. 10 Imperiis, ut qui, Junone dictante, Herculem ad duodecim labores ſeu certamina impulerit. 11 Qui nihil unquam laude dignum dixerit aut fecerit, quo ſe à vituperio redimeret: ne pro feſto quidem die nominandus, vide A.Gell. l. 2. c. 6. Quem Iſocratis encomium ab infamiâ non vindicarit. 12 Regis Ægypti. Quis, inquit Poëta, neſcit has fabulas? ſi quis neſciat, Mythologos per me adeat. 13 In quibus hoſpites immolavit: ſed cùm in Hercule fruſtrà tentaſſet, ab eo interfectus eſt. 14 Carmine narratus. 15 De quo ſuprà 6. Eclog. 16 Herculi dilectus, & à Nymphis raptus. 17 Inſula Ægei maris, in quâ Latona enixa eſt Apollinem & Dianam. 18 Oenomai, Piſarum & Elidis regis, filia: dicta quaſi *equorum domitrix*, aut *bellicoſa:* cujus nuptias curſu & fraude Myrtili meruit Pelops. 19 Filius Tantali, à quo *Peloponneſus* dicta eſt. 20 Clarus. 21 Reſtituto pro carneo, quem Ceres eſu abſumpſerat.

[1] *Acer equis? tentanda via eſt, quâ me quoque poſsim*
[2] *Tollere humo,* [3] *victorque virûm* [4] *volitare per ora.*
[5] *Primus ego in patriam mecum (modò vita ſuperſit)*
*Aonio rediens deducam vertice Muſas:*
*Primus* [6] *Idumæas referam tibi, Mantua,* [6] *palmas,*
[7] *Et viridi in campo templum de marmore ponam*
[8] *Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus* [9] *errat*
[10] *Mincius, & tenerâ* [11] *prætexit arundine ripas.*
[12] *In medio mihi Cæſar erit, templumque* [13] *tenebit.*
[14] *Illi victor ego, & Tyrio conſpectus in oſtro,*
*Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.*
*Cuncta mihi,* [15] *Alpheum linquens, lucoſque* [16] *Molorchi,*
[17] *Curſibus, &* [18] *crudo* [19] *decernet Græcia* [18] *cæſtu.*
*Ipſe caput tonſæ foliis ornatus* [20] *olivæ*
*Dona* [21] *feram:* [22] *jam nunc* [23] *ſolemnes ducere pompas*
*Ad delubra juvat,* [24] *cæſoſque videre juvencos:*

1 Strenuus equis, id eſt, domitor equorum Oenomai, quibus Hippodamiam vicit. 2 Erigere à re humili. Hor. Od. 2. l. 3. de virtute. *Cœtus vulgares, & udam Spernit humum fugiente pennâ.* 3 Voti compos: Græcorum victor: namque ego primus, &c. 4 Ennius. *Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit: cur? volito vivus per ora virûm.* 5 Primus ego ex Latinis, inito cum Græcis Poëtis certamine, referam Muſas Muſarumque præmia, victoriæ inſignia, palmas ex Helicone Mantuam, è Græciâ in Italiam. 6 Gloriam & laudem, qualem habent palmis coronati, quarum Idumeæ præſtantiſſimæ habentur, id eſt, primus ego merebor nobili palmâ coronatus in patriam meam redire. 7 Et victoriæ monimentum erigam, ponamque Honoris templum atque Æternitatis ex marmore, Auguſto Cæſari conſecratum. 8 Propè, juxta. Eclog. 8. Propter *aquæ rivum viridi procumbis in herbâ.* Ovid. Propter *humum volitat.* Ter. Adelph. *Hic* propter *hunc aſſiſte.* 9 Circumfluit non recto tramite, erranti ſimilis. 10 Fluvius apud Mantuam in Padum incidens. 11 Cooperit & munit. 12 Stabit itaque in medio templi Auguſti ſimulacrum, Tutelaris ſc. Dei. 13 Tuebitur, ſervabit. 14 Victor ego purpura conſpicuus, in agro Mantuano inſtituam in honorem Cæſaris Circenſes ludos, ex more Romano, 25. miſſuum per factiones 4. h. e. 100. quadrigarum veteri inſtituto, ad ripam fluminis. 15 Omiſſis in poſterùm Olympiis propè Alpheum fl. Elidos, & Nemeæis, ubi Molorchus excepit Herculem hoſpitio, hùc ad Mantuanos ſolennes confluet cuncta pubes Græcorum noſtros hoſce ludos cæſtibus & palæſtrâ celebratura. 16 A Molorcho denominati. 17 Equorum. 18 Munimine manuum, quo pugiles ſe invicem cædunt, ex corio crudo & plumbi pleno. 19 Certabit. 20 Victoris in Olympiacis præmii. 21 Offeram Auguſto, templi ipſius præſidi. 22 Ante conſtitutum templum. 23 Sacrificia & ludos, quales in ſolennibus ſacrificiis duci conſuevêre, per imaginationem ducere ad templa, in quibus ſunt Deorum ſacra, delectat. 24 Mactatos propter ſacrificia.



Digitized by Google

*Vel* [1] *ſcena* [2] *ut* [3] *verſis* [4] *diſcedat frondibus; utque*
*Purpurea* [5] *intexti* [6] *tollant aulæa Britanni.*
*In* [7] *foribus pugnam ex auro, ſolidoque* [8] *elephanto*
[9] *Gangaridûm faciam, victoriſque arma* [10] *Quirini.*
*Atque hic* [11] *undantem* [12] *bello,* [13] *magnumque fluentem*
[14] *Nilum, ac* [15] *navali* [16] *ſurgentes ære columnas.*
[17] *Addam urbes Aſiæ* [18] *domitas, pulſumque* [19] *Niphatem,*
*Fidentemque* [20] *fugâ Parthum, verſiſque ſagittis:*
*Et duo rapta* [21] *manu* [22] *diverſo ex hoſte* [23] *tropæa,*
[24] *Biſque triumphatas utroque ab littore* [25] *gentes.*
[26] *Stabunt & Parii lapides,* [27] *ſpirantia ſigna,*
[28] *Aſſaraci proles,* [29] *demiſſæque* [30] *ab Jove gentis*
*Nomina, Troſque* [31] *parens, &* [32] *Troja Cynthius auctor.*
[33] *Invidia* [34] *infelix* [35] *Furias, amnemque* [36] *ſeverum*

1 Umbraculum ad ludos ſcenicos exhibendos extructum. 2 Quo pacto. 3 Nempe versatilis ſcena hinc inde diſcedens. 4 A loco proprio. 5 In aulæis. 6 Sic acu picti, & aulæis intexti videantur ferre velamenta parietum aularum ex purpureo filio contexta. 7 Sc. *templi*, id eſt, in veſtibulis. 8 Ebore. 9 Ex ſpe & voto Poëta hoc potiùs, quam ex victoria parta, aut pugnâ commiſsâ cum Gangaridis pop. Indiæ ultra Gangem. 10 Auguſti: ex hiſtoria: tractatum in Senatu, an *Auguſtus*, condito Imperio, *Romulus* vocaretur. Florus & Sueton. Auguſt. 7. cap. 11 Ex Ægypto cum claſſe & exercitû minantes Imperio ruinam Antonium & Cleopatram ab Auguſto devictos. 12 Rebus bellicis, ut armis & navibus: Antonius enim & Cleopatra duxêre armatas naves quingentas in Auguſtum. 13 Valdè, habet enim ſeptem oſtia. 14 Ægypti fluvium. 15 Columnas ex ære, roſtris victarum navium detracto, conflatas & erectas. 16 Editiores. 17 In ſculpturâ. 18 Ab Auguſto. 19 Armeniæ fluvii accolas domitos. 20 Fuga ſimulata *mittentem poſt terga ſagittas*. De quibus lege Juſt. l. 41. 21 Cæſaris victoris. 22 Tam orientali, quam occidentali. 23 Spolia. *Tropæum* autem propriè eſt *converſio*: qui enim dux hoſtem in fugam converterat, Tropæum merebatur: qui autem plena victoria conſequeretur triumphum: ſæpè arbor, cui hoſtium ſpolia affigebantur, Tropæum dicebatur. Vide Æn. 11. 24 Bis in triumphum actas, & de quibus bis triumphatum eſt, ſub Cæſare, & ſub Auguſto. 25 Dalmatas & Cantabros. Sueton. Florus. Meſſala Corv. 26 Stabunt & ad ornatum templi in foribus ex marmore candido, quod in Paro inſula plurimum naſcitur, ad vivum expreſſæ effigies Jovis, Dardani, Erichthonii Trois, Aſſaraci, Capys, Anchiſæ, Æneæ, Iûli, unde gens Julia. 27 Quaſi ſpiritum habeant, ſpirare viſa. 28 Principis Trojani, unde Julius & Auguſtus originem traxerunt. 29 Deductæ. 30 Per Dardanum & Electram. 31 Aſſaraci. 32 Apollo, qui cum Neptuno condidit Trojam, *vel* cujus oraculo monitus Ilus condidit Ilium. 33 Infra hæc ſtabit Invidia non auſa hiſcere, utpote metuens ultrices Furias, pœnas Cocyti, rotæ Ixionis, ſaxi Siſyphi. 34 Quia ſeſe plus, quàm inviſum cruciat: unde Horat. *Invidus alterius macreſcit rebus opimis.* Vide Ovid. Met. 2. 35 Megæram, Tiſiphonem & Alecto. 36 Implacabilem.

[1] *Cocyti metuet*, [2] *tortoſque Ixionis angues*,
*Immanemque rotam*, *&* [3] *non exſuperabile* [4] *ſaxum.*
[5] *Intereà* [6] *Dryadum ſylvas, ſaltuſque ſequamur*
[7] *Intactos, tua, Mæcenas,* [8] *haud mollia juſſa.*
*Te ſine nil altum mens inchoat :* [9] *en age* [10] *ſegnes*
*Rumpe moras :* [11] *vocat ingenti clamore* [12] *Cithæron,*
*Taygetique* [13] *canes, domitrixque* [14] *Epidaurus equorum,*
*Et vox* [15] *aſſenſu nemorum* [16] *ingeminata remugit.*
[17] *Mox tamen* [18] *ardentes* [19] *accingar dicere pugnas*
[20] *Cæſaris, & nomen famâ tot* [21] *ferre per annos,*
[22] *Tithoni primâ quot abeſt ab origine Cæſar.*
[23] *Seu quis Olympiacæ* [24] *miratus præmia palmæ*
[25] *Paſcit equos ; ſeu quis fortes ad aratra juvencos ;*
*Corpora præcipuè matrum legat :* [26] *optima torvæ*
*Forma bovis, cui* [27] *turpe caput, cui* [28] *plurima cervix,*
*Et crurum tenùs à mento* [29] *palearia pendent.*
*Tùm longo nullus lateri* [30] *modus : omnia magna :*

1 Fluvii infernalis à perpetuo luctu denominati. 2 Quibus Ixion eſt religatus ad rotam, poſtquam illicitos Junonis petivit amplexus. De hoc ſupplicio refert Tibullus quoque l. 2. *Illic Junonem tentare Ixionis auſi Verſantur celeri noxia membra* rotâ. 3 Quod exſuperare non valet ſummum montis cacumen : de quo vide Ovid. Met. 10. & Æn. 6. Q. d. Quiſque huic operi inviderit ob has Cæſaris laudes, æterna ſibi ſupplicia timere debet. 4 Siſyphi ſc. 5 Dum Auguſto templum de marmore ponam. Redit ad inſtitutum ſuum, quod eſt Georgica deſcribere. 6 Nymphæ hæ quercuum, arborum, ut ſupra, id eſt, rem agreſtem. 7 Argumentum à Poëtâ nemine hactenùs tractatum. 8 Non parvi pendenda ſed ardua. 9 Adhortatio ſui. 10 Quæ ſegnes efficiunt, inutiles. 11 Nos ad ſe deſcribendum. 12 Mons Beotiæ paſcuis nobilis & Bacchantium clamore. 13 Montis Laconiæ, quæ canibus ſtrenuis clara. 14 Illirii civitas equis clara. 15 Quia nemora reſonando videntur idem velle. 16 Duplicata reſonat. 17 Paulò poſt, facto hoc opere. 18 Ardore factas. 19 Diſponar carminibus meis laudare : quod revera fecit nam Æn. 8. deſcripſit in clypeo Æneæ pugnam & Actiacum bellum, quod geſſit Auguſtus cum Antonio. 20 Auguſti. 21 Extollere. 22 Filii Laomedontis & fratris Priami, cujus prima origo fuit à Dardano & Electrâ, id eſt, quot anni ſunt à te uſque ad mundi principium. Tithoni longævitas nota eſt ex Auroræ voto, & fabulis. 23 *Secunda libri pars.* Si quem juvet equos alere alipedes ad curſum & certamina in Olympicis aliiſve ludis, ſive ſtrenuos ad laborem & arandum matres in utroque genere, equas ſc. & vaccas accuratè eligat ad generationem. Horat. Od. 1. l. 1. *Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegiſſe juvat, metaque fervidis Evitata rotis, palmaque nobilis Terrarum dominos evehit ad Deos.* 24 Cum admiratione affectans. 25 Alit. 26 *Vacca optima ſpecie.* 27 Magnum & deforme. 28 Craſſa & longa. 29 Pelles dependentes ſub collo. 30 Menſura proportionabilis cæteris membris.

*Pes etiam, & 1 camuris 2 hirta ſub cornibus aures.*
*Nec mihi diſpliceat maculis 3 inſignis, & 4 albo;*
*Aut 5 juga detrectans: interdumque 6 aſpera cornu,*
*Et 7 faciem tauro propior, quaque 8 ardua tota,*
*Et gradiens 9 imâ 10 verrit veſtigia caudâ.*
*Ætas 11 Lucinam, juſtoſque pati 12 Hymenaeos*
*Deſinit ante decem, poſt quatuor incipit annos:*
*13 Cætera nec 14 fœturæ habilis, nec fortis aratris.*
*Intereà, 15 ſuperat gregibus dùm læta juventus,*
*Solve mares, mitte in Venerem 16 pecuaria 17 primus;*
*Atque aliam ex aliâ generando 18 ſuffice prolem.*
19 Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi
20 Prima fugit: 21 ſubeunt morbi, 22 triſtiſque ſenectus,
Et labor, & duræ 23 rapit inclementia mortis.
*Semper 24 erunt, quarum 25 mutari corpora malis,*
*Semper 26 enim 27 refice: ac ne poſt 28 amiſſa requiras,*
*29 Anteveni, & ſobolem 30 armento 31 ſortire quotannis.*
*32 Nec non & pecori eſt idem delectus equino.*
*Tu modò, 33 quos in ſpem ſtatuis ſubmittere 34 gentis,*

1 Curvis. 2 Hirſutæ, piloſæ. 3 Notata. 4 Albo colore immixtis. 5 Nolens præ torvitate ſubire aratrum. 6 Petens & minitans. 7 Facie, aut ſecundum faciem, id eſt, habens faciem ſimiliorem tauro, quàm vaccæ, id eſt, maſculo quam fœmellæ. 8 Alta, procera. 9 Uſque ad terram demiſſâ. 10 Purgat, delet, ſicut ſcopis verritur atrium, id eſt, cauda ſit longa. 11 Partum. Dea partus pro partu ponitur. 12 Admiſſiones, coïtus. *Catachreſticè*: à Deo nuptiarum Hymenæo: ὑμὴν membranula virginitatis clauſtrum. 13 Reliqua ætas, id eſt, antè quartum annum & poſt decimum. 14 Geniture, propagationi. 15 Dùm ſuperſtat ætas fœturæ habilis, admiſſuræ vacent, quò perpetuetur ſoboles, & conſervetur ſpecies. 16 Pecora. 17 Cùm primùm congruerit. 18 Submiſtra, ſubſtitue. 19 Et quia in fluxu omnia ſunt, avolatque ætas vegeta, ſubitque ætatis lex in fundo: mutandi ſubinde & mares & fœminæ effœtæ vegetioribus, ne intereat aut degeneret ſoboles. 20 Undè Ovid. de Arte: *Cito pede labitur ætas, Nec bona tam ſequitur, quàm bona prima fuit.* Et Juv. Sat. 9. *feſtinat enim decurrere velox Floſculus anguſtæ, miſeræque breviſſima vitæ Portio; dùm bibimus, dùm ſerta, unguenta, puellas Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.* 21 Subſequuntur. 22 Ter. Phor. *Ipſa ſenectus morbus eſt*, Horat. *Multa ſenem circumveniunt incommoda.* 23 Delet & extinguit. 24 Mares, & præcipuè vaccæ. 25 In melius. 26 Itaque. 27 Suffice, ut ſuccedatur à novis. Metaph. à foro & judiciis: aut reforma in melius. 28 Genus bonorum armentorum degenerando ad interitum intendiſſe. 29 Præveni. 30 Reficiendo. 31 Elige. 32 Eadem quoque diligentia adhibenda eſt circa equos, ut *corpora præcipuè matrum legas*; item, ut quotannis ſoboles armento eligatur. 33 Admiſſarium & equam, id eſt, qui admittuntur ad generationem. 34 Generis & gregis equini.

*Præcipuum* [1] *jam indè à teneris impende* [2] *laborem.*
[3] *Continuo pecoris generoſi pullus in arvis*
*Altius ingreditur,* & [4] *mollia crura* [5] *reponit*
*Primus & ire* [6] *viam, & fluvios tentare* [7] *minaces*
*Audet,* & [8] *ignoto ſeſe committere ponti:*
*Nec vanos horret* [9] *ſtrepitus: illi* [10] *ardua cervix,*
[11] *Argutumque caput,* [12] *brevis alvus, obeſaq; terga,*
[13] *Luxuriatque toris animoſum pectus:* [14] *honeſti*
*Spadices, glaucique: color deterrimus albis,*
[15] *Et gilvo: tùm ſi qua ſonum procul arma dedêre,*
*Stare* [16] *loco neſcit,* [17] *micat auribus, & tremit artus,*
[18] *Collectumque* [19] *premens* [20] *volvit ſub naribus* [21] *ignem.*
*Denſa* [22] *juba, & dextro jactata* [23] *recumbit in armo.*
*At duplex* [24] *agitur per lumbos ſpina,* [25] *cavatque*
*Tellurem, &* [26] *ſolido graviter ſonat ungula* [26] *cornu.*
*Talis* [27] *Amyclæi domitus* [28] *Pollucis habenis*
*Cyllarus; & quorum Graji* [29] *meminêre Poëtæ,*
*Martis* [30] *equi* [31] *bijuges, & magni* [32] *currus Achillis.*
[33] *Talis & ipſe jubam cervice effudit equinâ*
*Conjugis adventu* [34] *pernix* [35] *Saturnus, & altum*
*Pelion hinnitu* [36] *fugiens implevit* [37] *acuto.*

1 Jam indè à pullo: ut à generoſis parentibus deſcendat.
2 Diligentiam & curam illis equis.
3 Mox ut natus eſt. Tradit jam equi nobilis generoſique ſigna.
4 Facili motu, & agili.
5 Iterum ponit, reducit alterno crurum explicatu.
6 Inſolitam & periculoſam.
7 Turbidos & tumidos.

8 Per quem priùs iter non fecerat. 9 Ut arborum vento concuſſarum, & ſimilium. 10 Excelſa, ſublata, erecta. 11 Exiguum, breve. 12 Subſtricta. 13 Abundat pulpis. 14 Pulchri, & qui merentur honorem ſunt pulli aut equi rubricum ſplendore, & cærulei, ſubvirides cum nigro commixto. 15 Et qui in alvo gilvas, id eſt, ſubcroceas habent maculas. 16 Uno eodemque. 17 Arrigit & rursùm deprimit aures, & habet membra trementia ex animorum vehementiâ. 18 Inſpirando. 19 Al. *fremens.* 20 Elatis naribus proflabit animoſos ſpiritus. 21 Callidum flatum atque anhelitum. 22 Juba colli eſt illi. 23 Quieſcit, reponitur. 24 Deducitur. 25 Ingrediens ejicit. 26 Habens cornu ſolidum & integrum, non fiſſum. 27 Apud Amyclas, Laconiæ urbem, orti. 28 Æquè domitoris equorum ac Caſtoris, quorum utrique alternis inſerviit Cyllarus: non ſecus ac Caſtor & Pollux Caſtores dicti ſunt. 29 Mentionem fecerunt. 30 Dimos & Phobos. 31 Bini jugum trahentes in curru Martis. 32 Equi trahentes currum ſtrenui Achillis, Xanthus, Balius, Pedaſus. 33 Effectus equus. 34 Celeriter currens, quia equus. 35 Saturnus Phyliram compreſſit, interventu uxoris Opis, ſe in equum convertit, fugitque in Pelion Theſſaliæ montem. 36 A facie conjugis. 37 In ſignum ferocis animi prolato.



Digitized by Google

1 Bellatorem equum & admiſſarium, licet optimum.
2 Deficitur à viribus.
3 Coërce domi, & ſegrega ab equabus, ne coëat.
4 Eſt ſegnis ad coitum.
5 Martis; non Veneris, de quâ jam ante.
6 Inutilem & minùs gratum.
7 Concertamina equorum.
8 Quandoque, aliquando.
9 Sc. crepat: quia

*1 Hunc quoque, ubi aut morbo gravis, aut jam ſegnior annis*
*2 Deficit, 3 abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ.*
*4 Frigidus in Venerem ſenior, fruſtraque 5 laborem*
*6 Ingratum trahit: & , ſi quando ad 7 prælia ventum eſt,*
*Ut 8 quondam in ſtipulis magnus ſine viribus 9 ignis,*
*10 Incaſſum furit. Ergo 11 animos, ævumq; notabis*
*Præcipuè: 12 hinc alias 13 artes, 14 prolemq; parentum:*
*15 Et quis cuique dolor victo; quæ gloria 16 palmæ.*
*17 Non ne vides, cùm 18 præcipiti certamine campum*
*19 Corripuêre, 20 ruuntque effuſi 21 carcere currus:*
*Cùm ſpes 22 arrecta 23 juvenum, 24 exultantiaq; 25 haurit*
*Corda pavor 26 pulſans: 27 illi inſtant 28 verbere torto,*
*Et 29 proni dant lora; 30 volat vi 31 fervidus axis?*
*Jamque humiles, jamque elati 32 ſublime 33 videntur*
*Aëra per 33 vacuum ferri, atque aſſurgere in auras.*
*34 Nec mora, nec 35 requies: at fulva 36 nimbus arenæ*
*Tollitur: 37 humeſcunt ſpumis, 38 flatuque ſequentum.*
*39 Tantus 40 amor laudum, tantæ 41 eſt victoria curæ?*

cùm ipſum combuſtibile non ſit capax vehementis caloris, nec habeat vim reſiſtendi, citò extinguitur & languet ignis. 10 Excandeſcit in vanum, quia non poteſt rebellare. 11 Animoſitatem equi admiſſarii. 12 Deinde notabis. 13 Ad quas eas deſtines. 14 Qualem prolem parentes ejus progenuerint olim. 15 Quæ gloriæ cupido eos incenderit, an victores exſultaverint, victi doluerint. 16 Victoriæ. 17 Exſpatiatur in deſcriptionem curulis certaminis. 18 Certamine curuli, in quo præcipites currunt. 19 Equi ſimul rapuêre. 20 Et cùm quadrigæ protrahuntur, quaſi ruant, fuſim emiſſi carceribus, id eſt, repagulis ſeu locis, ubi priùs arcebantur. 21 Carceribus. 22 Attentæ ſunt ad victoriam. 23 Aurigarum aut ſpectantium. 24 Salientia de ſpe victoriæ. 25 Sollicitans invadit, ferit. 26 Juvenes aurigæ. 27 Scuticâ, flagello ex chordis intortis. 28 Inclinato capite, quaſi protrahant equos, habenas laxant. 29 Præceps fertur, ut volare videatur, vehementi tractu equorum. 30 Ex ſubito motu. 31 Sublimiter. 32 Capacem, ac ſi vacuus ſit. 33 *Nec mora, nec requies inter datur ulla.* Lucret. 4. l. 34 Eſt, aurigis & equis. 35 Nubes ſeu globus in morem nubis ex arena flava collectus erigitur, à pedibus animoſorum equorum excitatus. 36 Ipſi equi humeſiunt. 37 Proprii ſudoris. 38 Et anhelitu ſequentium equorum. 39 Epiphonema. 40 Cupiditas. 41 Equis.



Digitized by Google

*[1] Primus [2] Erichtonius currus, & quatuor auſus*
*Jungere equos, [3] rapidiſque rotis inſiſtere victor.*
*Fræna [4] Pelethronii Lapithæ, [5] gyroſque [6] dedêre*
*Impoſiti [7] dorſo: atque [8] equitem docuêre ſub armis*
*Inſultare ſolo, & greſſus glomerare [9] ſuperbos.*
*[10] Æquus [11] uterque labor: [12] æque juvenemque magiſtri*
*Exquirunt, calidumque animis & [13] curſibus acrem;*
*Quamvis ſæpè [14] fugâ verſos [15] ille [14] egerit hoſtes,*
*Et patriam [16] Epirum referat, forteſque [17] Mycenas,*
*[18] Neptunique ipſâ deducat origine gentem.*
*[19] His animadverſis, [20] inſtant ſub [21] tempus, & omnes*
*Impendunt curas [22] denſo [23] diſtendere pingui,*
*Quem legêre ducem, & pecore dixêre maritum:*
*[24] Florenteſq; [25] ſecant herbas, [26] fluvioſque miniſtrant,*
*[27] Farraque; ne blando nequeant ſupereſſe labori,*
*Invalidique patrum [28] referant jejunia nati.*
*[29] Ipſâ autem macie tenuant armenta [30] volentes:*
*Atque ubi concubitus primos jam nota voluptas*
*[31] Sollicitat, frondeſque negant, & fontibus arcent.*
*Sæpè etiam [32] curſu quatiunt, & Sole fatigant,*
*[33] Cùm graviter [34] tonſis [35] gemit area frugibus, & cùm*

1 Docet, qui primi fuerint equorum domitores. 2 Vulcani & Telluris filius: qui primus dicitur quadrigis uſus, ut decentiùs celaret pedes ſuos anguineos Plin. l. 7. Ovid. 2. Met. Alii aliis hoc inventum deferunt. 3 Raptim procurrentibus. 4 Centauri Pelethronium montem Theſſaliæ incolentes. 5 Modum ducendi equos in gyros. 6 Equis. 7 Equino. 8 Equum, inquit Agell. l. 10. cap. 5. & alii. Sic vector, qui vehitur: poteſt tamen ipſe eques intelligi. Lapithæ docuêre equitem in armis inſultare, ſolo, & fingere equi gyrantis glomeratos greſſus. 9 Superbi animi indices. 10 Utilis eſt. 11 Docendi equum inſultus & ingreſſus. 12 Equiſones & magiſtri equum quærunt annis, animis & curſu acrem; quibus muniis niſi claret, fruſtra erit in bello victor, fruſtra patriam præ ſe feret aut parentes. 13 Ut ſciat greſſus glomerare ſuperbos. 14 Fugaverit. 15 Nobilis equus. 16 Suprà Georg. 1. *Eliadum palmas Epirus equarum.* 17 *Aptum dicet equis Argos, diteſque Mycænas.* Horat. 18 Deſcendatque ab ipſo equo, quem Neptuni percuſſa tridente tellus edidit. 19 His annis & animis in equo annotatis. 20 Magiſtri armentorum diligenter curant. 21 Admiſſuræ. 22 Taurus ille, quem patrem maritumque gregis deſignavêre, elegêre, ſaginent probè, ut Veneri ſufficiat prolemque ſimilem gignat. 23 Implere. 24 Al. *Pubentes.* 25 Abſcindunt ei. 26 Aquam fluvialem quâ pingues fiant. 27 Frumenta pinguia. 28 Pulli repræſentent macilentiam. 29 Equas aut vaccas jejunio macerant magiſtri armentorum, curſu, ſole, labore areæ laſſandæ, quò melius concipiant. 30 De induſtriâ. 31 Quærit. 32 Ad curſum impellunt. 33 Die medio. 34 Interciſis. 35 More gementium premitur.

1 Sur-

1 Molliùs flantem.
2 Ad purgationem frugum.
3 Sine tritico.
4 Magiſtri extenuant ſic armenta.
5 Obeſitate & pinguedine.
6 Utero, naturalibus. Honeſta Metaphora.
7 Receptacula ſeminum hebetata claudat & quaſi limo repleat.
8 Matrix.
9 Equarum ſemen.
10 Claudat meatus.
11 Deficere.
12 Equarum.

*[1] Surgentem ad Zephyrum palea [2] jactantur [3] inanes,*
*[4] Hoc faciunt, nimio ne [5] luxu obtuſior uſus*
*Sit genitali [6] arvo, & [7] ſulcos oblimet inertes;*
*Sed [8] rapiat ſitiens [9] Venerem, interiuſque [10] recondat.*
*Rursùs cura patrum [11] cadere, & ſuccedere [12] matrum*
*Incipit, [13] exactis gravidæ cùm [13] menſibus [14] errant.*
*[15] Non illas gravibus quiſquam juga ducere plauſtris,*
*Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus, [16] & acri*
*Carpere prata fuga, fluvioſque innare [17] rapaces.*
*Saltibus in [18] vacuis paſcant, & plena [19] ſecundùm*
*Flumina: [20] muſcus ubi, & viridiſſima gramine ripa,*
*Speluncæque [21] tegant, & [22] ſaxea procubet umbra.*
*[23] Eſt lucos Silari [24] circa, ilicibuſque virentem*
*Plurimus Alburnum [25] volitans: cui nomen [26] Aſilo*
*Romanum eſt; [27] œſtron Graji vertêre vocantes:*
*[28] Aſper, [29] acerba [30] ſonans, quo tota exterrita [31] ſylvis*
*Diffugiunt armenta: [32] furit mugitibus æther*
*Concuſſus, ſylvæque, & [33] ſicci ripa [34] Tanagri.*
*[35] Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras*
*Inachiæ Juno [36] peſtem meditata juvencæ.*
*[37] Hunc quoq; (nam [38] mediis fervoribus acrior [39] inſtat)*
*Arcebis gravido pecori, armentaque paſces*
*[40] Sole [41] recens orto, aut [40] noctem ducentibus aſtris.*
*Poſt partum, cura in vitulos traducitur omnis:*

13 Menſibus aliquot à conceptu, ubi jam prægnantes vicinæ ſunt partui. 14 Paſcuntur. 15 Laborum immunes, ne abortiant, liberè vagentur per nemora. 16 Et curſu veloci, fugienti ſimili, carptim tranſire prata. 17 Omnia immiſſa ſecum rapientes. 18 Apertis. 19 Propè. 20 Lanugo viridior. 21 Protegant equas à ſole. 22 Umbra à ſaxis derivata longè extendatur, ut in eâ gravidæ recubent. 23 In Lucaniâ, ubi Silarus flumen & Alburnus mons, eſt inſectum quoddam, Latinè Aſilus, Græcè οἶςρ@ dictus, qui miſeris modis vexat armenta. 24 Propè. 25 Volitans vermis. 26 Helleniſmus. 27 Quia furorem, quem œſtron vocant animalibus, quæ perſequitur, inducit. 28 A oleo aut morſu. 29 Acerbè: Nomen pro Adverbio. Helleniſmus. 30 Volatu. 31 Per ſylvas. 32 Furorem taurorum & boum reſonat. 33 In æſtate. 34 Fl. Lucaniæ. 35 Huiuſmodi œſtro ulta eſt Juno pellicem Io, Inachi filiam, à Jove in vaccam mutatam, ut lateret uxorem: quo œſtro agitata ſe in mare præcipitavit. Ovid. Met. 1. 35 Furorem exercens & inferens. 37 Volitantem, id eſt, œſtrum aut aſilum. 38 Sub medio æſtu ſolis, qui ferè eſt paulò poſt meridiem. 39 Volitans. 40 Mane aut veſperi. 41 Recenter.

*[1] Continuòque notas & nomina genti inurunt:*
*Et quos aut pecori malint [2] ſubmittere habendo,*
*Aut aris ſervare ſacris, aut ſcindere terram,*
*Et campum [3] horrentem fractis invertere glebis;*
*Cætera paſcuntur virides [4] armenta per herbas.*
*[5] Tu, quos ad [6] ſtudium, atque uſum formabis [7] agreſtem,*
*Jam vitulos hortare; [8] viamque inſiſte domandi,*
*Dum [9] faciles animi [10] juvenum, dum [11] mobilis ætas.*
*Ac primùm [12] laxos [13] tenui de vimine circlos*
*Cervici ſubnecte: dehinc, ubi [14] libera colla*
*Servitio aſſuêrint, ipſis [15] è torquibus aptos*
*Junge [16] pares, & coge [17] gradum conferre juvencos:*
*Atque illis jam ſæpè rotæ ducantur [18] inanes*
*Per terram, & [19] ſummo veſtigia pulvere ſignent.*
*Poſt valido [20] nitens ſub pondere [21] faginus axis*
*[22] Inſtrepat, & [23] junctos temo trahat [24] æreus [23] orbes.*
*Intereà [25] pubi indomitæ non gramina tantùm,*
*Nec [26] veſcas ſalicum frondes, ulvamque [27] paluſtrem;*
*Sed frumenta manu carpes ſata: nec tibi [28] fœtæ*
*[29] More patrum [30] niveâ implebunt [31] mulctralia vaccæ:*
*Sed [32] tota in dulces conſument ubera natos.*
*[33] Sin ad bella magis [34] ſtudium, [35] turmaſq; feroces.*

1 Signum notis domini, generis, patriæ, & cui deſtinentur muneri, ſoboli propagandæ, ſacrificiis, aut agriculturæ. 2 Supermittere. 3 Aſperum & herboſum. 4 Vaccæ juniores, ut ſuprà; *Ipſa autem macie tenuant armenta*, id eſt, vaccas, diſcretas à maribus. 5 Ratio domandi juvencorum à teneris, & gradatim. 6 Exercitium. 7 Agrorum colendorum. 8 Et rationem inſtitue. 9 Flexibiles & dociles ſunt ad faciendum, quod volumus. 10 Juvencorum. 11 Apta gubernari, mollis & non dura. 12 Solutos, non prementes. 13 Circulos ſeu torques vimineos. 14 Domita & ultrò ſe ſubmittentia. 15 Aptatos ex ipſis circulis, id eſt, ex eo, quòd pares circulos perpeſſi ſunt. 16 Juvencos conſentientes ac pariter trahentes, æqualium virium. 17 Simul & conjunctim incedere. 18 Non onuſtæ. 19 Diſcant celeriùs incedere. 20 Laborans. 21 E fago factus. 22 Strepitum validum faciat. 23 Rotas ſibi annexas. 24 Ære munitus ac fortis. 25 Juvencis vitulis adhùc domandis. 26 Edules ſeu minutas: ſunt enim eſca juvencorum. Sic infrà 4. Georg. *veſcumque papaver*. 27 Quæ in paludibus naſcitur. 28 Quæ jam pepererunt. 29 Sicut patribus, id eſt, majoribus noſtris ſolebant, qui lactis ſtudioſi erant. 30 A candore lactis. 31 Vaſa, in quæ mulgetur, id eſt, non mulgebis matres. 32 Totum lac uberum ſuorum expendent in dulces vitulos ad aratra deſtinatos. 33 Docuit, quæ cura ſit circa boves generandos, educandos, domandos habenda, jam ad equos tranſit. 34 Cura. 35 Equeſtres ad bellum.

[1] *Aut Alphea rotis prælabi flumina Piſæ,*
*Et Jovis in luco currus agitare* [2] *volantes:*
*Primus equi labor eſt,* [3] *animos atque arma videre*
[4] *Bellantum,* [5] *lituoſque pati, tractuque gementem*
*Ferre rotam, &* [6] *ſtabulo frenos audire ſonantes.*
*Tùm magis atque magis* [7] *blandis gaudere magiſtri*
*Laudibus, &* [8] *plauſæ ſonitum cervicis amare.*
*Atque hæc jam primo depulſus ab ubere matris,*
[9] *Audiat: inque vicem det mollibus ora capiſtris*
*Invalidus,* [10] *etiamque tremens, etiam inſcius ævi.*
*At, tribus exactis, ubi quarta acceſſerit* [11] *æſtas,*
[12] *Carpere mox gyrum incipiat, gradibuſque ſonare*
[13] *Compoſitis,* [14] *ſinuetque alterna volumina crurum,*
*Sitque laboranti ſimilis: tùm curſibus auras*
*Provocet; ac per* [15] *aperta volans, ceu liber habenis,*
[15] *Æquora* [16] *vix ſummâ veſtigia ponat arenâ.*
*Qualis* [17] *Hyperboreis Aquilo cùm* [18] *denſus* [17] *ab oris*
[19] *Incubuit, Scythiæque* [20] *hyemes, atque* [21] *arida* [22] *differt*
*Nubila: tùm ſegetes altæ, campique* [23] *natantes*
*Lenibus* [24] *horreſcunt flabris,* [25] *ſummæque ſonorem*
*Dant* [25] *ſylvæ, longiq;* [26] *urgent ad littora fluctus:*
[27] *Ille volat, ſimul arva fugâ, ſimul æquora* [28] *verrens,*
[29] *Hic vel ad* [30] *Elei metas, & maxima* [30] *campi*
*Sudabit ſpatia, & ſpumas* [31] *aget ore cruentas,*
*Belgica vel* [32] *molli meliùs* [33] *feret* [34] *eſſeda collo.*

1 Aut in certamine Olympico currus commode, quà Alpheus alluit Piſam, oppidum Elidos regionis, ubi ſacer eſt Jovi lucus. 2 Celerrime decurrentes. 3 Geſtus, qui animos bellantium indicant. 4 Virorum animoſe bellantium. 5 Pati cornuum & lituorum ſtridorem, quibus equites accendi ſolent, nec non ſtrepitum gementium rotarum. 6 In ſtabulo. 7 Sentire blandimenta & popyſmata à manu magiſtri equorum. 8 Molliter palpatæ. 9 Pullus. 10 Dum annis tener & operum rudis vinci laborat. 11 Annus. Al. *ætas*. 12 Carptim, ſtatim efficere greſſum in morem gyri. 13 Arte factis & decentibus. 14 Alterna glomeret volvatque crura. 15 Campos amplos & patentes. 16 Diſcat eſſe velox. 17 A regionibus Scythicis, ſuper quas flat Boreas. 18 Nubiloſus & pluvioſus. 19 Cœpit flare. 20 Tempeſtates. 21 Sine pluviis. 22 Diſpergit, diſſipat, & in diverſas regiones fert. Lucret. 1. lib. *Et nubila differt.* 23 Undantes, fluctuantes, criſpantes ſegetes. 24 Contremiſcunt. 25 Summitates arborum. 26 Impellunt ſe. 27 Ventus Aquilo. 28 Æquans & quaſi ſcopis purgans. 29 Equus ſc. qui ſicut Aquilo ſupervolat. 30 Currendi termini; id eſt, curuli certamine, quod in Elide, Peloponneſi urbe, fit: & eſt ſpecies pro genere. 31 Excutiet. 32 Domito, non rebelli. 33 Trahet, id eſt, vel erit equus curſor, vel vectarius. 34 Vehicula & currus Belgis in uſu ad viam, & olim ad prælia. *Eſſedum* propriè eſt genus currus Gallici.

Tùm

Digitized by Google

*Tùm demùm craſſa magnum* [1] *farragine corpus*
*Creſcere jam domitis ſinito : namque* [2] *ante domandum*
*Ingentes tollent animos :* [3] *prenſique* [4] *negabunt*
[5] *Verbera lenta pati, & duris parêre* [6] *lupatis.*
[7] *Sed non ulla magis vires induſtria firmat,*
*Quàm Venerem, &* [8] *cæci ſtimulos avertere amoris,*
*Sive boum, ſive eſt cui gratior uſus equorum.*
*Atque ideò tauros* [9] *procul, atque in* [10] *ſola* [11] *relegant*
*Paſcua, poſt montem* [12] *oppoſitum, & trans flumina* [13] *lata :*
*Aut* [14] *intus clauſos* [15] *ſatura ad præſepia ſervant.*
Carpit enim [16] vires paulatim, [17] uritque videndo
[18] Fœmina : *nec nemorum patitur* [19] *meminiſſe, nec herba.*
*Dulcibus* [20] *illa quidem illecebris, & ſæpè ſuperbos*
*Cornibus inter ſe* [21] *ſubigit decernere* [22] *amantes.*
[23] *Paſcitur in magna ſylva formoſa juvenca :*
[24] *Illi* [25] *alternantes multâ vi prælia miſcent*
[26] *Vulneribus crebris ;* [27] *lavit ater corpora ſanguis :*
[28] *Verſaque in* [29] *obnixos urgentur cornua vaſto*
*Cum gemitu :* [30] *reboant ſylvæq; & magnus* [31] *Olympus.*
*Nec mos bellantes unà ſtabulare : ſed* [32] *alter*
[33] *Victus abit, longeque ignotis* [34] *exulat oris,*

1 Nutrimento et farre facto. 2 Priuſquam domiti fuerint. 3 Quando capiuntur ad domandum. 4 Nolent. 5 Flagella mollia. 6 Frænis aſperrimis, inſtar lupinorum dentium ferratis. Ovid. *Et placido duros accipit ore lupos.* 7 Neque tamen ſagina farrea tantùm valet ad incrementa boum & equorum, firmandaſque ipſorum vires; quantùm continere à Venere, in longinqua paſcua mares ablegatos. 8 Latentis aut excæcantis homines. 9 A vaccis. 10 A vaccis vacua. 11 Ablegant, removent magiſtri pecorum. 12 Non tam tranſitus prohibendi gratia, quàm ut amatarum fœminarum deſiderium æquius ferant, habeantque ardoris refrigerium ab interfluentibus aquis. 13 Ne poſſint tranare. 14 In ſtabulis. 15 Plena, & ipſos ſaturantia. 16 Maſculorum. 17 Incendit marium animos dùm videtur. Gerundium paſſivæ ſignificationis: ſicut in Bucol. *Cantando rumpitur anguis.* 18 Vacca & quævis alia. 19 Maſculum ſc. 20 Fœmella, ut vacca. 21 Cogit decertare, pugnare. 22 Tauros: quorum pugnam deſcripturus eſt. 23 Secura ſc. amorum. 24 Tauri amantes, *Illi inter ſeſe multa vi vulnera miſcent, Cornuaque obnixi,* &c. 12. Æn. 25 Alternatim vim inferentes. 26 Se crebrò vulnerando. 27 Lavat, inficit corpora taurorum. 28 Obſerva in alterutrum. 29 In obnitentes & obluctantes tauros imprimuntur. 30 Boatum referunt & mugitum per ſonum Echo. 31 Cœlum. 32 Taurorum. 33 Lucanus hac comparatione utitur lib. 2. Statius 2. Thebaid. & Silius 16. 34 Extra ſolum ſuum vitam agit.

1 Mul-

Digitized by Google

*[1] Multa gemens ignominiam, [2] plagaſque [3] ſuperbi*
*Victoris, tùm quos amiſit inultus [4] amores,*
*[5] Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit [6] avitis,*
*Ergo omni curâ vires exercet, & inter*
*Dura jacet [7] pernox [8] inſtrato ſaxa cubili,*
*Frondibus [9] hirſutis, & carice paſtus acutâ:*
*Et [10] tentat ſeſe, atque [11] iraſci in cornua diſcit*
*Arboris obnixus trunco, ventoſque laceſſit*
*Ictibus, & [12] ſparſâ ad pugnam [13] proludit arenâ.*
*Poſt, ubi collectum robur, vireſque receptæ,*
*[14] Signa movet, [15] præcepſq; [16] oblitum fertur in hoſtem:*
*[17] Fluctus ut in medio cœpit cùm albeſcere Ponto,*
*Longiùs ex altoque [18] ſinum trahit: [19] utque volutus*
*Ad [20] terras, [21] immane ſonat per ſaxa, [22] nec ipſo*
*Monte minor procumbit: at [23] ima [24] exæſtuat unda*
*[25] Verticibus, [26] nigramq; altè [27] ſubjectat arenam.*
*[28] Omne [29] adeò genus in terris hominumque ferarumque,*
*Et [30] genus æquoreum, pecudes, [31] pictæque volucres*
*[32] In furias, ignemq; [33] ruunt: [34] amor omnibus idem.*
*Tempore [35] non alio catulorum oblita leæna*
*Sævior erravit [36] campis: nec funera [37] vulgò*
*Tam multa [38] informes urſi, [39] ſtragemque dedêre*

1 Multùm, valdè. Cic. Ep. fam. l. 6. Multa *Deos veneratus.* Idem: Non multa peccas. Et hic l. 4. Multa *reluctanti.* 2 Vulnera. 3 Elati propter victoriam: quia geminat *victoria vires.* 4 Amicam juvencam. 5 Et reſpiciens paſcua, in quibus dudùm imperaverat vaccis. 6 In quibus majores ſui dominati ſunt. 7 Obſtinatus, ut ſe auſteritate reficiat, & pernoctans. 8 Non ſtrato, nudo & aſpero. 9 Spinoſis. 10 Experitur, 11 Iratus experitur cornuum vires in arboris trunco, tanquam ad palum exerceat ſe. 12 Pedibus. Unde in Bucol. ait: *Jam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.* 13 Facit præludium & exordium ad pugnam. 14 Redit ad hoſtem nuper victorem, renovat prælium, debellat. profligat. Tractum à re militari, ubi ſunt vexilla. 15 Impetuoſus. 16 Negligenter propter partam victoriam agentem. 17 Æn. 11. *Qualis ubi alterno procurrens*, &c. 18 Curvaturam, volubilitatem aquæ, id eſt, ut fluctus excitatur in medio mari, leniter paulatimque per aquas depellitur. 19 Et poſtquam. 20 Scopulos. 21 Immaniter. 22 Et ſtat æqualis ipſi ſcopulo, cui impellitur fluctus. 23 E fundo maris. 24 Ebullit. 25 Gyris & ſcaturiginibus. 26 Quia humidam aut terræ profundè permixtam. 27 Surſùm jactat. 28 *Hæc regna tenet puer immitis, Spicula cujus ſentit in imis Cæruleus undis grex Nereïdum, Flammamque nequit relevare mari, mox amite inſani bellua Ponti*, Senec Hipp. 29 Certè, omninò. 30 Piſces. 31 Pulchræ, verſicolores. 32 In furialis amoris ardorem. 33 Præcipites currunt. 34 Omnia hæc amant, aut eodem modo ſævus & vehemens eſt. 35 Quàm quo furit libidine amatque. 36 Per campos. 37 Paſſim. 38 Turpes, immanes. 39 Proſtrationem cadaverum.

*Per ſylvas: tùm [1] ſævus aper, tùm [2] peſſima tigris:*
*Heu [3] malè tùm Lybiæ [4] ſolis erratur in agris!* 249
*Non ne vides, ut tota [5] tremor [6] pertentet equorum*
*Corpora, ſi tantùm [7] notas [8] odor attulit [7] auras?*
*Ac neque eos jam frena virûm, nec verbera ſæva,*
*Non ſcopuli, rupeſque cavæ, atque [9] objecta retardant*
*Flumina, correptoſque undâ [10] torquentia [11] montes.*
*[12] Ipſe ruit, denteſque Sabellicus [13] exacuit ſus,* 255
*Et pede [14] proſubigit terram; fricat [15] arbore coſtas,*
*Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera [16] durat.*
*Quid [17] juvenis, magnum cui verſat in oſſibus [18] ignem*
*Durus amor? nempè abruptis turbata procellis* 259
*[19] Cæcâ nocte natat ſerus [20] freta: [21] quem ſuper ingens*
*[22] Porta tonat cœli, & ſcopulis illiſa [23] reclamant*
*Æquora: nec miſeri poſſunt revocare parentes,*
*Nec moritura ſuper creduli funere [24] virgo.*
*Quid Lynces Bacchi [25] variæ, & genus acre luporum,*
*Atque canum? quid? quæ [26] imbelles dant prælia cervi?*
*Scilicet ante [27] omnes furor eſt inſignis equarum:* 266
*Et [28] mentem Venus ipſa dedit: quo tempore [29] Glauci*
*Potniades [30] malis membra abſumpsêre quadrigæ,*
*[31] Illas ducit amor [32] trans Gargara, tranſq; [33] ſonantem*

1 Tempore amorum. 2 Immaniſſima. 3 Periculoſe. 4 Deſertis. 5 Impetus ex titillatione venerea, dùm erumpere laborat, trepidans. 6 Afficiat. 7 Flatum & ſpiritum notum equis. 8 Equarum. Nota eſt hiſtoria equi Darii. 9 Interpoſita. 10 Volventia. 11 Ingentes lapides & ſcopulos.

12 Ipſe porcus, qui plurimus eſt in Sabinis, præceps fertur tempore amorum, id eſt, aper quilibet. Species pro genere. 13 Inter ſe atterendo, non ad ſaxa aut arbores, ut alii volunt. 14 Effodit. 15 Ad arborem. 16 Loricat ſe luto, induratque ad prælium. Ariſt. 6. Hiſt. Anim. c. 18. Plin. l. 8. c. 52. 17 Leander egit? ex Muſæo, Ovidio in Ep. Heroid. 18 Amoris. 19 Obſcurâ: quod & Leander ipſe apud Ovidium ad Heronem ſuam ſcribens ait: *Nox erat incipiens (namque eſt meminiſſe voluptas) Cùm foribus patriis egrediebar amans. Nec mora, depoſito pariter cum veſte timore, Jactabam liquido brachia lenta mari.* 20 Helleſpontum. 21 Juvenem. 22 Aër. 23 Magnum ſonitum contrà mittunt. 24 Hero, quæ decreverat jam tùm mori. Ovid. *Si tibi non parcis, dilecta parce puellæ: Quæ nunquam, niſi te ſoſpite, ſoſpes erit.* 25 Maculoſæ, quæ Bacchi currum trahere finguntur. 26 *Si conjugio timuêre ſuo, poſcunt timidi prælia cervi*, &c. Sen. Hipp. 27 Alios amores. 28 Talem impetum amoris. 29 A Glauco educatæ. Glaucus, filius Siſyphi, ſprevit ſacra Veneris: irata Dea equas ipſius ſtimulis ſuis furiavit, ita ut Glaucum diſcerperent juxta Potniam, Bœotiæ urbem, non procul à Dirce. 30 Maxillis & dentibus membra Glauci dilaceraverunt. 31 Fert & impellit equas. 32 Trans montes & flumina. *Aſcanius* fl. Myſiæ. 33 Impetu aquarum.

Aſca-

[1] *Aſcanium:* [2] *ſuperant montes, & flumina tranant.*
*Continuòque,* [3] *avidis ubi ſubdita flamma medullis,*
*(*[4] *Vere magis, quia vere calor redit oſſibus) illæ* 272
[5] *Ore omnes verſæ in Zephyrum ſtant rupibus altis,*
*Exceptantque leves auras: & ſæpè ſine* [6] *ullis*
*Conjugiis vento gravidæ (mirabile dictu)* 275
*Saxa per & ſcopulos, &* [7] *depreſſas convalles*
*Diffugiunt; non, Eure, tuos, neque Solis ad ortus:*
*In Boream:* [8] *Caurumque: aut undè* [9] *nigerrimus Auſter*
*Naſcitur, &* [10] *pluvio contriſtat frigore cœlum.* 279
[11] *Hinc demum,* [12] *Hippomanes, vero quod nomine dicunt*
*Paſtores, lentum diſtillat ab* [13] *inguine virus:*
*Hippomanes, quod ſæpè* [14] *malæ* [15] *legêre novercæ,*
*Miſcueruntque herbas, &* [16] *non innoxia verba.*
[17] *Sed fugit intereà,* [18] fugit irreparabile tempus,
*Singula dum capti circumvectamur* [19] *amore.* 285
[20] *Hoc ſatis armentis:* [21] *ſuperat pars altera* [22] *curæ,*
[23] *Lanigeros* [24] *agitare greges,* [25] *hirtaſque capellas.*
*Hic* [26] *labor; hinc laudem fortes ſperate coloni.*
[27] *Nec ſum animi dubius, verbis* [28] *ea vincere* [29] *magnum*
*Quàm ſit, & anguſtis hunc addere rebus honorem.*

1 Aſcanius eſt fluvius Myſiæ. 2 Equæ tranſcendunt. 3 Calidis igni amoris. 4 Equæ libidinis facilis extimulantur circa vernum Æquinoctium. 5 Sedandæ æſtuantis libidinis deſiderio, aſcendunt in montes, converſæ ad Zephyrum, illius excipiunt auras, hinc concipiunt fœtum quidem abortivum, qui diſtillat ab inguine, viroſus, diciturque Hippomanes. De alio Hippomane *caruncula naſcentis equi de fronte revulſâ*, infrà l. 4. Æn. 6 Ullo maſculorum ſemine aut commixtione. 7 Humiles. 8 Ventum flantem ab occaſu ſolſtitiali. 9 Caliginoſiſſimus. 10 Ex pluviâ aut cum pluviâ nato, id eſt, grandine. 11 Ex hoc furore libidinis. 12 Quia ἵππος *equus eſt* & μανία *equa furor*. 13 Pudibundis equæ. 14 Ardentes amore privignorum, ut Phædra, & aliæ veneficæ: ſuprà 1. Georg. 15 Collegerunt. 16 Noxia. 17 Caſtigat ſtudium ſuum ſingulis nimis immoratum: tranſitque ad *curam ovium & caprarum, quæ eſt tertia libri hujus pars.* 18 De veloci curſu temporis Ovid. 3. de Arte. *Labitur, ceu aut more fluentis aquæ. Nec quæ præteriit, rurſum revocabitur unda, Nec, quæ præteriit, hora redire poteſt.* 19 Suſcepti operis. 20 Sc. dictum eſt de majoribus animalibus, ut bobus & equis. 21 Supereſt. 22 Negotii ſuſcepti. 23 Ut oves. 24 Sc. *verbis*, id eſt, deſcribere. 25 Setoſas aut piloſas. 26 Labor veſter naſcitur in tuendis minoribus animalibus: *vel* labor meus in ornanda re tam humili; undè & laus major: ut l. 4. Georg. *In tenui labor, at tenuis non gloria.* 27 Compone cum Lucretio, quem imitatur. *Nec me animus fallit, quàm ſint obſcura: ſed acri Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna,* &c. l. 1. 28 Eas res extollere. 29 Difficile.

[1] *Sed*

*[1] Sed me [2] Parnaſſi [3] deſerta per ardua dulcis*
*Raptat [4] amor : juvat ire [5] jugis, quâ nulla [6] priorum*
*Caſtaliam [7] molli [8] divertitur [9] orbita clivo.*
*Nunc veneranda Pales, [10] magno nunc ore ſonandum.*
*Incipiens, [11] ſtabulis edico in mollibus, [12] herbam*
*Carpere oves, dùm mox [13] frondoſa reducitur æſtas :*
*Et multa duram ſtipulâ, filicumque [14] maniplis*
*Sternere [15] ſubter humum : glacies ne frigida lædat*
*[16] Molle pecus, [17] febremq; ferat, [18] turpeſq; podagras.*
*[19] Poſt hinc digreſſus, jubeo frondentia capris*
*[20] Arbuta ſufficere, & fluvios præbere recentes :*
*Et ſtabula [21] à ventis hyberno opponere ſoli*
*Ad medium converſa diem : cùm frigidus olim*
*Jam [22] cadit, [23] extremoque irrorat Aquarius anno.*
*[24] Hæc quoque non curâ nobis leviore tuenda;*
*Nec minor [25] uſus erit : [26] quamvis [27] Mileſia magno*
*Vellera [28] mutentur [29] Tyrios incocta rubores.*
*[30] Denſior [31] hinc ſoboles : hinc largi copia lactis :*
*Quam magis [32] exhauſto ſpumaverit [33] ubere [34] mulctra,*

1 *Me vero primum dulces ante omnia Muſæ, Quarum ſacra fero, ingenti perculſus amore, &c.* ſuprà 2. Georg.
2 Montis illius in Phocide, Muſis conſecrati.
3 *Avia Pieridum peragro loca, nullius antè Trita ſolo, &c.* Lucret. l. 1. & 4.
4 Suſcepti negotii aut gloriæ ſpectatæ.

5 Per juga Parnaſſi montis eâ parte, &c. 6 Veterum Poëtarum. 7 Facili aſcenſu. Eſt enim fons Caſtalius ad ima Parnaſſi montis in Phocide. 8 Traducit ad Caſtalium fontem. 9 Semita. 10 Nunc decet ſonare carmine res parvas extollente. 11 Non educendæ oves paſtum per hyemem; ſed continendæ domi ad uſque ver frondoſum in ſtabulis mollibus, ſtipula & filice ſtratis. 12 Fœnum, frondem populeam, ulmeam, folia ficulnea, palmeam, furfur. Varro. l. 2. c. 2. Cato. 5. c. 13 Frondibus plena. 14 Faſciculis. 15 Oves. 16 Debile, tenerum. 17 Scabiem inferat. 18 Pedum ægritudines tumidos eos facientes. 19 Poſteà ab ovium præceptione digreſſus. 20 Frondes arbutorum nec non recentem indies aquam abunde ſubminiſtrare. 21 Ita ad Meridiem ſita, ut ſpectent tamen Orientem. 22 Occidit. 23 *Ubi inverſum contriſtat Aquarius annum*, ſc. Januario: loquitur enim ſecundùm opinionem illorum, qui annum à Martio incipiebant; hoc enim pacto Aquarius & Piſces in extremo anno eſſe videntur. 24 Caprilia æquè ac ovilla curanda erunt. 25 Utilitas. 26 Quamvis vellera, quæ ferunt oves juxta Miletum, in ſummo pretio ſint. 27 Miletus urbs Ioniæ, principe lanâ nobilis. 28 Permutatione mercium, commercio. 29 Tyria incocta purpurâ. 30 Quam ex ovibus, quæ fere ſingulos pariunt. 31 A capris, quæ binos fere pariunt. 32 Emulcto. 33 Quæ ubera quò magis preſſa & emulſa, eò magis lacte manant. 34 Vas mulctrale, in quod mulgetur.



Digitized by Google

*Læta magis preſſis manabunt flumina mammis.*
*Nec minus intereà barbas,* [1] *incanaque menta*
[2] *Cinyphii tondent hirci,* [3] *ſetaſque comantes*
[4] *Uſum in caſtrorum, & miſeris velamina nautis.*
[5] *Paſcuntur verò ſylvas, &* [6] *ſumma* [7] *Lycæi,*
[8] *Horrenteſque rubos, &* [9] *amantes ardua dumos.*
*Atque ipſæ* [10] *memores redeunt in tecta, ſuoſque*
*Ducunt, &* [11] *gravido* [12] *ſuperant vix ubere limen.*
[13] *Ergo omni* [14] *ſtudio glaciem, ventoſque* [15] *nivales,*
*Quò minùs eſt illis cura mortalis egeſtas,*
[16] *Avertes: victumq;* [17] *feres, &* [18] *virgea* [19] *lætus*
[18] *Pabula: nec tota claudes* [20] *fœnilia brumâ.*
*At verò* [21] *Zephyris tùm læta* [22] *vocantibus* [23] *æſtas*
*In ſaltus* [24] *utrumque gregem, atque in paſcua mittes:*
[25] *Luciferi primo cum ſidere,* [26] *frigida rura*
*Carpamus:* [27] *dùm mane novum, dùm gramina* [28] *canent,*
*Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.*
*Indè, ubi* [29] *quarta* [30] *ſitim cœli collegerit hora,*
*Et cantu querulæ* [31] *rumpent arbuſta cicadæ,*
*Ad puteos, aut* [32] *alta greges ad ſtagna jubeto*
[33] *Currentem* [34] *ilignis potare canalibus undam:*
[35] *Æſtibus at mediis umbroſam exquirere vallem,*

1 Valdè cana: ut 6. Æn. ſub finem, de Numâ. 2 Cinyphis fl. Africæ, ubi inſignes hirci. Synecdoche ſpeciei pro genere. Cinyphii paſtores tondent menta & barbas *hircis*: vel Paſtores tondent barbas Cinyphii hirci, id eſt, hircorum: *tondent* pro *tondentur* poni vult interpretum vulgus, id eſt, habent barbas tonſas. 3 Pilos, villos. 4 Ut fiant integumenta contra pluviam. 5 Capræ & hirci. 6 Verticem & ſummitatem. 7 Montium, ubi Lycæus mons eſt Arcadiæ. Synec. ſpec. pro genere. 8 Vepres aſperos. 9 Spinas appetentes ardua loca, id eſt, capræ non carpunt parta, quorum fœnum pretioſum fit, ſed frondes. 10 Memores caprilium ſuorum, & nemine reducente domum redeunt tempeſtivè, hædoſque unâ ducunt, cùm oves ſtultum pecus & obliviosum cuſtode indigeant. 11 Lacte diſtento & onuſto. 12 Super tranſire poſſunt. 13 Quò minùs ſibi conſulere, ſuique curam gerere valent, ut parent, quæ mortalis egeſtas deſiderat, eò magis tu proſpice neceſſaria, quæ defendant eas, alantque. 14 Diligentia. 15 Qui cum nivibus decidunt. 16 Ab eis. 17 In ſtabula. 18 Virgarum frondes. 19 Libens. 20 Loca, in quibus fœnum reponitur. 21 Ubi novam æſtatem h. e. ver evocarint Zephyri. 22 Invitantibus te & gregem. 23 Sc. *eſt*, aut *advenit*. 24 Ovium & caprarum. 25 Cùm primùm apparet ſidus ſtellæ lucem ferentis, id eſt, primo mane. 26 Nocturno tempore. 27 Quamdiu matutinum tempus eſt novum. 28 Pruina. 29 Poſt ortum ſolis. 30 Siccitatem & æſtum aëris, id eſt, cum animalia ſitient. 31 Πάθος ὑπερβολικὸν, ut, *rupta liſtore columna*; & *fregit ſubſellia verſu*. 32 Profunda. 33 Defluentem. 34 Ex ilice factis. 35 Caloribus.

Si

*Sicubi magna 1 Jovis 2 antiquo robore quercus*
*Ingentes tendat ramos, aut ſicubi 3 nigrum*
*Ilicibus 4 crebris 5 ſacrâ nemus 6 accubet 3 umbrâ.*
*Tum tenues dare rurſus aquas, & paſcere rurſus*
*Solis ad occaſum; cùm frigidus aëra Veſper*
7 *Temperat, & ſaltus reficit jam 8 roſcida Luna,*
9 *Littoraque halcyonem reſonant, & Acanthida dumi.*
10 *Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua verſu*
11 *Proſequar, & raris habitata 12 mapalia tectis?*
*Sæpè diem, noctemque, & totum ex ordine menſem*
13 *Paſcitur, 14 itque pecus longa in deſerta ſine ullis*
15 *Hoſpitiis: tantùm campi jacet: omnia ſecum*
16 *Armentarius Afer agit, tectumque, 17 Laremque,*
18 *Armaque, 19 Amyclæumque canem, 20 Creſſamque pharetram.*
21 *Non ſecùs, 22 ac 23 patriis 24 acer 25 Romanus in armis,*
26 *Injuſto ſub faſce viam cùm carpit, & 27 hoſti*
28 *Ante exſpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.*
29 *At 30 non, quà Scythiæ 31 gentes, 32 Mæoticaq; unda,*
*Turbidus & 33 torquens flaventes 34 Iſter arenas:*
35 *Quàque redit medium Rhodope porrecta ſub axem:*

1 Sacra Jovi quercus. 2 Ex trunco longævo. 3 Caliginoſum. 4 Denſè poſitis. 5 Umbra tali, qualis ſolet eſſe in lucis ſacris. 6 Vicinum jacent. 7 Ab æſtu. 8 Roriflua, demittens vaporem humidum, qui non altum ſubvectus fuerat. 9 Veſperi, die decli-nante, ubi littora reſonant cantu halcyonum avium, quæ in mari in ſumma tranquillitate nidificare ſolent, dumi carduelium. 10 Alia Afris paſtoribus pecora paſcendi ratio, ut quibus loca ſubinde mutantibus. *Nulla domus plauſtris habitant, migrare per arva Mos, atque errantes circumvectare penates.* 11 Deſcribam. 12 Caſas ſeu humilia domicilia. 13 In Libyâ. 14 Paſcendo errat. 15 Stabulis, vel ovilibus, vel caprilibus. 16 Cuſtos armenti Libycus impellit ac ducit. 17 Rem familiarem. 18 Adverſus leones & lupos. 19 Laconicum, Spartanum. *Amyclæ*, urb. Laconiæ. Laconici canes laudantur. Hic *Amyclæus canis* pro quovis cane & venatico accipitur, *Synecdoche.* 20 Cretenſem. Synecdochicè. Cretes ſagittis nobiles. 21 Paſtoris Libyci & Romani militis comparatio. 22 Quàm. 23 Martiis. 24 Strenuus, bellicoſus. 25 Miles omnia ſecum agit. 26 Iniquo & gravi onere. Ex Rom. enim diſciplinâ, milites in expeditionibus bajulabant cibaria, annonam quandoque menſtruam, & ſi quid opus eſſet ad muniendα caſtra, gladium, ſcutum, galeam & arma cætera. 27 Obvius, vel contra hoſtem. 28 Antequam expectetur. Ovid. 8. Met. *Ante exſpectatum portus tenuere petitos.* 29 Alia & longè diverſa paſcendi ratio Scythis, & qui armenta per totum annum in ſtabulis clauſa continent. 30 Sic it pecus longa in deſerta ſine ullis hoſpitiis, ſicut in Africa, in eâ parte mundi, qua, &c. 31 Sc. *ſunt.* 32 Palus Mæotis. 33 Volvens. 34 Danubius. 35 Quà Rhodope, mons aut rupes Thraciæ, porrecta ad Septentrionem Hæmo, à quo anteà divulſus erat, conjungitur. *Threiciam Rhodopen habet angulus unus & Hæmum*, Ovid. 6. Met.

*[1] Illîc clauſa tenent ſtabulis armenta; neque ullæ*
*Aut herba campo apparent, aut arbore frondes:*
*Sed jacet [2] aggeribus niveis [3] informis, & alto*
*Terra gelu latè, ſeptemque [4] aſſurgit in ulnas:*
*Semper hyems, ſemper [5] ſpirantes frigora Cauri.*
*Tùm Sol [6] pallentes haud unquam diſcutit umbras:*
*[7] Nec cùm [8] invectus equis [9] altum petit æthera, nec cùm*
*[10] Præcipitem Oceani [11] rubro [12] lavit æquore currum.*
*[13] Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine [14] cruſtæ,*
*Undaque jam [15] tergo [16] ferratos ſuſtinet [16] orbes;*
*Puppibus illa priùs patulis, nunc [17] hoſpita plauſtris:*
*[18] Æraque diſſiliunt vulgò, veſteſque [19] rigeſcunt*
*[20] Induta: [21] cæduntque ſecuribus humida vina:*
*Et tota [22] ſolidam in glaciem [23] vertêre [24] lacunæ:*
*[25] Stiriaque impexis induruit [26] horrida barbis.*
*Intereà toto non ſeciùs [27] aëre ningit:*
*[28] Intereunt pecudes: [29] ſtant circumfuſa pruinis*
*Corpora magna boum: [30] confertoque agmine cervi*
*[31] Torpent [32] mole novâ, & ſummis vix cornibus*
*[33] exſtant.*
*Hos, non immiſſis canibus, non [34] caſſibus ullis,*
*Puniceæ-ve [35] agitant pavidos [36] formidine pennæ:*
*[37] Sed fruſtrà oppoſitum [38] trudentes pectore montem,*
*Cominus obtruncant ferro, graviterque [39] rudentes*

1 In Scythiâ. 2 Aggeſtis cumulis nivium. 3 Rudis, ſine forma aut ornatu. 4 Creſcit. 5 Efflantes, aut flando producentes. 6 Pallorem inducentes: quia interdiu non eſt caligo mera, ſed pallida lux ex nive & nube producta. 7 Neque tùm diſcutit umbras. 8 In hemiſphærium noſtrum. 9 Oritur. 10 Præcipitanter currentem.

11 A repercuſſu radiorum Solis occidentis. 12 Lavit, id eſt, cùm occidit. 13 Iſter, fluminaque alia, ut & mare, durantur glacie. *Quàque rates ierant, pedibus nunc itur, Perque novos pontes Ducunt Sarmatici barbara plauſtra boves.* 14 Fragmenta glaciei. 15 In ſuperficie ſuâ. 16 Rotas plauſtrorum ferro armatas. 17 Tranſmeabilis. 18 Ærea inſtrumenta frigore rumpuntur paſſim. 19 Indureſcunt congelatæ. 20 Quibus homines induti ſunt. 21 *Nudaque conſiſtunt formam ſervantia teſtæ Vina, nec hauſta meri, ſed data fruſta bibunt.* Ovid. Triſt. 3. l. & Pont. lib. 3. 22 Ut unus ſit globus glaciei. 23 Sc. id eſt, verſæ ſunt. 24 Aquæ collectiones. 25 Glacies ex deſtillationibus naſi aut halitus. 26 Concreta. 27 Scythico. 28 Moriuntur frigore & inedia. 29 Rigeſcunt. 30 Quia agminatim paſci volunt cervi. 31 Conſtringuntur frigore. 32 Nivium & glaciei. 33 Eminent & extra nives apparent. 34 Retibus. 35 Venantur & perſequuntur Scythæ. 36 Lineâ plumis verſicoloribus, iiſdemque uſtulatis, intertexta, quæ viſu & odore territos cervos in veras plagas obſtantes impellat. 37 Sed fruſtrà conatos cervos nivium montem aut nivis cumulum oppoſitum trudere, venatores ipſi cominùs conficiunt. 38 Cervos. 39 Catachreſticè tranſlatum, ab aſinis.

Ca-

*Cædunt, & magno læti clamore reportant.*
[1] *Ipſi in defoſſis ſpecubus, ſecura ſub altâ*
*Otia agunt terrâ: congeſtaque robora, totaſque*
*Advolvêre focis ulmos, ignique dedêre.*
[2] *Hic noctem ludo* [3] *ducunt: &* [4] *pocula læti*
[5] *Fermento, atque acidis* [6] *imitantur* [4] *vitea ſorbis.*
[7] *Talis Hyperboreo ſeptem ſubjecta trioni*
*Gens effræna virûm Rhiphæo tunditur Euro:*
*Et* [8] *pecudum fulvis velantur corpora* [8] *ſetis.*
[9] *Si tibi* [10] *lanicium curæ;* *primùm* [11] *aſpera ſylva,*
[12] *Lappæque, tribulique* [13] *abſint: fuge pabula* [14] *læta:*
*Continuoque greges* [15] *villis* [16] *lege mollibus albos.*
[17] *Illum autem, (quamvis aries ſit candidus ipſe)*
*Nigra ſubeſt udo tantùm cui lingua palato,*
[18] *Rejice: ne maculis* [19] *infuſcet vellera* [20] *pullis*
[21] *Naſcentum,* [22] *plenoque alium circumſpice campo.*
[23] *Munere* [24] *ſic* [23] *niveo lanæ (ſi credere dignum eſt)*
[25] *Pan, Deus Arcadiæ, captam te, Luna, feſellit,*
*In nemora alta vocans:* [26] *nec tu aſpernata vocantem.*
*At cui* [27] *lactis amor, cythiſum:* [28] *lotoſque frequentes*
*Ipſe manu, ſalſaſque ferat* [29] *præſepibus herbas.*
[30] *Hinc &* [31] *amant fluvios magis, & magis ubera* [32] *tendunt,*
*Et ſalis occultum referunt in lacte* [33] *ſaporem.*
*Multi jam* [34] *excretos* [35] *prohibent à matribus hædos,*

1 Scythæ. 2 In hujuſmodi ſpecubus. 3 Tranſigunt. 4 Potum, quem vitis profert, id eſt, vina. 5 Potum ex hordeo fermentant, ſorbiſque condiunt, ut vinum ſapiat. 6 Similitudinem vini habentia conficiunt. 7 Atque hæc eſt vitæ ratio genti effetæ, quæ habitat terras ſubditas Septentrionali axi, vapulatque Euro à Riphæis montibus, ſi qui ſunt, flante. 8 Rhenonibus, & inverſis pecudum ferarumque pellibus. 9 *Quarta libri pars* docet, quomodo paſtores plurimâm albamque lanam habere poſſint. 10 Exercitium lanarum. 11 Spinoſa. 12 Quæ omnia lanam hamis velut inuncatam vellicant. 13 A paſcuis ovium. 14 Pinguia aut pingues facientia. 15 Velleribus lanarum. 16 Elige. 17 Quin & aries ipſe rejiciendus ab admiſſura, cujus ſub lingua vena ſit nigra; namque concolores erunt agni. Varro 8. lib. 2. c. Colum. 18 Repelle. 19 Fuſca faciat & denigret. 20 Subnigris. 21 Agnorum. 22 Et circumſpiciendo delige alium arietem ex pleno grege in campo exiſtente. 23 Ariete lanigero valde candido. 24 Per hoc, quod ſuberat macula nigra. 25 Adſerit hanc fabulam Pani, abdicatam Endymioni, ex Nicandro Macrobius. l. 5. Sat. c. 22. ut qui menſes à Lunâ collegerit, uti Endymion periodos. 26 Etiam ſecuta es. 27 Habendi eſt. 28 Frondes loti frequenter adhibitas. 29 Ad præſepia. 30 Ex ſale aut ſalſis herbis. 31 Oves frequentiùs potant, undè plus lactis habent. 32 Diſtendunt. 33 Quia lac eſt ſapidius. 34 Majuſculos & validiores, ut trimeſtres. 35 Arcent, id eſt, ablactant eos.



Digitized by Google

[1] Primaque [2] ferratis præfigunt [1] ora capiſtris.
Quod ſurgente die mulſêre, horiſque diurnis,
Nocte [3] premunt: quod jam [4] tenebris, & ſole [5] cadente,
Sub lucem exportant [6] calathis ([7] adit oppida paſtor)
Aut [8] parco ſale [9] contingunt, [10] hyemique reponunt.
Nec [11] tibi cura canum fuerit [12] poſtrema: ſed unà
Veloces [13] Spartæ catulos, [14] acremque Moloſſum
Paſce [15] ſero pingui: nunquam cuſtodibus illis
[16] Nocturnum ſtabulis furem, incurſuſque luporum,
Aut impacatos [17] à tergo horrebis [18] Iberos.
Sæpè etiam curſu timidos agitabis [19] onagros:
Et canibus leporem, canibus venabere damas:
Sæpè [20] volutabris pulſos ſylveſtribus apros
Latratu [21] turbabis [22] agens: monteſque per altos
Ingentem clamore [23] premes ad retia cervum.
Diſce & odoratam ſtabulis accendere [24] cedrum,
[24] Galbaneoq; [25] agitare [26] graves nidore chelidros.
Sæpè ſub immotis præſepibus aut [27] mala tactu
Vipera delituit, [28] cœlumque exterrita fugit:
Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ,
Peſtis acerba boum, pecorique aſpergere virus,
[29] Fovit humum: cape ſaxa manu, cape [30] robora paſtor;
[31] Tollentemque minas, & ſibila colla tumentem
[32] Dejice: jamque fuga timidum caput abdidit altè,
Cum medii [33] nexus, extremæque [34] agmina caudæ

1 Extrema labra.
2 Ferro, ut clavis, muniti, unde hœdi ſugere volentes matrem lædant.
3 In caſeum cogunt.
4 Ingruentibus.
5 Occidente.
6 Lac illud, lacticinia venalia in vaſculis vimineis, ferunt ad oppida.
7 Ut vendat.
8 Modico aut conſervativo.
9 Reſpergunt lac preſſum.
10 In hiemem.
11 Paſtori.
12 Minima.

13 Laudantur paſſim Lacones & Epirotici canes. Hîc ad cuſtodiam & venationem. 14 Strenuum ad venatum & cuſtodiam pecoris. 15 Liquore à caſeo aut lacte defluente, quo pingues fiunt canes. 16 Noctu adorientem. 17 Per inſidias gregem inſequentes cum horrore expavebis. 18 Hiſpanos, bellicoſos, adeoque prædones & abigeos. 19 Sylveſtres aſinos, quorum pulli in deliciis. Mart. 13. l. 94. Epig. 20 E locis cœnoſis, quibus gaudet amica luto ſus. 21 Urgebis, ne infeſtent ſegetem aut pecus ſuum. Vox venatica. 22 Perſequens. 23 Compelles. 24 Cujus ſuffitu & odore arcentur chelydri. Viperas latitantes, & colubri lacticinia aut vini dolia frequentantes. 25 Profligare. 26 Moleſtos. 27 Nociva dum tanguntur. 28 Aerem. 29 Conditus eſt ſub terrâ, quam amplexus eſt. 30 Sudem aut ligna dura. 31 Erigentem caput iratum. 32 Occide viperam. 33 Collectiones in angulos. 34 Orbes, nexus.

*[1] Solvuntur, [2] tardoſque trahit [3] ſinus ultimus orbes.*
*Eſt etiam ille [4] malus [5] Calabris in ſaltibus [6] anguis,*
*Squamea [7] convolvens ſublato pectore terga,*
*Atque notis longam [8] maculoſus grandibus alvum:*
*Qui, dùm amnes ulli rumpuntur fontibus, & dùm*
*Vere madent udo terræ, ac pluvialibus Auſtris,*
*[9] Stagna colit: ripiſque habitans hic piſcibus atram*
*[10] Improbus ingluviem, raniſque [11] loquacibus explet.*
*Poſtquam [12] exuſta palus, terræque ardore dehiſcunt,*
*Exilit in ſiccum; & flammantia lumina torquens*
*[13] Sævit agris, [14] aſperque ſiti, atque [15] exterritus æſtu.*
*Ne mihi tùm molles ſub dio carpere ſomnos,*
*Neu dorſo nemoris libeat jacuiſſe per herbas;*
*[16] Cum, [17] poſitis novus exuviis, nitiduſque [18] juventâ*
*Volvitur, aut catulos tectis, aut ova relinquens,*
*Arduus [19] ad ſolem, & linguis [20] micat ore [21] triſulcis.*
*[22] Morborum quoque te [23] cauſas, & ſigna docebo.*
*Turpis oves [24] tentat ſcabies, I. ubi frigidus imber*
*Altius [25] ad vivum perſedit, & II. [26] horrida [27] cano*
*[28] Bruma gelu: vel III. cum [29] tonſis illotus adhæſit*
*Sudor, & IV. [30] hirſuti [31] ſecuerunt [32] corpora vepres:*
*[33] Dulcibus idcircò pluviis pecus omne [34] magiſtri*
*Perfundunt: udiſque aries in gurgite villis*
*Merſatur, [35] miſſuſque [36] ſecundo defluit amni.*
*Aut tonſum [37] triſti [38] contingunt [39] corpus [40] amurcâ,*
*Et ſpumas miſcent [41] argenti ac ſulphura viva,*
*[42] Idæaſque pices, & pingues [43] unguine ceras.*

1 Cùm caput abditur, & media membra diſſolvuntur ab extremis, & explicando ſic membra ſua fingit ſe ſerpens mortuum. 2 Ita ut non videatur ſe ampliùs movere. 3 Angulus. 4 Nocivus. 5 Calabriæ regionis Italiæ. 6 Cherſydrus, aquas & terras infeſtans. Natrix. 7 Complicans. 8 Defluunt per fontes. 9 Aquas ſtantes habitat & frequentat. 10 Audax & vorax. 11 Coaxantibus. 12 Exhauſta calore ſolis. 13 Sævitiam ſuam exercet. 14 Irritatus. 15 Al. *exercitus.* 16 De Pyrrho eadem. 2. l. Æn. Lucret, 4. l. *Cum lubrica ſerpens Exuit in ſpinis veſtem.* l. 2. 17 Innovatus vetere pelle depoſita. 18 Pelle novâ, qualem habuit in juventa. 19 Soli expoſitus. 20 Per vices ſine ordine movetur. 21 In tres ſulcos fiſſis, id eſt, nunc exerit, nunc inſerit linguas, ſicut micantes nunc erigunt, nunc deprimunt digitos. 22 *Quarta libri pars, de morbis pecorum.* 23 Quatuor *I. II. III. IV.* 24 Moleſtat atque inficit. 25 Uſque ad interiora. 26 Horrere ſeu frigere faciens. 27 Albicante. 28 Hyems. 29 Oſſibus. 30 Dentati. 31 Dilaceraverunt. 32 Ovium. 33 Remedia morbi, & ſcabiei docet. 34 Paſtores. 35 Aries miſſus in fluvium. 36 Deſcendente. 37 Amarâ, aut dolorem afferente. 38 Molliter inungunt & fricant. 39 Ovis. 40 Fæcibus olei. 41 Vivi. 42 Ida mons Phrygiæ pinubus nobilis, è quibus fluit pix liquida, *tarra*, & reſina. 43 Viſcoſitate.

[1] *Scyllamque,* [2] *elleboroſque graves, nigrumq; bitumen.*
[3] *Non tamen ulla magis præſens fortuna laborum eſt,*
*Quam ſi quis ferro potuit* [4] *reſcindere ſummum*
*Ulceris os:* alitur vitium, [5] vivitque tegendo:
*Dùm medicas adhibere manus ad* [6] *vulnera paſtor*
*Abnegat,* [7] *& meliora Deos ſedet omnia poſcens.*
*Quinetiam ima dolor balantum lapſus ad oſſa*
[8] *Cùm* [9] *furit, atque artus* [10] *depaſcitur* [11] *arida febris;*
*Profuit incenſos æſtus* [12] *avertere, & inter*
*Ima* [13] *ferire pedis* [14] *ſalientem ſanguine venam:*
[15] *Biſalta quo more ſolent,* [16] *acerque* [17] *Gelonus,*
*Cùm fugit in Rhodopen, atque in deſerta Getarum,*
*Et lac concretum cum ſanguine potat equino.*
[18] *Quam* I. *procul aut molli ſuccedere ſæpius umbræ*
*Videris,* II. *aut ſummas carpentem ignaviùs herbas,*
III. [19] *Extremamque ſequi,* IV. *aut medio procumbere campo*
*Paſcentem,* V. *&* [20] *ſera ſolam decedere nocti:*
*Continuò* [21] *ferro culpam compeſce priùs quàm*
*Dira* [22] *per incautum ſerpant contagia vulgus.*
*Non tam creber, agens* [23] *hyemem, ruit* [23] *æquore turbo,*
*Quàm multæ pecudum* [24] *peſtes: nec ſingula morbi*
*Corpora corripiunt: ſed tota* [25] *æſtiva repentè,*
[26] *Spemq; gregemq; ſimul, cunctamq; ab origine gentem.*
[27] *Tum* [28] *ſciat* [29] *aërias Alpes, &* [30] *Norica* [31] *ſi quis*

1 Cepam marinam. 2 Album. 3 Nigrum veratrum, & non tamen efficacius aut præſentius aliud remedium, quàm exulceratæ partis reſciſſio: *Ulcus enim vireſcet & inveteraſcet alendo.* Lucret. 4. 4 Reſecare & aperire. 5 Creſcit. 6 Ulcera ovium. 7 Et ipſe otioſus deſidens, neque manum admovens remedium cœlitus ignavis precibus expoſcit, exſpectatque. *Fruſtrà enim, ſi te ignaviæ tradideris, votis muliebribus auxilia Deorum implores.* Saluſt. 8 Ad febrim ovium mittatur ſanguis è vena in talo aut inter ungulas. 9 Sævit. 10 Abſumit. 11 Lenta tabe conſumens oſſa. 12 Expellere. 13 Percutiendo aperire. 14 Scatentem. 15 Accolæ Ponti Euxini. 16 Strenuus ad prælia. 17 Geloni, Sarmatæ, Getæ pop. Scythiæ prædabundi, in itinere aut fugâ, deprehenſi fame aut ſiti, ſanguinem è cruribus equinis emiſſum equarum lacte miſtum (ſunt enim *ἱππημολγοί*) bibunt. 18 Signa pecudis febricitantis quinque, I. II. III. IV. V. 19 Ovem ultimam. 20 Tarde adventanti. 21 Cultro aut cauterio culpam contagii futuri ejus pecudis reſeca. 22 Diffundantur per multitudinem ovium tuarum neſcientium cavere ſecreta documenta. 23 Tempeſtatem aut grandinem in mari. 24 Sc. *ſunt.* 25 Greges in æſtivis. Metonym. loci pro locato: æſtate autem potiſſimùm febre corripiuntur oves. 26 Gregis, id eſt, agnos ſimul & oves. 27 Cùm hæc peſtis inciperet. 28 Quòd morbi non ſingula, ſed univerſa ſæpè corripiunt corpora. 29 Altiſſimas. 30 Illyrica. 31 Si quis ſc. *vidiſſet* tum Alpes, &c.

Ca-

*Caſtella* [1] *in tumulis, &* [2] *Lapidis arva Timavi,*
*Nunc quoque* [3] *poſt tantò videat, deſertaque regna*
*Paſtorum, & longè ſaltus latèque vacantes.*
[4] *Hîc quondam* [5] *morbo cæli miſeranda coorta eſt*
[6] *Tempeſtas, totoque* [7] *autumni* [8] *incanduit æſtu;*
*Et genus omne* [9] *neci pecudum* [9] *dedit, omne ferarum;*
*Corrupitque lacus; infecit pabula tabe.*
*Nec via mortis erat ſimplex: ſed ubi* [10] *ignea venis*
*Omnibus acta ſitis, miſeros* [11] *abduxerat artus,*
*Rursùs abundabat* [12] *fluidus* [13] *liquor, omniaque in ſe*
*Oſſa* [14] *minutatim morbo collapſa* [15] *trahebat.*
[16] *Sæpè* [17] *in honore Deûm medio ſtans* I. *hoſtia ad aram,*
*Lanea dùm* [18] *niveâ circumdatur* [19] *infula* [18] *vittâ,*
*Inter* [20] *cunctantes cecidit moribunda* [21] *miniſtros:*
*Aut ſi* [22] *quam ferro mactaverat* [23] *ante ſacerdos,*
[24] *Indè neque* [25] *impoſitis ardent altaria* [26] *fibris,*
*Nec reſponſa poteſt* [27] *conſultus reddere* [28] *vates:*
*Ac vix ſuppoſiti* [29] *tinguntur ſanguine cultri,*
*Summaque* [30] *jejunâ ſanie* [31] *infuſcatur arena.*
II. *Hinc* [32] *lætis vituli* [33] *vulgò moriuntur in herbis,*
*Et* [34] *dulces animas* [35] *plena ad præſepia reddunt.*
III. *Hinc* [36] *canibus* [37] *blandis* [38] *rabies venit, &*
IV. [39] *quatit ægros*

1 In colliculis ſita. 2 Fluvii in Lapidiâ, Venetiæ regione. 3 Tam longo tempore pòſt, ut pecus inſtaurari potuiſſet. 4 In his dictis regionibus. 5 Corrupto & infecto aëre. 6 Peſtilentialis. 7 Qualis ſolet eſſe in autumno. 8 Peſtis efferbuit. 9 Necavit. 10 Ardentiſſima. 11 A naturali ſitu, id eſt, contraxerat membra miſerorum animalium. Al. *adduxerat.* 12 Superfluus. 13 Humor corruptus, cacochyma. 14 Per minutas particulas. 15 Ex corruptione aëris ſanguis & ſuccus bonus deſiccabatur. 16 Graſſata lues invaſit. I. *Hoſtias*, II. *Vitulos*, III. *Canes*, IV. *Sues*, V. *Equos*, VI. *Boves*, VII. *Feras*, VIII. *Piſces*, IX. *Serpentes*, X. *Aves.* 17 Pecus mactanda ſtans, id eſt, parata ut in Deorum honorem mactetur. 18 Candidiſſimo velamine capitis. 19 Hoſtiæ coronabantur infulis, quæ faſciæ erant inſtar diadematum, à quibus utrimque dependebant vittæ. 20 Segniùs ferientes. 21 Popas, qui victimam cædunt. Ovid. 2. Faſt. *Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter, Hoſtia cælitibus quo feriente cadit.* 22 Aliquam hoſtiam. 23 Quàm ipſâ peſte caderet. 24 Ex tali hoſtiâ. 25 Ad cremandum. 26 Extorum, id eſt, exta illa corruptiſſima nolebant incendi. 27 Conſilium interrogatus. 28 Extiſpex, cujus erat, conſultis extis, futura prædicere, nihil hic præſagire poteſt, corruptis tabo extis. 29 Imbuuntur: quia totus lentâ tabe abſumptus fuerat. 30 Macilenta & modica. 31 Fit fuſca. 32 Pinguibus. 33 Paſſim. 34 Dulcem vitam. 35 Pabulorum. 36 Sagacibus ſc. & odoris prima infectio. 37 Domino ſuo blandiri ſolitis. 38 Quæ propria canum. 39 Tremere facit.



Digitized by Google

1 Anhelitum trahens.
2 Strangulat.
3 Sic inflatis, ut pingues putentur.
4 Certaminum.
5 Pabuli: ut Eclog. 8. *Immemor herbarum quos eſt mirata juvenca Certantes*, Muſam ſc. ſive cantum paſtorum Damonis & Alpheſibœi.
V. *Equos.*
6 Vincere ſolitus in curuli certamine.
7 Averſatur & refugit.
8 Crebrò. Helleniſmus.
9 Equi languentis.

*Tuſſis* [1] *anhela ſues, ac faucibus* [2] *angit* [3] *obeſis.*
*Labitur infelix* [4] *ſtudiorum, atque immemor* [5] *herbæ*
V. [6] *Victor equus: fonteſque* [7] *avertitur, & pede terram*
[8] *Crebrò ferit: demiſſæ* [9] *aures,* [10] *incertus ibidem*
*Sudor, & ille quidem morituris frigidus: aret*
*Pellis, &* [11] *ad tactum tractanti dura reſiſtit.*
*Hæc ante* [12] *exitium primis* [13] *dant ſigna diebus.*
*Sin in proceſſu cœpit* [14] *crudeſcere morbus,*
*Tùm verò ardentes* [15] *oculi, atque attractus ab alto*
*Spiritus, interdùm gemitu* [16] *gravis:* [17] *imaque longo*
*Ilia ſingultu* [18] *tendunt:* [19] *it naribus* [20] *ater*
*Sanguis, &* [21] *obſeſſas fauces premit* [22] *aſpera lingua.*
*Profuit* [23] *inſerto* [24] *latices infundere* [25] *cornu*
*Lenæos: ea viſa ſalus morientibus* [26] *una.*
*Mox erat* [27] *hoc ipſum exitio:* [28] *Furiiſque refecti*
*Ardebant: Ipſique ſuos jam morte ſub* [29] *ægrâ*
*(*[30] *Dii meliora piis,* [31] *erroremque hoſtibus illum)*
[32] *Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.*
VI. *Ecce autem duro* [33] *fumans ſub vomere taurus*
*Concidit, & mixtum ſpumis vomit ore cruorem,*
*Extremoſque* [34] *ciet gemitus:* [35] *it triſtis arator,*
*Mœrentem* [36] *abjungens* [37] *fraternâ morte* [38] *juvencum,*
*Atque opere in medio defixa relinquit aratra.*
[39] *Non umbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt*
*Prata* [40] *movere animum, non qui per ſaxa volutus*
*Purior electro campum petit amnis: at ima*
[41] *Solvuntur latera, atq; oculos* [42] *ſtupor urget* [43] *inertes,*

10 Cujus cauſa latet. 11 Dùm quis attingit eam. 12 Mortem. 13 Equi morituri. 14 Ingraveſcere ac ſævior fieri. Sic, *Dijectâ* crudeſcit *pugna Camillâ*. 15 Sc. *ſunt.* 16 Moleſtus. 17 Interiora. 18 Tentantur. 19 Defluit. 20 Corruptus. 21 Clauſas & obſtructas. 22 Ex nimiâ ſiccitate rigens. 23 Ori immiſſo. 24 Vinum autem, quod in mali hujus remedium adhiberi ſolitum eſt, in tantum non profuit; ut etiam obfuerit in furiam actis equis, ut ipſi ſe ſuis dentibus laniarent. 25 Infundibulo. 26 Sola. 27 Vinum infundere, quod ſaluti eſſe putabatur. 28 Et equi recreati per furorem, qui vires adferre videtur, incendebantur majoribus furiis. 29 Ægros facientе. 30 Mittant, concedant, Abominandi formula. 31 Furorem illum, quem tùm equi perpeſſi ſunt. 32 Dilaniatos. VI. *Boves.* 33 Cùm fumaret & impensè laboraret. 34 Excitat. 35 Abit. 36 Separans & à jugo diſſolvens. 37 Conſortis, jugalis, tanti interitu, quo, quaſi fratre, in labore uſus fuerat. 38 Alterum. 39 Nulla juvant remedia, nuſquam patet ſuffugium, & levamen nullum. 40 In ſui deſiderium allicere. 41 Labaſcunt ejus latera. 42 Hebetudo obſidet. 43 Immobiles, aut parùm videntes præ ſtupore.

*Ad*

*Ad terramque fluit* [1] *devexo pondere cervix.*
[2] *Quid labor, aut benefacta* [3] *juvant? quid vomere terras*
*Invertiſſe graves?* [4] *atqui non* [5] *Maſſica Bacchi*
*Munera, non* [6] *illis epulæ nocuêre* [7] *repoſtæ:*
*Frondibus & victu paſcuntur* [8] *ſimplicis herbæ.*
*Pocula ſunt fontes liquidi, atque* [9] *exercita curſu*
*Flumina: nec ſomnos* [10] *abrumpit cura ſalubres.*
[11] *Tempore non alio, dicunt, regionibus illis*
*Quæſitas ad ſacra boves Junonis, &* [12] *uris*
*Imparibus ductos alta ad* [13] *donaria currus.*
[14] *Ergo ægrè raſtris terram* [15] *rimantur, & ipſis*
[16] *Unguibus infodiunt fruges: monteſque per altos*
[17] *Contentâ cervice trahunt ſtridentia plauſtra.*
VII. *Non* [18] *lupus inſidias* [19] *explorat ovilia circum,*
*Nec gregibus* [20] *nocturnus* [21] *obambulat: acrior illum*
[22] *Cura domat: timidi damæ, cervique fugaces*
*Nunc interque* [23] *canes, & circum tecta vagantur.*
VIII. *Jam maris immenſi prolem, & genus omne* [24] *natantum*
*Littore in extremo, ceu* [25] *naufraga corpora, fluctus*
[26] *Proluit:* [27] *inſolitæ fugiunt in flumina Phocæ.*
IX. [28] *Interit & curvis fruſtrà defenſa latebris*
*Vipera, & attoniti ſquamis* [29] *aſtantibus* [30] *hydri.*
X. *Ipſis eſt aër avibus* [31] *non æquus, & illa*

1 Pondere corporis aut capitis devoluto. 2 Neque iis operæ in terra colenda impenſæ gratia ulla aut reſpectus. 3 Proſunt. 4 Atqui non à temulentia aut crapulâ ex vino & epulis hic morbus tauris, quibus ſimplex victus herbæ & potus fluentis aquæ, nedum ab inſomni curâ. 5 Vina in Maſſico, Campaniæ monte, creſcere ſolita, quæ fortia ſunt. Horat. l. 1. Od. 1. *Eſt, qui nec veteris pocula Maßici, Nec partem ſolido demere de die Spernit.* 6 Juvencis aratoriis. 7 Sæpiùs appoſitæ. 8 Propter epularum varietatem. 9 Purificata repentino fluxu. 10 Sicut hominibus ſolet. 11 Jam quidem, ſicubi alias, neceſſe erat, in locum taurorum, qui interierant jungere uros, qui ad Junonis templum ferrent ſacra. Alluſum volunt ad Argivam ſacerdotem, quam, deſideratis jumentis, filii Cleobis & Biton ad fanum ſub curru juncti traxerunt. Ci. Tuſc. quæſt. l. 1. Val. Max. l. 5. c. 4. 12 Bobus ſylveſtribus indomitis, & ob id impariter trahentibus: de quibus Cæſ. l. 6. Bel. Gal. 13 Sacraria ſeu repoſitoria rerum, quæ Diis donantur. 14 Quia deerant boves aratorii. 15 Sulcant agricolæ. 16 Manibus. 17 Contractâ propter preſſuram. Quin & ipſi homines aratra junctim trahebant. VII. *Feras.* 18 Nunc docet ferarum miſerabilem luem. 19 Explorando facit. *Triſte lupus ſtabulis.* Ecl. 3. 20 Tempore nocturno. 21 Inſidiaturus. 22 Inſtantis mortis. 23 Innoxios, ut quos ſua etiam cura domat. VIII. *Piſces.* 24 Piſcium. 25 Poſt naufragium ad littora projecta. 26 Impulſu provolvit in littus. 27 Vituli marini inſolitæ magnitudinis aut rarò viſi. IX. *Serpentes.* 28 Peſtilentiâ. 29 Horrentibus & aſperis atque erectis ex morbo. 30 Serpentes aquatici. X. *Aves.* 31 Iniquus & peſtilens ac perniciosus: ut ſupra, *Non æquus Accerris.*

[1] *Præcipites altâ vitam ſub nube relinquunt.*
[2] *Præterea, nec jam mutari pabula* [3] *refert;*
[4] *Quæſitæque nocent artes:* [5] *ceſſêre* [6] *magiſtri,*
[7] *Phyllirides Chiron,* [8] *Amythaoniuſque Melampus.*
[9] *Sævit &* [10] *in lucem Stygiis emiſſa tenebris*
[11] *Pallida* [12] *Tiſiphone morbos agit* [13] *ante,* [14] *metumq;*
*Inque dies* [15] *avidum ſurgens caput altiùs effert.*
*Balatu* [16] *pecorum, & crebris* [17] *mugitibus amnes,*
*Arenteſque ſonant ripæ, colleſque* [18] *ſupini.*
*Jamq; catervatim* [19] *dat* [20] *ſtragem, atq;* [21] *aggerat ipſis*
*In ſtabulis turpi* [22] *dilapſa cadavera* [23] *tabo:*
[24] *Donec humo* [25] *tegere, ac foveis abſcondere* [26] *diſcunt.*
*Nam neque erat* [27] *coriis uſus: nec viſcera quiſquam*
*Aut undis* [28] *abolere poteſt, aut* [29] *vincere flammâ.*
*Nec tondere* [30] *quidem morbo,* [31] *illuvieque pereſa*
*Vellera,* [32] *nec telas poſſunt attingere putres.*
*Verum etiam* [33] *inviſos ſi quis* [34] *tentârat amictus,*
*Ardentes* [35] *papulæ, atq;* [36] *immundus* [37] *olentia ſudor*
*Membra* [38] *ſequebatur:* [39] *nec longo deinde moranti*
*Tempore,* [40] *contactos artus* [41] *ſacer ignis edebat.*

1 Præcipitanter in terram decidentes. 2 *Nec ratio remedii communis certa dabatur, &c.* Lucret. 6. l. 3 Quicquam ad rem facit. 4 *Succumbit medicina malis.* Manil. *mali moles potentior arte eſt:* 5 Victi ſunt à morbo, & ſuccubuerunt. Undè Ovid. l. 1. de Ponto: *Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger, Interdùm doctâ plus valet arte malum.* 6 Medici optimi eorumque inventa, cujuſmodi fuêre --- 7 --- Chiron Saturni & Phyllitæ. --- 8 Melampus filius Amythaonis. Hos autem duos per Synecdochen pro quibuſlibet præſtantiſſimis medicis ponit. 9 Et quis modus ubi furiæ ab inferis emiſſæ, longè lateque luem illam ſpargant, morbos metumque indies adaugeant. 10 Ad regionem noſtram. 11 Ab effectu. 12 Furia infernalis. 13 Se. 14 Mortem, quæ ex vel cum metu conſpicitur. 15 Cupidum cædis & ſanguinis. 16 Ovium. 17 Taurorum morientium. 18 Editoribus. 19 Tiſiphone, aut ipſa peſtis. 20 Cumulum morientium. 21 Accumulat. 22 Quæ occiderant. 23 Sanguine corrupto. 24 Tandem inventum altis foſſis ſepelire animalia peſte abſumpta; quorum vellera, coria ac viſcera nulli erant uſui, imò tangentibus exitialia. 25 Cadavera. 26 Homines. 27 Pellibus, è quibus coria parantur. 28 Purgare. 29 Excoquere igni. 30 Saltem. 31 Et ſanie & corruptione. 32 Nec paſtores per laborem pervenire ad hoc poſſunt, ut ex iis habeant telas etiam putres. 33 Quos natura invidit & negavit mortalibus. 34 Conatus fuerat facere. 35 Puſtulæ, exanthemata aut carbunculi. 36 Corruptus. 37 Graviter. 38 Inficiebat. 39 Et paulo poſt. 40 Ab illis amictibus, id eſt, qui talibus veſtiebantur, etiam inficiebantur. 41 Execrabilis & peſtilentialis ignis, id eſt, Eryſipelas aut peſtis abſumebat.

P. VIRG.

# P. VIRGILII MARONIS

# GEORGICORUM

# LIBER IV.

## ARGUMENTUM.

MEllarii ſedes ut deſignanda. Alveorum materies & fabrica. Apum ſeditiones & pugnæ. Breviter de cultura horti, laudata Tarentini cujuſdam ſenis induſtria. Apum Reſpublica, fœtus, victus, patria, leges, fœdera pacis ac belli, laboris, & quietis. Providentia. Præſagia tempeſtatum. Genus, ætas, cultus in reges. Ingenium, ſolertia, & quaſi rationis ſcintillæ. Mellatio, cujus duo tempora, Ver, & Autumnus. Apum morbi & remedia. Exſtinctarum reſtauratio ex putrefacto juvenco, Quæ refertur inventa Ariſtæo, cujus hiſtoriæ adjicitur Orphei fabula. Epilogus operis.

[1] *PRotinus* [2] *aërii mellis* [3] *cœleſtia dona*
*Exſequar:* [4] *hanc etiam, Mæcenas, aſpice* [5] *partem.*
[6] *Admiranda tibi* [7] *levium ſpectacula rerum,*
*Magnanimoſque* [8] *duces, totiuſque ex ordine* [9] *gentis*
*Mores, & ſtudia, &* [10] *populos, & prælia dicam.*
In [11] tenui labor, at tenuis non gloria: [12] *ſi quem*
*Numina læva ſinunt,* [13] *auditque vocatus Apollo.*
*Principio, ſedes apibus,* [14] *ſtatioque petenda,*
[15] *Quo neque ſit ventis aditus (nam* [16] *pabula venti* 9

1 Statim vel deinceps in executione cœpti operis perſcribam dona beneficio cœli aut in aëre collecta mellis, quod rore & floribus in aëre colligitur. 2 Μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος. Ariſt. Hiſt. Anim. l. 5. cap. 22. & Plin. l. 11. c. 12. *Venit hoc ex aëre, & maxime ſiderum exortu, &c. ſive ille eſt cæli ſudor ſive quædam ſiderum ſaliva, ſive purgantis ſe aëris ſuccus, &c.* 3 Munera Deorum. 4 Sicut reliquas aſpexiſti: quia ſtatim in principio primi libri Mæcenatem nuncupavit. 5 Agriculturæ, ſc de apibus. 6 Attentionem petit, dicturus de admiranda apum natura, politia, præliis, &c. 7 Utpote apum. 8 Apum reges, qui animas in vulnere linquunt. 9 Generis apum inſtituta & labores. 10 Progeniem apum. 11 Levi materiâ. 12 Si numina adverſa aut gloriæ humanæ inimica ſinunt aliquem glorioſè dicere. 13 Et ſi Apollo, qui Poëtis benevolus eſt, cœptis meis aſpirat. 14 Metaph. à caſtris & navibus. Locus apiario deſtinatus, habitatio deligenda. 15 Ad quam ſedem & ſtationem non ſpirent venti. 16 Thymum mella.

Fer-

Digitized by Google

*Ferre* [1] *domum prohibent) neque oves, hœdique* [2] *petulci*
*Floribus inſultent, aut* [3] *errans bucula campo*
[4] *Decutiat rorem, &* [5] *ſurgentes atterat herbas.*
*Abſint &* [6] *picti ſqualentia terga lacerti*
[7] *Pinguibus à ſtabulis,* [8] *Meropeſque, aliæque volucres,*
*Et manibus* [9] *Progne pectus ſignata* [10] *cruentis.*
*Omnia nam latè vaſtant,* [11] *ipſaſque volantes*
*Ore ferunt,* [12] *dulcem* [13] *nidis immitibus eſcam.*
[14] *At* [15] *liquidi fontes, & ſtagna* [16] *virentia muſco*
[17] *Adſint, &* [18] *tenuis fugiens per gramina rivus,*
*Palmaque* [19] *veſtibulum, aut ingens* [20] *oleaſter obumbret:*
*Ut cùm* [21] *prima novi* [22] *ducent* [21] *examina* [23] *reges*
*Vere ſuo, ludetque favis* [24] *emiſſa* [25] *juventus,*
*Vicina* [26] *invitet decedere ripa calori,*
[27] *Obviaque hoſpitiis teneat frondentibus arbos.*
[28] *In medium,* [29] *ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor,*
[30] *Tranſverſas ſalices, & grandia conjice ſaxa:*
[31] *Fontibus ut crebris poſſint* [32] *conſiſtere, & alas*
[33] *Pandere ad æſtivum Solem, ſi fortè* [34] *morantes*
*Sparſerit,* [35] *aut* [36] *præceps* [37] *Neptuno immerſerit Eurus.*
[38] *Hæc circum* [39] *caſiæ virides, & olentia latè*

1 Ad alvearia impediunt. 2 Petulantes & laſcivi. 3 Paſcens juvenca aut junior bos per campum. 4 Dejiciat. 5 Creſcentes herbas, è quibus pabula atque favos collegerunt apes. 6 Habentes terga picta, id eſt, maculis diſtincta. 7 Ab alvearibus melle plenis. 8 Aves apibus inimicæ. Ariſt. & Plin. pares addunt. 9 Hirundo, in quam Progne verſa putatur. 10 Sanguinolentis ſanguine filii Itys, quem patri epulandum dederat. Hinc Ovid. 6. Met. *neque adhuc de pectore cædis Exceſſere notæ, ſignataque ſanguine pluma eſt.* 11 Apes. 12 Mellificam ſc. 13 In quibus pulli ſunt ex rapina paſcendi. 14 Noxia priùs amoverat, utilia jam adeſſe monet. 15 Puri. 16 In quibus creſcit lanugo viridis. 17 Ad alvearia. 18 Exilis. 19 Locum fornicatum, in quo locantur alvearia. 20 Olea ſylveſtris. 21 Primos fœtus apum. 22 Tanquam novam coloniam. 23 Primores apum regali more viventes. 24 Educta. 25 Apiculæ, fœtus novi juniorum apum. 26 Alliciat à calore ad aquas. 27 Et palma aut oleaſter objectus decedere volentibus immoretur ſedibus frondentibus, id eſt, ut propter amœnitatem riparum alliciantur exire alvearils, ſed propter amœnitatem arboris redeant, nec ſedes mutent. 28 Ejus aquæ. 29 Sive ſtagnabit, ſive fluet aqua 30 In tranſverſum. 31 Lignis aut lapidibus injectis, quibus, ut homines, pontibus utantur. 32 Requieſcere. 33 Explicare. 34 Apes tardius redeuntes ex paſcuis diſperſit. 35 Aut aquis immerſerit vis venti. 36 Præcipitanter flans. 37 Metonymia. 38 Stabula apum. 39 *Levendula* floreat.



Digitized by Google

*Serpylla, & [1] graviter ſpirantis copia thymbræ*
*Floreat, [2] irriguumque bibant [3] violaria fontem.*
*[4] Ipſa autem, ſeu [5] corticibus tibi ſuta cavatis,*
*Seu [6] lento fuerint alvearia vimine texta.*
*[7] Anguſtos habeant aditus: nam [8] frigore mella*
*[9] Cogit hyems, eademque calor liquefacta [10] remittit.*
*[11] Utraque vis apibus pariter metuenda: neque illæ*
*Nequicquam in [12] tectis certatim tenuia cerâ*
*[13] Spiramenta linunt, [14] fucoque & [15] floribus [16] oras*
*Explent, [17] collectumq; [18] hæc ipſa ad munera gluten,*
*Et viſco, & Phrygiæ ſervant [19] pice lentiùs Idæ.*
*Sæpè etiam effoßis (ſi vera eſt fama) [20] latebris,*
*Sub terrâ fodere [21] Larem: penituſque repertæ*
*[22] Pumicibuſque cavis, [23] exeſæque arboris antro.*
*Tu tamen & [24] levi [25] rimoſa [26] cubilia [24] limo*
*Unge, fovens [27] circum, & raras ſuperinjice frondes.*
*Neu propiùs [28] tectis [29] taxum ſine, [30] neve rubentes*
*Ure foco cancros, [31] altæ neu [32] crede paludi:*
*Aut ubi odor cœni gravis, aut ubi concava [33] pulſu*
*Saxa ſonant, vociſque [34] offenſa reſultat [35] imago.*
*Quod ſupereſt, ubi pulſam hyemem Sol aureus egit*
*[36] Sub terras, cælumque æſtivâ luce recluſit:*
*Illæ continuò ſaltus, ſylvaſque [37] peragrant,*
*Purpureoſque [38] metunt flores, [39] & flumina libant*
*Summa leves: [40] hinc [41] neſcio quâ dulcedine lætæ*

1 Potenter fragrantis. 2 Irrigantem, id eſt, habeant etiam herbas odoriferas in confinio ad paſtum & mellificium. 3 Loca, in quibus magna violarum copia eſt. 4 Alvei conficiendi ratio, & materia ejus. 5 Subere. 6 Flexibili. 7 Foramina tantilla, ut vix unius apis capacia ſint. 8 Quod per latos aditus intraret. 9 Conſtringit & contrahit.

10 Defluere facit. 11 Caloris & frigoris: ille reſolvit: hoc cogit. 12 Alvearibus ſuis. 13 Rimas, per quas ventus intret, obſtruunt. 14 Glutine ex fuco marino frutice, quo veſtes tinguntur. 15 Florum lacrymis. 16 Extremas fiſſuras opplent. 17 Ex floribus & herbis. 18 Ad obſtruendas rimas. 19 Quæ colligitur ex arboribus piceis, in Ida, Phrygiæ monte, abundantibus. 20 Cavernis. 21 Foramen. 22 Saxis cavernoſis. 23 A carie aut vetuſtate. 24 Alvearia. 25 Hiantia & rimas habentia. 26 Seu luto & fimo bubulo molli. 27 In circuitu. 28 Alvearium. 29 Arborem mella depravantem. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.* Ecl. 9. 30 Gravis & tetri odoris quælibet prohibeantur, ſicuti cancri nidor cum eſt ignibus aduſtus, aut odor paluſtris cœni, nec minùs cavæ rupes, aut valles argutæ, quas Græci ἀγκὰς vocant. 31 Profundæ. 32 Committe apes. 33 Ex impulſu aquarum. 34 Repercuſſa. 35 Echo referens eandem vocem, quam acceperat. 36 Ad Antipodas. 37 Pervolant. 38 Exugunt. 39 Et veloces deguſtant fluminum ſummitatem. 40 Poſt novi veris flores libatos. 41 Immenſâ, ineffabili.

1 *Pro-*

Digitized by Google

*Tuſſis* [1] *anhela ſues, ac faucibus* [2] *angit* [3] *obeſis.*
*Labitur infelix* [4] *ſtudiorum, atque immemor* [5] *herbæ*
V. [6] *Victor equus: fonteſque* [7] *avertitur, & pede terram*
[8] *Crebrò ferit: demiſſæ* [9] *aures,* [10] *incertus ibidem*
*Sudor, & ille quidem morituris frigidus: aret*
*Pellis, &* [11] *ad tactum tractanti dura reſiſtit.*
*Hæc ante* [12] *exitium primis* [13] *dant ſigna diebus.*
*Sin in proceſſu cœpit* [14] *crudeſcere morbus,*
*Tùm verò ardentes* [15] *oculi, atque attractus ab alto*
*Spiritus, interdùm gemitu* [16] *gravis:* [17] *imaque longo*
*Ilia ſingultu* [18] *tendunt:* [19] *it naribus* [20] *ater*
*Sanguis, &* [21] *obſeſſas fauces premit* [22] *aſpera lingua.*
*Profuit* [23] *inſerto* [24] *latices infundere* [25] *cornu*
*Lenæos: ea viſa ſalus morientibus* [26] *una.*
*Mox erat* [27] *hoc ipſum exitio:* [28] *Furiiſque refecti*
*Ardebant: Ipſique ſuos jam morte ſub* [29] *ægrâ*
*(*[30] *Dii meliora piis,* [31] *erroremque hoſtibus illum)*
[32] *Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.*
VI. *Ecce autem duro* [33] *fumans ſub vomere taurus*
*Concidit, & mixtum ſpumis vomit ore cruorem,*
*Extremoſque* [34] *ciet gemitus:* [35] *it triſtis arator,*
*Mœrentem* [36] *abjungens* [37] *fraternâ morte* [38] *juvencum,*
*Atque opere in medio defixa relinquit aratra.*
[39] *Non umbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt*
*Prata* [40] *movere animum, non qui per ſaxa volutus*
*Purior electro campum petit amnis: at ima*
[41] *Solvuntur latera, atq; oculos* [42] *ſtupor urget* [43] *inertes,*

1 Anhelitum trahens. 2 Strangulat. 3 Sic inflatis, ut pingues putentur. 4 Certaminum. 5 Pabuli: ut Eclog. 8. *Immemor herbarum quos est mirata juvenca Certantes*, Muſam ſc. ſive cantum paſtorum Damonis & Alpheſiboei. V. *Equus.* 6 Vincere ſolitus in curuli certamine. 7 Averſatur & refugit. 8 Crebrò. Helleniſmus. 9 Equi languentis.

10 Cujus cauſa latet. 11 Dùm quis attingit eam. 12 Mortem. 13 Equi morituri. 14 Ingraveſcere ac ſævior fieri. Sic, *Dijectâ* crudeſcit *pugna Camillâ.* 15 Sc. *fiunt.* 16 Moleſtus. 17 Interiora. 18 Tentantur. 19 Defluit. 20 Corruptus. 21 Clauſas & obſtructas. 22 Ex nimiâ ſiccitate rigens. 23 Ori immiſſo. 24 Vinum autem, quod in mali hujus remedium adhiberi ſolitum eſt, in tantum non profuit; ut etiam obfuerit in furiam actis equis, ut ipſi ſe ſuis dentibus laniarent. 25 Infundibulo. 26 Sola. 27 Vinum infundere, quod ſaluti eſſe putabatur. 28 Ex equi recreati per furorem, qui vires adferre videtur, incendebantur majoribus furiis. 29 Ægros facientes. 30 Mittant, concedant, Abominandi formula. 31 Furorem illum, quem tùm equi perpeſſi ſunt. 32 Dilaniatos. VI. *Boves.* 33 Cùm fumaret & impensè laboraret. 34 Excitat. 35 Abit. 36 Separans & à jugo diſſolvens. 37 Conſortis, jugalis tauri interitu, quo, quaſi fratre, in labore uſus fuerat. 38 Alterum. 39 Nulla juvant remedia, nuſquam patet ſuffugium, levamen nullum. 40 In ſui deſiderium allicere. 41 Labaſcunt ejus latera. 42 Hebetudo obſidet. 43 Immobiles, aut parùm videntes præ ſtupore.

*Ad*

*Ad terramque fluit* [1] *devexo pondere cervix.*
[2] *Quid labor, aut benefacta* [3] *juvant? quid vomere terras*
*Invertiſſe graves?* [4] *atqui non* [5] *Maſſica Bacchi*
*Munera, non* [6] *illis epulæ nocuêre* [7] *repoſtæ:*
*Frondibus & victu paſcuntur* [8] *ſimplicis herbæ.*
*Pocula ſunt fontes liquidi, atque* [9] *exercita curſu*
*Flumina: nec ſomnos* [10] *abrumpit cura ſalubres.*
[11] *Tempore non alio, dicunt, regionibus illis*
*Quæſitas ad ſacra boves Junonis, &* [12] *uris*
*Imparibus ductos alta ad* [13] *donaria currus.*
[14] *Ergo ægrè raſtris terram* [15] *rimantur, & ipſis*
[16] *Unguibus infodiunt fruges: monteſque per altos*
[17] *Contentâ cervice trahunt ſtridentia plauſtra.*
VII. *Non* [18] *lupus inſidias* [19] *explorat ovilia circum,*
*Nec gregibus* [20] *nocturnus* [21] *obambulat: acrior illum*
[22] *Cura domat: timidi damæ, cervique fugaces*
*Nunc interque* [23] *canes, & circum tecta vagantur.*
VIII. *Jam maris immenſi prolem, & genus omne* [24] *natantum*
*Littore in extremo, ceu* [25] *naufraga corpora, fluctus*
[26] *Proluit:* [27] *inſolitæ fugiunt in flumina Phocæ.*
IX. [28] *Interit & curvis fruſtrà defenſa latebris*
*Vipera, & attoniti ſquamis* [29] *aſtantibus* [30] *hydri.*
X. *Ipſis eſt aër avibus* [31] *non æquus, & illa*

1 Pondere corporis aut capitis devoluto. 2 Neque iis operæ in terra colenda impenſæ gratia ulla aut reſpectus. 3 Profuere. 4 Atqui non à temulentia aut crapula ex vino & epulis hic morbus tauris, quibus ſimplex victus herbæ & potus fluentis aquæ, nedum ab inſomni curâ. 5 Vina in Maſſico, Campaniæ monte, creſcere ſolita, quæ fortia ſunt. Horat. l. 1. Od. 1. *Eſt, qui nec veteris pocula Maßici, Nec partem ſolido demere de die Spernit.* 6 Juvencis aratoriis. 7 Sæpiùs appoſitæ. 8 Propter epularum varietatem. 9 Purificata repentino fluxu. 10 Sicut hominibus ſolet. 11 Jam quidem, ſicubi alias, neceſſe erat, in locum taurorum, qui interierant jungere uros, qui ad Junonis templum ferrent ſacra. Alluſum volunt ad Argivam ſacerdotem, quam, deſideratis jumentis, filii Cleobis & Biton ad fanum ſub curru juncti traxerunt. Ci. Tuſc. quæſt. l. 1. Val. Max. l. 5. c. 4. 12 Bobus ſylveſtribus indomitis, & ob id impariter trahentibus: de quibus Cæſ. l. 6. Bel. Gal. 13 Sacraria ſeu repoſitoria rerum, quæ Diis donantur. 14 Quia deerant boves aratorii. 15 Sulcant agricolæ. 16 Manibus. 17 Contractâ propter preſſuram. Quin & ipſi homines aratra junctim trahebant. VII. *Feras.* 18 Nunc docet ferarum miſerabilem luem. 19 Explorando facit. *Triſte lupus ſtabulis.* Ecl. 3. 20 Tempore nocturno. 21 Inſidiaturus. 22 Inſtantis mortis. 23 Innoxios, ut quos ſua etiam cura domat. VIII. *Piſces.* 24 Piſcium. 25 Poſt naufragium ad littora projecta. 26 Impulſu provolvit in littus. 27 Vituli marini inſolitæ magnitudinis aut rarò viſi. IX. *Serpentes.* 28 Peſtilentiâ. 29 Horrentibus & aſperis atque erectis ex morbo. 30 Serpentes aquatici. X. *Aves.* 31 Iniquus & peſtilens ac pernicioſus: ut ſupra, *Non æquus Accius.*



Digitized by Google

*[1] Præcipites altâ vitam ſub nube relinquunt.*
*[2] Præterea, nec jam mutari pabula [3] refert;*
*[4] Quæſitæque nocent artes: [5] ceſſêre [6] magiſtri,*
*[7] Phyllirides Chiron, [8] Amythaoniuſque Melampus.*
*[9] Sævit & [10] in lucem Stygiis emiſſa tenebris*
*[11] Pallida [12] Tiſiphone morbos agit [13] ante, [14] metumq;*
*Inque dies [15] avidum ſurgens caput altiùs effert.*
*Balatu [16] pecorum, & crebris [17] mugitibus amnes,*
*Arenteſque ſonant ripæ, colleſque [18] ſupini.*
*Jamq; catervatim [19] dat [20] ſtragem, atq; [21] aggerat ipſis*
*In ſtabulis turpi [22] dilapſa cadavera [23] tabo:*
*[24] Donec humo [25] tegere, ac foveis abſcondere [26] diſcunt.*
*Nam neque erat [27] coriis uſus: nec viſcera quiſquam*
*Aut undis [28] abolere poteſt, aut [29] vincere flammâ.*
*Nec tondere [30] quidem morbo, [31] illuvieque peresa*
*Vellera, [32] nec telas poſſunt attingere putres.*
*Verum etiam [33] inviſos ſi quis [34] tentârat amictus,*
*Ardentes [35] papulæ, atq; [36] immundus [37] olentia ſudor*
*Membra [38] ſequebatur: [39] nec longo deinde moranti*
*Tempore, [40] contactos artus [41] ſacer ignis edebat.*

1 Præcipitanter in terram decidentes. 2 *Nec ratio remedi communis certa dabatur, &c.* Lucret. 6. l. 3 Quicquam ad rem facit. 4 *Succumbit medicina malis.* Manil. *mali moles potentior arte eſt:* 5 Victi ſunt à morbo, & ſuccubuerunt. Undè Ovid. l. 1. de Ponto: *Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger, Interdùm doctâ plus valet arte malum.* 6 Medici optimi eorumque inventa, cujuſmodi fuêre --- 7 --- Chiron Saturni & Phyllirae. --- 8 Melampus filius Amythaonis. Hos autem duos per Synecdochen pro quibuſlibet præſtantiſſimis medicis ponit. 9 Et quis modus ubi furiæ ab inferis emiſſæ, longè latèque luem illam ſpargant, morbos metumque indies adaugeant. 10 Ad regionem noſtram. 11 Ab effectu. 12 Furia infernalis. 13 Se. 14 Mortem, quæ ex vel cum metu conſpicitur. 15 Cupidum cædis & ſanguinis. 16 Ovium. 17 Taurorum morientium. 18 Editoribus. 19 Tiſiphone, aut ipſa peſtis. 20 Cumulum morientium. 21 Accumulat. 22 Quæ occiderant. 23 Sanguine corrupto. 24 Tandem inventum altis foſſis ſepelire animalia peſte abſumpta; quorum vellera, coria ac viſcera nulli erant uſui, imò tangentibus exitialia. 25 Cadavera. 26 Homines. 27 Pellibus, è quibus coria parantur. 28 Purgare. 29 Excoquere igni. 30 Saltem. 31 Et ſanie & corruptione. 32 Nec paſtores per laborem pervenire ad hoc poſſunt, ut ex iis habeant telas etiam putres. 33 Quos natura invidit & negavit mortalibus. 34 Conatus fuerat facere. 35 Puſtulæ, exanthemata aut carbunculi. 36 Corruptus. 37 Graviter. 38 Inficiebat. 39 Et paulo poſt. 40 Ab illis amictibus, id eſt, qui talibus veſtiebantur, etiam inficiebantur. 41 Execrabilis & peſtilentialis ignis, id eſt, Eryſipelas aut peſtis abſumebat.

# P. VIRGILII MARONIS
# GEORGICORUM
# LIBER IV.

## ARGUMENTUM.

MEllarii ſedes ut deſignanda. Alveorum materies & fabrica. Apum ſeditiones & pugnæ. Breviter de cultura horti, laudata Tarentini cujuſdam ſenis induſtria. Apum Reſpublica, fœtus, victus, patria, leges, fœdera pacis ac belli, laboris, & quietis. Providentia. Præſagia tempeſtatum. Genus, ætas, cultus in reges. Ingenium, ſolertia, & quaſi rationis ſcintillæ. Mellatio, cujus duo tempora, Ver, & Autumnus. Apum morbi & remedia. Exſtinctarum reſtauratio ex putrefacto juvenco, Quæ refertur inventa Ariſtæo, cujus hiſtoriæ adjicitur Orphei fabula. Epilogus operis.

[1] *PRotinùs* [2] *aërii mellis* [3] *cæleſtia dona*
*Exſequar:* [4] *hanc etiam, Mæcenas, aſpice* [5] *partem.*
[6] *Admiranda tibi* [7] *levium ſpectacula rerum,*
*Magnanimoſque* [8] *duces, totiuſque ex ordine* [9] *gentis*
*Mores, & ſtudia, &* [10] *populos, & prælia dicam.*
In [11] tenui labor, at tenuis non gloria: [12] *ſi quem*
*Numina læva ſinunt,* [13] *auditque vocatus Apollo.*
*Principio, ſedes apibus,* [14] *ſtatioque petenda,*
[15] *Quo neque ſit ventis aditus (nam* [16] *pabula venti*

1 Statim vel deinceps in executione cœpti operis perſcribam dona beneficio cœli aut in aëre collecta mellis, quod rore & floribus in aëre colligitur. 2 Μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος. Ariſt. Hiſt. Anim. l. 5. cap. 22. & Plin. l. 11. c. 12. *Venit hoc ex aëre, & maxime ſiderum exortu, &c. ſive ille eſt cæli ſudor ſive quadam ſiderum ſaliva, ſive purgantis ſe aëris ſuccus, &c.* 3 Munera Deorum. 4 Sicut reliquas aſpexiſti: quia ſtatim in principio primi libri Mæcenatem nuncupavit. 5 Agriculturæ, ſc. de apibus. 6 Attentionem petit, dicturus de admiranda apum natura, politia, præliis, &c. 7 Utpote apum. 8 Apum reges, qui animas in vulnere linquunt. 9 Generis apum inſtituta & labores. 10 Progeniem apum. 11 Levi materiâ. 12 Si numina adverſa aut gloriæ humanæ inimica ſinunt aliquem glorioſè dicere. 13 Et ſi Apollo, qui Poëtis benevolus eſt, cœptis meis aſpirat. 14 Metaph. à caſtris & navibus. Locus apiario deſtinatus, habitatio deligenda. 15 Ad quam ſedem & ſtationem non ſpirent venti. 16 Thymum mella.

Ver-

Ferre [1] domum prohibent) neque oves, hædique [2] petulcæ
Floribus inſultent, aut [3] errans bucula campo
[4] Decutiat rorem, & [5] ſurgentes atterat herbas.
Abſint & [6] picti ſqualentia terga lacerti
[7] Pinguibus à ſtabulis, [8] Meropeſque, aliæque volucres,
Et manibus [9] Progne pectus ſignata [10] cruentis.
Omnia nam latè vaſtant, [11] ipſaſque volantes
Ore ferunt, [12] dulcem [13] nidis immitibus eſcam.
[14] At [15] liquidi fontes, & ſtagna [16] virentia muſco
[17] Adſint, & [18] tenuis fugiens per gramina rivus,
Palmaque [19] veſtibulum, aut ingens [20] oleaſter obumbret:
Ut cùm [21] prima novi [22] ducent [21] examina [23] reges
Vere ſuo, ludetque favis [24] emiſſa [25] juventus,
Vicina [26] invitet decedere ripa calori,
[27] Obviaque hoſpitiis teneat frondentibus arbos.
[28] In medium, [29] ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor,
[30] Tranſverſas ſalices, & grandia conjice ſaxa:
[31] Fontibus ut crebris poſſint [32] conſiſtere, & alas
[33] Pandere ad æſtivum Solem, ſi fortè [34] morantes
Sparſerit, [35] aut [36] præceps [37] Neptuno immerſerit Eurus.
[38] Hæc circum [39] caſiæ virides, & olentia latè

1 Ad alvearia impediunt.
2 Petulantes & laſcivi.
3 Paſcens juvenca aut junior bos per campum.
4 Dejiciat.
5 Creſcentes herbas, è quibus pabula atque favos colligerunt apes.
6 Habentes terga picta, id eſt, maculis diſtincta.
7 Ab alvearibus melle plenis.
8 Aves apibus inimicæ. Ariſt. & Plin. paros addunt.

9 Hirundo, in quam Progne verſa putatur. 10 Sanguinolentis ſanguine filii Itys, quem patri epulandum dederat. Hinc Ovid. 6. Met. *neque adhuc de pectore cædis Exceſſere notæ, ſignataque ſanguine pluma eſt.* 11 Apes. 12 Mellificam ſc. 13 In quibus pulli ſunt ex rapina paſcendi. 14 Noxia priùs amoverat, utilia jam adeſſe monet. 15 Puri. 16 In quibus creſcit lanugo viridis. 17 Ad alvearia. 18 Exilis. 19 Locum fornicatum, in quo locantur alvearia. 20 Olea ſylveſtris. 21 Primos fœtus apum. 22 Tanquam novam coloniam. 23 Primores apum regali more viventes. 24 Educta. 25 Apiculæ, fœtus novi juniorum apum. 26 Alliciat à calore ad aquas. 27 Et palma aut oleaſter objectus decedere volentibus immoretur ſedibus frondentibus, id eſt, ut propter amœnitatem riparum alliciantur exire alvearlis, ſed propter amœnitatem arboris redeant, nec ſedes mutent. 28 Ejus aquæ. 29 Sive ſtagnabit, ſive fluet aqua 30 In tranſverſum. 31 Lignis aut lapidibus injectis, quibus, ut homines, pontibus utantur. 32 Requieſcere. 33 Explicare. 34 Apes tardius redeuntes ex paſcuis diſperſit. 35 Aut aquis immerſerit vis venti. 36 Præcipitanter flans. 37 Metonymia. 38 Stabula apum. 39 *Lavendula* floreat.



Digitized by Google

*Serpylla, & [1] graviter ſpirantis copia thymbræ*
*Floreat, [2] irriguumque bibant [3] violaria fontem.*
*[4] Ipſa autem, ſeu [5] corticibus tibi ſuta cavatis,*
*Seu [6] lento fuerint alvearia vimine texta.*
*[7] Anguſtos habeant aditus: nam [8] frigore mella*
*[9] Cogit hyems, eademque calor liquefacta [10] remittit.*
*[11] Utraque vis apibus pariter metuenda: neque illæ*
*Nequicquam in [12] tectis certatim tenuia cerâ*
*[13] Spiramenta linunt, [14] fucoque & [15] floribus [16] oras*
*Explent, [17] collectumq; [18] hæc ipſa ad munera gluten,*
*Et viſco, & Phrygiæ ſervant [19] pice lentiùs Idæ.*
*Sæpè etiam effoſſis (ſi vera eſt fama) [20] latebris,*
*Sub terrâ fodere [21] Larem: penituſque reperta*
*[22] Pumicibuſque cavis, [23] exeſæque arboris antro.*
*Tu tamen & [24] levi [25] rimoſa [26] cubilia [24] limo*
*Unge, fovens [27] circum, & raras ſuperinjice frondes.*
*Neu propiùs [28] tectis [29] taxum ſine, [30] neve rubentes*
*Ure foco cancros, [31] altæ neu [32] crede paludi:*
*Aut ubi odor cœni gravis, aut ubi concava [33] pulſu*
*Saxa ſonant, vociſque [34] offenſa reſultat [35] imago.*
*Quod ſupereſt, ubi pulſam hyemem Sol aureus egit*
*[36] Sub terras, cœlumque æſtivâ luce recluſit:*
*Illæ continuò ſaltus, ſylvaſque [37] peragrant,*
*Purpureoſque [38] metunt flores, [39] & flumina libant*
*Summa leves: [40] hinc [41] neſcio quâ dulcedine lætæ*

1 Potenter fragrantis. 2 Irriguantem, id eſt, habeant etiam herbas odoriferas in confinio ad paſtum & mellificium. 3 Loca, in quibus magna violarum copia eſt. 4 Alvei conficiendi ratio, & materia ejus. 5 Subere. 6 Flexibili. 7 Foramina tantilla, ut vix unius apis capacia ſint. 8 Quod per latos aditus intraret. 9 Conſtringit & contrahit.

10 Defluere facit. 11 Caloris & frigoris: ille reſolvit: hoc cogit. 12 Alvearibus ſuis. 13 Rimas, per quas ventus intret, obſtruunt. 14 Glutine ex fuco marino frutice, quo veſtes tinguntur. 15 Florum lacrymis. 16 Extremas fiſſuras opplent. 17 Ex floribus & herbis. 18 Ad obſtruendas rimas. 19 Quæ colligitur ex arboribus piceis, in Ida, Phrygiæ monte, abundantibus. 20 Cavernis. 21 Foramen. 22 Saxis cavernoſis. 23 A carie aut vetuſtate. 24 Alvearia. 25 Hiantia & rimas habentia. 26 Seu luto & fimo bubulo molli. 27 In circuitu. 28 Alveariorum. 29 Arborem mella depravantem. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.* Ecl. 9. 30 Gravis & tetri odoris quælibet prohibeantur, ſicuti cancri nidor cum eſt ignibus aduſtus, aut odor paluſtris cœni, nec minùs cavæ rupes, aut valles argutæ, quas Græci [illegible] vocant. 31 Profundæ. 32 Committe apes. 33 Ex impulſu aquarum. 34 Repercuſſa. 35 Echo referens eandem vocem, quam acceperat. 36 Ad Antipodas. 37 Pervolant. 38 Exugunt. 39 Et veloces deguſtant fluminum ſummitatem. 40 Poſt novi veris flores libatos. 41 Immenſâ, ineffabili.

1 *Pro-*

1 Examinis ſpem prolemque in favis.
2 Formant novos favos.
3 Componunt. Alii fingunt. Metaph. à ferrariis, ut & excudunt.
4 Alvearibus.
5 Remigio alarum, id eſt, volare.
6 Serenam, claram.
7 Examen apum glomeratim & agminatim volantium & ludentium in formam nubis.
8 Duci.
9 Obſervatas.
10 Arbores benè frondentes.
11 Ad hanc rem.

*[1] Progeniem, nidoſque fovent: hinc arte recentes*
*[2] Excudunt ceras, & mella tenacia [3] fingunt.*
*Hinc, ubi jam emiſſum [4] caveis ad ſidera cœli*
*[5] Nare per æſtatem [6] liquidam ſuſpexeris [7] agmen,*
*Obſcuramque [8] trahi vento mirabere [7] nubem,*
*[9] Contemplator, aquas dulces, & [10] frondea ſemper*
*[10] Tecta petunt: [11] huc tu juſſos aſperge [12] ſapores,*
*Trita Meliphylla, & Cerinthæ [13] ignobile gramen,*
*[14] Tinnituſque cie, & [15] Matris quate cymbala circùm.*
*Ipſæ conſident [16] medicatis ſedibus, ipſæ*
*Intima more ſuo ſeſe in [17] cunabula condent.*
*Sin autem ad pugnam exierint ([18] nam ſæpè duobus*
*[19] Regibus inceſſit magno diſcordia [20] motu)*
*Continuoque animos [21] vulgi, & trepidantia bello*
*Corda licet [22] longè præſciſcere: namque [23] morantes*
*Martius ille æris rauci canor [24] increpat, & vox*
*[25] Auditur, [26] fractos ſonitus imitata tubarum.*
*Tùm [27] trepidæ inter ſe [28] coëunt, penniſque coruſcant,*
*[29] Spiculaque exacuunt roſtris, [30] aptantque lacertos:*
*Et circa regem, atque ipſa ad [31] prætoria denſæ*
*[32] Miſcentur, magniſque [33] vocant clamoribus hoſtem.*
*Ergo ubi [34] ver nactæ [34] ſudum, campoſque patentes,*
*Erumpunt portis, concurritur; æthere in alto*
*Fit [35] ſonitus; magnum miſtæ [36] glomerantur in orbem,*
*Præcipiteſque cadunt: non [37] denſior aëre grando,*

12 Succo florum apibus gratorum. 13 Ubique obvium naſcens, vile. 14 Pelvium ſeu æris, cujus delectatione captæ vel metu territæ ſe in alveos condunt. 15 Cybeles, Matris Deum; cujus in ſacris Galli pulſant cymbala & tympana. 16 Dictis herbis illitis. 17 Alvearia. 18 Sæpè enim intra idem alvearium (quandoque & è diverſis) oritur ſeditio, diſceditur que in partes duorum regum, de imperio contendentium. Ariſt. 9. l. Hiſt. 40. cap. 19 Apum. 20 Tumultu. 21 Reliquarum apum, quæ reſpectu regum *vulgus*, id eſt, vilis populus ſunt. 22 Triduo ante eruptionem mellarius præſciſcere poterit ex veſpertinis apum bombis ad modum claſſicorum reſonantibus. 23 Intra alvearia ſua. 24 Carpit. 25 Inter apes. 26 Raucitate canentis. 27 Tumultuantes arma parant, ſeque ad pugnam expediunt. 28 Congrediuntur. 29 Aculeos ſuos. 30 Ad inſultus faciendos. 31 Tabernacula Imperatoris utriuſque: alluſum ad caſtra Rom. 32 Summa cura cuſtodiunt regem. 33 Provocant. 34 Diem ſerenum & aërem purum. 35 Pugnantium. 36 Convolvuntur. 37 Quàm apes.

Nec

Digitized by Google

*Nec de concuſſa* [1] *tantùm pluit ilice glandis.*
[2] *Ipſi per medias acies, inſignibus alis,*
*Ingentes animos anguſto in pectore verſant:*
*Uſque adeò* [3] *obnixi non cedere, dùm* [4] *gravis aut hos,*
*Aut hos, verſa fugâ victor* [5] *dare terga coëgit.*
[6] *Hi motus animorum, atque hæc* [7] *certamina tanta,*
*Pulveris exigui jactu compreſſa* [6] *quieſcent.*
*Verùm, ubi* [8] *ductores acie revocaveris ambos,*
*Deterior qui viſus, eum, ne* [9] *prodigus obſit,*
[10] *Dede neci: melior* [11] *vacuâ ſine regnet in aula.*
[12] *Alter erit maculis* [13] *auro ſqualentibus ardens:*
*(Nam duo ſunt* [14] *genera) hic melior, inſignis & [15] ore,*
*Et* [16] *rutilis clarus ſquammis:* [17] *ille* [18] *horridus alter.*
*Deſidiâ,* [19] *latamque trahens* [20] *inglorius alvum*
*Ut bina regum* [21] *facies, ita corpora* [22] *gentis:*
*Namque aliæ* [23] *turpes horrent, ceu pulvere ab alto*
*Cùm venit, &* [24] *terram ſicco ſpuit ore viator*
[25] *Aridus:* [26] *elucent aliæ, & fulgore coruſcant,*
[27] *Ardentes auro, & paribus* [28] *lita corpora* [29] *guttis.*
*Hæc potior ſoboles:* [30] *hinc cœli* [31] *tempore certo*
*Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum*
*Et* [32] *liquida, & durum Bacchi domitura ſaporem.*
*At cùm incerta volant,* [33] *cœloque examina* [34] *ludunt,*
*Contemnuntque favos, &* [35] *frigida* [36] *tecta relinquunt:*
*Inſtabiles animos ludo prohibebis* [37] *inani.*
*Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas*
*Eripe: non* [38] *illis quiſquam cunctantibus* [39] *altum*

1 Quantum apum cadit ex tali conflictu. 2 Reges. 3 Obnitentes. 4 Moleſtus & graviter urgens. 5 Fugere. 6 Hæc duorum examinum diſcordantium pugna ſedabitur. 7 Apum. 8 Principes, id eſt, reges, à pugna reduxeris domum per jectum pulveris. 9 Mella abſumens. 10 Occide. 11 Altero rege. 12 Melior. 13 Fulgentibus more ſquammarum in piſcibus colore fulvo. 14 Regum. 15 Facie. 16 Micantibus in morem auri. 17 Deterior ille, μέλας ϗ πλατυγάςωρ. Ariſto. 9. l. Hiſt. Anim. 40 c. 18 Incultus. 19 Obeſam & oblongam. 20 Sine gloria. 21 Formæ. 22 Vulgi, id eſt, reliquarum apum. 23 Deterioris notæ apes ſunt pulveri, ſputo concreto, concolores. 24 Pulverem cum ſaliva concretum. 25 Deficcatione & ſiti. 26 Melioris notæ apes ſplendent. 27 Reſplendentes fulgore auri. 28 Illita ac diſtincta. 29 Maculis quaſi guttatim ſparſis. 30 Ex hac ſobole. 31 Stato anni tempore, *vel* Cœli temperie. 32 Pura, & quæ admiſceas auſtero vino ad mitigandam aſperitatem. *Tam benè Theſeis Maſtica vina favis.* Martial. 4. l. 13. Ed. 33 In aëre. 34 Per ludum & otium glomerata, gyros & choreas ducentia. 35 Non opere, ut prius, ferventia. 36 Alvearia ſua. 37 Tunc enim non mellificandi gratia exeunt. 38 Regibus domi manentibus. 39 Subvolare ludibundè per aëra.

*Ire*

Digitized by Google

*Ire iter, aut [1] caſtris audebit vellere ſigna.*
*[2] Invitent croceis [3] halantes floribus horti,*
*Et [4] cuſtos furum atque avium, cùm falce ſalignâ*
*[5] Helleſpontiaci [6] ſervet tutela Priapi.*
*Ipſe [7] thymum, [8] pinoſque [9] ferens de montibus altis,*
*Tecta ferat latè circùm, cui [10] talia curæ:*
*Ipſe labore manum duro terat: ipſe feraces*
*[11] Figat humo plantas, & [12] amicos irriget imbres.*
*Atque equidem, extremo ni jam ſub fine [13] laborum*
*[14] Vela traham, & terris feſtinem advertere proram:*
*Forſitan & pingues hortos quæ cura colendi*
*Ornaret, canerem; biferique [15] roſaria [16] Pæſti;*
*Quoque modo [17] potis gauderent intyba rivis,*
*Et virides apio [18] ripæ; tortuſque per herbam*
*[19] Creſceret in ventrem cucumis; nec [20] ſera comantem*
*Narciſſum, aut [21] flexi tacuiſſem vimen acanthi,*
*Pallenteſque hederas, & [22] amantes littora myrtos.*
*Namque ſub [23] Oebaliæ memini me turribus altis,*
*Quâ [24] niger [25] humectat [26] flaventia [27] culta [28] Galeſus,*
*[29] Corycium vidiſſe ſenem, cui pauca [30] relicti*
*Jugera ruris erant; nec fertilis illa juvencis,*
*Nec pecori [31] opportuna ſeges, nec [32] commoda Baccho.*
*Hic [33] rarum tamen in dumis olus, albaque circum*

1 Aut in bellum prodire. Meta h. à militari diſciplinâ. 2 Alliciant & attrahant apes ad ſe. 3 Spirantes. 4 *Deus inde ego furum, aviumque Maxima formido.* Hor. 1. l. Sat. 8. 5 Nati in urbe Lampſaco propè Helleſpontum. 6 Hortos. 7 Herbam apibus gratiſſimam, ad mella conficienda. 8 Ad ceram conficiendam. 9 Ad alvearia. 10 Mella & cera. 11 Affigat. 12 Salubres ſuperfundat imbres. 13 Georgicorum. 14 Metaph. à nautis, qui, portum ſubituri, vela colligunt. 15 Roſarum copiam. 16 Oppidi maritimi Lucaniæ, bis in anno roſas ferentis. 17 Imbibitis. 18 Fluviorum *vel* hortorum pulvini & areæ. 19 Acciperet latum ventrem. 20 Sero ſeu tarde comas ſpargentem florentemque. Helleniſmus: *ut Torva tuentem: Acerba fremens: Multa gemens*, &c. 21 Flexilis. 22 Feliciter naſcentes in littoribus. 23 Tarenti, ab Oebaliis conditi duce Phalanto. Oebalis autem rex fuit Laconiæ, unde Lacones Oebali dicti. 24 Cæruleus aut profundus. Al. *piger*, id eſt, lente fluens. 25 Irrigat. 26 Segete. 27 Arva. 28 Calabriæ fluvius. 29 *Coricus* eſt urbs, mons, antrum Ciliciæ. Erit itaque *Corycius* Cilix, vel è remigum numero, quorum opera contra ipſos Cilicas piratas uſus fuerat Pompejus: *vel* miles Pompejanus, poſt Cilicas devictos emeritus & agro donatus. 30 Præteriti in diviſione & contempti, utpote inutilis: ut in ſeq. Alii exp. hereditarii, à patre ſc. relicti, ut *Res non parta labore, ſed relicta.* Martial. 10. l. 47. Ep. voluntque Poëtam reſpicere ad duos fratres Vejanios, quibus à patre relictam eſſe parvam villam refert Varro, l. 3. R. R. c. 16. Quid ſi *relictum rus* ſit quo pulſus prior dominus ceſſerit veterano militi, cui aſſignabatur in diviſione. *Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva.* Eclog. 1. & 9. 31 Accommodata & grata. 32 Idonea vitibus. 33 Plantatile.

*Lilia,*

Digitized by Google

*Lilia*, [1] *verbenaſque* [2] *premens*, [3] *veſcumque papaver*,
[4] Regum æquabat opes [5] animis : *ſeraque* [6] *revertens*
*Nocte domum*, *dapibus menſas onerabat* [7] *inemptis*.
[8] *Primus vere roſam*, *atque autumno carpere poma :*
*Et cùm triſtis hyems* [9] *etiam nunc frigore ſaxa*
*Rumperet*, *& glacie curſus* [10] *frænaret aquarum*;
*Ille* [11] *comam mollis jam tùm* [12] *tondebat acanthi*,
*Æſtatem* [13] *increpitans ſeram*, *Zephyroſque morantes*.
*Ergo apibus* [14] *fœtis* [15] *idem*, *atque examine multo*
*Primus abundare*, *&* [16] *ſpumantia* [17] *cogere preſſis*
*Mella favis : illi* [18] *tiliæ*, *atque uberrima* [18] *pinus :*
[19] *Quotque in flore novo pomis ſe fertilis arbos*
[20] *Induerat*, *totidem autumno* [21] *matura tenebat*.
*Ille etiam* [22] *ſeras in* [23] *verſum diſtulit ulmos*,
[24] *Eduramq; pyrum*, *& ſpinos jam pruna ferentes*,
*Jamq;* [25] *miniſtrantem platanum potantibus* [25] *umbram*.
*Verum hæc ipſe equidem* [26] *ſpatiis* [27] *excluſus* [26] *iniquis*,
*Prætereo*, *atque aliis poſt commemoranda relinquo*.
*Nunc age*, *naturas*, *apibus quas Jupiter ipſe*
*Addidit*, [28] *expediam:* [29] *pro quâ mercede canoros*
[30] *Curetum ſonitus*, *crepitantiaque æra ſecutæ*,
[31] *Dictæo* [32] *cœli regem pavêre ſub antro*.

1 Herbas, quibus in ſacris uti ſolebant. 2 Serens: *vel* falce metens. 3 Cereale, quo veſci poſſet. 1. Georg. 4 Ditiſſimorum. 5 Quia re ipſâ non potuit. 6 Ex illo agro ſterili. 7 Sibi in horto ſuo natis, nullo pretio comparatis. Horat. Od. 2. Ep. de ruſticâ vitâ. *Et horna dulci vina promens dolio*, *Dapes* inemptas apparet. 8 Fructu perenni dives & felix. Verno, æſtivo, autumnali, hyberno. 9 Ipſo puncto temporis. 10 Conſtringeret. 11 Summitatem. 12 Metebat. 13 Voto & voce, ut cujus ſtudium æſtas ſera & Zephyri veris comites nondùm ſpirantes morarentur. 14 Enixis partum. 15 Senex Corycius. 16 Ex preſſura. 17 Conſtipare. 18 Ad gluten & favos. 19 Nec ullus vernus flos deſtituebat eum autumnali fructu. 20 Ornaverat & veſtiverat, id eſt, quot flores produxerat arbor. 21 Sc. *poma*. 22 Antiquas. 23 In ordinem & quincuncem tranſtulit & diſpoſuit. Quid ſi dicamus, inverſas ulmos incurvabat, pedamenta futura viribus. 24 Robuſtam aut valdè duram. 25 Hoſpitalem convivantibus. 26 Temporis atque inſtituti mei anguſtis ſpatiis. 27 Ab hujuſmodi rerum executione. 28 Aperiam. 29 Quid mercedis accepturæ. 30 Curetes. Cretæ incolæ ſacrique fratres, Opi parturienti, Saturnumque filios ex pacto cum Titane vocantem fallere cupienti, ſuppetias laturi, æreis crepitaculis nati infantis Jovis vagitum celarunt, cymbalorum ſonitum ſecutæ apes melle nutrierunt Jovem in antro Cretenſi. In cujus officii mercedem tulêre à Jove ſingularem naturam, politiam & mores: Sobolis, patriæ, cibi in medium quæſiti communionem, & Rempublicam, quaſi Platonicam. 31 *Dicte*, mons Cretæ. 32 Jovem.

1 *Sola*

Digitized by Google

*[1] Solæ communes natos, [2] conſortia tecta*
*[3] Urbis habent, magniſque agitant ſub legibus ævum:*
*Et patriam ſolæ, & certos novêre penates:*
*Venturæque hyemis memores, æſtate laborem*
*Experiuntur, & [4] in medium quæſita reponunt.*
*Namque aliæ [5] victu invigilant, & [6] fœdere pacto*
*Exercentur agris: pars intra ſepta [7] domorum*
*[8] Narciſſi lacrymam, & lentum de cortice gluten,*
*Prima favis ponunt fundamina; deinde tenaces*
*Suſpendunt ceras: aliæ [9] ſpem gentis adultos*
*[10] Educunt fœtus: aliæ puriſſima mella*
*[11] Stipant, & [12] liquido diſtendunt nectare cellas.*
*[13] Sunt, quibus ad portas cecidit [14] cuſtodia [15] ſorti,*
*Inque vicem [16] ſpeculantur aquas, & nubila cœli:*
*Aut [17] onera accipiunt venientum, aut [18] agmine facto*
*[19] Ignavum [20] fucos pecus [21] à præſepibus arcent.*
*[22] Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.*
*Ac veluti [23] lentis [24] Cyclopes fulmina maſſis*
*Cùm [25] properant, alii [26] taurinis follibus [27] auras*
*Accipiunt, redduntque: alii ſtridentia [28] tingunt*
*[29] Æra [30] lacu: [31] gemit impoſitis incudibus [32] Ætna:*
*[33] Illi inter ſeſe magnâ vi brachia tollunt*
*[34] In numerum, verſantque tenaci forcipe ferrum:*

1 Apes ex cunctis animalibus. 2 Ad communem ſortem pertinentia: ſunt enim communia. 3 Alvearis. 4 In commune parta condunt. 5 Antiquè, pro victui ſc. habendo. Ita concubitu indulgent. 6 Partiri inter ſe opera, juvenes negotiantur foras, ſeniores intùs. 7 Alveariorum. 8 Illius floris, in quem puer flens converſus fingitur, rorem. 9 In quibus eſt ſpes de conſervando grege. 10 Incubant, fovent, excludunt fœtus. 11 Condenſant. 12 Melle puro favos replent. 13 Aliæ. 14 Excubitus. 15 Sortito, ſorte electis. 16 Pluviæ & tempeſtatum præſagæ, inſtà: *Nec vero à ſtabulis*, &c. 17 Seniores apes excipiunt gerulas juniores, eaſque exonerant melle aut cera: repetuntur verſus iſti Æneid. 1. 18 Manu conferta, facto, quodam impetu. 19 Nullius laboris, nihil agens, & aliena conſumens. 20 Sine aculeo majores apibus, non mellificantes, ſed tamen melle veſcentes. 21 Ab alvearibus ſuis abigunt, prohibent. 22 Cum fervore fit. 23 Mitigatis. 24 Populi Siciliæ, unum oculum habere reperti. De his. l. 1. Æn. ubi & quinque verſus ſeqq. repetuntur. 25 Properè excudunt, fabricant. 26 Corio taurino munitis. 27 Flatus & reflatus. 28 Ita tingunt, ut ſtrideant. 29 Ferrum, ſynecd. 30 Aqua, in qua ferrum candens immergitur. 31 Reſonat quaſi gemitum referens. 32 Mons ignivomus Siciliæ, Vulcani & Cyclopum officina. Al. *antrum*, ut 8. libr. Æn. 33 Cyclopes. 34 Secundum ordinem, ita ut ex alternis ictibus numerus & concentus muſicus audiatur: ex quo Pythagoras Symphoniam obſervaſſe dicitur.

Non

*Non aliter (ſi*[1] *parva licet*[2] *componere*[3] *magnis)*
[4] *Cecropias innatus apes amor urget*[5] *habendi,*
[6] *Munere*[7] *quamque ſuo:*[8] *grandævis*[9] *oppida curæ,*
*Et munire favos, &*[10] *Dædala*[11] *fingere tecta.*
*At feſſæ*[12] *multâ referunt ſe*[12] *nocte*[13] *minores,*
[14] *Crura thymo plena:*[15] *paſcuntur & arbuta paſſim,*
*Et*[16] *glaucas ſalices, caſiamque, crocumque rubentem,*
*Et pinguem tiliam, &*[17] *ferrugineos hyacinthos.*
[18] *Omnibus una quies operum, labor omnibus*[19] *unus.*
*Manè*[20] *ruunt portis: nuſquam mora: rursùs eaſdem*
*Veſper ubi è paſtu tandem decedere campis*
*Admonuit, tùm tecta*[21] *petunt, tum corpora*[22] *curant.*
*Fit*[23] *ſonitus,*[24] *muſſantque oras, & limina circum.*
*Poſt, ubi jam*[25] *thalamis ſe compoſuêre, ſiletur*
[26] *In noctem, feſſoſque ſopor*[27] *ſuus occupat artus.*
*Nec verò à*[28] *ſtabulis pluviâ*[29] *impendente recedunt*
*Longius, aut*[30] *credunt cælo, adventantibus Euris:*
*Sed circum*[31] *tutæ ſub mœnibus urbis*[32] *aquantur,*
*Excurſuſque breves*[33] *tentant; & ſæpè*[34] *lapillos,*
*Ut*[35] *cymbæ inſtabiles fluctu*[36] *jactante*[37] *ſaburram,*
*Tollunt; his ſeſe per inania*[38] *nubila librant.*
*Illum adeò placuiſſe apibus mirabere morem,*
*Quòd nec*[39] *concubitu indulgent, nec corpora ſegnes*
*In*[40] *Venerem ſolvunt, aut fœtus*[41] *nixibus edunt:*
*Verum ipſæ foliis*[42] *natos, & ſuavibus herbis*

1 Quantæ ſunt apes. 2 Comparare. 3 Quanti ſunt Cyclopes. 4 Atticas, κατ' ἐξοχὴν: optimo enim melle celebratur Hymettus mons Atticus, thymi ferax. 5 Mellis. 6 Officio, quod ei ſorti cecidit. 7 Quamlibet apum. 8 Provectioribus apibus. 9 Alvearia. 10 Artificioſa, Δαίδαλα: undè ingenioſo architecto nomen. Lucret. de Venere:

*Tibi ſuavis* Dædala *tellus ſubmittit flores*, id eſt, artificioſa. 11 Componere. 12 Cum jam plurima pars noctis tranſacta ſit. 13 Juniores. 14 Habentes crura onuſta melle ex thymo collecto. 15 Apes depabulantur. 16 Virides. 17 Nigri coloris. 18 Omnes ſimul quieſcunt. 19 Eodem tempore. 20 Celeriter excurrunt. 21 Repetunt. 22 Reficiunt cibo & quiete. 23 Bombus. 24 Murmurant. 25 Cellis. 26 Uſque ad tempus matutinum. 27 Qui ipſis convenit: ſic ſupra *Vere ſuo*, & *More ſuo*. 28 Alveariis ſuis. Prædivinant ventos imbreſque, continentque ſe tectis Plin. 29 Imminente. 30 Confidunt ſereno aëri. 31 Tutantis eas à pluviâ & vento. 32 Potantur. 33 Cum anxietate faciunt. 34 Quibus contra impetum ventorum ferantur. 35 Naviculæ vento agitabiles, inanes, ſine pondere, id eſt, minima navigia. 36 Hùc illùc impellente eam. 37 Arenam & gravem terram. 38 Aëra æquis alis firmant. 39 Concubitui incumbunt. Archaïcè. Sic ſuprà: *victu invigilant.* 40 Luxuriam & coïtum. 41 Partubus. 42 Semen natorum, unde naſcantur & incubando formentur apes.

Ore

Digitized by Google

Ore [1] legunt: ipſa regem, parvoſque [2] Quirites
Sufficiunt, aulaſque, & cerea regna [3] reſignunt.
Sæpè etiam, duris errando in [4] cotibus, alas
Attrivêre, ultròque [5] animam ſub [6] faſce dedêre.
[7] Tantus amor florum, & generandi gloria mellis!
Ergo ipſas quamvis [8] anguſti terminus ævi
[9] Excipiat, (neque enim [10] plus ſeptima [11] ducitur æſtas)
At genus [12] immortale manet, multoſque per annos
Stat [12] fortuna [13] domus, [14] & avi numerantur avorum.
Præterea [15] regem non ſic [16] Ægyptus, & ingens
[17] Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus [18] Hydaſpes
Obſervant: rege incolumi [19] mens omnibus una eſt:
[20] Amiſſo, rupêre fidem; [21] conſtructaque mella
Diripuêre [22] ipſæ, & [23] crates ſolvêre favorum.
[24] Ille operum [25] cuſtos: illum admirantur, & omnes
Circumſtant [26] fremitu denſo, ſtipantque [27] frequentes;
Et ſæpè attollunt humeris; & corpora bello
[28] Objectant, [29] pulchramque petunt per vulnera mortem.
[30] His quidam ſignis, atque hæc exempla ſecuti,
Eſſe apibus [31] partem divinæ mentis, & [32] hauſtus
Æthereos dixêre: [33] Deum namque ire per omnes

1 Colligunt. 2 Cives (quales erant Quirites, id eſt, Romani ſub Quirino, id eſt, Romulo, qui ſibi regem conſtituerunt) ſufficienter procreant. 3 Accuratè atque iterata opera ſignunt. Al. *repugnant*. 4 Saxis & rupibus. 5 Vitam perdiderunt. 6 Onere nimio mellis & pabuli, quod adferunt. Sic Ecl. 9. *Cantantes, ut eamus, ego hoc te faſce levabo.* 7 Ut moriantur. Epiphonema ſimile 2. Georg. *Tantus amor terræ!* Et 3. *Tantus amor laudum!* 8 Brevis. 9 Comprehendat. 10 Pluſquam. 11 Degitur apibus. 12 Succeſſione familiæ & ſtemmatis, ad quod alluſum. 13 Familiæ apum. 14 *Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.* 3. Æn. 15 Nulla uſquam gens, non Ægyptii, non Lydi, non ipſi Parthi & Medi majori veneratione colunt regem ſuum, quàm apes. 16 Propter Ptolomæos. 17 Ubi regnavit Crœſus. 18 Fl. alluens Mediam, ſeque in Indum exonerans. 19 Vivendi, rempublicam augendi, & regi obſequendi. 20 Rege. 21 Sub rege. 22 Quæ collegerant. 23 Contextus. 24 Rex. 25 Præfes, qui operum labores æquis partibus dividat, aut ſortitò. 26 Murmure. 27 Cum magna multitudine. 28 Pro rege. 29 Glorioſam. 30 Quibus apum ſtudiis & ingeniis animadverſis adducti quidam Philoſophi, non ſolertiam tantum apibus, ſed & rationem & divinæ particulam mentis aſſignarunt. 31 Sic Horat. *divinæ particulam auræ*, dixit. 32 Spiritus divinos. 33 Deum quippe vim ſuam in elementa omnia transfundere: hinc animalia, quæ ex elementis conſtant, ſpiritu illius, alia magis aut minus, imbui ac innari: vide 6. Æn. *Principio cœlum*, &c.

Terraſque,

Digitized by Google

*Terraſque, tractuſque maris, cœlumque profundum:*
*Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,*
*Quemque ſibi tenues naſcentem* [1] *arceſſere* [2] *vitas.*
*Scilicet* [3] *huc reddi deinde, ac* [4] *reſoluta referri*
*Omnia, nec* [3] *morti eſſe locum; ſed viva volare*
[5] *Sideris in numerum, atque alto ſuccedere cœlo.*
[6] *Si quando* [7] *ſedem* [8] *anguſtam, ſervataque mella*
[9] *Theſauris relines; priùs hauſtus* [10] *ſparſus aquarum*
[11] *Ore fove,* [12] *fumoſque manu prætende* [13] *ſequaces.*
[14] *Bis gravidos cogunt fœtus:* [15] *duo tempora* [16] *meſſis:*
[17] *Taygete* [18] *ſimul os terris oſtendit honeſtum*
*Pleias, &* [19] *Oceani ſpretos pede reppulit amnes:*
[20] *Aut* [21] *eadem ſidus fugiens ubi piſcis aquoſi,*
*Triſtior hybernas cœlo deſcendit in undas,*
*Illis ira modum ſupra eſt,* [22] *læſæque venenum*
[23] *Morſibus inſpirant, &* [24] *ſpicula cæca relinquunt,*
[25] *Affixa in venis, animaſque in vulnere ponunt.*
[26] *Sin duram metues hyemem, parceſque* [27] *futuro,*
[28] *Contuſoſque* [29] *animos, & res miſerabere* [30] *fractas.*
*At* [31] *ſuffire thymo, ceraſque* [32] *recidere inanes*
*Quis dubitet? nam ſæpè favos ignotus adedit*

1 Attrahere. 2 Spiritus: 3 In Deum & principia ſua. Ex opinione Pythagorica nullum animal penitùs perire; interire quidem & diſſoluto animali migrare animam ex alio in aliud, puram tandem ad ſuum aſtrum redire. 4 Per animæ à corpore ſeparationem.

5 Inter ſydera. 6 Præcepta mellationis, ejuſque Vernæ & Autumnalis. 7 Alvearium. 8 Cum melle repleta fuerit. Al. *auguſtam*. 9 Eximes è recluſis alvearíis. 10 *Spargens* in alveos atque apes. Aquam ore hauſtam ſparge in modum imbris pluviæque. 11 Contine hauſtus aquarum. 12 Qui vel cogant apes in priorem partem alvearii, vel abigant. 13 Perſecutores apum: quia fumo apes fugantur. 14 In vere & autumno apes mella ponderoſa & abundantia congregant. 15 Ver & autumnus. 16 Colligendi mellis. 17 Ortu Pleiadum, quarum Taygete una eſt. Synecd. menſe Majo. 18 Simulac. 19 Oriens ſc. & mare navigationi aperiens. 20 Aut occaſu Pleiadum, quo tempore Piſces oriuntur. 21 Taygete. 22 Ab apibus inimicis. 23 Aculeis. 24 Aculeos breves & exiles, qui latere poſſunt. 25 Aculeos penitus infixos venis inimicarum, & vulnere relictos cum parte inteſtini, unde ipſas mors conſequitur. 26 Quod ſi duram metuens hyemem, benigne agere voles cum apibus, ne animum deſpondeant: ne pigeat tamen alveos aperire, favos à vermibus, fucis, ſtellionibus corruptos aut inanes eximere, ſuffumigatione reficere apes, & purgare alvearia à blattis, tineis, &c. 27 Quo in futuro opus erit. 28 Labefactos, confractos timore famis. 29 Apum. 30 Afflictas. 31 Subfumigare, ut exinde inimica illis animalia fugiant. 32 Reſecare.

1 *Stellio*,

*[1] Stellio, [2] lucifugis [3] congeſta cubilia [4] blattis,*
*[5] Immuniſque ſedens [6] aliena ad pabula [7] fucus,*
*Aut aſper crabro [8] imparibus ſe immiſcuit [8] armis,*
*Aut dirum [9] tineæ genus, aut [10] inviſa Minervæ*
*In foribus laxos ſuſpendit aranea [11] caſſes.*
*Quò magis [12] exhauſtæ fuerint, hoc acriùs omnes*
*Incumbent [13] generis lapſi ſarcire ruinas*
*Complebuntque [14] foros, & floribus [15] horrea texent.*
*[16] Si verò (quoniam [17] caſus apibus quoque [18] noſtros*
*Vita [19] tulit) [20] triſti languebunt corpora morbo:*
*Quod jam [21] non dubiis poteris cognoſcere ſignis.*
*Continuò eſt ægris* I. *alius color;* II. *[22] horrida vultum*
*Deformat macies;* III. *tùm [23] corpora luce carentum*
*Exportant tectis, & triſtia funera [24] ducunt.*
IV. *Aut [25] illæ pedibus connexæ ad limina pendent:*
V. *Aut intùs clauſis cunctantur in ædibus omnes,*
*Ignavæque fame, & contracto frigore pigræ.*
VI. *[26] Tùm ſonus auditur [27] gravior, [28] tractimque ſuſurrant:*
*[29] Frigidus ut [30] quondam ſylvis [31] immurmurat Auſter,*
*Ut mare [32] ſollicitum ſtridet refluentibus undis,*
*Æſtuat ut clauſis [33] rapidus fornacibus ignis.*
*[34] Hîc jam* I. *Galbaneos ſuadebo incendere odores,*
II. *Mellaque [35] arundineis [36] inferre [35] canalibus, ultrò*
*Hortantem, & feſſas ad pabula [37] nota vocantem.*
III. *Proderit & [38] tunſum gallæ admiſcere ſaporem.*

1 Lacerta ſtellatis maculis. 2 Lucem fugientibus, noctu volantibus. 3 Sunt conſtructa in alvearibus. 4 Tineis. 5 Laboris expers, nihil adferens utilitatis. 6 Alieno labore, utpote apum, parta. 7 Veſpa. 8 Cui & viribus & armis impar eſt apis. 9 Vermis omnia exedentis. 10 Ob procaciam & æmulationem in arte texendi à Minerva in araneam verſa Arachne puella Lydia. Ovid. 6 Met. 11 Retia, telas. 12 Evacuatæ ab animalibus nocivis. 13 Fœtus. 14 Cellas, favos, loca, per quæ inferunt mella ſua, ſicut nautæ per foros inferunt merces. 15 Favos conficient. 16 Languentium apum morbis, quorum ſtatuit ſigna ſex, remedia præſcribit novem. 17 Miſerias. 18 Cum hominibus communes. 19 Attulit. 20 Lethali. 21 Certis. 22 Rugoſa. 23 Mortuarum efferunt cadavera. 24 Celebrant. 25 Morboſæ. 26 Prætereà. 27 Triſtior. 28 Per longos tractus, ut languidi ſolent, qui ſuſpiria ex imo pectore trahunt. 29 Natura ſua, ut qui à gelido polo Antarctico ſpiret: accidentali tamen & adventitio calore dum ad nos per torridam Zonam permeat, fervidus. Macr. l. 2. in Somn. Scipionis c. 5. 30 Quando. 31 Longè reſonans murmur facit. 32 Commotum reſonat. 33 Vehemens. 34 Remedia IX. 35 Fiſtulis ex arundine factis. 36 In alvearia. 37 Qualia illæ ſibi comparare ſoleant. 38 Contuſam gallam.



Digitized by Google

*IV.* [1] *Arenteſque roſas, V. aut igni pinguia multo*
[2] *Defruta, VI. vel* [3] *Pſythiâ paſſos de vite racemos,*
[4] *Cecropiumque VII. thymum, & VIII. gravè olentia* [5] *centaurea.*
*IX. Eſt etiam flos in pratis, cui nomen* [6] *Amello*
*Fecêre agricolæ;* [7] *facilis quærentibus herba:*
*Namque* [8] *uno ingentem tollit de ceſpite ſylvam,*
[9] *Aureus ipſe, ſed in foliis, quæ plurima circum*
*Funduntur, violæ ſublucet purpura nigræ.*
*Sæpè Deûm nexis ornatæ* [10] *torquibus aræ:*
[11] *Aſper in ore ſapor:* [12] *tonſis in vallibus illum*
*Paſtores, &* [13] *curva* [14] *legunt prope flumina* [15] *Mellæ.*
*Hujus* [16] *odorato radices incoque* [16] *Baccho,*
[17] *Pabulaque in foribus plenis oppone caniſtris.*
[18] *Sed, ſi quem* [19] *proles ſubitò* [20] *defecerit omnis,*
*Nec, genus undè nova ſtirpis* [21] *revocetur,* [22] *habebit:*
*Tempus &* [23] *Arcadii* [24] *memoranda inventa* [23] *magiſtri*
[25] *Pandere, quoque modo* [26] *cæſis jam ſæpè juvencis*
[27] *Inſincerus apes* [28] *tulerit cruor: altiùs omnem*
*Expediam, primâ repetens ab origine famam.*
*Nam, quà* [29] *Pellæi gens* [30] *fortunata Canopi*
*Accolit* [31] *effuſo* [32] *ſtagnantem flumine* [33] *Nilum,*
*Et* [34] *circùm pictis vehitur ſua rura* [35] *phaſelis,*

1 Deſiccatas in ſole. 2 Muſta ad dimidias decocta. 3 Uvam paſſam, quæ eſt ex vite Pſythiâ. Suprà l. 2. *Et paſſo Pſythia utilior*: quem locum vide. 4 Atticum & ut quod optimum. 5 Herbas calidas & ſiccas. 6 Amellum florem eundem cum Aſtere Attico, bubomo, eſſe autumant Herbarii proceres. 7 Facilè reperibilis.

8 Multos caules fundit, erigit à radice. 9 Ipſe flos eſt aurei coloris. 10 Corollis ex hoc flore ornantur aræ. 11 Auſterus. 12 Falce meſſis, & non ſylvoſis. 13 Per littora curva defluentia. 14 Colligunt. 15 In Gallia nobilis eſt hujus nominis fluvius, aliique cognomines alibi. Poëtæ tamen notior Mela Italus, quem ſiniſtra ripa receptum Ollius fl. in Padum defert; videturque hinc nomen inditum flori Amello. Cluv. 1. l. ult. cap. 16 Vino forti & odorem magnum exhalante. 17 Nutrimenta ex tali decoctione. 18 Inventum reſtaurationis apum exſtinctarum è bovis cæſi putrefactione, refertur acceptum Ariſtæo. 19 Progenies apum. 20 Aliquem deſtituerit. 21 Ab interitu. 22 Aliquas apes. 23 Ariſtæi regis Arcadii: qui inveniſſe fertur mellis & olei uſum, apum amiſſarum reparationem, lactis coagulum. Juſtin. 14. l. Vide hanc eandem fab. apud Ovid. 1. Faſtorum. 24 Memoratu digna. 25 Manifeſtare. 26 Verbere & fuſtibus, citra effuſum ſanguinem. 27 Corruptus & putridus. 28 Protulerit, produxerit. 29 Propter Alexandriam ab Alexandro, Pellæ in Macedoniâ nato, conditam in vicinia Canopi inſ. unde oſtio illi nomen. 30 Felix divitiis & ubertate ſoli, quam præſtat Nilus exundans. 31 In agros. 32 Inundantem & in campos effluentem. 33 Ægypti fluvium. Lege Tibul. l. 1. El. 6. 34 Stagnante Nilo. 35 Scaphis.

[1] *Quâque* [2] *pharetrata vicinia Perſidis urget,*
*Et* [3] *viridem Ægyptum* [4] *nigrâ fœcundat* [4] *arenâ,*
*Et diverſa* [5] *ruens ſeptem diſcurrit in* [6] *ora,*
*Uſque* [7] *coloratis* [8] *amnis devexus ab Indis:*
*Omnis in hac certam regio* [9] *jacit* [10] *arte* [11] *ſalutem.*
[12] *Exiguus primum, atq;* [13] *ipſos contractus ad uſus*
[14] *Eligitur locus: hunc anguſtique* [15] *imbrice tecti,*
*Parietibuſque* [16] *premunt arctis, & quatuor addunt,*
*Quatuor à* [17] *ventis* [18] *obliquâ luce feneſtras.*
*Tum vitulus* [19] *bimâ curvans jam cornua fronte*
*Quæritur: huic geminæ nares &* [20] *ſpiritus oris*
[21] *Multa reluctanti* [22] *obſtruitur:* [23] *plagiſq; perempto,*
[24] *Tuſa per* [25] *integram* [26] *ſolvuntur viſcera pellem.*
*Sic poſitum in* [27] *clauſo linquunt, &* [28] *ramea* [29] *coſtis*
*Subjiciunt fragmenta, thymum, caſiaſque* [30] *recentes.*
*Hoc geritur,* [31] *Zephyris primum impellentibus undas:*
[32] *Antè* [33] *novis rubeant quàm prata coloribus,* [32] *antè*
*Garrula quàm* [34] *tignis nidum ſuſpendat* [35] *hirundo.*
*Intereà teneris tepefactus in oſſibus* [36] *humor*
[37] *Æſtuat, & viſenda modis animalia miris,*
[38] *Trunca pedum primò, mox & ſtridentia pennis*
*Miſcentur, tenuemque magis, magis* [39] *aëra carpunt,*
*Donec, ut æſtivis effuſus nubibus* [40] *imber,*
[41] *Erupêre, aut ut* [42] *nervo pulſante* [43] *ſagittæ,*
*Prima* [44] *leves ineunt ſi quando prælia Parthi.*

1 Quâque Nilus urget vicina loca Perſidis, id eſt, in Perſiâ. 2 Cujus incolæ pharetris & ſagittis multùm valent. 3 Segete aut herbis. 4 Nigro limo. 5 Defluens. 6 Oſtia, quibus intrat mare. 7 Nigris Æthiopibus, an ſtigmate, quod ſibi honori ducebant inuſtis? 8 Nilus defluens, deductus. 9 Conſtituit, ponit. 10 Faciendi novas apes. 11 Reparandarum apum. 12 Anguſtus, quantum capit cadaver bovis. 13 Ad hanc ipſam utilitatem, ut in eo bos putreſcat, conſtrictus. 14 Ab his, qui apes reparare volunt. 15 Tegulis imbres capientibus. 16 Obſtringunt, anguſtant. 17 Cardinalibus. 18 Ex obliquo infuſâ. 19 Bienni, duorum annorum, id eſt, ipſe vitulus biennis. 20 Anhelitus. 21 Multùm, valdè. Helleniſm. 22 Clauditur, ne poſſit exhalare. 23 Fuſtibus, verberibus. 24 Contuſa. 25 Solidam, ne ſuccus aut ſanguis exhauriatur. 26 Laxantur, corrumpuntur. 27 Occluſo loco. 28 Ramorum. 29 Vituli ſc. ne pellis putreſcat. 30 Recenter captas. 31 In principio veris. 32 Anadiploſis eſt. 33 Novorum florum. 34 Ad laquearia & trabes domorum. 35 Veris nuncia. 36 Vituli. 37 Effervet, caleſcit. 38 Pedibus carentia: unde *apes*, quaſi *ἄπους*, quidam dicta volunt. 39 Auram vitalem inſpirant. 40 Erumpit. 41 Vi evolavêre ex corio vitulino. 42 Arcu, nervis munito, impellente. 43 Emittuntur. 44 Fugæ confidentes.

*Quis*

Digitized by Google

*Quis Deus hanc, Muſa, quis nobis [1] extudit [2] artem?*
*[3] Undè nova ingreſſus hominum experientia cepit?*
*Paſtor [4] Ariſtæus, fugiens Peneïa [5] Tempe,*
*Amiſſis (ut fama) apibus, morboque fameque,*
*Triſtis ad [6] extremi ſacrum caput aſtitit [7] amnis,*
*[8] Multa querens; atque hac affatus [9] voce [10] parentem:*
*Mater [11] Cyrene, mater, quæ gurgitis hujus*
*[12] Ima tenes; quid me præclarâ ſtirpe Deorum*
*(Si modò, quem perhibes, pater eſt [13] Thymbræus Apollo)*
*Inviſum [14] fatis genuiſti? aut quò tibi noſtri*
*Pulſus amor? quid me [15] cœlum ſperare jubebas?*
*En etiam hunc ipſum [16] vitæ mortalis honorem,*
*Quem mihi [17] vix frugum, & pecudum cuſtodia [18] ſolers*
*Omnia tentanti [19] extuderat, te matre, [20] relinquo.*
*[21] Quin age, & ipſa manu [22] felices erue [23] ſylvas:*
*Fer ſtabulis [23] inimicum ignem, atq; [24] interfice meſſes:*
*Ure ſata, & validam in vites [25] molire bipennem,*
*Tanta meæ ſi te ceperunt [26] tædia laudis.*
*At mater [27] ſonitum thalamo ſub fluminis alti*
*Senſit: [28] eam circum [29] Mileſia vellera Nymphæ*
*Carpebant, [30] hyali ſaturo fucata colore:*
*[31] Drymoque, Xanthoque, Ligæaque, Phyllodoceque,*
*Cæſariem effuſa nitidam per candida colla:*
*Neſæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,*
*Cydippe, & [32] flava Lycorias (altera virgo;*
*Altera tum primos [33] Lucinæ experta [33] labores)*

1 Invenit. 2 Reparandarum apum ex vitulo putrefacto. 3 Quo autore habuit experimentum hoc primos aditus? 4 Apollinis & Cyrenes Nymphæ filius. Lege Ovid. 1. Faſt. 5 Locum amœnum Theſſaliæ, quem medium interluit Peneus. 6 Summi. 7 Penei fl. 8 Multum, valdè. 9 Oratione. 10 Matrem. 11 Nympha Penei fl. 12 Profunda. 13 A *Thymbrâ*, Troados oppido, ubi colebatur. Dii enim cognomenta à locis, in quibus coluntur, ſæpè accipiunt. 14 Diis. 15 Quod reciperet in Deorum numerum. 16 Quem inter mortales merui. 17 Summâ cum difficultate. 18 Diligens. 19 Paraverat. 20 Amitto. 21 Permiſſio acerba & invidioſa, *clademque autore levabis.* 22 Fertiles arbores. 23 Quo pecus inficiatur: aut nocentem, quo ſtabula comburantur. 24 Emori cura ſegetem maturam, undè meſſis fieret. 25 Cum molimine infer, id eſt, abole omnia, quæ habeo. 26 Ut permittas meis laboribus parta interimi. 27 Lamentationis Ariſtæi confuſum, neque enim primum animadvertit neque agnovit vocem. 28 Cyrenem. 29 Puriſſima, è Mileto. 3. Georg. ſuprà. 30 Vitreo multoties tincta: undè cœruleus color. 31 Nympharum nomina. 32 Flava crines. 33 Partus, quibus præeſt Lucina, id eſt, quæ ſemel pepererat.

*Clioque, & Beroë ſoror, [1] Oceanitides ambæ,*
*Ambæ auro, [2] pictis incinctæ pellibus ambæ,*
*Atque Ephyre, atque Opis, atque Aſia, Deïopeja,*
*Et tandem [3] poſitis [4] velox [5] Arethuſa [6] ſagittis.*
*Inter quas [7] curam Clymene narrabat [8] inanem*
*Vulcani, Martiſque [9] dolos, & dulcia [10] furta,*
*Aque [11] Chao denſos Divûm numerabat amores.*
*Carmine quo [12] captæ, dùm [13] fuſis mollia penſa*
*Devolvunt; iterum maternas impulit aures*
*Luctus Ariſtæi; [14] vitreiſque ſedilibus omnes*
*Obſtupuêre: ſed ante alias Arethuſa ſorores*
*Proſpiciens, ſummâ [15] flavum caput extulit undâ.*
*[16] Et procul: O gemitu non fruſtra exterrita tanto,*
*Cyrene ſoror: ipſe tibi, [17] tua maxima cura*
*Triſtis Ariſtæus, Penei [18] genitoris ad undam*
*Stat lacrymans, & te [19] crudelem [20] nomine dicit.*
*[21] Huic percuſſa novâ mentem formidine mater,*
*Duc age, duc ad nos: [22] fas illi limina Divûm*
*Tangere, ait: ſimul [23] alta jubet [24] diſcedere latè*
*Flumina, quâ juvenis [25] greſſus inferret: at illum*
*Curvata in montis [26] faciem circumſtetit [27] unda,*
*Accepitque ſinu vaſto, miſitque ſub amnem.*
*Jamque domum mirans genitricis, & humida regna,*
*Speluncíſque [28] lacus clauſos, lucoſque [29] ſonantes,*
*Ibat, & ingenti motu ſtupefactus aquarum,*

1 Oceani filiæ. 2 Maculoſis hinnuleis, quæ Nebrides dicuntur. 3 Depoſitis. 4 In curſu, dum Alphæum fugit. 5 Nympha Sicelis, Ecl. 9. 6 Quibus in venando uſa fuerat. 7 De Venere uxore cuſtodiendâ. Fab. Martis in Veneris amplexibus deprehenſi, traductique à Vulcano, Odyſſ. Hom 8. Ovid. Met. 4. 8 Fruſtrà ſuſceptam.

9 Furtivos amores cum Venere. 10 Adulteria: ſive quia furtim & clam perpetrantur (quomodo fures occultè & plerumque noctu furatum veniunt) ſive quia genera quædam furti ſunt, cùm ſibi homines vel pudicitiam, vel caſtitatem, animis antea per blandimenta captis, ſurripiunt. Ovid. Met. 4. *furta ſeri*, furtique locum *monſtravit*. Notabilis eſt locus Æn. 4 *Nec jam furtivum Dido meditatur amorem, conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.* 11 Crebros Deorum amores ab orbe uſque condito. 12 Nymphæ. 13 Dum telas texunt. 14 Vitrei coloris, in quibus ſedebant in aquis. 15 Flavis capillis decoratum. 16 Sc. cum vidiſſet Ariſtæum. 17 Qui tibi maximæ curæ eſt. Æn. 1. Venus de Aſcanio nepote, *mea maxima cura*. 18 Patris tui, & avi ſui. 19 Quia non animadvertebat lachrymas filii. 20 Nominatim: quia dicebat, *mater Cyrene, Cyrene.* 21 Arethuſæ talia nuntianti. 22 Quia filius eſt Deorum. 23 Profunda. 24 Locum dare. 25 Ingrederetur. 26 Similitudinem, formam. 27 Fluminis. 28 Fontium & fluviorum origines & receptacula. 29 Vento.

Omnia

*Omnia ſub magnâ latentia flumina terrâ*
*Spectabat,* [1] *diverſa locis,* [2] *Phaſimque* [3] *Lycumque,*
*Et* [4] *caput, unde* [5] *altus primùm ſe* [6] *erumpit* [7] *Enipeus;*
[8] *Undè pater* [9] *Tiberinus, & undè* [9] *Aniena fluenta,*
[10] *Saxoſumque ſonans* [11] *Hypanis,* [12] *Myſuſque Caicus,*
*Et gemina auratus* [13] *taurino cornua vultu*
[14] *Eridanus: quo non alius per pinguia* [15] *culta*
*In mare* [16] *purpureum violentior influit amnis.*
*Poſtquam eſt in* [17] *thalami* [18] *pendentia pumice tecta*
[19] *Perventum, & nati fletus cognovit inanes*
*Cyrene:* [20] *manibus liquidos dant ordine fontes*
[21] *Germanæ,* [22] *tonſiſque ferunt mantilia* [22] *villis.*
[23] *Pars epulis onerant menſas, & plena* [24] *reponunt*
*Pocula:* [25] *Panchæis* [26] *adoleſcunt ignibus aræ.*
*Et mater, Cape* [27] *Mæonii* [28] *carcheſia Bacchi,*
[29] *Oceano* [30] *libemus, ait; ſimul ipſa precatur*
*Oceanumque* [31] *patrem rerum, Nymphaſque ſorores,*
*Centum* [32] *quæ ſylvas, centum* [33] *quæ flumina* [34] *ſervant.*
[35] *Ter liquido ardentem perfudit nectare* [36] *Veſtam;*
[37] *Ter flamma ad ſummum tecti* [38] *ſubjecta reluxit.*
[39] *Omine quo* [40] *firmans animum, ſic incipit ipſa:*
*Eſt in* [41] *Carpathio Neptuni gurgite vaſtis*

1 Diſtincta. 2 Colchorum fl. 3 Lyciæ fl. 4 Spectabat ortum, originem. Ovid. l. 1. Triſt. *In caput alta ſuum labentur ab æquore retro Flumina.* 5 Profundus. 6 Extulit 7 Theſſaliæ fl. 8 Habeat ortum. 9 Tiberis & Anio Italiæ fl. 10 Saxoſe, id eſt, ut ſonant flumina inter ſaxa decurrentia. 11 Scythiæ. fl.

12 Myſiæ fl. 13 *Tauriformes* dicti fluvii, à mugitu & rapido curſu. *cornuti*, à geminis ripis, vel alveis, in quos ſe dividunt; undè Acheloo Hercules alterum cornu avulſiſſe fingitur, qui fluvium in unum alveum redegerit. 14 Fl. Italiæ Padus in Adriaticum ſe exonerans. 15 Rura. 16 Cujus unda remis pulſa purpuraſcit. Cic. 2. Acad. quæſt. ἅλα πορφυρέσσαν Hom. 17 Cyrenes. 18 Fornicata, columnis fulta. 19 Ab Ariſtæo & comitibus. 20 Sc. *lavandis*. 21 Sorores. 22 Quorum villi erant tonſi. 23 Quædam ex eis ſacrificium parant & convivium. 24 Iterùm ponunt, poſtquam exhauſta erant. 25 Arabicis, ut volunt, qui Panchajam urbem Arabiæ Felicis ſtatuunt: ego fictitium nomen puto ex πᾶν, *omne* & καίω *uro*. 26 Incenduntur. 27 Vini Lydii: optimi. Strab. l. 13. 28 Pocula: de quorum formâ, Macrob. Sat. 5. l. 21. c. 29 Deo maris. 30 Sacrificemus. 31 Ex Thaletis & veterum philoſophorum opinione, qui omnia ex aquis generari aſſerebant. 32 Ut ſunt Dryades. 33 Ut ſunt Najades. 34 Habitant. 35 Ter: quia *numero Deus impare gaudet*, vinum libavit infuditque in ignem. 36 Ignem Ovid. 6. Faſt. *Nec tu aliud* Veſtam, *quam puram intellige flammam, Nataque de flamma corpora nulla vides.* Al. *veſtem*. 37 Ter emicuit boni ominis flamma. 38 Surſum jacta & exiliens. 39 Indicio propitii numinis. 40 Corroborans. 41 Carpathio mari: à *Carpatho* inſ. maris Mediterranei.

1 Marinus. 2 Tranat, vehitur. 3 Marinorum ſc. tantùm in anteriori parte, in quâ equis ſimiles ſunt, pedes habentium, in poſteriori ſimiles piſcibus pedes. 4 Theſſaliæ. 5 Peninſulam Macedoniæ. 6 Proteum. 7 Et ipſe vates, Deus aquarum, Oceani & Tethyos filius. 8 Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα, Hom. Il. α.

[1] *Cæruleus Proteus: magnum qui piſcibus æquor,*
*Et juncto bipedum curru* [2] *metitur* [3] *equorum.*
*Hic nunc* [4] *Emathiæ portus, patriamque reviſit*
[5] *Pallenen:* [6] *hunc & Nymphæ veneramur, & ipſe*
*Grandævus* [7] *Nereus: novit namque omnia vates,*
[8] *Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.*
*Quippe ita Neptuno* [9] *viſum eſt,* [10] *immania cujus*
[10] *Armenta, &* [11] *turpes paſcit ſub* [12] *gurgite* [13] *phocas.*
[14] *Hic tibi, nate,* [15] *priùs vinclis capiendus, ut omnem*
[16] *Expediat morbi* [17] *cauſam,* [18] *eventuſq; ſecundet.*
*Nam ſine* [19] *vi non ulla dabit præcepta,* [20] *neque illum*
*Orando flectes: vim duram, & vincula capto*
[21] *Tende:* [22] *doli circum hæc demùm frangentur inanes.*
*Ipſa ego te,* [23] *medios cùm Sol accenderit æſtus,*
[24] *Cùm ſitiunt herbæ, & pecori jam* [25] *gratior umbra eſt,*
[26] *In ſecreta ſenis ducam,* [27] *quò feſſus ab undis*
*Se recipit: facilè ut* [28] *ſomno aggrediare jacentem.*
*Verùm, ubi correptum manibus, vincliſque tenebis,*
[29] *Tùm variæ* [30] *illudent* [31] *ſpecies, atq;* [32] *ora ferarum:*
*Fiet enim ſubitò ſus horridus,* [33] *atraque tigris,*
*Squamoſuſque draco, & fulvâ cervice leæna:*
*Aut acrem flammæ ſonitum dabit, atque ita vinclis*
[34] *Excidet: aut in aquas* [35] *tenues* [36] *dilapſus* [37] *abibit.*
*Sed, quantò ille magis formas ſe vertet in omnes,*
*Tantò, nate, magis* [38] *contende tenacia vincla:*
*Donec talis erit* [39] *mutato corpore, qualem*
*Videris, incepto tegeret cùm lumina ſomno.*

9 Placuit. 10 Cete, balænas, monſtra natantia. 11 Immanes. 12 Carpathio. 13 Vitulos marinos. 14 Vates ſeu Proteus. 15 Quàm quicquam ab eo petas. 16 Expedite dicat. 17 Culpam, quæ cauſa interitus apum, & remedium. 18 Remedia. 19 Violentia catenarum. 20 Eadem de Sileno, Ecl. 6. 21 Injice. 22 Illuſiones ejus fruſtra inceptæ fruſtrabuntur tandem circum hæc vincula. 23 In meridie. 24 Cum herbæ deficcantur calore: qui in nobis ſitum generat. 25 Quàm herba. 26 In arcanos thalamos Protei. 27 Ad quæ. 28 Sc. *oppreſſum.* 29 De Proteo Rege Ægypti, vide Mythologos, quibus eſt bellator, variis galearum formis terribilis, ſophiſta aliis, vafer, hiſtrio, præſtigiator, &c. *Spumat aper, fluit unda, fremit leo, ſibilat anguis.* 30 Decipient te. 31 Imagines. 32 Formæ. 33 Aſpera, ſæva. 34 Elabetur. 35 Tranſparentes. 36 E vinculis. 37 Commutabit ſe in aquam. 38 Conſtringe. 39 Reducto in priſtinam figuram.

Hæc

*Hæc*[1] *ait*, & [2] *liquidum ambroſiæ* [3] *diffudit odorem*,
*Quo totum* 4 *nati corpus* 5 *perduxit: at* [6] *illi*
*Dulcis* 7 *compoſitis ſpiravit crinibus* [8] *aura*,
*Atq;*[9] *habilis*[10] *membris venit vigor.* [11] *Eſt ſpecus ingens*
12 *Exeſi latere in montis:* 13 *quò plurima vento*
*Cogitur, inque ſinus ſcindit ſeſe unda* 14 *reductos*,
15 *Deprenſis olim* 16 *ſtatio* 17 *tutiſſima nautis.*
18 *Intùs ſe vaſti Proteus tegit* 19 *obice ſaxi.*
*Hic*[20] *juvenem in latebris averſum*[21] *à lumine*[22] *Nympha*
*Collocat: ipſa procul nebulis* 23 *obſcura receſſit.*
*Jam rapidus* 24 *torrens* 25 *ſitientes* 26 *Sirius Indos*
*Ardebat cælo, & medium Sol igneus orbem*
27 *Hauſerat:*[28] *arebant herbæ, &* [29] *cava flumina* [30] *ſiccis*
31 *Faucibus* 32 *ad limum* 33 *radii tepefacta coquebant:*
*Cùm Proteus conſueta petens è fluctibus antra*
*Ibat: cùm* 34 *vaſti* 35 *circum* 36 *gens humida ponti*
*Exultans,* 37 *rorem latè diſpergit* 37 *amarum.*
*Sternunt ſe ſomno diverſæ in littore phocæ.*
38 *Ipſe (velut ſtabuli* 39 *cuſtos in montibus olim*,
*Veſper ubi è paſtu vitulos ad* 40 *tecta reducit*,
41 *Auditique lupos* 42 *acuunt balatibus agni)*
*Conſedit ſcopulo* 43 *medius,* 44 *numerumque* 45 *recenſet.*
46 *Cujus Ariſtæo quoniam eſt oblata* 47 *facultas*,
*Vix defeſſa ſenem* 48 *paſſus* 49 *componere membra*,
*Cum clamore* 50 *ruit magno,* 51 *maniciſque* 52 *jacentem*

1 Cyrene, mater Ariſtæi. 2 Fluentem. 3 Quò gravior viſu, & vegetior eſſet ad luctam. 4 Filii Ariſtæi. 5 Imbuit. 6 Ariſtæo. 7 Benè concinnatis. 8 Odor aut ventus. 9 Agilitans. 10 Ariſtæi. 11 Deſcribit antrum Protei. 12 Vetuſtate aut impetu aquarum. 13 Ad quod ſpecus. 14 Reſides. 15 Tempeſtate aliquando in mari deprehenſis, id eſt, periclitantibus in mari. 16 Locus, ubi ad tempus ſtant naves. 17 A periculo ventorum. 18 In medio antro. 19 Oppoſitione ingentis lapidis. 20 Ariſtæum. 21 Ab eâ parte, quà ſaxum objectum erat lumini. 22 Cyrene. 23 Tecta. 24 Inurens. 25 Arentes à Sole propinquo. 26 Stella in ore Canis, cujus ortu intenſivus eſt calor. 27 Expleverat, id eſt, jam tranſactus erat meridies, quo Sol eſt in medio cœli. 28 Deſiccabantur. 29 Profunda, exhauſtis aquis cava apparentia. 30 Aqua deſtitutis. 31 Æn. 10. *Ille ſitim morboſque ferens mortalibus ægris*, &c. 32 Uſque ad fundum. 33 Solares. 34 Ampli. 35 Sc. *eum*, 36 Genus æquoreum, phocæ, piſces. 37 Aquam marinam, quæ amara eſt. 38 Proteus. 39 Recenſet numerum pecorum. 40 Stabula. 41 A lupis. 42 Acriori fame irritant. 43 Inter pecora ſua. 44 Pecorum. 45 Enumerat. 46 Protei. 47 Facilitas capiendi & opportunitas. 48 Ariſtæus. 49 Ut dormiret. 50 In eum. 51 Manuum vinculis. Sic Æn. 2. *Ipſe vero primus* manicas *atque arcta levari Vincla jubet Priamus.* 52 Protea.

*Occupat : [1] ille ſua contrà non immemor [2] artis,*
*Omnia transformat ſeſe in [3] miracula rerum,*
*Ignemque, horribilemque feram, fluviumque [4] liquentem.*
*Verùm, ubi nulla [5] fugam reperit [6] fallacia, victus*
*[7] In ſeſe redit, atque hominis tandem ore locutus :*
*[8] Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras*
*Juſſit adire domos ? quid-ve hinc petis ? inquit : at ille ;*
*Scis, Proteu, [9] ſcis ipſe, [10] neque eſt te fallere cuiquam,*
*Sed tu deſine [11] velle : Deûm præcepta ſecuti*
*Venimus huc, [12] lapſis quæſitum [13] oracula rebus.*
*Tantum effatus : ad [14] hæc [15] vates vi denique multâ,*
*[16] Ardentes oculos intorſit lumine [17] glauco,*
*Et graviter [16] frendens, ſic [18] fatis ora reſolvit.*
*Non te [19] nullius exercent numinis iræ :*
*[20] Magna lues commiſſa : tibi [21] has [22] miſerabilis Orpheus*
*Haudquaquam ob meritum pœnas (ni fata reſiſtant)*
*Suſcitat, & [23] raptâ graviter pro [24] conjuge ſævit.*
*Illa quidem, dùm te fugeret per flumina [25] præceps,*
*Immanem ante pedes [26] hydrum, moritura [24] puella*
*Servantem ripas, altâ non vidit in herbâ.*
*At [27] chorus æqualis Dryadum [28] clamore ſupremos*
*Implerunt montes : flerunt [29] Rhodopejæ arces,*
*Altaque [29] Pangæa, & [30] Rheſi [31] Mavortia tellus,*
*Atque [32] Getæ, atque [33] Hebrus, atque [34] Actias Orithyia.*

1 Proteus. 2 Quo uti ſolebat. 3 Formas mirandas. 4 Fluidum. 5 Poſſibilitatem. 6 Deceptio Protei. 7 In veram imaginem hominis. 8 Indignanter : aut pro *quiſnam* ſumitur. 9 Quid petam, cùm ſis vates. 10 Οὐκ ἔξεστι: non licet cuiquam te fallere. Tu ergo deſiſte velle fallere alios. Helleniſmus. Horat. *Quod verſu alterò non eſt*, id eſt, dici non poteſt. 12 Perditis.

11 Fallere me tot monſtris. Ecl. 5. *Sed tu deſine plura puer.* 13 Deorum conſilia & reſponſa. 14 Verba Ariſtæi, quia audierat Deos id velle. 15 Proteus. 15 Ira. 17 Cæruleo. 18 Dicendis, id eſt, incepit effari oracula Divûm. 19 Non humilis, ſed magni. 20 Delictum magnum ulta eſt lues magna, ad internecionem uſque tuarum apum. *Alias.* Tu lues magna commiſſa. 21 Quod apes amiſeris. 22 Dignus miſeratione, propter luctum uxoris. 23 Ab inferis, poſtquam ipſe retroſpexerat. 24 Eurydice juvencula conjux Orphei. 25 Præcipitanter, ſine conſideratione. 26 Serpentem aquatilem. 27 Nymphæ populares, connutritiæ. 28 Ob mortem Euridices. 29 Montes Thraciæ. 30 Quam poſtea Rheſus rex habitavit. 31 Cui Mars præeſt, bello ſtrenua. Sic Æn. 3. *Terra procul vaſtis colitur* Mavortia *campis, Thraces arant.* 32 Poſteà Tartari dicti. 33 Fl. Thraciæ. 34 Nympha Attica ſeu Athenienſis, filia Erichthonii, quam rapuit Boreas.



Digitized by Google

*[1] Ipſe cavâ ſolans [2] ægrum [3] teſtudine amorem ;*
*Te, dulcis conjux, te [4] ſolo in littore ſecum,*
*Te [5] veniente die, te [6] decedente canebat.*
*[7] Tænarias etiam fauces, [8] alta oſtia Ditis,*
*Et caligantem [9] nigrâ formidine lucum*
*Ingreſſus, [10] maneſque adiit, [11] regemque tremendum,*
*Neſciaque humanis precibus [12] manſueſcere corda.*
*At [13] cantu commotæ [14] Erebi de ſedibus imis*
*Umbræ ibant [15] tenues, ſimulacraque [16] luce carentum,*
*[17] Quam multa in ſylvis avium ſe millia condunt,*
*Veſper ubi, aut hybernus [18] agit de montibus imber :*
*[19] Matres atque viri, defunctaque corpora vitâ*
*Magnanimûm [20] Heroum, pueri, innuptæque puellæ,*
*Impoſitique [21] rogis juvenes ante ora parentum :*
*Quos circum limus niger, & deformis arundo*
*[22] Cocyti, [23] tardâque palus [24] innabilis undâ*
*[25] Alligat, & [26] novies [27] Styx interfuſa [28] coërcet.*
*Quin ipſæ [29] ſtupuêre [30] domus, atque [31] intima lethi*
*[32] Tartara, cæruleoſque [33] implexæ crinibus angues*
*[34] Eumenides ; [35] tenuitque inhians tria [36] Cerberus ora ;*
*Atque [37] Ixionei [38] cantu rota conſtitit [37] orbis.*

1 Orpheus. 2 Miſere affligentem propter mortem uxoris. 3 Lyra. 4 Ubi ipſe ſolus erat. 5 Oriente. 6 Occidente ſole. Horat. Od. 9. l. 2. *Tu ſemper urges flebilibus modis Myſten ademptum : nec tibi veſpero Surgente decedunt amores, Nec rapidum fugiente Solem.* 7 Quin & auſus inferos adire, per Tænarum, Laconiæ promontorium : quà deſcenſus patêre ad inferos perhibetur. Vide Sen. Her. Fur. Act. 3. & Ovid. Met. 10. 8 Profunda. 9 Formidoloſa. 10 Animas apud inferos manentes. 11 Plutonem. 12 Flecti, moveri. Idem Horat. Od. 14. l. 2. *Non ſi tricenis, quotquot eunt dies, Amice places illacrimabilem Plutona tauris, qui ter amplum Geryonem, Tityumque triſti Compeſcit undâ.* 13 Orphei. 14 Caliginis infernalis. 15 *Leves populi, ſimulacraque functa ſepulchro.* Ovid. 10. Met. 16 Vita. 17 Ibant tam multa, *quàm multa*, &c. 18 Impellit illas in ſylvas. 19 Fœminæ. Tres iſti verſus repetuntur 6. Æn. 20 Principum virorum. 21 Ignibus incenſis. 22 Paludis infernalis. 23 Quæ immoratur. 24 Irremeabilis, per quam nemo nare poteſt, vel, per languorem non navigabilis. Al. *innabilis* ; & hic cum ſeq. repetitur. 6. Æn. 25 Detinet. 26 Per novem circulos. 27 Palus triſtitiæ infernalis. 28 Conſtringit ne exéant. 29 Ob cantum Orphei. 30 Infernales. 31 Profundiſſima. 32 Tenebrarum loca. 33 Involutæ, implicitæ. Al. *innexæ* : Al. *impexæ*. 34 Furiæ infernales, per Antiphraſin ſic dictæ, quòd *immites* atque *implacabiles* ſint : εὐμενὴς enim *mitem* ac *propitium* ſignificat. 35 A latratu. 36 Canis ille infernalis triceps. 37 Quem apud inferos volvit Ixion. 38 Al. *vento*.

*[1] Jamque [2] pedem referens, [3] caſus evaſerat omnes:*
*[4] Redditaque Eurydice ſuperas veniebat ad auras,*
*[5] Pone [6] ſequens, (namque hanc dederat [7] Proſerpina [8] legem)*
*Cùm ſubita incautum dementia [9] cepit amantem:*
*([10] Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes)*
*Reſtitit, Eurydicenque ſuam jam [11] luce ſub ipſâ,*
*Immemor, heu! victuſque animo reſpexit: ibi omnis*
*[12] Effuſus labor, atque [13] immitis rupta tyranni*
*Fœdera: terque [14] fragor ſtagnis auditus [15] Avernis.*
*Illa, quis & me, inquit, miſeram, & te perdidit, Orpheu?*
*Quis tantus furor? en iterùm crudelia retrò*
*Fata vocant, conditque [16] natantia lumina ſomnus.*
*Jamque vale: [17] feror ingenti circumdata [18] nocte,*
*Invalidaſque tibi tendens, heu! [19] non tua, [20] palmas,*
*Dixit: & ex oculis ſubito, ceu fumus, in auras*
*[21] Commiſtus tenues, fugit [22] diverſa: neq; [23] illum*
*[24] Prenſantem nequicquam [25] umbras, & multa volentem*
*Dicere, præterea vidit: nec [26] portitor Orci*
*Ampliùs [27] objectam paſſus tranſire paludem.*
*Quid faceret? quò ſe [28] raptâ bis conjuge ferret?*
*Quo fletu manes, quâ [29] numina voce moveret?*
*[30] Illa quidem Stygiâ nabat jam [31] frigida [32] cymbâ.*
*Septem illum totos perhibent [33] ex ordine menſes*

1 Docet Proteus, quomodo Orpheus, Threïciâ fretus citharâ, fidibuſque canoris, conjugem eduxerit ex Inferorum carcere, & eam iterùm amiſerit. 2 Rediens Orpheus ab inferis ad ſuperos. 3 Difficultates: quia & canem placaverat, & cum Plutone & Proſerpinâ, Plutonis conjuge, pactus fuerat. 4 Orpheo. 5 Poſt eum. 6 Maritum. 7 Inferorum regina, Cereris filia, quam Pluto rapuerat. 8 Ut poſt maritum rediret, nec Orpheus reſpiceret. 9 Invaſit. 10 Condonanda certe: quia non per malitiam, ſed per vim amoris legem tranſgreſſus eſt. 11 Exitum propè conſecutus. 12 Perditus eſt. 13 Inexorabilis Plutonis. 14 Vocum acclamantium quia gaudebant manes Eurydicen redire, ut iterùm Orphea audirent. 15 Infernalibus. Avernus, Campaniæ palus, introitus ad inferos. 16 Oculos languide fluitantes mors condit. 17 Auferor abs te. 18 Caligine, id eſt, morte. 19 Non ampliùs in poteſtate tuâ. 20 Manus. 21 Aëri. 22 In diverſas partes aëris. 23 Orphea. 24 Frequenter prendere conantem. 25 Conjugem, quæ jam in umbras diffuſa erat. 26 Charon. Sic Æn. 6. Portitor *has horrendus aquas, & flumina ſervat Terribili ſqualore Charon.* 27 Interpoſitam. 28 Bis erepta: ſemel à ſerpente, & ſemel ab inferis. 29 Supera. 30 Eurydice. 31 Mortua. 32 Quâ traducebatur per Stygem paludem. 33 Continuos, integros, ſine intermiſſione.

*Rupe ſub* [1] *aërea, deſerti ad* [2] *Strymonis undam*
*Fleviſſe, & gelidis* [3] *hæc evolviſſe ſub antris,*
*Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.*
[4] *Qualis populea mœrens Philomela ſub umbra*
*Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator*
*Obſervans nido* [5] *implumes detraxit: at* [6] *illa*
*Flet* [7] *noctem,* [8] *ramoque ſedens* [9] *miſerabile carmen*
[10] *Integrat, & mœſtis late loca queſtibus implet.*
[11] *Nulla Venus, nullique animum flexêre Hymenæi.*
*Solus* [12] *Hyperboreas glacies,* [13] *Tanaimque* [14] *nivalem,*
*Arvaque* [15] *Riphæis nunquam* [16] *viduata pruinis*
[17] *Luſtrabat, raptam Eurydicen, atque* [18] *irrita Ditis*
[19] *Dona querens:* [20] *ſpretæ* [21] *Ciconum quo* [22] *munere matres*
*Inter ſacra Deûm,* [23] *nocturnaque* [24] *Orgia Bacchi*
*Diſcerptum* [25] *latos* [26] *juvenem ſparsêre per agros.*
*Tùm quoque* [27] *marmorea* [28] *caput à cervice revulſum,*
[29] *Gurgite cùm medio portans* [30] *Oeagrius Hebrus*
*Volveret: Eurydicen vox ipſa, &* [31] *frigida lingua,*
*Ah miſeram Eurydicen, anima fugiente vocabat:*
*Eurydicen toto* [32] *referebant flumine ripæ.*
[33] *Hæc Proteus: & ſe* [34] *jactu dedit æquor in altum;*
*Quoque* [35] *dedit, ſpumantem undam ſub* [36] *vertice torſit.*

1 Alta.
2 Fl. Thraciæ.
3 Quæ paſſus fuerat, animo & cithara percurriſſe.
4 Perhibent fleviſſe talem, *qualis*, &c.
5 Nondùm pennatos, antequam volare poſſent.
6 Philomela.
7 Totam.
8 Unde nidus ablatus eſt.
9 Flebile.
10 Ex integro canit.
11 Nullus amor, nullæ placuêre nuptiæ. Hymenæus, nuptiarum Deus: ὑμὴν *membranula*, virginitatis clauſtrum. Ovid. *Omnemque refugerat Orpheus Fœmineam Venerem: ſeu quod malè ceſſerat illi, Sive fidem dederat: multas tamen ardor habebat Jungere ſervati: multa doluêre repulſa.* 12 Quæ ferè ſunt circa montes Hyperboreos, ſuper quos Boreas flat. 13 Scythiæ fl. qui in Mœotin paludem influit, Aſiamque ab Europâ dividit. 14 Nivibus tectum. 15 In Riphæis montibus exiſtentibus. 16 Privata, id eſt, ubi ſemper ſunt nives & pruinæ. 17 Circumibat. 18 Per reſpectionem. 19 Quæ donaverat ut in lucem rediret. 20 A Threïciis mulieribus, quarum amores & nuptias ſpreverat Orpheus, Bacchanalia celebrantibus, diſcerptus eſt. 21 Thraciæ pop. 22 Nuptiis & amore. 23 Nocte coli ſoliti. 24 Sacra, feſta, ab ὀργὴ: à quibus arcentur profani, non initiati. 25 Latè. 26 Orphea. 27 Candida, pulchra. 28 Orphei. 29 Flumine Hebri. 30 *Oeagrus*, fl. Thraciæ, à quo Hebrus naſcitur: pater, ut volunt, Orphei. 31 Moribunda. 32 Reſonabant. 33 Sc. *dixit*. 34 Impetu magno. 35 Se in altum. 36 Capitis.

1 At non Cyrene: namque ultrò affata 2 timentem;
Nate, licet 3 triſtes animo deponere curas.
4 Hæc omnis morbi cauſa: 5 hinc miſerabile Nymphæ,
6 Cùm quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium miſêre 7 apibus: tu 8 munera ſupplex
9 Tende, 10 petens pacem, & 11 faciles venerare 12 Napæas:
Namque dabunt veniam 13 votis, iraſque 14 remittent.
Sed, modus orandi quis ſit, priùs ordine dicam.
Quatuor 15 eximios præſtanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis 16 depaſcunt 17 ſumma 18 Lycæi,
19 Delige, & 20 intactâ totidem cervice juvencas.
Quatuor 21 his aras alta ad delubra Dearum
Conſtitue, & 22 ſacrum 23 jugulis demitte cruorem,
Corporaque ipſa boum frondoſo deſere luco.
Pòſt, 24 ubi nona ſuos aurora oſtenderit ortus,
25 Inferias Orphei 26 Lethæa papavera mittes,
Et 27 nigram mactabis ovem, 28 lucumque reviſes,
29 Placatam Eurydicen vitulâ venerabere cæſâ.
30 Haud mora, continuò matris præcepta 31 faceſſit;
Ad delubra venit; 32 monſtratas 33 excitat aras:
Quatuor eximios præſtanti corpore tauros
34 Ducit, & intactâ totidem cervice juvencas.
Pòſt, ubi nona ſuos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumque reviſit.
35 Hîc verò ſubitum, ac dictu mirabile 36 monſtrum
37 Aſpiciunt: 38 liquefacta boum per viſcera, toto

1 At Cyrene non in altum ſe dedit, relicto filio; ſed miti affamine illum ſolata eſt. 2 Ariſtæum. 3 Quæ te triſtem reddunt. 4 Quam Proteus dixit. 5 Ex hac cauſa. 6 Quæ cum illa, dum viveret, ludere & choreas ducere ſolebant. 7 Tuis. 8 Sacrificia. 9 Prætende, offer. 10 A Nymphis & Eurydice. 11 Citò exorabiles & mites. 12 Nemoroſarum vallium ſeu clivorum Nymphas, à νάπη. 13 Propter preces tuas. 14 Deponent. 15 Nomen rituale, qui electâ cervice eximantur è grege aut armento ad ſacrificium. Macrob. Sat. l. 3. c. 5. 16 Carpunt. 17 Summitatem. 18 Montis Arcadiæ, ubi regnabat Ariſtæus, Synecdoche. 19 De multis elige. 20 Indomita, id eſt, injuges juvencas. 21 Tauris. 22 Deabus. 23 Ex anteriore parte colli extrahe, id eſt, jugula tauros. 24 Poſtquam aurora nona die illuxerit, id eſt, nono poſt die. 25 Sacrificia, quæ manibus apud inferos competunt. 26 Quæ Orpheo injuriæ oblivionem inducant: à λήθη. 27 Nigræ hoſtiæ inferis mactantur. 28 Ubi boves derelicti erunt. 29 Quam tibi polliceor ſic placandam. 30 Sc. ſit, id eſt, ſtatim. 31 Factum it Ariſtæus. 32 A matre imperatas. 33 Erigit. 34 Ad eas aras. 35 In hoc loco & tempore, ſc. nono die. 36 Quia apparuerunt apes. 37 Ariſtæus, & qui aderant. 38 Reſoluta & putrefacta.

1 Stridere

*[1] Stridere apes utero, & ruptis [2] efferveres [3] coſtis,*
*Immenſaſque [4] trahi [5] nubes jamque arbore ſummâ*
*Confluere, & [6] lentis [7] uvam demittere ramis.*
*[8] Hæc [9] ſuper arvorum cultu, [10] pecorumque [11] canebam,*
*[12] Et ſuper arboribus: [13] Cæſar dum magnus ad [14] altum*
*[15] Fulminat [16] Euphratem bello, victorque [17] volentes*
*Per populos dat jura, viamque [18] affectat Olympo.*
*[19] Illo Virgilium me [19] tempore [20] dulcis alebat*
*[21] Parthenope, ſtudiis florentem [22] ignobilis oti:*
*Carmina [23] qui luſi paſtorum, [24] audaxque [25] juventa,*
*[26] Tityre, te [27] patulæ, cecini, [28] ſub tegmine [29] fagi.*

1 Bombire. 2 Ferventer evolare. 3 Putridatum boum. 4 Contrahi. 5 Examina apum, nubium inſtar volitantium. 6 Ponderevibrantibus. 7 In botrorum uvæ aut uvæ formam conglobatas de ramo pendere *βοτρυδόν*. Hom. 2. Iliad. 8 Epilogus totius operis Georgici. 9 De cultu agrorum: ut in primo libro. 10 Sub hoc nomine & apes includit, ut tertium & quartum libb. comprehendat. 11 Ego Virgilius. 12 Ut in ſecundo. 13 Auguſtus. 14 Profundum. 15 Ardenter, fulminis inſtar, aut fulminantis Jovis bellum gerit. Undè acerrimi pugnatores *belli fulmina* nuncupantur. 16 Fl. Meſopotamiæ: induit autem Parthos. Namque hi rerum, à Cæſare geſtarum, fama perterriti, ultrò redditis per legatos, quæ Craſſo ademerant, inſignibus Romanis, pacem petebant & impetrabant. 17 Ultrò ſe legibus ejus ſubmittentes. 18 Sibi ad immortalitatem & cœlum ſternit viam. 19 Cæſar ad Euphratem fulminabat, & in Oriente contra Parthos erat. 20 Amœna, propter illecebras Campanorum, quæ fregerunt conſtantiam Hannibalis. 21 Campaniæ civitas, à Sirenum unâ, ibi ſepultâ, nomen ſortita: quæ à Cumanis everſa, & ab iiſdem poſteà, oraculo monitis, reſtaurata, Neapolis dicta eſt, id eſt, *civitas nova*. 22 Modeſtè de ſe; vel non ita clara ſtudia; ſi cum Auguſti bellicis ſtudiis conferantur. 23 Virgilius ſcripſi Bucolica. 24 Et qui audax juvenili ætate, quæ audacior eſſe ſolet. 25 Bucolica ſcripſit natus annos 28. 26 Synecdoche, pro ecloga illa, vel Bucolicis: ut Ecl. 5. *Hac nos, Formoſum Corydon ardebat Alexin*, &c. 27 Latè patentis. 28 Recubantem. 29 Arboris tuæ glandiferæ.

P. VIRG.

# P. VIRGILII MARONIS
# ÆNEIDOS
## LIBER I.

### ARGUMENTUM.

TRoja capta, Æneas, Anchiſæ & Veneris filius, vir ſingulari pietate, parique fortitudine præditus, cùm erroris ſui anno ſeptimo per mare Tyrrhenum à Siciliâ in Italiam navigat, immiſſâ ab Æolo, rege ventorum (rogatu Junonis) graviſſimâ tempeſtate ad Libycum littus appellitur: egreſſuſque in terram, ſeptem ingenti magnitudine cervos ſagittis proſternit, ſinguloſque in ſingulas naves (tot enim ex diſperſâ claſſe collegerat) æqualiter diſtribuit: ſocioſque deinde, longis jam erroribus fatigatos, ſpe futuræ quietis ad tolerandum quod reliquum erat laboris, hortatur. Intereà Venus Æneæ ſui Trojanorumque cauſam apud Jovem agit, omniumque calamitatum illarum cauſam Junoni imputat: Jupiter contra, reſeratâ fatorum ſerie, ſpe felicis poſteritatis, potentiæque Romanorum, filiæ dolorem conſolatur. Cujus oratione confirmata Venus, Æneæ ſuo, locorum ignaro, & explorandæ regionis causâ hùc illuc oberranti, ſeſe obviam præbet: naveſque diſperſas ſalvas eſſe nunciat: oſtenditque non procul illinc abeſſe Carthaginem, quam tunc in iis locis condebat Dido. Æneas itaque matris beneficio cavâ nube cinctus, unà cum Achate Carthaginem ingreditur: ubi & ſocios ſalvos reperit, & à Didone benignè excipitur. Venus tamen quod neque Jnnonio hoſpitio, neque muliebri inconſtantiæ ſatis fideret, ſopito in Italiæ lucis Aſcanio, pro eo Cupidinem ſubſtituit, qui inter amplexus & oſcula laventer reginæ amorem inſpirat Æneæ.

*ILle ego, [1] qui quondam gracili modulatus avenâ*
*Carmen; & [2] egreſſus ſylvis, vicina coëgi,*
*Ut [3] quamvis avido [4] parērent arva colono;*
*Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis* 4

1 Qui juvenis anno octavo & vigeſimo, tenui ſtilo ſcripſi Bucolica, & ſcriptis poſt Bucolica Georgicis, feci, ut, ſi arva exerceantur eâ, quâ præcepi, arte, votis agricolæ, quantumvis avido, reſpondere cogerentur: nunc carmine Heroïco deſcribo arma, qualia Mars tractat, aut belli horrorem incutientia, &c. 2 Et perfectis Bucolicis, ſeu paſtoritiis illis carminibus, in quibus multa ſylvarum mentio, quoniam paſtores primum in ſylvis verſantur. 3 Quantumvis, admodùm. Cat. Quamvis *ſordida res & invenuſta eſt.* 4 Efficerent quantum ipſe cuperet, & optaret, ejus ſeſe imperio audientia quodammodo oſtenderent.

2 *Ar-*

[1] ARma [2] virumque cano, [3] Trojæ qui [4] primus ab [5] oris
[6] Italiam, [7] fato profugus, [8] Lavinaque venit
Littora: multùm ille & [9] terris jactatus, & [10] alto,
[11] Vi ſuperûm, [12] ſævæ [13] memorem Junonis ob iram.
Multa quoque & [14] bello paſſus, dùm conderet [15] urbem,
Inferretque [16] Deos [17] Latio: genus [18] undè Latinum,
[19] Albanique patres, [20] atque altæ mœnia Romæ.
[21] Muſa, mihi [22] cauſas memora; quo numine [23] læſo,
Quid-ve [24] dolens regina Deûm, tot [25] volvere caſus

1 Errores Æneæ & virtutes 6. prioribus libris, bella in Italia 6. poſterioribus, καθ' ὕστερον πρωτέρων. 2 Æneam, qui Romani Imperii autor & conditor eſſe debuerit, vel meruerit, qui terrâ marique jactatus, multa adverſa tolerando tranſmiſerit, qui Junonis inimicitias ſuperaverit. 3 Civitatis in Phrygia. 4 Antenor quidem prior, & ipſe à Trojâ advenit, ſed in fines tunc Italiæ, non ipſum Latium Laviniumque *Antenor potuit mediis*, &c. infrà: vel, *primus*, id eſt, princeps, primarius: ut l. 8. Primus *ab æthereo venit Saturnus Olympo:* cùm tamen eo prior Janus in Italiam venerit. 5 Regionibus, extremis partibus. 6 Ellipſis præpoſitionis *ad* vel *in*. 7 Deorum præordinatione, quæ inevitabilis eſt, actus, non fugâ aut crimine. 8 Πρόληψις. Neque enim antè adventum Æneæ dictum erat Lavinium. 9 In terris, ut in Thracia, Cretâ, Siciliâ, Africâ, & tandem in Italia. 10 Mari profundo. Illud autem uſurpabimus, cùm ſignificabimus aliquem pluſculum regionum luſtraſſe. 11 Deorum ſuperorum (imò etiam inferorum propter Furiam in 7.) violentia & machinationibus, quos Juno, Trojanis irata, ad nocendum illis ſua autoritate induxit. 12 Immitis, quæ perſequeretur innocentem. 13 Implacabilem, pertinacem, permanentem. 14 In Italia geſto. 15 Lavinium, l. 12. *urbique dabit Lavinia nomen.* Cùm enim nunciaretur Latino, bellanti contra Rutulos, occupaſſe oram maritimam peregrinos, exercitum contra eos movit: ſed noctu monitus in ſomnis, ut in amicitiam reciperet; ubi illuxit, fœdus ictum eſt, & Æneas filios dedit obſides, oppidum vocatum eſt Lavinium. 16 Patrios: ex Troja. l. 6. vide infrà. *Victoſque penates.* 17 In Latium. Sic alibi: *It clamor* cœlo, id eſt, ad cœlum. 18 A quo Ænea, ſub pacis iniquæ (contra jus victoriæ; quæ victis nomen imponit) fœdere & precibus Junonis l. 12. indultum eſt, ut continuaretur imperium ſub nomine Latino l. 5. *Priſcos docuit celebrare Latinos; Albani docuêre ſuos, nunc maxima porro Accepit Roma.* Nam utramque gentem Aboriginum & Trojanorum Latinos appellavit. Ergo *unde*, id eſt, à quo Ænea. Sic Ter. Eun. Act. 1. Sc. 2. *Mercator hoc addebat, è prædonibus*, undè *emerat, audiſſe abreptam è Sunio.* 19 Principes & Reges, qui in Alba civitate (ab *albâ* ſue denominata) regnarunt, & Romuli ac Remi multorumque aliorum Romanorum patres fuerunt: quos hoc ordine recenſet Livius: Aſcanius, Sylvius, Æneas Sylvius, Alba, Capetus, Capys, Tiberinus, Agrippa, Romulus Sylvius, Aventinus, Phocas, Amulius. Vide quæ nos ad Sal. p. 22. 20 Quia, qui ea exſtruxerunt, ab Ænea originem traxerunt. 21 Calliope, Heroïci carminis præſes. *Invocatio.* 22 Cur multùm ille & terris jactatus & alto. 23 Offenſo ab Ænea. 24 Ægrè ferens Juno. 25 Tractare, incidere in tot calamitates, quas tamen ille adeo ſapienter ac fortiter tulit, ut eas volviſſe videatur.

In-

*Inſignem pietate virum, tot adire labores*
[1] *Impulerit:* [2] tantæ-ne animis cœleſtibus iræ?
*Urbs* [3] *antiqua fuit* ([4] *Tyrii tenuêre coloni*)
*Carthago,* [5] *Italiam contra,* [6] *Tiberinaque longè*
*Oſtia, dives opum,* [7] *ſtudiiſque aſperrima belli:*
*Quam Juno fertur terris magis omnibus unam*
[8] *Poſthabitâ coluiſſe Samo:* [9] *hîc illius arma,*
*Hic currus fuit:* [10] *hoc regnum Dea gentibus eſſe,*
[11] *Si quâ fata ſinant,* [12] *jam tùm tenditque, fovetque:*
*Progeniem ſed enim Trojano à ſanguine duci*
[13] *Audierat,* [14] *Tyrias olim quæ verteret arces.*
[15] *Hinc populum* [16] *latè regem, belloque ſuperbum*
*Venturum excidio Libyæ:* [17] ſic volvere Parcas.
[18] *Id metuens,* [19] *veteriſque memor* [20] *Saturnia belli,*
[21] *Prima quod ad Trojam pro charis geſſerat* [22] *Argis;*
*Necdum etiam cauſæ irarum, ſævique dolores*
*Exciderant* [23] *animo:* [24] *manet* [25] *altâ* [26] *mente* [27] *repoſtum*
[28] *Judicium Paridis,* [29] *ſpretæque injuria formæ,*
*Et* [30] *genus* [31] *inviſum, &* [32] *rapti* [33] *Ganymedis* [34] *honores.*
*His accenſa ſuper, jactatos æquore toto*
*Troas, relliquias Danaûm, atque* [35] *immitis Achillis,*
*Arcebat longè Latio,* [36] *multoſque per annos*
*Errabant acti fatis maria omnia circùm.*

1 Coëgerit. 2 Ut etiam in inſignem pietate virum odia exerceant. 3 Condita à Tyriis, ſub Didone profugis, An. Mundi 3058. poſt Æneam annis 286. 4 Quam advenæ cultores à Tyro profecti poſſederunt. 5 In Africâ è regione Italiæ. 6 Et multo tractu contra oſtia, per quæ Tiberis in mare defluit. 7 Studioſa & cupida bellorum. 8 Etiam patriæ Samo Carthaginem prætuliſſe. 9 Hunc locum imitatus eſt Ovid. Faſt. 6. *Pœniteat, quod non fovi Carthaginis arces: Cùm mea ſint illo currus & arma loco.* 10 Hanc urbem. 11 Si qua ratione fata ſinant. 12 A primordiis urbis prætendit animos & adjuvat ope. 13 Ab Jove: non enim omnes Dii futura cognoſcunt. 14 Quæ Carthaginem aliquando everſura eſſet. 15 Ex hac Trojanorum progenie. 16 Longè latèque imperantem victoremque. 17 Ita eſſe in fatis. 18 Excidium Carthaginis per Trojanos imminere. 19 Jam diu geſti. 20 Juno Saturni filia. 21 Primò, priùs. 22 Quia illic colebatur. 23 Junonis. 24 Ubi ſignificabimus veteris memoriam injuriæ nondùm eſſe obliteratam, accommodabimus illud. 25 Profunda. 26 Junonis. 27 Repoſitum & reſervatum. 28 Quo prælata fuit Junoni & Palladi Venus in certamine formæ: ſunt qui referant *injuriam* ad fab. Antigones, filiæ Laomedontis, quæ cum Junone contendebat de pulchritudine. Ovid. 6. Met. 29 A Paride, qui Venerem formoſiſſimam judicavit. 30 Trojanos inviſos propter autorem Dardanum, Jovis ex Electra filium: referri malo ad Heben, filiam Junonis, remotam à miniſterio pocillandi, admiſſo Ganymede. 31 Junoni. 32 Ab aquila, vel à Jove. 33 Trois filii, & Laomedontis fratris. 34 Quia miniſtrabat pocula Diis. 35 Sævi, qui in Troilum & Hectora ſæviit. 36 Septem.

1 Tan-

Digitized by Google

[1] *Tanta* [2] *molis erat Romanam* [3] *condere gentem!*
[4] *Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum*
*Vela dabant* [5] *læti, &* [6] *ſpumas ſalis ære ruebant:*
*Cùm Juno* [7] *æternum ſervans ſub pectore* [8] *vulnus,*
*Hæc ſecum:* [9] *Mene* [10] *incepto deſiſtere victam?*
*Nec poſſe Italiâ Teucrorum avertere* [11] *regem?*
[12] *Quippe vetor fatis. Pallaſne exurere claſſem*
*Argivûm, atque ipſos potuit ſubmergere Ponto,*
[13] *Unius ob* [14] *noxam, &* [15] *furias Ajacis* [16] *Oilei?*
[17] *Ipſa Jovis* [18] *rapidum jaculata è nubibus ignem,*
I. [19] *Disjecitque rates,* [20] *evertitque æquora ventis:*
[21] *Illum* [22] *exſpirantem* II. *transfixo pectore* [22] *flammas*
*Turbine* III. [23] *corripuit, ſcopuloq;* IV. [24] *infixit acuto.*
*Aſt ego, quæ Divûm* [25] *incedo regina,* [26] *Joviſque*
*Et ſoror, & conjux, unâ cum* [27] *gente* [28] *tot annos*
*Bella gero;* [29] *& quiſquam numen Junonis adoret*
[30] *Præterea? aut ſupplex aris imponat* [31] *honorem?*
[32] *Talia flammato ſecum Dea corde* [33] *volutans,*
[34] *Nimborum in patriam, loca* [35] *fœta furentibus*
*Auſtris,*

1 Epiphonema. Sic 3 Æn. *Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas!*
2 Difficultatis.
3 Conſtituere Romanos rerum dominos.
4 Oſtenſis irarum cauſis, docet quomodo Juno in Trojanos ſævierit.
5 Æneas ſc. cum ſociis: quòd in diſceſſu latiùs excepti fuerant ab Aceſte, Siculorum rege, qui etiam abeuntibus vina dederat. Undè infrà dicetur: *Vina, bonus quæ deinde cadis oneravat Aceſtes Littore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros, Dividit;* vel etiam *læti* vicinitate Italiæ. 6 Spumans mare roſtris navium ære armatis ſecabant, proruebant tùm, cùm, &c. 7 Implacabilem iram: quomodo l. 5. dixit, *Junonis gravis ira, & inexſaturabile pectus.* 8 Odii, vindictæ. 9 Nunquid æquum eſt *me, quæ Divûm incedo regina,* &c. Abruptum indignantis exordium. 10 Inceperat enim genus Trojanum extinguere. 11 Æneam. 12 Ironicè. 13 Solius. 14 Caſſandram ſc. ab Ajace Oilei f. in æde Palladis ſtupratam. 15 Furioſos amores. 16 Filii: fuit enim & Telamonius Ajax. 17 Habet & Pallas, id eſt, ſumma regio aëris, ſuum fulmen, ſed Jovi acceptum, Servius hic 4. genera adducit. I. *Disjiciens.* II. *Transfigens.* III. *Corripiens.* IV. *Infigens.* 18 Velocem. 19 Diſperſit ſimul naves. 20 Ab imo ſurſum vertit. 21 Ajacem. 22 Animam efflantem. 23 Celeriter rapuit. 24 Illiſit. 25 Cum dignitate ambulo: ut infrà: *Regina ad templum, formâ pulcherrima Dido* Inceſſit. Ad majeſtatem ergo & inceſſus gravitatem refert: indè ἠρέμα βαδίζειν: ut & Propert. l. 2. El. 1. *& incedit vel Jove digna ſoror.* 26 Quare Juno dicatur *ſoror & conjux Jovis,* vide Macrob. in ſom. Scip. l. 1. c. 17. *Eſt autem Jupiter cœlum, Juno aër: & dicitur ſoror, quia iiſdem ſeminibus, quibus cœlum, aër eſt procreatus: conjux, quia aër ſubjectus eſt cœlo.* 27 Trojanâ. 28 Minimùm ſeptendecim. 29 Hunc locum imitatus eſt Ovid. l. 3. El. *Et quiſquam pia thura focis imponere curet?* Et 2. Met. *Eſt vero cur quis Junonem lædere nolit, Offenſamque tremat, quæ proſum ſola nocendo?* 30 Poſteà, vel proptereà. 31 Diis debitum. 32 Tales injurias. 33 Agitans & verſans. 34 Æolias inſulas, Liparen, Hieram, Strongylen, quæ regia Æoli, Didimen, &c. 35 Plena, fœcunda.

Æo-

1 Amplo. 2 Ventorum. 3 Erumpere nitentes. 4 Regit. 5 Indignè ferentes ſe claudi & vinciri. 6 Circum clauſtra montis. 7 Quia imperat. 8 Æolus qui Vulcaniis inſ. imperitavit. 9 In ſolio ſuo. 10 Inſignia regalia. 11 Audaciam ventorum. Propriè Ἀνέμους. 2. Georg. animoſi Euri. 12 Moderatur.

*Æoliam venit: hic, 1 vaſto 2 rex Æolus antro*
*3 Luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras*
*Imperio 4 premit, ac vinclis, & carcere frænat.*
*Illi 5 indignantes magno cum murmure, 6 montis*
*Circum clauſtra fremunt: celſâ 7 ſedet 8 Æolus 9 arce*
*10 Sceptra tenens, mollitq; 11 animos, & 12 temperat iras.*
*13 Ni faciat; maria, ac terras, 14 cœlumque profundum*
*Quippe 15 ferant rapidi ſecum, 16 verrantque per auras.*
*Sed 17 pater omnipotens ſpeluncis 18 abdidit 19 atris,*
*20 Hoc metuens; 21 molemque & montes inſuper altos*
*Impoſuit: 22 regemque 23 dedit, qui fœdere certo*
*Et 24 premere, & 25 laxas ſciret dare juſſus 25 habenas.*
*Ad quem 26 tùm Juno 27 ſupplex his vocibus uſa eſt:*
*Æole (namque tibi Divum 28 pater, atque hominum rex*
*Et 29 mulcere dedit fluctus, & 30 tollere 31 ventos)*
*32 Gens inimica 33 mihi Tyrrhenum navigat æquor,*
*34 Ilium in Italiam portans, 35 victoſque 36 penates.*
*Incute vim 37 ventis, ſubmerſaſque 38 obrue puppes:*
*Aut 39 age diverſas, & disjice 40 corpora ponto.*
*Sunt mihi 41 bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ;*
*42 Quarum quæ formâ pulcherrimâ, Deïopeiam*
*Connubio 43 jungam 44 ſtabili, 45 propriamq; 46 dicabo:*
*Omnes ut tecum meritis pro talibus annos*

13 Niſi Æolus temperet iras ventorum. 14 Aërem. 15 Propellant. 16 Trahant. 17 Jupiter. 18 Occluſit ventos. 19 Caliginoſis. 20 Quòd omnia ſecum traherent. 21 Molem montium, Hendiadys. Ut alibi: Pateris *libamus* & auro. 22 Æolum. 23 Ventis. 24 Arctius conſtringere ventos. 25 Liberam eruptionem. Metaphora ab equis, qui laxis habenis excurrunt. 26 Ubi ad eum venerat. 27 Supplici ſimilis. 28 Jupiter. 29 Sedare. 30 Excitare. 31 Al. *vento*. 32 Non nominat Æneam, ne diceret Æolus, non poſſum aliquid moliri adverſus nepotem Jovis, qui mihi imperium dedit. 33 Reginæ, ſorori Jovis & conjugi. 34 Reliquias rerum Ilienſium, aut novam Trojam. 35 Adeoque nec ſibi tuendis aut vindicandis ſufficientes. 36 Alii Apollinem & Neptunum penates eſſe putant Trojæ conditores: Alii Jovem, Junonem, Minervam, aëris præſides, per quos penitùs ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus. 37 Tuis. 38 Obvolve aquis & arenis. 39 Impelle in diverſa loca. 40 Hominum, *vel* navium. 41 Quatuordecim. 42 Sc. *unam*. 43 Nuptiarum ſc. præſes, *cui vincla jugalia curæ*. 44 Firmo & indiſſolubili. 45 Peculiarem & perpetuam: propria *hæc ſi dona fuiſſent*. Æn. 6. *Propria* enim dicuntur, in quibus nemo alius quippiam juris habet, & quæ perpetuam domino afferant poſſeſſionem. 46 Sacrabo.

1 *Exi-*

*[1] Exigat, & pulchrâ faciat te prole [2] parentem.*
*Æolus hæc contra: [3] Tuus, ô regina, quid optes*
*Explorare labor; [4] mihi juſſa [5] capeſſere fas eſt.*
*Tu mihi quodcumq; [6] hoc regni, [7] tu ſceptra [8] Jovemq;*
*Concilias, tu das epulis accumbere Divûm.*
*[6] Nimborumque facis, tempeſtatumque potentem.*
*Hæc ubi [9] dicta, cavum converſa [10] cuſpide montem*
*[11] Impulit [12] in latus: ac venti, velut [13] agmine facto,*
*[14] Quâ data porta, ruunt, & terras turbine perflant.*
*[15] Incubuêre mari, [16] totumque à ſedibus imis*
*Unà Eurusque [17] Notuſque ruunt, [18] creberque procellis*
*[19] Africus; & [20] vaſtos volvunt ad littora fluctus.*
*[21] Inſequitur clamorque virûm, [22] ſtridorque rudentum.*
*Eripiunt ſubitò nubes cœlumque [23] diemque*
*[24] Teucrorum ex oculis: [25] ponto nox incubat atra.*
*[26] Intonuêre poli: & crebris micat [27] ignibus [28] æther.*
*[29] Præſentemque [30] viris [31] intentant [32] omnia mortem.*
*[33] Extemplò Æneæ [34] ſolvuntur frigore membra;*
*[35] Ingemit, & [36] duplices tendens ad ſidera palmas,*
*Talia voce refert: [37] O [38] terque, quaterque beati,*
*Queis ante ora patrum, Trojæ ſub mœnibus altis*

1 Ad extremum uſque vitæ agat. Ter. Hec. *Illique exopto, ut reliquam vitam exigat Cum eo viro, me qui ſit fortunatior.* 2 Nubem ſc. foetum aëris, & ventis gignendis materiam aptam. 3 Tuum officium eſt inquirere & deliberare, quid velis. 4 Cùm innuet juvenis faciendum ſibi, quod mandaverit natu major quiſpiam, non ineleganter profert illud. 5 Suſcipere. 6 Ventis quippe Æoliis præſtatur materies ab aëre moto. 7 Tu confers inſignia regalia. 8 Me Jovi concilias. 9 Sc. *fuerunt*, aut *dedit*. 10 Sceptro regali. 11 Fregit & aperuit. 12 Unde oblique ruunt venti, πλάγιοι. 13 Impetu, vel multitudine. 14 Quâ exitus eſt datus, id eſt, quacunque permittebatur exilire, erumpunt. 15 Occupaverunt mare. 16 Sc. *mari*. 17 Boreæ non meminit, quòd ſerenitatem inducat. 18 Crebras procellas excitare ſolitus. 19 Zephyrus: mox enim *Eurum ad ſe Zephyrumque vocat*. & Hom. 5. Odyſſ. Εὖρός τε, Νότος τ' ἔπεσε, Ζέφυρός τε δυσαής. 20 Ingentes. 21 Impetum ventorum. 22 Fragor funium, quibus vela malis alligabantur. 23 Claritatem diurnam. 24 Trojanorum à Teucro oriundorum. 25 Caligo, qualis noctu eſſe ſolet, occupat mare. Synecdoche. 26 Cardines cœli vel aër multum ac vehementer tonuerunt. 27 Fulguribus. 28 Aër ſuperior. 29 Inſtantem. 30 Trojanis. 31 Minantur. 32 Elementa. 33 Illicò & ſubito. 34 Calore, quo continentur membra, deficiente, rigent extrema, ſolvuntur, tremunt. 35 In animo gemit, *Non timuit lethum, genus at miſerabile lethi* Heros. Cum enim animam crediderit antiquitas eſſe igneam, naturæ ejus maxime contrarium ducebat, in aquis extingui. Vide Ovid. El. 2. l. 1. Triſt. *Non lethum timeo*, &c. 36 Complicatas & compreſſas. 37 Non ex ſuperſtitioſa numeri obſervatione, ut vult Macrob. 1. l. in Som. Scip. c. 6. ſed Homerum imitatus Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις. Odyſſ. 6. 38 Perfectè. Tib. *O felicem illum* terque quaterque *diem*. Horat. *Felices* ter & ampliùs, *Quos irrupta tenet copula*.

Con-

Contigit [1] oppetere. O [2] Danaûm fortiſſime gentis
[3] Tydide, me ne [4] Iliacis [5] occumbere campis
[6] Non potuiſſe? [7] tuâque [8] animam hanc effundere dextrâ?
[9] Sævus [10] ubi [11] Æacidæ telo [12] jacet Hector, ubi [13] ingens
Sarpedon, ubi tot [14] Simoïs [15] correpta ſub undis
Scuta [16] virûm, galeaſque & [17] fortia corpora volvit.
Talia [18] jactanti, ſtridens Aquilone procella
Velum [19] adverſa ferit, fluctuſque ad ſidera tollit.
[20] Franguntur remi; tùm [21] prora avertit, & undis
Dat latus: inſequitur [22] cumulo [23] præruptus aquæ mons.
[24] Hi ſummo in fluctu pendent: his unda [25] dehiſcens
Terram inter fluctus aperit: [26] furit æſtus arenis.
[27] Tres Notus abreptas in ſaxa [28] latentia [29] torquet,
([30] Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus [31] Aras)
[32] Dorſum immane [33] mari ſummo: tres Eurus ab alto
In [34] brevia, & [35] Syrtes [36] urget (miſerabile viſu)
Illiditque [37] vadis, atque [38] aggere cingit [38] arenæ.

1 Necari, mori. 2 Græcorum. Danaus, Beli filius, Ægypto pulſus à fratre, Argos navigavit, ubi pulſo Sthenelo, regnavit: Græcos ex ſuo nomine dixit Danaos. 3 Diomede, Tydei filio & Argiæ. 4 Trojanis. 5 Obire mortem. 6 Sc. ita ut decuit? 7 A Diomede ictu ſaxi fuſus propè interierat, niſi à matre ſubtractus fuiſſet. Il. 8. & 5. Neptuno hoc intimante. 8 Sanguinem meum. 9 Terribilis. 10 In quibus. 11 Achillis, nepotis Æaci. Æacus enim fuit pater Pelei, Peleus Achillis: patronymicum ergo ab avo. 12 Proſtratus. 13 Jovis fil. procerus, fortis. Il. 16. rex Lyciæ. 14 Fluvius Trojanus. 15 Simul rapta cum corporibus. 16 Fortium. 17 Fortium virorum, qui occiſi, cum armis ab hoſtibus in Simoenta projecti fuere. 18 Dum Æneas fruſtrà effutiret, effunderet, quippe quibus nihil proficeret. Sic Æn. 2. *Talia jactabam, & furiatâ mente ferebar.* Ecl. 2. *ibi hæc incondita ſolus Montibus & ſylvis ſtudio jactabat inani.* Unde liquet, in voce *jactare* fruſtrationis ſignificationem ineſſe. Redit ad tempeſtatem, quam ſeparatim deſcribit. 19 Ex oppoſito veniens. Italiam enim petentibus contrarius eſt Aquilo. 20 A ſcopulis. 21 Avertit ſe, aut avertitur prior pars navis adverſo cedens Aquiloni, datque carinam undis. 22 Altitudine. 23 Globus aquarum vi ventorum ab aliis aquis interciſus. 24 Aliqui eorum. 25 Magnum hiatum faciens. 26 Ebullitio aquarum concitatur inſtar furentis inter arenas. 27 Naves. 28 Occulta & ἄφανα, vel, in hac tempeſtate non apparentia. 29 Impellit. 30 Quæ ſaxa in mediis fluctibus Itali vocant *Aras*, quæ in modum dorſi exſtant in ſummo mari. 31 Scopulos quoſdam inter Africam & Sardiniam, ad quos primo bello Punico fœdus ictum eſt inter Romanos & Carthaginenſes. Nonnulli *Philænorum Aras* intelligunt, & inter duas Syrtes *Leptis* eſt: ut tradit Sal. in Jug. 32 Valde magnum eminentem ſcopulum velut dorſum. 33 In mari. 34 Brevitatem aquæ, vada. 35 Duæ ſunt Syrtes in ſinu Africo, trahentes ad ſe cum æſtu arenas & naves, à σύρω, traho. 36 Impellit. 37 Brevibus illis. 38 Cumulo arenæ concitatæ.

1 Unam

[1] *Unam, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem,*
[2] *Ipſius ante oculos, ingens* [3] *à vertice* [4] *Pontus*
*In puppim ferit:* [5] *excutitur,* [6] *pronuſque* [7] *magiſter*
*Volvitur in caput: aſt* [8] *illam ter fluctus ibidem*
*Torquet agens circùm, &* [9] *rapidus vorat æquore* [10] *vortex.*
*Apparent rari nantes in gurgite vaſto,*
[11] *Arma virûm,* [12] *tabulæque, &* [13] *Troïa gaza per undas.*
*Jam validam Ilionei navem, jam fortis Achatæ,*
*Et quâ vectus Abas, & quâ* [14] *grandævus Alethes,*
*Vicit* [15] *hyems:* [16] *laxis laterum compagibus* [17] *omnes*
*Accipiunt* [18] *inimicum* [19] *imbrem, rimiſq;* [20] *fatiſcunt.*
[21] *Intereà magno* [22] *miſceri* [23] *murmure Pontum,*
*Emiſſamque* [24] *hyemem ſenſit Neptunus, & imis*
[25] *Stagna refuſa vadis: graviter commotus, & alto*
*Proſpiciens, ſummâ placidum caput extulit undâ.*
[26] *Disjectam Æneæ toto videt æquore claſſem,*
*Fluctibus oppreſſos Troas,* [27] *cœlique ruinâ.*
*Nec latuêre doli* [28] *fratrem Junonis, & iræ.*
[29] *Eurum ad ſe, Zephyrumque vocat; dehinc talia fatur:*
[30] *Tanta-ne vos generis tenuit fiducia veſtri?*
*Jam cœlum terramque meo ſine* [31] *numine, venti,*
[32] *Miſcere, &* [33] *tantas audetis tollere moles?*
[34] *Quos ego:* [35] *ſed motos præſtat* [36] *componere fluctus.*
[37] *Poſt mihi* [38] *non ſimili pœnâ* [39] *commiſſa luetis:*
[40] *Maturate fugam, regique hæc dicite veſtro:*

1 Navem, ſc. ſeptimam. 2 Æneas. 3 Deſuper. Odyſſ. 1. Ὡς ἄρα μιν εἰπόντ' ἔλασε μέγα κῦμα κατ' ἄκρης. 4 Aqua. Synecdoche. 5 E navi. 6 Princeps. 7 Leucaſpis. l. 6. 8 Navem Leucaſpis. 9 Omnia ſecum rapiens. 10 Contorta aqua. 11 Remi, haſtæ, ſcuta, tabulæ, veſtes, tapetes, &c. 12 Super quas ſedebant, aut quibus navis tecta erat.

13 Trojanæ divitiæ & veſtes. 14 Senex. 15 Tempeſtas, χειμών. 16 Diſſolutis juncturis laterum navigiorum. 17 Naves. 18 Incommodum & moleſtum, ita ut per rimas aqua influeret. 19 Neptuni imbrem, id eſt, aquam marinam. 20 Hiant. 21 Dùm venti ita ſæviebant, & naves disjiciebant. 22 Turbari. 23 Sonoritate. 24 Tempeſtatem nimboſam. 25 Stantes aquas emiſſas ex imo vado. 26 Diſperſam. 27 Imbre, fulgure, tonitru, quod è cœlo irruerat. 28 Neptunum. 29 Ventos inter ſe contrarios. 30 Ut hæc audeatis? Sic Claud. *Tanta-ne devinctos tenuit fiducia Mauros?* 31 Nutu aut voluntate. 32 Turbare. 33 Tantos fluctus excitare? 34 Ἀποσιώπησις. Quos ego punirem & ulciſcerer, ſi quidem vacaret: ſed motos, &c. 35 Quoties inter ſe diſſidentes conabimur ad concordiam reducere, conveniet illud. 36 Sedare. 37 Hoc verſiculo præceptor aliquis innuet, ſe graviùs animadverſurum in diſcipulos, ſi ſemel admiſſam culpam iteraverint. 38 Quâ nunc afficimini, id eſt, non tam levi, quæ in verbis minacibus conſiſtit, ſed acriore. 39 Crimina veſtra contra Trojanos. 40 Celeriter remeate.

Non

Non illi imperium pelagi, ſævumque tridentem,
Sed mihi [1] ſorte datum: tenet ille [2] immania ſaxa,
Veſtras, Eure, domos: illâ ſe [3] jactet in [4] aulâ
Æolus, & clauſo ventorum carcere regnet.
Sic ait; & [5] dictò citiùs [6] tumida æquora placat,
[7] Collectaſque fugat nubes, [8] Solemque reducit.
[9] Cymothoë ſimul, & Triton annixus, acuto
Detrudunt naves ſcopulo: [10] levat ipſe tridenti,
Et vaſtas aperit Syrtes, & [11] temperat æquor,
Atque [12] rotis [13] ſummas levibus [14] perlabitur undas.
[15] Ac veluti magno in populo cùm [16] ſæpè coorta eſt
Seditio, [17] ſævitque animis ignobile vulgus,
Jamq; faces & ſaxa [18] volant: [19] furor arma miniſtrat.
Tùm pietate gravem, ac meritis, ſi fortè virum quem
[20] Conſpexêre, ſilent, [21] arrectiſque auribus aſtant:
[22] Ille regit dictis [23] animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi [24] cecidit fragor, æquora poſtquam
[25] Proſpiciens [26] genitor, cœloque invectus [27] aperto
Flectit [28] equos, [29] curruque volans dat lora ſecundo.
[30] Defeſſi Æneadæ, [31] quæ proxima littora, curſu
Contendunt petere, & Libyæ [32] vertuntur ad [33] oras.
Eſt in ſeceſſu longo locus: [34] inſula [35] portum
Efficit [36] objectu laterum; [37] quibus omnis [38] ab alto

1 Communi, quà cuique Deorum munus ſuum contigit; vel illâ, quâ diviſum eſt mundi imperium inter tres fratres, Jovem, Neptunum, Plutonem: ita quidem ut Jovi cœlum, Neptuno maria, Plutoni infera obvenerint. Undè illud: *Jupiter aſtra, fretum Neptunus, Tartara Pluto, Regna paterna tenent, tres tria, quiſque ſuum.* 2 Valde ampla. 3 Glorietur. 4 Regia ſaxorum. Ironice. 5 Citiùs quam dici poſſet. 6 Procelloſa. 7 A ventis. 8 Solis aſpectum. 9 Proprie: fluxu enim celeri undarum κυμάτων, & æſtu fluctus Τριτῶνος, expediuntur quæ hæſerant naves. 10 Erigit naves. 11 Temperatum & tranquillum reddit. 12 Curru vehitur Neptunus, quem Delphines ferunt. 13 Summitatem undarum. 14 Molliter percurrit. 15 Tempeſtati motum populi comparat. 16 Quod ſæpè fieri ſolet. 17 Sævitiam ſuam oſtendit animoſitatibus. Hoc verſu innuemus, declinandam eſſe concitantem plebem, quæ ob imperitiam & perturbationem potiùs rapi ſolet, quam ratione duci. 18 Præcipitanter jaciuntur. 19 Significat iratum hominem, quod primùm obvium eſt, id ſibi pro armis capere. 20 Populi. 21 Ad audiendum. 22 Vir gravis. 23 Vulgi. 24 Sedatus eſt crepitus. 25 Procul inſpiciens. 26 Neptunus: quem *patrem* vocat venerationis cauſa. 27 Sereno. 28 Marinos ἱπποκάμπους. 29 Et celerrimè percurrens ſecundo flumine remittit equis habenas. 30 Trojani, ab Æneâ denominati, defatigati ex longâ contra ventos & procellas reluctatione. 31 Sc. *erant*. 32 Ab Italiâ. 33 Extremas regiones. 34 Quæ illic interjacet: & deeſt *quem*. 35 In oſtio recedentis ſinus objecta mari portum facit. 36 Oppoſitione, id eſt, quia duo latera habet opportune oppoſita. 37 Lateribus. 38 A profundo ſeu medio maris ſeparatur.

*Fran-*

*Frangitur ; [1] inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.*
*[2] Hinc atque hinc vaſtæ rupes , geminique [3] minantur*
*In cœlum ſcopuli : quorum ſub [4] vertice latè*
*Æquora tuta ſilent : [5] tùm ſylvis [6] ſcena coruſcis*
*Deſuper , [7] horrentique [8] atrum nemus imminet umbrâ.*
*Fronte ſub [9] adverſa ſcopulis pendentibus antrum :*
*[10] Intus aquæ dulces , [11] vivoque ſedilia ſaxo ,*
*Nympharum domus : hic feſſas [12] non vincula naves*
*Ulla tenent , unco non alligat anchora morſu.*
*[13] Hùc ſeptem Æneas collectis navibus [14] omni*
*Ex numero ſubit : ac magno telluris amore*
*Egreſſi , [15] optata potiuntur Troës arenâ ,*
*Et [16] ſale tabentes artus in littore [17] ponunt.*
*Ac [18] primùm [19] ſilicis ſcintillam [20] excudit Achates ,*
*Suſcepitque ignem [21] foliis , atque [22] arida circùm*
*[22] Nutrimenta dedit , rapuitque in fomite flammam.*
*Tùm [23] Cererem corruptam undis , Cerealiaque arma*
*[24] Expediunt feſſi [25] rerum : frugeſque receptas*
*Et [26] torrere parant [27] flammis , & [28] frangere ſaxo.*
*Æneas [29] ſcopulum [30] intereà conſcendit , & omnem*
*Proſpectum latè [31] pelago petit , Anthea ſi quem*
*Jactatum vento videat , Phrygiaſque [32] biremes ,*
*Aut Capyn , aut [33] celſis in puppibus [34] arma Caïci.*
*Navem in conſpectu nullam , tres littore cervos*
*[35] Proſpicit [36] errantes : hos tota [37] armenta ſequuntur*

1 Et impetus aquarum dividit ſe in angulos littorum replicabiles, quia non progrediuntur aquæ propter latera : aut *reductos*, id eſt, flexuoſos, incurvos. Horat. *Aut in reducta valle mugientium Proſpectat errantes greges.* 2 Ab utraque parte. 3 Minas & eminentias ſuas extendunt. Hyperbole. 4 Summitate. 5 Sylvæ deſuper obumbrant ſinum , ad modum ſcenæ , quæ inumbrat theatrum : σκιὰ , id eſt , *umbra.* 6 Inumbratio ſimilis ſcenæ veterum. 7 Contrementi leni agitatione ventorum. 8 Quòd frondibus fit denſum. 9 Oppoſitâ. 10 In medio ſcopulorum. 11 Naturali : ut, Vivo *prætet vehor oſtia ſaxo.* 12 Uſque adeò tranquillus erat portus. 13 Ad hunc portum. 14 Ex viginti. 15 Quam in tanto periculo optaverant. Si quos perveniſſe videbimus , quò magno deſiderio profecti ſunt , applicabimus illud. 16 Salſa aqua madefactos. 17 Reponunt. 18 Ubi primùm in terram deſcenderat. 19 Particulam ignis quæ erat in ſilice , id eſt , ignem. 20 Elicit. 21 Siccis. 22 Sicca combuſtibilia. 23 Fruges aqua marinâ corruptas , & inſtrumenta neceſſaria frugibus priùs torrendis ſiccandiſque , dein terendis. 24 Expedite efferunt. 25 Adverſitate. 26 Deſiccare. 27 Ab Achate exceptis. 28 Pinſere aut molere. 29 Unde , velut ex ſpecula , longe proſpicere poſſit. 30 Dùm Æneadæ fruges parabant. 31 In pelagus dirigit. 32 Naves , quæ duorum remigum ordine impelluntur. 33 Nam pars ea navis eſt altior. 34 Inſignia Caïci , vel navis παράσημον in Puppi , ut l. 10. *aurato fulgebat Apolline puppis.* 35 Æneas. 36 Liberè paſcentes. 37 Cervorum reliquorum.



Digitized by Google

*A tergo, & longum per valles paſcitur* [1] *agmen.*
*Conſtitit* [2] *hic, arcumque manu,* [3] *celereſque ſagittas*
*Corripuit,* [4] *fidus quæ tela gerebat Achates:*
*Ductoreſque ipſos primùm, capita alta ferentes,*
*Cornibus* [5] *arboreis ſternit; tùm* [6] *vulgus, & omnem*
[7] *Miſcet* [8] *agens telis nemora inter frondea turbam.*
*Nec priùs* [9] *abſiſtit, quàm ſeptem ingentia* [10] *victor*
[11] *Corpora* [12] *fundat humi, &* [13] *numerum cum* [14] *navibus* [15] *æquet.*
*Hinc* [16] *portum petit, & ſocios* [17] *partitur in omnes.*
*Vina,* [18] *bonus quæ deindè* [19] *cadis onerarat* [20] *Aceſtes,*
*Littore* [21] *Trinacrio, dederatque abeuntibus* [22] *heros,*
*Dividit, & dictis* [23] *mœrentia* [24] *pectora* [25] *mulcet.*
*O ſocii, (neque enim ignari ſumus* [26] *antè malorum)*
*O paſſi* [27] *graviora: dabit Deus* [28] *his quoque* [29] *finem.*
*Vos &* [30] *Scyllæam* [31] *rabiem,* [32] *penituſque* [33] *ſonantes*
[34] *Acceſtis ſcopulos: vos &* [35] *Cyclopea ſaxa*
*Experti: revocate* [36] *animos,* [37] *mœſtumque timorem*
[38] *Mittite:* [39] forſan & [40] hæc [41] olim meminiſſe [42] juvabit.
*Per varios caſus, per tot* [43] *diſcrimina rerum*
*Tendimus in Latium, ſedes ubi* [44] *fata quietas*
*Oſtendunt:* [45] *illic fas regna* [46] *reſurgere Trojæ.*
[47] Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis.
*Talia voce* [48] *refert, curiſque ingentibus æger*

1 Certorum. 2 Ubi vidit cervos. 3 Quas celeriter emittere poterat. 4 Qui nuſquam Æneam reliquit. 5 Ramoſis. Ecloga 7. *Et ramoſa Micon vivacis cornua cervi.* 6 Cervorum. 7 Mixtim perſequitur aut confundit. 8 Perſequens eam. 9 A perſecutione. 10 Voti compos. 11 Cervorum. 12 Proſtraverit per humum.

13 Cervorum proſtratorum. 14 Quas ſeptem collectas ſuprà vidimus. 15 Æqualem fecerit. 16 Ubi ſocii erant. 17 Diſtribuit cervos. 18 Beneficus. 19 In vaſis vinariis. 20 Rex Siciliæ: de quo plura Æn. 5. 21 Sicilienſi: propter tria ἄκρα, id eſt, *promontoria.* ſc. Lilybæum, Pachynum, & Pelorum. 22 Princeps magnificus, vir fortis. 23 Ob caſum conſociorum. 24 Sociorum. 25 Solatur. 26 Præteritorum, & quæ antehac paſſi ſumus. 27 Mala. 28 Malis minùs gravibus. 29 Exitum & terminum. 30 Quæ inter Scyllam & Charybdin eſt in mari Siculo. 31 Quiotiùm ad canes. 32 Valdè. 33 *Scyllam & cæruleis canibus reſonantia ſaxa.* l. 3. Æn. 34 Appropinquaſtis, non adiiſtis. 5. Æn. 35 A Cyclopibus in Sicilia obſeſſa. 36 Quibus graviora tuliſtis, ut & hæc feratis. 37 Qui vos mœſtos facit. 38 Deponite. 39 Hoc ſignificat, jucundiſſimam eſſe præteritorum malorum recordationem. 40 Præſentia mala. 41 Ubi omnibus periculis defuncti erimus. 42 Delectabit & jucundum erit. 43 Pericula. 44 Deorum præordinationes & voluntates. 45 In Latio. 46 Reparari & renaſci. 47 Perſeverate in his tolerandis. 48 Æneas.

1 Spem

[1] Spem [2] vultu ſimulat, [3] premit [4] altum corde dolorem.
*[5] Illi ſe prædæ accingunt, dapibuſque futuris:*
*Tergora diripiunt [6] coſtis, & [7] viſcera nudant.*
*Pars in [8] fruſta ſecant, verubuſque [9] trementia figunt,*
*Littore [10] ahena [11] locant alii, flammaſque [12] miniſtrant.*
*Tùm [13] victu revocant vires; [14] fuſique per herbam,*
*Implentur veteris [15] Bacchi, [16] pinguiſque [17] ferinæ.*
*Poſtquam [18] exempta fames epulis, [19] menſæque remotæ,*
*Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt:*
*Spemque metumque inter dubii, ſeu [20] vivere credant,*
*Sive [21] extrema pati, nec jam [22] exaudire [23] vocatos.*
*Præcipuè pius Æneas, nunc [24] acris [25] Orontis,*
*Nunc Amyci caſum [26] gemit, & crudelia ſecum*
*[27] Fata Lyci, fortemq; [28] Gyan, fortemq; [28] Cloanthum.*
*Et jam [29] finis erat: [30] cùm Juppiter [31] æthere ſummo*
*[32] Deſpiciens mare [33] velivolum, terraſque [34] jacentes,*
*Littoraque, & [35] latos populos, ſic [36] vertice cœli*
*Conſtitit, & Libyæ [37] defixit lumina regnis.*
*Atque illum [38] tales [39] jactantem pectore curas,*
*[40] Triſtior, & lachrymis oculos [41] ſuffuſa nitentes,*

1 Melioris eventus, aut *ſpem*, id eſt lætitiam. 2 Diſpoſitione faciei, quâ voluntas prodi ſolet, fingit & præ ſe fert. 3 Occultat. 4 Profundum. 5 Socii Æneæ parant ſe ad prædam parandam. 6 Cervorum ab Æneâ occiſorum. 7 Carnes interiores ad epulas: utrumque enim ſignificant viſcera, & carnes & exta. 8 Particulas. 9 Adhuc palpitantia fruſta. 10 Sc. *vaſa*, id eſt, lebetes ex ære factos. 11 Non ad lavandas ſolum, ſed & ad elixandas carnes, quæ etiam veteribus in uſu. 12 Subjiciunt. 13 Cibo reparant. Lucret. *Præterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus Et vires recreet.* 14 Proſtrati. 15 Vini. Metonymia. Macrob. Sat. l. 5. c. 2. 16 Quia ſeptem ingentia corpora fuderat humi. 17 Sc. *carnis*, id eſt, carnis cervinæ. 18 Fugata. 19 Quadræ aut lances, cibis onuſtæ, ſublatæ erant. 20 Quod ſperebant. 21 Mortem: quod metuebant. 22 Cum mortui ſint. 23 A ſociis ad tumulos. Ex more, ut, quos amiſerant peregre deſiderabantque, inclamarent ter, ut habet Hom. Odyſſ. 9. Πρὶν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι. *Relictum clamaſſem, ut littus Hyla, Hyla, omne ſonaret.* 24 Strenui. 25 Qui cum Leucaſpe ſubmerſus erat. 26 Animo ſuo: quia ſpem vultu ſimulat. 27 Mortem. 28 Caſus eorum: qui tamen non erant ſubmerſi, ut patebit, 5. Æn. ubi navium directores erunt. 29 Sermonis longi, quo ſocios amiſſos requiſiverant, & diei. 30 Scitè miſcentur conſilia Deorum. 31 Ubi ſunt ſtellæ. 32 Deorſum aſpiciens, Lucret. *Sed nil dulcius eſt, benè quam munita tenere Edita doctrina ſapientum templa ſerena, Deſpicere unde queas alios, paſſimque videre Errantes.* 33 In quo vela volant. 34 Humiles. 35 Latè habitantes. 36 In circulo Lacteo: illic eſt domus Jovis, & circulus ille eſt vertex cœli. Hom. ἀπὸ κρατὸς, κορυφῆς ῥίον Ολύμποιο. 37 Deorſum injecit oculos ad regna. 38 Humanarum rerum. 39 Verſantem. 40 Valdè triſtis. 41 Parum ſuperfuſos.



Digitized by Google

*Alloquitur Venus, O qui* [1] *res hominumque, Deûmque,*
*Æternis regis imperiis, & fulmine terres,*
*Quid* [2] *meus Æneas* [3] *in te* [4] *committere tantùm?*
*Quid Troës potuêre? quibus tot funera paſſis*
*Cunctus* [5] *ob Italiam terrarum clauditur* [6] *orbis?*
*Certè* [7] *hinc Romanos olim,* [8] *volventibus annis,*
[9] *Hinc fore ductores,* [10] *revocato à ſanguine* [11] *Teucri,*
[12] *Qui mare, qui terras omni* [13] *ditione tenerent,*
*Pollicitus: quæ te, genitor, ſententia* [14] *vertit?*
[15] *Hoc equidem* [16] *occaſum Trojæ, triſteſque ruinas*
[17] *Solabar, fatis contraria fata* [18] *rependens.*
*Nunc* [19] *eadem fortuna viros tot caſibus actos*
*Inſequitur: quem* [20] *das finem, Rex magne, laborum?*
[21] *Antenor potuit,* [22] *mediis elapſus Achivis,*
[23] *Illyricos penetrare ſinus, atque intima* [24] *tutus*
*Regna Liburnorum, &* [25] *fontem ſuperare* [25] *Timavi:*
*Undè per* [26] *ora novem* [27] *vaſto cum murmure* [28] *montis*

1 Res Deorum & hominum regis nutu ac imperio, & fulmine, eoque præſagiente, terrente, puniente. 2 Filius, & tuus nepos. 3 Contra. 4 Peccare & committere tantum ſcelus. 5 Ne Italiam appellant. 6 Quia nuſquam conſiſtere à Junone permittuntur. 7 Ex Æneâ & Trojanis. 8 Sc. *ſe*, aut revolutis: περιπλομένων: infrà, *volvendis menſibus orbes.* Lucret. 5. l. *per cœlum Solis volventia luſtra.* 9 Ex hoc Æneâ, aut ex his Trojanis. 10 Iterùm in Italiam vocato: nam Dardanus ex Italiâ oriundus erat. 11 Dardani. 12 Romani. 13 Poteſtate poſſiderent: ut, pace, bello & legibus. 14 A propoſito abduxit? 15 Hac pollicitatione, quòd Romani futuri erant è ſanguine Trojano. 16 Excidium. 17 Pro ſolatio tolerabam. 18 Compenſans, id eſt, modeſtè tolerans fata, quæ erant de excidio Trojæ, ob fata de inſtitutione Romæ. Tranſlatio eſt à pecuniis, quæ olim *pendebantur*, id eſt, per libram ponderatæ ſolvebantur. Apud Ovid. Sappho: *Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna* rependo *mea.* 19 Adverſa. 20 Dare vis. 21 Proditor Trojæ cum Æneâ, *ut quidam. Alii:* pacis & reddendæ Helenæ autores. Argumentum à Minori. Antenor, homo ignobilis, & nulla tecum ſanguinis communione conjunctus, hoſtium gladios evadere, in remotas terras ſalvus pervenire, periculoſa loca ſuperare, urbem condere, vitam in pace finire potuit: nos, genus tuum, & quibus cœlum promiſiſti, perpetuis jactamur infortuniis. 22 E medio Græcorum inimicorum ſubtiliter liberatus. 23 Illyricæ oræ anguſtias penitùs intrare. 24 Ab inſidiis hoſtium & odiis Junonis. 25 Timavum, fluvium Venetiæ. Servius annotat, Poëtas rem unius ſermonis circumlocutionibus dicere, ut pro *Trojâ* dicant *urbem Trojæ*: ſic paulò poſt, *Urbem Patavi*, id eſt, Patavium. 26 Non oſtia, per quæ fluit Timavus in mare, ſed fontes, qui inter Aquileiam & Tergeſte ſex erumpunt ex antris ſaxei collis: ſeptimum his adjiciunt in palude ortum: ut verò conficiatur numerus novenus noſtri autoris, adſciſcendi duo, ex lacu Rubri Saxi unus: S. Antonii alter. 27 Timavus per cuniculos quoſdam ab adfluxu maris patitur incrementum; ita ut lenis dulciſque in refluxu: ubi tamen mare æſtu ſuo intumuit, ingenti fragore ac mugitu ſaxei montis, per complura illa ſpacioſa ora prorumpit & arva innodat. 28 Vicini.

[1] *It mare* [2] *proruptum, & [3] pelago premit arva ſonanti.*
*Hìc tamen [4] ille [5] urbem Patavi, ſedeſque locavit*
*Teucrorum, & genti [6] nomen dedit, [7] armaque fixit*
*Troïa: nunc placidâ [8] compoſtus pace quieſcit.*
*Nos, tua progenies, cœli quibus [9] annuis arcem,*
[10]*Navibus ([11] infandùm) amiſſis,* [12] *unius ob iram*
*Prodimur, atque [13] Italis longè disjungimur [13] oris.*
*Hic pietatis honos? [14] ſic nos in [15] ſceptra reponis?*
[16] *Illi ſubridens hominum [17] ſator atque Deorum,*
*Vultu, quo cœlum, tempeſtateſque ſerenat,*
*Oſcula [18] libavit natæ: dehinc talia fatur:*
*Parce [19] metu,* [20]*Cytherea; manent [21] immota [22] tuorum*
*Fata tibi: cernes [23] urbem, & [24] promiſſa [25] Lavinî*
*Mœnia, [26] ſublimemque feres ad ſidera cœli*
*Magnanimum Æneam: neque me ſententia vertit.*
[27]*Hic (tibi fabor enim, quando hæc te* [28]*cura* [29]*remordet,*
*Longiùs & [30] volvens fatorum arcana [31] movebo)*
[32] *Bellum ingens geret [33] Italiâ, populoſque [34] feroces*
[35] *Contundet,* [36] *moreſque [37] viris, & [38] mœnia ponet,*

1 Proflu'it. 2 Effuſum fluens multa aqua. 3 Concutit arva vicina abundantia aquarum, quaſi pelagus, id eſt, mare conſtituentium, cum ſonitu erumpenti. 4 Antenor. 5 Patavium. 6 Primùm Antenoridas vocavit, poſtea, ab augurio *Patavium.* 7 Ut victor & compos voti, qui rerum fortiter ac fe'iciter geſtarum monumenta erigunt, arma figunt: Æn. 3. *Ære cavo clypeum magni geſtamen Abantis Poſtibus adverſis figo, & rem carmine ſigno.* 8 Compoſitus, id eſt, ſepultus. 9 Nutu concedis ſublimitatem. 10 Non erat tamen niſi una amiſſa. 11 Quæ res indigna, ut dicatur, eſt. 12 Junonis. 13 Extremis regionibus Italiæ. 14 Per exilium. 15 Regna amiſſa reſtituis? Uti licebit hoc verſu, quoties nocebunt nobis, de quibus ipſi aliquando benè ſumus meriti. 16 Veneri, modicè arridens. 17 Productor atque genitor, ſc. Jupiter. 18 Leviter tangendo præbuit. *Oſcula* volunt eſſe religioſi officii; *ſuavia* & *baſia* voluntatis. 19 Metui, id eſt, abſtine à timore. 20 Venus, à *Cytheris* inſula ſic dicta, in quam illa primum concha marina dicitur advecta. 21 Immutata, ſicut erant prius conſtituta. 22 Trojanorum, ut Æneæ filii tui, & Aſcanii, cæterorumque. 23 Romam, promiſſam à fatis. 24 A fatis. 25 Primùm in Latio à Trojanis conditum Lavinium. *Urbique dabit Lavinia nomen.* 12. Æn. 26 Excelſum & glorioſum. De Apotheoſi Æneæ Ovid. 14. Met. *Jamque Deos omnes*, &c. 27 Æneas. Longa hæc Rom. hiſtoriæ ſeries, vel nota eſt, vel petenda ex Livio, Diodoro, Varrone, Plutar. Dionyſio. 28 De Æneâ, & ejus futuro regno. 29 Sollicitat. 30 Revolvens & repetens. 31 Excitabo, aut monebo, id eſt, dicam tibi, quid fata de Æneâ conſtituerint. 32 In quo victus Latinus, Laviniam Æneæ deſpondet: nec multò poſt Turno inferente bellum, Latinus occubuit, Æneâ regnante. 33 In Italia. 34 Acres. 35 Perſtrumdabit. 36 Leges & inſtituta. 37 Iis, quibus ob virtutem parcet. 38 Urbes novas, ὕϛερον πρότερον: ante enim urbs; pòſt jura conduntur.

1 In Italiâ. 2 Sc. *illum*. 3 Sc. *tempora*, ſive tres anni, id eſt, poſt triennium transferetur in cœlum. 4 Dùm regnum Trojanum ſtetit in dignitate & majeſtate regali, incolume fuit. Sic 3. Æn. *Poſtquam res Aſia*, &c. 5 Solares: quorum ſinguli conſtant 12. menſibus volvendis.

*Tertia dùm* [1] *Latio regnantem* [2] *viderit æſtas,*
*Ternaque tranſierint Rutulis* [3] *hyberna ſubactis.*
*At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iülo*
*Additur, (Ilus erat,* [4] *dùm res ſtetit Ilia regno)*
*Triginta* [5] *magnos* [6] *volvendis menſibus* [7] *orbes*
[8] *Imperio explebit, regnumque à ſede Lavini*
*Transferet, &* [9] *longam multâ* [10] *vi muniet* [11] *Albam.*
[12] *Hic jam tercentum* [13] *totos regnabitur annos*
*Gente ſub* [14] *Hectoreâ: donec* [15] *regina ſacerdos,*
*Marte* [16] *gravis,* [17] *geminam* [18] *partu dabit Ilia prolem.*
[19] *Indè* [20] *lupæ* [21] *fulvo* [22] *nutricis* [21] *tegmine lætus*
[23] *Romulus* [24] *excipiet gentem, &* [25] *Mavortia condet*
*Mœnia, Romanoſque ſuo de nomine* [26] *dicet.*
[27] *His ego nec* [28] *metas rerum, nec* [29] *tempora pono:*
*Imperium ſine fine dedi:* [30] *quin* [31] *aſpera Juno,*
*Quæ mare nunc, terraſque* [32] *metu, cœlumque fatigat,*
[33] *Conſilia* [34] *in melius referet, mecumque fovebit*
*Romanos* [35] *rerum dominos, gentemque* [36] *togatam.*
[37] *Sic placitum: veniet* [38] *luſtris labentibus ætas,*

6 Volubilibus. 7 Annos. 8 Regnando. 9 A ſitu. 10 Poteſtate. 11 Latii urbem, à Lavinio diſtantem 12. milliaria, à Româ totidem: quæ *Alba* à porcâ *albâ* dicta eſt. 12 Albæ. 13 Integros. 14 Trojanâ bellicoſa, uti erat Hector. Æneæ affinis. 15 Ilia, Numitoris, Albani regis, filia ex Marte gravida, ſacerdos Veſtalis. Vide quæ nos ad Florum p. 6. 7. & 8. 16 Prægnans & gravida ex Marte effecta. Ecl. 1. *Non inſueta graves tentabunt pabula fœtas*. 17 Romulum & Remum. 18 Sc. *uno*. 19 Poſt partum Iliæ. 20 Feræ, vel Laurentiæ, Fauſtuli uxoris, quæ Lupa; vel, quia expoſitorum infantium nutrices dictæ *lupæ*. 21 Pelle lupæ. In memoriam nutricis; vel, quia ipſe venator. 22 Sc. *ſuæ*, à qua primùm nutritus erat. 23 Alter è gemellis. 24 Extra pericula capiet. 25 Romana, quæ ſe Martem jactent habere autorem: vel, *Mavortia*, id eſt, bellica, quæque vim hoſtilem facilè ſuſtinere poterunt. Quanquam de civibus magis loquitur Poëta, qui reverà fuerunt Mavortii, id eſt, bellicoſi, & victores omnium gentium. 26 Nuncupabit. 27 Romanis. 28 Certum imperii terminum conſtituo. 29 Certum annorum ſpatium, quibus eas poſſideant, ſicut Albanis jam terminum ſtatui. 30 Quinetiam. 31 Sæva, implacabilis. 32 Romæ: quæ ventura olim eſt excidio ſuæ Carthagini: ſuprà. 33 Conciliatam Romanis ſecundo bello Punico refert ex Ennio Servius. Vide Horat. l. 3. Od. 3. 34 In meliorem ſententiam: quia tandem placabitur. 35 Omnium. 36 Romanam, quæ in togis, tempore pacis, verſari ſolet. Aliæ gentes erant tunicatæ, palliatæ, braccatæ. 37 Sc. *eſt Diis*. 38 Succeſſu temporum, quæ luſtris computabuntur. Luſtrum alii quatuor annorum ſtatuunt; alii, quinque abſolutorum; alii, exactè quadriennio ineuntis quinti, ut ſit idem cum Olympiade.

Cùm

*Cùm [1] domus Aſſaraci [2] Phthiam, [3] claraſque [4] Mycenas*
*[5] Servitio premet, ac victis dominabitur [6] Argis.*
*Naſcetur [7] pulchrâ Trojanus origine [8] Cæſar,*
*[9] Imperium [10] Oceano, famam qui [11] terminet aſtris,*
*[12] Julius, à magno [13] demiſſum nomen [14] Iülo.*
*[15] Hunc tu olim cælo [16] ſpoliis Orientis onuſtum*
*[17] Accipies ſecura: [18] vocabitur [19] hic quoque [20] votis.*
*[21] Aſpera [22] tùm [23] poſitis miteſcent ſæcula bellis,*
*[24] Cana fides, & [25] Veſta, [26] Remo cum fratre [27] Quirinus*
*[28] Jura dabunt: diræ [29] ferro, & compagibus [30] arctis*
*Claudentur [31] belli portæ. [32] Furor [33] impius [34] intùs*
*[35] Sæva ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis*

1 Romana gens Fuit autem Aſſaracus Troïs filius, frater Ili, ex quo Aſſ. Carys, qui Anchiſen, Æneæ patrem, genuit: præcipuè autem Mummium intelligit, qui & Corinthum delevit, & bonam Græciæ partem Romano imperio ſubjecit. 2 Achillis patriam, everſoris Trojæ. 3 Tanta prole. 4 Peloponneſi urbem, à Perſeo, Jovis & Danaës filio, conditam, Agamemnonis patriam. 5 Subjugabit. 6 Græcis. *Arges* Peloponneſi urbs: imperium Diomedis fuit. 7 Propter Venerem, à quâ Cæſares originem ducebant. 8 C. Julius Cæſar, qui in Curiâ à Caſſio & Bruto, aliiſque Pompejanis occiſus eſt. 9 Romanis. *Imperium ſuum ultra Solis vias, & ipſius Oceani limites propagavit.* Minutius de Româ: ſi de Auguſto intelligere libet, referas ad ſomnium Acciæ, quæ ſomniavit ſe concepiſſe ex Apolline, viſceraque ſua in cœlum tolli, & per omnem terram extendi. 10 Orbe terrarum, quem Oceanus ambit. 11 Claudat cœlo. 12 Cæſar. 13 Deductum. 14 Aſcanio. 15 De apotheoſi Julii Cæſaris Ovid. 15. Met. *Vix ea fatus erat*, &c. 16 Ex bello Pharſalico & Pontico: devictis regibus, qui auxilia tulerunt Pompejo. 17 In cœtum Deorum. 18 Invocabitur. Eclog. 5. *Damnabis tu quoque votis.* Meruit quippe poſt mortem aram, faſtigium, flaminem. 19 Julius Cæſar, nedum Æneas. 20 Ad vota ſuſcipienda. 21 Dura & triſtia propter bella. 22 Deindè, poſtquam in cœlum receptus fuerit Julius, regnante jam Auguſto. 23 Depoſitis, ſedatis. 24 Firma, ſincera & pura, qualis ſolet eſſe in canis, id eſt, bonis hominibus. Nam canitiæ multâ reſperſi homines minùs ſunt fraudulenti. 25 Caſta religio. 26 Tali pace & concordiâ, qualis debet eſſe inter fratres. 27 Virtus bellica ad propulſandam & non inferendam injuriam. *Quirinus* dictus eſt Romulus vel à *Quiri* ſeu *Curi*, id eſt, *haſtâ*, quòd haſtâ aſſiduè uteretur: ſive à *Curibus*, opulentiſſima Sabinorum urbe. Vide Ovid. 2. Faſt. 28 Leges & inſtituta, id eſt, Juſtitia, ut rectè vivatur, religio ut ſanctè & caſtè, pax atque concordia inter omnes, & virtus bellica contra injuria provocantes jura dabunt. 29 Ferreis repagulis. 30 Arctè compingentibus. 31 Id eſt, templi Jani portæ, quæ apertæ bellum, clauſæ pacem ſignificabant. Hinc Janus *Patulcius*, hinc *Cluſius* cognominabatur. Vide Macrob. Sat. l. 1. c. 9. & quæ nos ad Florum p. 18. & 19. 32 Bellicus. 33 Impietatem procreans, ut templorum profanationem, ſtupra, homicidia, rapinas, & id genus alia. 34 In ipſo Jani templo concluſus. 35 Bellica.

*[1] Poſt tergum nodis, fremet [2] horridus ore cruento.*
*Hac [3] ait: & [4] Majâ genitum demiſit ab alto,*
*Ut terræ, utque novæ pateant Carthaginis arces*
*[5] Hoſpitio Teucris: ne [6] fati neſcia Dido*
*Finibus arceret: volat [7] ille per aëra [8] magnum*
*[9] Remigio alarum, ac Libyæ citus aſtitit [10] oris:*
*Et jam [11] juſſa facit: [12] ponuntque ferocia [13] Pœni*
*Corda, volente [14] Deo: imprimis regina [15] quietum*
*[16] Accipit [17] in Teucros animum, [18] mentemq; benignam.*
*At pius Æneas per noctem plurima [19] volvens,*
*Ut primùm lux [20] alma [21] data eſt, [22] exire, locoſque*
*Explorare [23] novos, quas vento acceſſerit oras,*
*Qui [24] teneant (nam inculta videt) homines-ne, feræ-ne,*
*[25] Quærere conſtituit, ſociiſque [26] exacta referre.*
*[27] Claſſem in [28] convexo nemorum, ſub rupe cavata,*
*Arboribus clauſam circùm, atque [29] horrentibus umbris,*
*Occulit: ipſe [30] uno graditur comitatus Achate,*
*Bina manu lato [31] criſpans haſtilia ferro.*
*Cui mater media ſeſe tulit obvia ſylva,*
*Virginis os, habitumque gerens, & virginis [32] arma*
*[33] Spartanæ: vel qualis equos [34] Threïſſa fatigat*
*[35] Harpalice, [36] volucremque [37] fuga prævertitur [38] Hebrum.*
*Namq; humeris [39] de more [40] habilem ſuſpenderat arcum*

1 *Belli imaginem*, inquit Plin. l. 35. c. 10. *reſtrictis à tergo manibus ab Apelle pictam Auguſtus in foro ſuo dicavit.* 2 Ægrè ferens tamdiu includi. 3 Jupiter. 4 Mercurium Majæ filium, deorsùm mittit ab alto cœlo. 5 In hoſpitium. 6 Quæ neſcivit fatale eſſe, Æneam regna Trojana reparaturum aliquando, limitibus regni ſui Trojanos prohiberet. 7 Mercurius. 8 Reſpectu terræ: centuplo enim major eſt. 9 Fretus auxilio, ut naves feruntur in aquis, remigio alarum: habebat enim in pedibus talaria. 10 Extremis regionibus, ſc. in ea parte in quâ Carthago erat. 11 Mandata Jovis, id eſt, conciliat Teucris animos Pœnorum. 12 Deponunt. 13 Carthaginenſes. 14 Jove aut Mercurio. 15 Pacatum. 16 Ab inſpiratione Mercurii. 17 Erga. 18 Affectionem clementem, & propenſam ad beneficia conferenda. 19 Reputans. 20 Cunctos alens. 21 Id eſt, tempore matutino. 22 Ad exeundum. 23 Quos recenter acceſſerint. 24 Poſſideant eas oras. 25 Inquirere. 26 Exquiſita, explorata, vel exactè. 27 Sc. ſeptem ſuas naves, quæ reliquæ erant. *Hac ſeptem Æneas*, &c. 28 Concavo loco, quaſi ex nemore facto: nam ſylvis ſcena coruſcis deſuper imminebat, ut ſuprà. 29 Horrorem propter ſolitudinem inducentibus. 30 Solo. 31 Vibrans jacula. 32 Inſtrumenta venatoria. 33 Virgines Spartanæ, ex inſtituto Lycurgi, venationibus, curſu, lucta, palæſtra exercebantur. 34 Ex Thracia. 35 Quæ Getas equites perniciſſimo aſſecuta curſu patrem ab iis captum in libertatem aſſeruit. 36 Velocem. 37 Celeri curſu tranſit. 38 Fl. Thraciæ. 39 Venantium, præſertim Tyriorum. 40 Viribus ſuis aptum.



Digitized by Google

*[1] Venatrix, dederatque [2] comas [3] diffundere ventis:*
*Nuda genu, [4] nodoque [5] ſinus [6] collecta fluentes.*
*Ac prior: Heus, inquit, juvenes, monſtrate, mearum*
*[7] Vidiſtis ſi quam hîc errantem forte ſororum,*
*[8] Succinctam pharetrâ, & [9] maculoſa tegmine lyncis,*
*Aut [10] ſpumantis apri curſum clamore [11] prementem.*
*Sic Venus: at Veneris [12] contrà ſic [13] filius orſus:*
*Nulla tuarum audita [14] mihi, neque viſa ſororum.*
*O [15] quam te [16] memorem virgo? namque haud tibi vultus*
*[17] Mortalis, nec vox hominem [18] ſonat: ô [19] Dea certè.*
*An [20] Phœbi ſoror, an Nympharum [21] ſanguinis una?*
*Sis [22] felix, noſtrumque leves [23] quæcunque [24] laborem,*
*Et [25] quo ſub cœlo [26] tandem, quibus orbis in [27] oris*
*Jactemur, doceas: ignari hominumque locorumque*
*Erramus, vento hùc, vaſtis & [28] fluctibus acti.*
*[29] Multa tibi ante aras noſtrâ [30] cadet hoſtia dextrâ.*
*Tùm Venus: Haud equidem tali me [31] dignor [32] honore:*
*Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram,*
*[33] Purpureoque altè ſuras vincire [34] cothurno.*
*[35] Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem:*
*[36] Sed fines Libyci, [37] genus [38] intractabile bello.*
*[39] Imperium [40] Dido Tyriâ regit urbe profecta,*
*[41] Germanum fugiens: [42] longa eſt [43] injuria, longæ*

1 Exiſtens tanquam venatrix. 2 *Incomptum laxane More comam religata nodum.* Horat. 3 Diſpergere. 4 In nodum. 5 Veſtis ſuæ. 6 Succinctæ, quò expeditior eſſet ad curſum. 7 Diſcurrentem, vagantem, & feras inveſtigantem in hac ſylva. 8 Inſtructam thecâ ſagittarum. 9 Variis maculis ornatæ lyncis à ſe interfectæ pelle indutam. 10 Spumam emittentis ex irâ. 11 Retinentem. 12 Viciſſim. 13 Æneas. 14 A me. Sic 3. Georg. Cui *non dictus Hylas?* Ovid. *O mihi poſt ullos, nunquam memorande, ſodales.* Cic. *Intellectum eſt enim* mihi *paulo antè.* 15 Qualem an Deam, an hominem. 16 Compellem. 17 Qualis mortali competit. 18 Repræſentat. 19 Concluſio Syllogiſmi disjunctivi: *Aut homo, aut Dea es: Non es homo: Ergo Dea.* 20 Diana, quæ venatrix eſt. Quod ab arcu, pharetra & habitu conjicere licet. 21 De ſanguine. 22 Propitia, auxiliatrix. 23 Sc. *es.* 24 Indagandæ regionis hujus. 25 Sub quo climate, ſub quâ cœli parte. 26 Poſt tot naufragia & errores noſtros. 27 Regionibus. 28 Procellis. 29 Numini tuo grati debitam ſolvemus hoſtiam. 30 Mactabitur. 31 Dignam cenſeo aut facio. 32 Sacrificii: neque enim Dea ſum, ſed virgo Tyria, cui mos eſt geſtare pharetram. 33 Purpurei coloris. 34 Altiſſimo calceamento. 35 Terræ hujus, quæ Lybia eſt, partem hanc incolunt Pœni ex Tyro urbe Phœniciæ, cui olim imperavit Agenor, hùc advecti ab Eliſa, ſeu Didone. 36 Sed extremitates hujus regionis ſunt Libycæ, id eſt, à Libycis populis habitatæ. 37 Sc. *populi.* 38 Durum, quod à nullo tractari debeat per bellum. *Studiis aſperrima belli:* ſuprà. 39 Hujus regionis. 40 Eliſa quæ deſcendit & migravit ab urbe Tyro. 41 Pygmalionem. Adi L. 18. Juſtini. 42 Longo ſermone recitanda. 43 Quæ ei illata eſt.



Digitized by Google

1 Capita, primordia rerum geſtarum, cur & quomodo fugerit. 2 Didoni. 3 Inter Phœnices. 4 A miſerâ amante Didone. 5 Sichæo. 6 Belus. 7 Virginem inviolatam ia mat imonium dederat. Horat. Od. 7. l. 1. *Sunt, quibus unum opus eſt, intactæ Palladis urbem Carmine perpetuo celebrare.*

*Ambages; ſed ſumma ſequar 1 faſtigia rerum.*
*2 Huic conjux Sichæus erat, ditiſſimus agri*
*3 Phœnicum, & magno 4 miſeræ dilectus amore:*
*5 Cui 6 pater 7 intactam dederat, primiſque 8 jugârat*
*9 Ominibus: 10 ſed regna Tyri germanus habebat*
*Pygmalion, 11 ſcelere ante alios immanior omnes,*
*12 Quos inter 13 medius venit furor: 14 ille Sichæum*
*Impius ante 15 aras, atque auri cæcus amore,*
*Clam 16 ferro incautum 17 ſuperat, 18 ſecurus amorum*
*Germanæ, 19 factumque diu celavit, & 20 ægram,*
*21 Multa malus ſimulans, 22 vanâ ſpe 23 luſit 24 amantem.*
*Ipſa ſed in ſomnis 25 inhumati 26 venit imago*
*27 Conjugis, ora modis attollens pallida miris:*
*28 Crudeles aras, 29 trajectaque pectora ferro*
*Nudavit, 30 cæcumque 31 domus ſcelus 32 omne retexit.*
*Tùm 33 celerare fugam, patriâque excedere ſuadet,*
*34 Auxiliumque viæ, veteres 35 tellure recludit*
*Theſauros, 36 ignotum argenti pondus & auri.*
*37 His commota fugam Dido, 38 ſociosque parabat:*
*39 Conveniunt, quibus aut odium 40 crudele tyranni,*

8 Conjugaverat. Significat Poëta, Didonem Sichæo commiſſam uxorem, quæ antea cum nemine corpus commiſcuiſſet. 9 Auſpiciis, quæ cùm omni negotio, tùm nuptiis maximè adhibita. Val. Max. l. 2. 10 Populus enim Pygmalioni, admodum puero, regnum tradiderat. 11 Ipſos etiam furioſos ſcelere ſuperat. 12 Anaſtrophe. 13 Qui per furorem mediantem inter ſe fuerunt ſævi. 14 Pygmalion. 15 Herculis, cujus erat ſacerdos. 16 Sicâ. 17 Occidit. 18 Nihil reſpiciens, non curans, aut miſeratus ſororem, quæ miſerè amabat Sichæum. 19 Parricidium, cædem Sichæi. 20 Animo, ſc. id eſt, triſtem. 21 Multas cauſas de abſentia aut reditu Sichæi iniquus & aſtutus fingens: nam perſuaſerat Didoni maritum vivere, ſed foris eſſe. 22 Qui dicebat eum propediem affore. 23 Ludificatus eſt, decepit. 24 Didonem. 25 Nondum ſepulti. Solebant veteres, cùm manes alicujus vindicare vellent, eum inſepultum relinquere: nam tum centum annos cogebantur errare: ut patet ex l. 6. 26 Apparuit. 27 Sichæi occiſi. 28 Per ſe quidem pias: ſed ante quas crudeliter interfectus eſt Sichæus. 29 Transfixa. 30 Hactenus celatum & occultum. 31 Sc. *ejus*, id eſt, quod domi ejus patratum erat. 32 Totum revelavit, id eſt, ſignis quibuſdam ſignificavit Didoni, quomodo à fratre ejus Pygmalione ante aras occiſus eſſet. 33 Celeriter facere. 34 Viaticum. 35 E terra, cui theſauros crediderat Sichæus, aperire docet. 36 Quod Dido ignoraverat illic eſſe. 37 Offenſis. 38 Comites, qui etiam tyrannum fugere volebant. 39 Socii. 40 In crudelem tyrannum: non enim crudele, ſed juſtum eſt odium in tyrannos; fiunt autem tyranni ſuis odioſi, dùm metui, quàm diligi, malunt.

*Aut*

*Aut metus acer erat: naves, quæ fortè [1] parata,*
*[2] Corripiunt, onerantque auro: [3] portantur [4] avari*
*Pygmalionis opes [5] pelago: [6] dux fœmina facti.*
*[7] Devenêre locos, ubi nunc ingentia cernes*
*Mœnia, [8] ſurgentemque novæ Carthaginis arcem:*
*Mercatique ſolum, [9] facti de nomine Byrſam,*
*[10] Taurino quantum poſſent circumdare [10] tergo.*
*[11] Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris?*
*Quò-ve [12] tenetis iter? [13] Quærenti talibus [14] ille*
*Suſpirans, imoque trahens à pectore vocem:*
*O Dea, ſi [15] primâ repetens [15] ab origine [16] pergam,*
*Et [17] vacet [18] annales noſtrorum audire laborum,*
*[19] Antè diem clauſo [20] componet veſper Olympo.*
*Nos Trojâ [21] antiquâ ([22] ſi veſtras fortè per aures*
*Trojæ nomen iit,) diverſa per æquora vectos,*
*[23] Forte ſuâ Libycis tempeſtas appulit oris.*
*Sum [24] pius Æneas, raptos qui [25] ex hoſte [26] Penates*
*Claſſe veho mecum, [27] famâ ſuper æthera notus,*
*Italiam quæro [28] patriam, & [29] genus ab Jove ſummo.*
*[30] Bis denis Phrygium conſcendi navibus [31] æquor,*
*[32] Matre Deâ monſtrante viam, data fata ſecutus:*

1 Ut Dido poſſet ad Pygmalionem migrare: ut inter eos convenerat: migrare autem ſine navibus commode non poterat, quod magnam ſupellectilem haberet. Lege Juſt. l. 18. 2 Simul rapiunt. 3 Tranſvehuntur. 4 Quas avarus Pygmalion jam ſuas putabat, ſed fruſtra: Dido enim abſtulit. 5 Per pelagus. 6 Dido eſt ductrix & princeps facti tam inſignis; quia pulchrum eſt ulciſci avarum & ſceleſtum hominem. 7 Illi navibus aurum vehentes, venerunt ad ea loca. 8 Erigentem ſe, nondùm perfectam. 9 A facto denominatum corium. Appulſa enim ad Libyam Dido, cum ab Hiarba pelleretur, petiit callide, ut venderet tantum terræ, quantum poſſet corium bovis tegere. Quòd cum ille permiſiſſet, corium in tenuiſſimas corrigias diſſectum tetendit, occupavitque ſtadia viginti duo. 10 Corio tergi à tauro detracto. 11 Sc. *dicite.* 12 Tenditis? 13 Veneri. 14 Æneas reſpondit. 15 A raptu Helenæ. 16 Peragam contextum hiſtoriæ, quam interrogas. 17 Otium tibi ſit. 18 Relationem, enumerationem, qualis eſſe ſolet in annalibus. *Annales* proprie fuerunt tabulæ in quas ſingulorum annorum res geſtæ referebantur à Pontifice Maximo 1. l. 2. c. Sat. Macrob. 19 Priuſquam peregero ſermonem inceptum. 20 Claudet & finiet, id eſt, dies me deficiet. Sic Ecl. 3. *Non noſtrum inter vos tantas* componere *lites.* 21 Nobili, inclytâ. 22 Si quid fortè de Troja unquam audiviſtis. 23 Caſu ſuo, vi ſuâ. 24 Meritò. Pius enim fuit in Deos, in patrem, in filium, in uxorem, quos ex incendio rapuit. 25 E manu Græcorum. 26 Deos domeſticos. 27 Hujus pietatis. 28 E Corytho enim, urbe Etruriæ, ortus eſt Dardanus gentis noſtræ author, & ipſe ex Jove natus. Al. *Italiam quæro, patriam & genus ab Jove ſummo*, id eſt, accipio, id eſt, Jovis conterraneus & conſanguineus ſum. 29 Cunabula gentilium meorum, qui à Jove deducti ſunt. 30 Viginti. 31 Helleſpontum. 32 Venere.



Digitized by Google

*Vix* [1] *ſeptem convulſa undis, Euroque ſuperſunt.*
*Ipſe* [2] *ignotus, egens, Libyæ deſerta peragro,*
[3] *Europâ, atque* [4] *Aſiâ pulſus. Nec plura querentem*
*Paſſa Venus, medio ſic interfata dolore eſt:*
*Quiſquis es, (*[5] *haud, credo,* [5] *inviſus cæleſtibus, auras*
*Vitales carpis.* [6] *Tyriam qui adveneris urbem)*
*Perge modò, atque* [7] *hinc te* [8] *reginæ ad limina perfer.*
*Namque tibi* [9] *reduces ſocios,* [10] *claſſemque relatam*
*Nuncio, &* [11] *in tutum* [12] *verſis Aquilonibus* [13] *actam:*
*Ni fruſtrà* [14] *augurium* [15] *vani docuêre* [16] *parentes.*
*Aſpice* [17] *bis ſenos lætantes* [18] *agmine cygnos,*
*Ætherea quos* [19] *lapſa plaga* [20] *Jovis ales* [21] *aperto*
*Turbabat cœlo: nunc terras ordine longo*
*Aut* [22] *capere, aut* [23] *captas jam deſpectare videntur.*
[24] *Ut reduces illi ludunt* [25] *ſtridentibus alis,*
*Et* [26] *cœtu cinxêre* [27] *polum,* [28] *cantuſque dedêre:*
*Haud aliter* [29] *puppeſque tuæ,* [30] *pubeſque tuorum*
*Aut portum tenet, aut* [31] *pleno ſubit* [32] *oſtia velo.*
*Perge modò, &* [33] *quâ te ducit via, dirige greſſum.*
[34] *Dixit: &* [35] *avertens* [36] *roſea cervice refulſit,*
[37] *Ambroſiæque comæ divinum vertice odorem*

1 Naves ex illis viginti. 2 De corpore & de facie: notum enim te dixit de nomine. 3 Ad quam tendere parabam. 4 A qua profugus fato veneram. 5 Quod tu charus ſis Diis. Liptote figura per contrarium ſignificans. Sic infra: *non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco*, id eſt, in malis probè exercitata. 6 Quod adveneris Carthaginem. 7 Ab hac ſylvâ. 8 Didonis. 9 Salvos & incolumes, & qui pericula jam evaſerunt: ut paulò infra: *Ut reduces illi ludunt ſtridentibus alis.* Ratio, quare non debeat reverti, ſed rectà pergere. 10 Duodecim navium, quam amiſſam cenſes, receptam ex periculis. 11 In locum ubi tuta ſit. 12 Ponentibus, vel converſis: namque ſuprà, ſtridens Aquilone procella velum adverſa percuſſerat. 13 Impulſam. 14 Artem augurandi. 15 Mendaces. Sal. *Mauri* vanum *genus.* 16 Sc. *mei.* 17 Auſpicata omnia & apta; numerus, volatus, cantus avium. Tot enim naves fuerant, quas amiſſas Æneas verebatur, cùm ſalvæ eſſent. 18 Convolatu agminatim procedente, cum priùs turmatim diſperſi avolarent. 19 Quæ deſcendit aëriâ regione. 20 Aquila, Jovis ſ innata ſatelles: cum relatione ad Aquilonem. Ideò ales Jovis, quia fulmine non tangitur: *vel*, quod ei adverſum gigantes fulmina miniſtrarit. Undè Horatius *miniſtram fulminis* appellat. 21 Sereno. 22 Eligere ad conſidendum. 23 Electas terras frequenter aſpicere. 24 Quemadmodùm cygni illi reverſi à perſecutione aquilæ lætitiam ſuam indicant. 25 Ex alitis enim volatu capiebantur auguria. 26 Convolatu. 27 Cœlum. 28 In ſignum lætitiæ. 29 Naves. 30 Juventus tuorum amicorum, quos credis periiſſe in aquâ. 31 Extenſo. 32 Ingreſſum portus. 33 Sequere viam, quæ te ducet in urbem. 34 Venus. 35 Sc. *ſe.* & diſcedens. 36 Pulchrâ aſpectu, qualis eſt roſa. Horat. Od. 13. l. 1. *Cum tu, Lydia, Telephi Cervicem* roſeam, *cerea Telephi Laudas brachia.* 37 Ambroſiâ illitæ, vel immortales. *Ambroſia* eſt Deorum cibus.

[1] *Spiravêre: pedes* [2] *veſtis defluxit ad imos:*
*Et vera* [3] *inceſſu patuit Dea.* [4] *Ille ubi matrem*
*Agnovit, tali fugientem eſt* [5] *voce ſecutus.*
*Quid natum toties crudelis* [6] *tu quoque* [7] *falſis*
*Ludis imaginibus? cur* [8] *dextræ jungere dextram*
*Non datur, ac* [9] *veras audire, & reddere voces?*
*Talibus* [10] *incuſat, greſſumque ad* [11] *mœnia tendit.*
*At Venus obſcuro* [12] *gradientes* [13] *aëre* [14] *ſepſit:*
*Et multo nebulæ* [15] *circùm Dea* [15] *fudit* [16] *amictu:*
*Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet,*
[17] *Moliri-ve moram, aut veniendi* [18] *poſcere cauſas.*
[19] *Ipſa* [20] *Paphum* [21] *ſublimis abit,* [22] *ſedeſque reviſit*
[23] *Læta ſuas: ubi templum illi,* [24] *centumque* [25] *Sabæo*
[26] *Thure calent aræ,* [27] *ſertiſque recentibus halant.*
[28] *Corripuêre* [29] *viam* [30] *interea, qua ſemita* [31] *monſtrat.*
*Jamque aſcendebant collem, qui* [32] *plurimus urbi*
*Imminet,* [33] *adverſaſque aſpectat* [34] *deſuper arces.*
*Miratur* [35] *molem Æneas,* [36] *mapalia* [37] *quondam:*
*Miratur portas,* [38] *ſtrepitumque, &* [39] *ſtrata viarum.*
[40] *Inſtant ardentes Tyrii:* [41] *pars* [42] *ducere muros,*

1 Emiſerunt. 2 Succincta priùs, *nodoque ſinus collecta fluentes*, ut ſuprà. 3 Deorum quippe inceſſus eſt continuus, & æqualis, non dimotis pedibus, neque tranſpoſitis. Supra, *Aſt ego, quæ Divum incedo regina.* 4 Æneas. 5 Sermone: nam pedibus non potuit eam aſſequi. 6 Non ſecùs atque Juno, cæteraque numina adverſa. Emphaſin habet. 7 Fictitiis illudis ſpeciebus ac formis? 8 Conventu mutuoque frui colloquio? Mos antiquus erat, jungere dextram, & amplecti, & oſculari, quoties invicem occurrebatur. 9 Non ſub aliena perſona occultatas, id eſt, matris & filii, ut à matre & filio. 10 Æneas matrem. 11 Carthaginenſia. 12 Æneam cum Achate. 13 Nebula. Odyſſ. 7. & 13. Ulyſſes à Minerva tegitur nebula. 14 Circumdedit. 15 Sc. *eos*. Tmeſis. 16 Tegmento. 17 Facere, id eſt, cum moleſtia detinere eos. 18 Exquirere. 19 Venus. 20 Cypri urbem. 21 Sublata, divino inceſſu. 22 Ubi præcipuè colitur. 23 Quod incolumem vidit filium. 24 Multæ. Numerus finitus pro infinito. 25 Quod in Saba naſcitur: nam *ſolis eſt thurea virga Sabæis.* 26 Thure & floribus tantùm ſacra Veneri fiebant, non hoſtiarum ſanguine. 27 E recentibus floribus, id eſt, vernis contextæ ſpirant & fragrant. 28 Æneas & Achates officium celeriter eundi arripuerunt. 29 Iter ſuum monſtratum. 30 Dùm Venus Paphum abiret. 31 Indicat eundum eſſe. 32 Longiſſimus, altus 3. milliaria, aut pro plurima parte in urbem tendit aut vergit: ut, *cui plurima cervix*, id eſt, longiſſima. 33 Ex adverſo ſitas. 34 Ab alto, ſupernè. 35 Magnitudinem novæ urbis. 36 Humiles caſas. Afrorum *variis habitata mapalia tectis.* Georg. 3. l. 37 Aliquando, ſc. ante adventum Didonis. 38 Ingredientium. 39 Vias lapidibus conſtratas. Eodem modo 2. Æn. *opaca locorum*, pro locis opacis. 40 Inſtanter incumbunt operi feſtinantes. 41 Inſtat. 42 Producere & extendere contra inſultus hoſtium.

1 Cum molimine extruere; *vel*, eos cœpiſſe ædificare: ut apud Ter. Heaut. *Dùm moliuntur, dùm comuntur, annus eſt*, id eſt, dùm conantur ſeſe ornare, antequam finem faciant.
2 Surſum volvere.
3 Eligere locum ad tectum extruendum. Al. *aptare*.
4 Ambitum urbis.

[1] *Molirique arcem, & manibus* [2] *ſubvolvere ſaxa :*
*Pars* [3] *optare locum tecto, &* [4] *concludere* [5] *ſulco.*
[6] *Jura, magiſtratuſque* [7] *legunt,* [8] *ſanctumque ſenatum.*
*Hîc portus alii* [9] *effodiunt : hîc alta* [10] *theatris*
*Fundamenta* [11] *locant alii ;* [12] *immaneſque columnas*
*Rupibus excîdunt,* [13] *ſcenis decora alta futuris.*
[14] *Qualis* [15] *apes* [16] *æſtate nova per* [17] *florea rura*
[18] *Exercet ſub ſole labor, cùm* [19] *gentis adultos*
*Educunt fœtus ; aut cùm* [20] *liquentia mella*
[21] *Stipant, &* [22] *dulci diſtendunt nectare cellas ;*
*Aut onera accipiunt* [23] *venientum ; aut agmine facto,*
*Ignavum* [24] *fucos* [25] *pecus à præſepibus* [26] *arcent.*
[27] *Fervet opus, redolentque* [28] *thymo* [29] *fragrantia mella.*
[30] *O fortunati, quorum jam mœnia ſurgunt,*
*Æneas ait, &* [31] *faſtigia ſuſpicit urbis.*
[32] *Infert ſe* [33] *ſeptus nebulâ (mirabile dictu)*
*Per medios, miſcetque viris, neque cernitur* [34] *ulli.*
[35] *Lucus in urbe fuit mediâ,* [36] *lætiſſimus umbrâ :*
*Quò primùm jactati undis, &* [37] *turbine* [38] *Pœni*
*Effodêre loco ſignum, quod* [39] *regia Juno*

5 Foſſa, in quâ fundamenta jacerentur. 6 Forum & locum juri dicundo, etiam ſanctiſſimo Senatus ordini & magiſtratibus. 7 Eligunt. 8 Inviolabilem. 9 Effodiendo aptant. 10 Pro ludis & ſpectaculis exhibendis. 11 Jaciunt. 12 Valdè magnas. 13 Alta ornamenta ad extruendas ſcenas in amphitheatro. 14 Tales inſtant, *qualis labor*, &c. 15 Labores hoſce apum, de iis verſus propè eoſdem, & quæ nos ibi ; vide 3. Georg. 16 In fine veris aut in principio æſtatis, *ubi pulſam hyemem Sol aureus egit Sub terras cœlumq; æſtiva luce recluſit*, ut eſt in 4 Georg. Sic, *Vere novo*, 1. Georg. 17 Florida. 18 Fatigat. 19 Generis ſui, id eſt, quando examina è fœtura ſua educunt. 20 Pura, ſine ſordibus. 21 Condenſant. 22 Puriſſimo melle implent cavernas favorum. 23 Apum. 24 Apes degeneres, crabrone minores. 25 *Pecus*, inquit Iſidor. 12. l. *dicimus*, *quicquid humana linguâ & effigie caret*. Vide quæ nos ad Sal. p. 3. & 4. 26 Depellunt. 27 Tum operatio apum cum fervore fit : cujus contrarium eſt *friget*. 28 Undè collecta ſunt. 29 Odorifera. 30 Sc. *ſunt*. Epiphonema. 31 Sublimitatem urbis Carthaginis miratur vel ſurſum aſpicit. 32 Æneas. 33 Circumdatus. 34 Ab ullo. 35 Adjicietur mox templum, nullum enim veteribus templum erat ſine luco, ut majorem religionem loci horror incuteret. 36 Amœniſſimus : ut *Lætas ſegetes*, 1. Georg. 37 Venti ſc. 38 Populi Punici. 39 Quia regina Deorum.

1 Mon-

Digitized by Google

[1] *Monſtrârat*, [2] *caput acris equi:* [3] *ſic nam* [4] *fore bello*
*Egregiam, & facilem* [5] *victu per ſæcula gentem.*
[6] *Hic templum* [7] *Junoni ingens* [8] *Sidonia Dido*
*Condebat, donis opulentum, &* [9] *numine Divæ.*
*Ærea cui* [10] *gradibus ſurgebant limina, nexæque*
[11] *Ære trabes:* [12] *foribus cardo* [13] *ſtridebat ahenis.*
*Hoc primùm in luco nova res oblata* [14] *timorem*
[15] *Leniit: hîc primùm Æneas ſperare ſalutem*
*Auſus, &* [16] *afflictis* [17] *meliùs confidere rebus.*
*Namque* [18] *ſub ingenti* [19] *luſtrat dùm ſingula* [20] *templo,*
*Reginam opperiens;* [21] *dùm quæ fortuna ſit* [22] *urbi,*
*Artificumque manus* [23] *inter ſe, operumque labores*
*Miratur, videt* [24] *Iliacas* [25] *ex ordine pugnas,*
*Bellaque jam famâ totum vulgata per orbem:*
[26] *Atridas, Priamumq;, & ſævum* [27] *ambobus Achillem.*
*Conſtitit, & lacrymans: Quis jam locus (inquit) Achate,*
*Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?*
*En* [28] *Priamus: ſunt* [29] *hîc etiam* [30] *ſua præmia* [31] *laudi:*
[32] *Sunt lacrymæ rerum, &* [33] *mentem* [34] *mortalia tangunt.*

1 Pro monſtro dederat. 2 Idem refert Juſtinus l. 18. & ipſa Carthago olim *Caccabe* dicta, quod lingua Punica ſignificat *caput equinum*. Equi conſpectum belli omen habere, etiam l. 3. oſtendit: ubi Anchiſes cùm in Italia, tùm primùm conſpecta, equos paſcentes vidiſſet, exclamat: *Bellum, terra hoſpita portas, Bello armantur equi.* Illud ergo equi caput repertum, bellicoſam potentemque fore Carthaginem ſignificavit. Ejuſmodi auſpicia priſcis in condendis urbibus curioſè obſervata, præter alia exemplo eſt Roma, apud Liv. 1. 3 Per tale portentum. 4 Sc. *ſignum erat*. 5 Victoriis ad vincendum, ſignificatione activa ajunt. Sed coacta, & quæ exemplo caret. *Alii* facili & parabili contentam victu, ut Senec. 90. epiſt. *Sapiens* facilis victu *fuit*. 6 Ubi inventum eſt caput acris equi. 7 In honorem Junonis. 8 A Sidone, urbe Tyri, oriunda. 9 Simulacro Junonis. 10 Per gradus in altum extruebantur. 11 Clavis æreis. 12 Valvis. 13 Crepitabat. 14 Æneæ ſc. qui non tam ſibi, quàm ſuis, timuit. 15 Mitigavit. 16 Adverſis. 17 Ubi vidit belli Trojani picturam. 18 In. 19 Circumſpicit. 20 Junonis. 21 Dùm miratur, quæ in magnifico templo pingebantur, Didonis fugam, equi caput, corium ſectum, varios urbis caſus. 22 Sc. *novæ*, id eſt, Carthagini. 23 Certo ordine operantium. 24 Quæ apud Ilium geſtæ erant. 25 Quo geſtæ erant. 26 Atrei filios, Agamemnonem & Menelaum. 27 Agamemnoni, quem voluit occidere, & Priamo propter cadaver Hectoris. 28 Priami fama, aut hic in ſuâ dignitate depictus. 29 Apud fines Libycos, genus intractabile bello, & ubi feri habitant populi. 30 Juſta. 31 Virtuti, & patriæ fortiter atque cum laude propugnatæ. Conſequens pro antecedente. 32 Hîc etiam rerum noſtrarum triſtium miſeratio, ut quæ cuivis accidere poſſunt. 33 Carthaginenſium, qui hæc pinxerunt. 34 Adverſa, quæ mortalibus accidunt.



Digitized by Google

[1] *Solve metus: [2] feret hæc aliquam tibi [3] fama [4] ſalutem.*
*Sic ait, atque animum pictura [5] paſcit [6] inani,*
*[7] Multa gemens, largoque humectat [8] flumine [9] vultum.*
*Namq; videbat, [10] uti bellantes [11] Pergama circum,*
*Hac fugerent Graji, [12] premeret Trojana juventus:*
*Hac [13] Phryges: [14] inſtaret curru [15] criſtatus Achilles.*
*Nec procul [16] hinc [17] Rhœſi [18] niveis tentoria [18] velis*
*Agnoſcit lacrymans: [19] primo quæ [20] prodita [19] ſomno*
*[21] Tydides multa [22] vaſtabat [23] cæde cruentus:*
*[24] Ardenteſque [25] avertit equos in [26] caſtra priùs, quàm*
*Pabula guſtaſſent Trojæ, [27] Xanthumque bibiſſent.*
*[28] Parte alia [29] fugiens amiſſis [30] Troïlus armis,*
*Infelix [31] puer, atque [32] impar congreſſus [33] Achilli,*
*[34] Fertur equis, curruque [35] hæret reſupinus [36] inani,*
*[37] Lora tenens tamen: huic cervixque, comæque trahuntur*
*Per terram, & [38] verſa pulvis inſcribitur [39] haſta.*

1 Depone timorem, quem de ferocitate Pœnorum habes. Ad ſe loquitur. 2 Adferet. 3 Quæ de Priami laude eſt. 4 Incolumitatem: quia hic miſerabuntur tui. 5 Recreat, fovet. Sic 2. Georg. loquens de diſpoſitione vitium: *Omnis ſint paribus numeris dimenſa viarum. Non animum modo uti paſcat proſpectus inanem*, &c. 6 Quæ non res, ſed ſimilitudines rerum exhibet. 7 Multum, valdè. 8 Lachrymarum ſc. more fluminis decurrentium. 9 Faciem ſuam. 10 Quomodo. 11 Mœnia Trojana. 12 Inſequeretur fugientes: *impreſſionem* enim *facere*, eſt urgere cedentes. 13 Fugerent. 14 Inſtanter perſequeretur Trojanos fugientes. 15 Criſtas in galeâ ferens. 16 Ab hoc loco, ubi Priamus cum Atridis & Achille depictus erat. 17 Regis Thracum, qui Trojanis auxilio venit, cum hac oraculi conditione, invictam fore urbem, ſi equi ipſius intra urbem pabulum guſtaſſent, atque è Xantho fl. bibiſſent. Clauſis autem portis, cùm extra urbem caſtra poſuiſſet, à Diomede & Ulyſſe, ſpeculatum miſſis, idque à Dolone reſciſcentibus, cæſus eſt cum ſuis, avectique equi in caſtra Græcorum. Il. 10. 18 Quæ fecerat ex albis velis. 19 Primâ parte noctis. 20 A Dolone ſpeculatore Trojano proditiosè indicata. 21 Diomedes Tydei filius. 22 Proſternebat. 23 Nam præter Rhœſum, eorum regem, 12. viros interemit. 24 Veloces, aut indignantes, à Domino averti. 25 Violenter abegit, abduxit. 26 Græcorum. 27 Fluvium illum, qui Trojam perfluit. 28 Picturæ. 29 Fugere volens accepto jam vulnere. 30 Priami & Hecubæ filius. 31 Pathos ab ætate ſive pueritia. Macrob. Sat. l. 4. c. 3. 32 Cùm eſſet imbecillior & inermis. Refert tamen Dares Phrygius Troïlum ita vulneraſſe Achillem, ut aliquot dies pugna abſtinere cogeretur. 33 Cum Achille. 34 Trahitur, avehitur. 35 Pendet erecto pectore, quaſi retrorsùm caſurus. 36 Sine rectore: nam corpus hærebat, & ipſe ferè exciderat. 37 Habenas ex corio factas. 38 Sulcatur & ſcalpitur haſta inverſa, & per terram tracta. 39 Quâ trajectus erat.

[1] Intereà ad templum [2] non æqua Palladis ibant
Crinibus [3] Iliades [4] paſſis, [5] peplumque ferebant,
Suppliciter triſtes, & [6] tunſæ pectora palmis.
[7] Diva ſolo fixos oculos averſa tenebat.
[8] Ter circum [9] Iliacos raptaverat [10] Hectora muros,
[11] Exanimumque auro [12] corpus [13] vendebat Achilles.
Tùm verò ingentem gemitum [14] dat pectore ab imo,
[15] Ut [16] ſpolia, ut [17] currus, atque ipſum corpus [18] amici,
[19] Tendentemque manus Priamum conſpexit inermes.
Se quoq; [20] principibus [21] permixtum [22] agnovit Achivis,
[23] Eoaſque acies, & [24] nigri Memnonis arma.
[25] Ducit [26] Amazonidum lunatis agmina [27] peltis
[28] Penthesilea [29] furens, mediiſque in [30] millibus [31] ardet,
[32] Aurea ſubnectens [33] exerta [32] cingula mammæ
Bellatrix, audetque [34] viris concurrere virgo.
[35] Hæc dùm [36] Dardanio Æneæ [37] miranda videntur,
Dùm ſtupet, [38] obtutuque hæret defixus in uno:
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
[39] Inceſſit, magna juvenum [40] ſtipante [41] caterva.

1 Dùm ita Troïlus vinciretur. 2 Infenſæ Trojanis, quorum tamen erat numen tutelare. 3 Mulieres Trojanæ, ut Hecuba regina, Polyxena, Caſſandra, &c. reliquæ nobiliſſimæ Trojanæ fœminæ. 4 Sparſis, in luctu & ſupplicationibus: à pando. 5 Pallam pictam, à Thoene Antenoris uxore, Palladi dicatam. 6 Habentes pectora percuſſa; ut Deam moverent. 7 Dea Pallas averſata donum pepli, deſpiciebat terram, nec reſpexit ſupplicantes Iliades. 8 Il. 13. 9 Trojanos. 10 Corpus Hectoris. 11 Demortuum. 12 Hectoris. 13 Patri Priamo ſupplici. Il. 24. 14 Æneas. 15 Poſtquam. 16 Aut quibus Hector paulò antè alios ſpoliaverat, aut quibus Hector ſpoliabatur ab Achille. Vide Dict. Cret. l. 3. 17 Hectoris. 18 Hectoris affinis: duxerat enim ſororem ejus Creüſam. 19 Dùm autem pro corpore Hectoris daret. 20 Quibuſcum congredi ſolebat. Unde Æn. 2. *Vadimus immiſſi Danais.* 21 Implicitum. 22 Æneas. 23 Orientalis, id eſt, ab India ſub Memmone Ἠῷς, id eſt, Auroræ filio, profectas. Dict. Cret. l. 4. 24 Indi: *& Mauro obſcurior Indus.* Juv. 25 In aliâ parte picturæ. 26 Illarum mulierum, quibus dextra mammilla, ut in pugnâ expeditiores eſſent, inurebatur: unde *Amazones* dictæ ſunt, à μαζὸς, *mamma.* 27 Cetris, ſcutis ſemiplenam lunam referentibus. 28 Regina Amazonum, poſt Orithyam regno potita, teſte Juſt. l. 2. quæ cùm Trojanis auxilium ferret, ab Achille interfecta eſt. Vide Herod. l. 4. Juſt. l. 2. Curt. l. 6. 29 Bellandi cupiditate, & rabie. 30 Græcorum. 31 Ardenter irruit. 32 Aureum balteum. 33 Siniſtræ nudatæ: namque dextra adurebatur μαζὸς, quò expeditiores eſſent arcubus haſtiſque in bello tractandis, ut diximus. 34 Cum viris congredi. 35 Quæ depicta erant. 36 Trojano. 37 Admiratione digna. 38 Aſpectu. 39 Cum gravitate quadam venit. Sic ſuprà: *Aſt ego, quæ Divûm incedo regina,* &c. 40 Condenſe comitante. 41 Cœtu.

Qualis

*Qualis in [1] Eurotæ ripis, aut per juga [2] Cynthi*
*Exercet [3] Diana [4] choros: quam [5] mille ſecutæ*
*[6] Hinc atque hinc glomerantur [7] Oreades: illa [8] pharetram*
*Fert humero, gradienſque [9] Deas ſupereminet omnes:*
*[10] Latonæ [11] tacitum [12] pertentant gaudia pectus.*
*Talis erat Dido, [13] talem ſe læta ferebat*
*Per medios [14] inſtans operi, [15] regniſque futuris.*
*Tùm [16] foribus Divæ, mediâ teſtudine templi,*
*[17] Septa armis, [18] ſolioque [19] altè ſubnixa reſedit.*
*Jura [20] dabat, legeſque viris, operumque laborem*
*Partibus [21] æquabat juſtis, [22] aut ſorte trahebat.*
*Cùm ſubitò Æneas [23] concurſu accedere magno*
*Anthea, Sergeſtumque videt, fortemque Cloanthum,*
*[24] Teucrorumque alios: [25] ater quos æquore turbo*
*[26] Diſpulerat, penitùſque alias advexerat [27] oras.*
*Obſtupuit ſimul [28] ipſe, ſimul [29] perculſus Achates:*
*[30] Lætitiâque [31] metuque avidi conjungere dextras*
*[32] Ardebant: ſed res [33] animos [34] incognita [35] turbat.*
*[36] Diſſimulant, & nube cavâ [37] ſpeculantur amicti,*
*[38] Quæ fortuna [39] viris: claſſem quo littore [40] linquant:*
*Quid veniant: [41] cunctis nam [42] lecti navibus ibant,*
*Orantes [43] veniam, & [44] templum clamore petebant.*

1 Laconiæ fl. 2 Deli inſ. montis, ubi nata, & unde *Cynthia* dicta eſt. 3 Venatricum Dea. 4 Choreas. 5 Numerus finitus pro infinito. 6 Utrimque in morem glomeris circumeunt. 7 Nymphæ montium, ab ὄρος, mons. 8 Sagittarum thecam. 9 Nymphas reliquas. 10 Matris gratulatæ ſibi filiæ formam: *pulchra gaudet Latona Diana.* Juv. Sat. 10. 11 Intimum. 12 Vehementer tentant, afficiunt. 13 Longè ſupereminentem. 14 Urgens operarios. 15 Regiis domibus. 16 In veſtibulis templi Junonis. 17 Circumdata armis ſatellitum, ſtantium circum ipſam. 18 In ſede regia. 19 Ut ab omnibus conſpici poſſet. 20 Conſtituebat. 21 Æqualiter dividebat. 22 Aut labores inæquales faciebat eos per ſortem partes laborum acceptare, ne cui injuria ſit. 23 Pœnorum. 24 Alios Trojanos. 25 Caliginoſus. 26 In diverſas partes pepulerat, disjecerat, ſegregarat. 27 Regiones. 28 Æneas. 29 Attonitus. 30 Propter eorum ſalutem. 31 Propter Pœnorum concurſum. 32 Ardenter & vehementer cupiebant. 33 Æneæ & Achatis. 34 Quia neſciebant, quid ſibi ille concurſus vellet. 35 Impedit, ita ut, quamvis cupiant, non audeant tamen conjungere dextras. 36 Simulant ſe non vidiſſe ſocios. 37 Quaſi è ſpecula proſpiciunt. 38 Utrùm proſpera an adverſa. 39 Sic concurrentibus. 40 Liquiſſent. 41 Ætiologia eſt, quare ſpecularentur, quid venirent: quoniam videbant eos ex ſingulis navibus tanquam legatos venire. 42 Delecti. 43 Subtrahendi reficiendique naves, armandi eas inſtruendique, *vel* petentes pacem, gratiamque reginæ, contra incendium, quod parabant Tyrii in naves Trojanas. 44 Junonis ſc. à Didone conſtructum.

*Poſt-*

*Poſtquam* [1] *introgreſſi*, *&* [2] *coram data copia fandi*,
[3] *Maximus Ilioneus* [4] *placido ſic pectore* [5] *cœpit*:
[6] *O regina*, *novam cui condere Juppiter urbem*,
[7] *Juſtitiâque dedit gentes frænare ſuperbas*:
[8] *Troës te* [9] *miſeri*, *ventis* [10] *maria omnia vecti*,
*Oramus*: *prohibe* [11] *infandos à* [12] *navibus* [13] *ignes*:
*Parce* [14] *pio generi*, *&* [15] *propiùs* [16] *res aſpice noſtras*.
[17] *Non nos aut* [18] *ferro Libycos* [19] *populare* [20] *penates*
*Venimus*, *aut* [21] *raptas ad* [22] *littora vertere prædas*:
*Non ea* [23] *vis animo*, *nec tanta ſuperbia victis*.
[24] *Eſt locus*, [25] *Heſperiam Graji* [26] *cognomine dicunt*,
*Terra* [27] *antiqua*, *potens armis*, *atque* [28] *ubere glebæ*:
[29] *Oenotrii* [30] *coluêre viri*: *nunc fama*, [31] *minores*
*Italiam dixiſſe*, *ducis de nomine*, *gentem*:
[32] *Hùc curſus fuit*.
*Cùm* [33] *ſubitò aſſurgens fluctu nimboſus* [34] *Orion*
*In* [35] *vada cæca tulit*, [36] *penituſque procacibus Auſtris*,
*Perque undas*, [37] *ſuperante ſalo*, *perque* [38] *invia ſaxa*
*Diſpulit*: *hùc pauci veſtris adnavimus oris*.

1 Trojani illi, Antheus, Sergeſtus, Cloanthus & reliqui introgreſſi ſunt ad Didonem. 2 In præſentia reginæ loquendi facultas conceſſa eſt. 3 Orator inter eos. 4 Humili, placato, non timido. 5 Sc. *orare*. 6 Oratio Ilionei ad Didonem: in qua benevolentiam captat à laude. 7 Infrænes Numidas accolas ſubjugare & imperio juſſo premere. 8 Narratio. 9 Atque ita digni, quorum miſerearis. 10 Per maria omnia: *maria omnia circum*: ſuprà. 11 Deteſtabiles. 12 Noſtris. 13 Quibus naves noſtras incendere parant tui Tyrii. 14 Trojano: & hoc propter Æneam. 15 Cum majori attentione, vicinius & amicius: nam qui vicini ſunt, magis favere & prodeſſe poſſunt. 16 Reſpice & defende nos. 17 Antiphora confutat, quæ à Didone objici poterant. 18 Vi armorum. 19 Populari, per Enallagen: & *venimus populare*, Helleniſmus, id eſt, populatum. 20 Ædes ſacras & profanas: quibus ſui Penates patrii & domeſtici. 21 Ut piratæ ſolent, quos ſemper *recentes Convectare juvat prædas & vivere rapto*. l. 7. 22 E quibus in naves avehantur. 23 Δύναμις, poteſtas, violentia. 24 Verum ut ſcias, quò profecti ſimus: *eſt locus*, &c. Hi quatuor verſus repetuntur 3. Æn. 25 Sc. *quem*. 26 Per cognomentum ab Heſpero, Atlantis fratre, qui à fratre pulſus, Italiam tenuit. 27 Vetus & nobilis, quæ diu regnavit: nam à Saturno & Jano fuit habitata. 28 Fœcunditate terræ pinguis. Vide 2. Georg. de laudibus Italiæ. 29 Omnes illi, quibus Oenotrus rex imperavit. 30 Hanc terram. 31 Poſteros, deſcendentes, genuſque ducentes ab Oenotrio denominaſſe Italiam & gentem Italicam de nomine ducis Itali 32 Ad hanc regionem Italiam navigatio noſtra inſtituta fuit. Abrupto hoc verſu curſum abruptum ſignificat. 33 Ex improviſo nobis oborto. 34 Sidus Orionis nautis infeſtum, ortu ſuo & occaſu tempeſtates ciens: oritur autem 6. Kal. Jul. 35 Syrtes, quæ videri non poterant. 36 Omninò pertinacibus & perſeverantibus. 37 Mari ſe erigente. Al. *ſpumante*. 38 Inter quæ nulli patet via.

Quod

*Quod genus hoc hominum? quæ-ve hunc tam barbara* [1] *morem*
*Permettit patria?* [2] *hoſpitio prohibemur arenæ;*
*Bella cient,* [3] *primaque vetant conſiſtere* [3] *terrâ.*
*Si genus humanum, & mortalia* [4] *temnitis arma,*
[5] *At ſperate Deos memores fandi, atque nefandi.*
*Rex erat Æneas nobis, quo juſtior alter*
*Nec pietate fuit, nec* [6] *bello major, & armis.*
*Quem ſi fata virum ſervant,* [7] *ſi veſcitur aura*
*Ætherea, nec adhuc crudelibus* [8] *occubat umbris:*
[9] *Non metus; officio nec te certaſſe priorem*
*Pœniteat:* [10] *ſunt & Siculis regionibus* [11] *urbes,*
*Armaque,* [12] *Trojanque à ſanguine clarus Aceſtes.*
*Quaſſatam ventis liceat* [13] *ſubducere claſſem,*
[14] *Et ſylvis aptare trabes, &* [15] *ſtringere remos.*
*Si datur* [16] *Italiam, ſociis, & rege recepto,*
*Tendere, ut Italiam læti,* [17] *Latiumque petamus.*
*Sin* [18] *abſumpta ſalus, & te,* [19] *pater optime Teucrûm,*
*Pontus habet Libyæ,* [20] *nec ſpes jam reſtat Iüli:*
*At* [21] *freta Sicaniæ ſaltem, ſedeſque* [22] *paratas,*
[23] *Unde huc advecti,* [24] *regemque petamus Aceſtem.*
*Talibus* [25] *Ilioneus: cuncti ſimul* [26] *ore fremebant*
[27] *Dardanidæ.*

1 Naufragos perſequeodi. 2 Non permittimur in arena, quæ omnibus communis eſſe debet, modicum hoſpitari. 3 Proximâ mari, id eſt, littore, quod jure gentium omnibus patere debet. 4 Contemnitis. 5 Certò ſcitote atque exſpectate Deos remuneratores juſti fore atque injuſti. Undè Horat. *Rarò antecedentem ſceleſtum deſeruit pede pœna claudo.* 6 Rebus bellicis, ut conſilio & prudentia. 7 Tautologia. 8 Jacet obvolutus. 9 Non metus ſit tibi, neque te pœniteat ultrò benè de illo meruiſſe. 10 Præoccupatio ad id, quod à Didone objici potuiſſet. Si rex veſter periert, quis gratiam referet, aut vim repellet? Idcircò dicit Ilioneus, in Sicilia Trojanos eſſe, qui gratiam referant. 11 Cives & auxilia; vel, homines apti ad arma. Al. *Arva.* 12 Rex Siciliæ, Egeſtâ, Trojani Hippotæ filia & Criniſo fl. oriundus. 13 In littus ſeu terram trahere. *Deducere* autem eſt, in mare mittere: ut, Deducunt *naves ſocii.* 14 Legere trabes, & navibus aptare. 15 Ligna è ſylvis incidere, ex quibus fiant remi: ut l. 4. 16 In Italiam. 17 Regionem, in quâ Saturnus latuit. 18 Ablata. 19 Ænea, qui ob paternum in tuos amorem patris nomen mereris. 20 Si etiam Iulus extinctus eſt, cui regnum debebatur. 21 Maria Siciliæ. 22 Ab Aceſte. 23 Ex qua Sicania huc in Libyam vecti ſumus. 24 Siciliæ. 25 Oravit & dixit. 26 Aſſentiebantur fremitu oris, non concuſſione armorum, pro more militari: vel, aſſentiebantur quidem, ſed tamen oſtendebant ſe ægre ferre injurias ſibi illatas. 27 Trojani à Dardano oriundi. Rurſùm abrumpit ſermonem, ut vel dolorem, vel iram Trojanorum exprimat.

*[1] Tùm breviter Dido, vultum [2] demiſſa, profatur:*
*[3] Solvite corde metum, Teucri; [4] ſecludite curas.*
*[5] Res dura, & [6] regni novitas me [7] talia cogunt*
*[8] Moliri, & [9] latè [10] fines cuſtode tueri.*
*Quis genus Æneadum; quis [11] Trojæ neſciat urbem?*
*[12] Virtuteſque, viroſque & [13] tanti incendia belli?*
*Non [14] obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni;*
*[15] Nec [16] tam [17] averſus equos Tyriâ ſol jungit ab urbe.*
*Seu vos [18] Heſperiam magnam, [19] Saturniaque arva,*
*Sive [20] Erycis fines, regemque optatis Aceſtem:*
*[21] Auxilio tutos [22] dimittam, opibuſque juvabo.*
*Vultis & his [23] mecum pariter conſidere regnis?*
*[24] Urbem quam [25] ſtatuo, [26] veſtra eſt: [27] ſubducite naves:*
*[28] Tros, Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur.*
*Atque utinam [29] rex ipſe, [30] Noto compulſus [31] eodem,*
*Afforet Æneas! equidem per littora [32] certos*
*Dimittam, & Libyæ [33] luſtrare extrema jubebo,*
*Si quibus [34] ejectus ſylvis, aut [35] urbibus errat.*

1 Deindè, poſtquam Ilioneus peroravit, ſequitur jam placida Didonis reſponſio. 2 Habens vultum deorſum miſſum, propter verecundiam muliebrem: nam in 4. poſtquam ſolvit pudorem, hùc illùc ſolvit oculos. 3 Amovete, deponite.

4 Excludite ſollicitudines de ſalvandis navibus. 5 Scil. fratris Pygmalionis odium & avaritia. 6 Quæ plerumque multas patitur difficultates. 7 Qualia conqueſti eſtis vobis fieri. 8 Cum molimine facere. 6 Adverſus Pygmalionem, Hiarbam, accolas. 10 Limites regni mei. 11 Ut ſuprà, *urbem Patavi.* 12 Virtutes virorum: ut ſuprà, *molemque & montes.* Hendiadys. 13 Tam diuturni. 14 Hebetia, craſſa ingenia, ut, quæ omnibus manifeſtiſſima ſunt, ignoremus. 15 Qui regiones à Sole remotiores incolunt, ſtupidi ſunt & barbari. Ariſt. 1. Polit. 16 Nec ſumus in ea remotiſſima orbis parte, ut non ſint nobis nota geſta Trojanorum. 17 Longè remotus. 18 Italiam; quæ *magna Heſperia* dicitur, ad differentiam Hiſpaniæ. 19 In quibus Saturnus regnavit, id eſt, Latium. Reſpondet Dido ad illud, quod ſuprà Ilioneus dixit. *Italiam læti Latiumque petamus.* 20 Siciliam: cujus rex Eryx, Veneris & Butæ filius l. 5. 21 Noſtro. 22 Abeundi poteſtatem dabo. Sal. *Deinde ei pollicitus operam ſuam, domum dimittit.* *Dimitto* propriè eſt, in diverſa mitto. Hinc *dimiſſoria literæ* vocatæ, quod per eas cauſa ad eum, qui appellatus eſt, mittitur. 23 Æquè atque ego confido. 24 Al. *Urbem quam ſtatuo?* veſtra eſt: hoc ſenſu: vultis urbem quam ſtatuo? veſtra eſt. 25 Ædifico. 26 Uſu & habitatione, id eſt, in eâ vobis habitare concedo, verum non regnare. 27 In terram trahite. 28 Trojanos eodem modo, quo Tyrios, regam. 29 Veſter. 30 Vento. Synecd. namque ab Aquilone huc compulſi erant. 31 Quo vos eſtis advecti. 32 Fideles, qui hoc unum agant, ut Æneam inveniant. Cic. *quoties mihi certorum hominum poteſtas erit.* 33 Indagate, circumite. 34 Mari. 35 Vicinis.

His

Digitized by Google

*His animum arrecti* [1] *dictis, & fortis Achates,*
*Et pater Æneas,* [2] *jamdudùm erumpere nubem*
*Ardebant:* [3] *prior Ænean compellat Achates.*
*Nate Deâ, quæ nunc animo ſententia* [4] *ſurgit?*
*Omnia tuta vides,* [5] *claſſem ſocioſque* [6] *receptos.*
[7] *Unus* [8] *abeſt, medio in fluctu quem vidimus ipſi*
*Submerſum; dictis reſpondent cætera* [9] *matris.*
*Vix ea* [10] *fatus erat, cùm circumfuſa repentè*
[11] *Scindit ſe nubes, &* [12] *in æthera purgat apertum.*
[13] *Reſtitit Æneas, claraque in luce refulſit;*
[14] *Os humeroſque Deo ſimilis: namque ipſa decoram*
[15] *Cæſariem nato* [16] *genitrix, lumenque juventæ*
[17] *Purpureum, &* [18] *lætos oculis* [19] *afflarat* [20] *honores.*
[21] *Quale* [22] *manus addunt ebori decus, aut ubi flavo*
*Argentum,* [23] *Pariuſ-ve lapis* [24] *circumdatur auro.*
*Tùm* [25] *ſic reginam alloquitur, cunctiſque repente*
[26] *Improviſus ait:* [27] *Coràm, quem quæritis, adſum*
*Troïus Æneas,* [28] *Libycis ereptus ab undis.*
[29] *O* [30] *ſola* [31] *infandos Trojæ miſerata labores!*
*Quæ nos,* [32] *relliquias Danaûm, terræque mariſque*
*Omnibus exhauſtos jam* [33] *caſibus, omnium egenos,*
*Urbe,* [34] *domo* [35] *ſocias:* [36] *grates perſolvere dignas*

1 Didonis. 2 Jam & paulò ante, cum ſocios vidiſſent, & Didonem loquentem audiſſent, rupta nube exire ex ea ardenter cupiebant. 3 Quam Æneas loqueretur. 4 Oritur, id eſt, quid nobis nunc faciendum conſes? 5 Receptam. 6 Ex periculo in locum tutum. 7 Orontes: ſuprà, *Unam quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem, Ipſius antè oculos, ingens à vertice pontus in puppim ferit*, &c. 8 Deſideratur. 9 Dixerat enim Venus: *Namque tibi reduces ſocios, claſſemque relatam Nuntio, & in tutum verſis Aquilonibus actam.* 10 Achates. 11 Dividit: cum prius nube tecti fuiſſent Æneas & Achates. 12 Evaneſcit in clarum ac purum aëra. 13 Abſumpta nube. 14 Secundùm vultum & humeros. Synecdoche. 15 Comam 16 Venus. 17 Roſeum niveo miſtum, quale in juventa eſſe ſolet. 18 Claros & nitidos, lætificantes oculos. 19 Sic ornarat ei oculorum venuſtatem, ut honor quidam additus videretur, & ipſi oculi honore digni viderentur. Sic & *honos* frondis & pomi dicitur. 20 Ornatus. 21 Afflaret tale decus, *quale*, &c. *Quale per artem Incluſum buxo, aut Oricia terebyntho Lucet ebur*, l. 10. 22 Artificis. 23 Marmor in inſ. Paro natum. 24 Inauratur & obducitur auro, quod flavum eſt. 25 In antedicto decore, ſc. *Os humeroſque Deo ſimilis.* 26 A nemine præviſus. 27 In conſpectu veſtro. 28 Maris Libyci. 29 Dido ſc. 30 Exterorum: namque exceperat errantes Anius Helenus: ſed hi propinquitate conjuncti & amicitia. 31 Miſerias Trojanorum tam magnas, ut enuntiari non poſſint. 32 Qui relicti ſumus à Græcis. 33 Adverſitatibus. 34 Aſynderon. 35 Socios facis, id eſt, & publico, & privato dignaris hoſpitio. 36 Referre gratias æquales meritis tuis non eſt noſtræ facultatis, vel non poſſumus, ut velimus.

Non

*Non opis eſt noſtræ Dido; nec quicquid ubique eſt*
*Gentis Dardaniæ,* [1] *magnum quæ* [2] *ſparſa per orbem.*
[3] *Dii tibi,* [4] *ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid*
*Uſquam juſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti;*
*Præmia digna ferant: quæ te tam læta* [5] *tulerunt*
*Sæcula? qui tanti talem genuêre parentes?*
*In freta* [6] *dùm fluvii current,* [7] *dùm montibus umbræ*
*Luſtrabunt convexa;* [8] *polus dùm ſidera* [9] *paſcet,*
*Semper honos, nomenque tuum, laudeſque* [10] *manebunt;*
[11] *Quæ me* [12] *cunque vocant terræ. Sic fatus, amicum*
[13] *Ilionea* [14] *petit dextra, lævaque Sereſtum,*
*Poſt alios, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.*
[15] *Obſtupuit* [16] *primò aſpectu* [17] *Sidonia Dido,*
*Caſu deinde* [18] *viri tanto, & ſic* [19] *ore locuta eſt.*
*Quis te, nate Deâ, per tanta pericula caſus*
*Inſequitur? quæ vis* [20] *immanibus applicat oris?*
*Tu-ne ille Æneas, quem* [21] *Dardanio Anchiſæ*
*Alma Venus Phrygii genuit* [22] *Simoëntis ad undam?*
[23] *Atque equidem* [24] *Teucrum memini Sidona venire,*
[25] *Finibus expulſum* [26] *patriis, nova regna petentem*
*Auxilio* [27] *Beli: genitor tùm Belus* [28] *opimam*

1 Etiamſi omnes Trojani adeſſemus, non poſſemus referre dignas his tuis beneficiis gratias, quantò minus igitur nos, qui tam pauci ſumus. 2 Præſertim poſt Trojæ excidium. Sic Helenus tenuit Epirum, Antenor Venetiam: alii Sardiniam, &c. 3 *Naufragis & advenis bene facimus,* inquit Seneca 1. l. de Benef. *illi diſcedunt debitores, debitores nobis Deos delegant, precanturque, ut illi pro ſe gratiam referant.* 4 Si qua numina, quæ juſtitiam reſpiciunt, & recta mortalium actiones menteſque advertant. 5 Protulerunt. 6 Quamdiu. 7 Quamdiu umbræ circumibunt convexa, id eſt, latera & ambitus montium. 8 Ex opinione vet. philoſophorum, qui putabant aſtra ali humoribus marinis, fluvialibus, terrenis. 9 Suſtinebit, id eſt, quamdiu cœlorum & elementorum permanebit natura. 10 In memoriâ. 11 Ubicunque fuero. 12 Tmeſis. 13 Qui tam facundè Æneam commendaverat, & rebus Trojanis conſuluerat. 14 Tangit, apprehendit. 15 Sequitur honorifica Didonis reſponſio. 16 Primùm. 17 Ex Sidone profecta. 18 Æneæ, cui Venus divinos afflarat honores. 19 Pleonaſmus: vel, quia prius obſtupendo multa ſecum locuta fuerat mente & animo. 20 Barbaris, ſceleſta fide, feris moribus, rapto viventibus; quorum injurias, etiam nos novos incolas, cogit res dura amoliri, *& latè fines cuſtode tueri.* 21 A Dardano orto. 22 Scamandri fluvii. 23 Præoccupatio, quomodo ſciat genus Æneæ. 24 Telamonis filium ex Heſione, Laomedontis filia: qui quoniam à Trojano bello fratris Ajacis mortem non ultus rediit, à patre non exceptus, Salamine exul, Sidona venit, & cum patre meo Belo Cyprum inſ. vaſtavit, ibique novam Salamina condidit: indè mihi nota omnia de Græcis & Trojanis. 25 Salamine urbe. 26 A patre Telamone irato, quòd ſine fratre Ajace contra ſuum mandatum domum rediiſſet. 27 Patris mei. 28 Pinguem, divitem.

*Vaſtabat*

Digitized by Google

*Vaſtabat* [1] *Cyprum, & victor ditione tenebat.*
*Tempore jam ex illo* [2] *caſus mihi cognitus urbis*
*Trojanæ, nomenque tuum, regeſque* [3] *Pelaſgi.*
[4] *Ipſe* [5] *hoſtis Teucros inſigni laude* [6] *ferebat,*
*Seque ortum* [7] *antiqua Teucrorum à ſtirpe volebat.*
*Quare agite, ô* [8] *tectis juvenes ſuccedite noſtris.*
*Me quoque per multos* [9] *ſimilis fortuna* [10] *labores*
*Jactatam, hac demùm voluit conſiſtere* [11] *terrâ.*
*Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.*
[12] *Sic memorat: ſimul Æneam in regia ducit*
*Tecta: ſimul* [13] *Divûm templis indicit honorem.*
*Nec minùs intereà* [14] *ſociis ad littora mittit*
*Viginti tauros, magnorum* [15] *horrentia* [16] *centum*
*Terga ſuum, pingues* [17] *centum cum matribus agnos:*
[18] *Munera, lætitiamque Dei.*
*At domus* [19] *interior,* [20] *regali ſplendida* [20] *luxu,*
*Inſtruitur,* [21] *mediiſque parant* [22] *convivia tectis.*
[23] *Arte laboratæ* [24] *veſtes, oſtroque ſuperbo:*
*Ingens* [25] *argentum menſis, cælataque in* [23] *auro*
*Fortia facta* [26] *patrum,* [27] *ſeries longiſſima* [28] *rerum,*
*Per tot ducta viros antiqua ab origine* [29] *gentis.*
[30] *Æneas (neque enim* [31] *patrius* [32] *conſiſtere* [33] *mentem*
*Paſſus amor) rapidum ad* [34] *naves* [35] *præmittit Achatem;*

1 Inſulam Veneri ſacram. 2 Excidium, ruina. 3 Græci, ut Diomedes, aliique, quibuſcum congreſſus es. 4 Teucer. 5 Ex parte patris. 6 Efferebat, extollebat. 7 Non tantum ab Heſione regis Laomedontis filiâ, ſed à Teucro, qui in Troade cum Dardano genero regnavit: unde Trojani Teucri dicti. 8 Intrate tecta noſtra. 9 Adverſa: cùm & ipſa domo ſim profecta, & per mare, terram quærens, erraverim. 10 Ærumnas. 11 Africâ, in qua urbem condo. 12 Dido loquitur hoc modo. Poſt orationem Didonis, docet magnificentiam ejus in Trojanos, & apparatum convivii, Æneæ & ſociis exhibiti. 13 Jubet ob lætum adventum & ſalutem Trojanorum diem feſtum agere & ſupplicationes fieri. 14 Æneæ. 15 Sues C. quorum terga ſetis horrebant, aut aſpera ſale. 16 Hecatomben intelligit, quam, qui navigarunt, vel navigaturi erant, faciebant. 17 Oves centum & agnos totidem. 18 Bacchi læta munera, vinum, quod cor hominis lætificat: ut infrà, *Adſis lætitiæ Bacchus dator.* 19 Ad magnificentiam convivii facit receſſus penitior. 20 Abundanti ornatu regiam majeſtatem decente. 21 In interiore parte domus. 22 Miniſtri Tyrii. 23 Vaſis aureis. 24 Aulæa, ſtragulaque purpurea artificioſè facta extenduntur. 25 Scyphi & alia vaſa argentea, aureaque à cælatura & vetuſtate pretioſa exponuntur menſis: ut in quibus origo, incrementa & res geſtæ regum Aſſyriorum inſculpta fuerint. 26 Majorum, à Belo primo uſque ad Belum, Didonis patrem. 27 Sc. *&*. 28 Geſtarum. 29 Sc. *exponuntur menſis.* 30 Jam Aſcanii mentionem facit Poëta. 31 Paternus. Pathos ab affectu paterno. 32 Quieſcere & tranquillam eſſe. 33 Æneæ. 34 Quas in littore reliquerat. 35 Mittit, antequam Dido ſociis ad littora miſit viginti tauros.

*Aſcanio*

Digitized by Google

*Aſcanio* [1] *ferat hæc, ipſumque ad* [2] *mœnia ducat.*
[3] *Omnis in Aſcanio* [4] *chari ſtat cura parentis.*
[5] *Munera præterea Iliacis erepta ruinis*
*Ferre jubet:* [6] *pallam ſignis auroque rigentem,*
*Et* [7] *circumtextum croceo velamen acantho,*
*Ornatus* [8] *Argivæ Helenæ, quos illa* [9] *Mycenis,*
[10] *Pergama cùm peteret,* [11] *inconceſſoſque Hymenæos,*
*Extulerat, matris Ledæ mirabile* [12] *donum.*
*Præterea* [13] *ſceptrum, Ilione quod geſſerat* [14] *olim,*
[15] *Maxima natarum Priami; colloque monile*
[16] *Baccatum; &* [17] *duplicem gemmis auroque coronam.*
*Hæc* [18] *celerans,* [19] *iter ad naves* [19] *tendebat Achates.*
*At* [20] *Cytherea* [21] *novas* [22] *artes, nova pectore* [23] *verſat*
*Conſilia: ut,* [24] *faciem mutatus & ora Cupido,*
[25] *Pro dulci Aſcanio veniat; doniſque* [26] *furentem*
[26] *Incendat reginam, atque* [27] *oſſibus implicet ignem.*
[28] *Quippe domum* [29] *timet* [30] *ambiguam, Tyrioſque*
[31] *bilingues.*
[32] *Urit* [33] *atrox Juno, &* [34] *ſub* [35] *noctem* [36] *cura* [37] *recurſat.*

1 Referat nunciet, quæ dicta ac facta ſint. 2 Carthagineenſia. 3 Sc. *nam.* 4 A filio redamati. Securius de omnibus effectus Æneas, de ſolo jam videndo filio cogitabat. 5 Pretioſam ſupellectilem, unde munera faciat, quæ Didoni donet, ut eam quoque re aliquâ lætiorem faciat. 6 Chlamydem muliebrem ſignis aureis intertextis vix plicabilem. Hendiadys. 7 Cycladem, cujus oræ prætexebantur aureo opere acanthum herbam referente. 8 Græcæ, Lacedæmoniæ. Sic Hom. Ἀργείης Ἑλένης. 9 Lacedæmone, unde raptam eſſe conſtat Helenam. 10 Trojam, cujus muros Pergama vocant. 11 Paridis adulteri, ſeu raptoris, thalamos matrimoniales: quia Menelao nupſerat. *Hymenæus* Deus nuptiarum eſt. 12 Quod Leda fecerat, Helenæque aliquando dono dederat. 13 Regalem virgam jubet ferre. 14 Cùm Troja vigeret: vel, antequam nupſiſſet Polymneſtori. 15 Major natu. 16 Margaritis ornatum. *Baccæ* ſunt majores margaritæ, quòd baccarum ſimilitudinem referant. 17 Coronam auream duplici gemmarum ordine diſtinctam. 18 Celeriter peragens. 19 Pergebat. 20 Venus. 21 Quales pro Æneâ nondum exercuerat. 22 Τέχνας, dolos, qui tamen filio prodeſſent. 23 Agitat. 24 Secundùm faciem & ora in ſimilitudinem Aſcanii. 25 Loco Aſcanii, qui Æneæ dulcis eſt. 26 In furorem amoris impellat incendatque. 27 Medullis Didonis inſinuet amoris ignem: ut infrà l. 4. *cæco carpitur igni.* Item: *Eſt mollis flamma medullas.* 28 Quia certe. Ætiologia eſt, quare Venus cupiat Æneæ amore capi Didonem. 29 Ne ab infeſtæ Junonis odio incitati leves Tyrii res novas moliantur. 30 Cujus fides ambigua & ſuſpecta eſt, & de quâ jure dubites, Græcis-ne an Trojanis faveat: quia *Varium & mutabile ſemper Fœmina*, l. 4. 31 Perfidos, fallaces, aliud clauſum in pectore, aliud promptum in lingua habentes. Unde Proverbium, *Punica fides.* 32 Incendit curis, ſollicitam facit Venerem, ne in eâ urbe, in quâ ipſa colitur, Æneæ noceatur. 33 In Trojanos ſæva. 34 Paulò ante. 35 Nox enim ſolitaria & curarum parens. 36 Veneris. 37 Redit celeriter in animum Veneris.

Ergo

1 Alas gerentem & velocem: quia nihil amante levius, nihil mutabilius invenitur. Lege Propert. l. 2. El. 12.
2 Cupidinem.
3 Quia ſine amore Venerea voluntas commodè exerceri non poteſt
4 Jovis fulmina.
5 Quibus Jupiter Typhoëum gigantem confecit.
6 Non times.

*Ergo his [1] aligerum dictis affatur [2] Amorem:*
*Nate, [3] mea vires, mea magna potentia ſolus,*
*Nate, [4] patris ſummi qui tela [5] Typhoëa [6] temnis;*
*Ad te confugio, & ſupplex [7] tua numina poſco.*
*Frater [8] ut Æneas pelago tuus omnia circum*
*Littora jactetur, odiis Junonis iniquæ,*
*[9] Nota tibi, & [10] noſtro doluiſti ſæpè dolore.*
*Hunc [11] Phœniſſa [12] tenet Dido, [13] blandiſque moratur*
*Vocibus: & vereor, [14] quò ſe [15] Junonia vertant*
*Hoſpitia: [16] haud tanto ceſſabit cardine rerum.*
*Quo circa capere [17] antè [18] dolis, & cingere [19] flammâ*
*Reginam [20] meditor: ne [21] quo ſe numine mutet;*
*Sed magno Æneæ [22] mecum teneatur amore.*
*[23] Quâ facere id [24] poſſis, noſtram nunc accipe [25] mentem.*
*[26] Regius, [27] accitu chari genitoris, ad urbem*
*[28] Sidoniam [26] puer ire parat, mea [29] maxima cura,*
*[30] Dona ferens pelago, & flammis reſtantia Trojæ.*
*[31] Hunc ego [32] ſopitum ſomno ſuper alta [33] Cythera,*
*Aut ſuper [34] Idalium [35] ſacratâ ſede [36] recondam:*
*[37] Ne quâ ſcire dolos, [38] mediuſ-ve occurrere poſſit.*
*Tu faciem [39] illius noctem non ampliùs unam*

7 Divinam tuam potentiam. 8 Quomodo. 9 Sc. *res eſt*, id eſt, tu noſti. 10 Condoluiſti nobis & propter nos. 11 Ex Phœnicia profecta. 12 Hoſpitio accepit. 13 Quibus parum fidei adhibendum eſt. 14 In quem exitum. 15 Carthaginenſia, in quibus Juno colitur. 16 Non omiſſura eſt hanc occaſionem, cujus in articulo & momento totius negotii ſui quaſi cardo vertitur. 17 Priuſquam Junonis inſtinctu Æneæ perniciem machinetur. 18 Arte Cupidinea. 19 Igne amoris. 20 Animo concipio. 21 Junonio, aut alio quovis numine ſententiam mutet Dido. 22 Ut ego teneor, id eſt, indiſſolubili amore amet Æneam. 23 Quâ ratione. 24 Quod me velle dixi. 25 Sententiam, conceptum, conſilium. 26 Aſcanius, regius Æneæ filius, cui regnum Heſperiæ debetur. 27 Advocatu & citatione. 28 Carthaginem, à Sidoniis & Tyriis conditam. 29 Spes nepotum, quibus debetur fato imperium Italiæ, Romæ, orbis. 30 Adferens ſecum dona, quæ reliqua ſunt poſt jacturam factam in pelago & poſt incendium Trojæ, *Iliacis erepta ruinis*, ſc. pallam, cycladem, ſceptrum, monile, & coronam. 31 Aſcanium, puerum regium. 32 Immerſum ſomno profundo. 33 Inſulam contra Spartam, in quâ Veneri templum à Phœnicibus conditum eſt. 34 Montem Cypri, Veneri ſacrum: unde Venus *Idalia* dicta eſt. 35 Ubi mihi ſacrificatur. 36 Abſcondam. 37 Ne aliqua ratione puer Aſcanius agnoſcere poſſit fraudem noſtram. 38 Interventu ſuo importunus, & peragendo negotio moleſtus. 39 Pueri Aſcanii.



Digitized by Google

*[1] Falle doto, & [2] notos [3] pueri puer indue vultus:*
*Ut, cùm te gremio accipiet [4] lætiſſima Dido,*
*[5] Regales inter menſas, [6] laticemque Lyæum,*
*Cùm dabit amplexus, atque oſcula dulcia [7] figet,*
*Occultum inſpires [8] ignem, fallaſque [9] veneno.*
*Paret [10] Amor dictis charæ genetricis, & [11] alas*
*[12] Exuit, & greſſu gaudens incedit [13] Iüli.*
*At Venus Aſcanio [14] placidam per membra quietem*
*[15] Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos*
*[16] Idaliæ lucos; ubi mollis amaracus [17] illum*
*Floribus, & [18] dulci aſpirans complectitur umbrâ.*
*Jamque [19] ibat [20] dicto parens, & dona Cupido*
*Regia [21] portabat Tyriis, duce lætus Achate.*
*Cùm [22] venit, [23] aulæis jam ſe Regina [23] ſuperbis*
*[24] Aureâ compoſuit [25] ſpondâ, [26] mediamque locavit.*
*[27] Jam pater Æneas, & jam Trojana juventus*
*[28] Conveniunt, [29] ſtratoque ſuper diſcumbitur [29] oſtro.*
*Dant famuli manibus [30] lymphas, [31] Cereremque caniſtris*
*Expediunt, [32] tonſiſque ferunt [33] mantilia [32] villis.*
*[34] Quinquaginta intùs famulæ, quibus ordine longo*
*Cura [35] penum ſtruere, & [36] flammis adolere penates.*

1 Fallendo aſſume, & falſo repræſenta, teque illi aſſimila. 2 Tibi, vel Trojanis. 3 Aſcanii. 4 Propter dona & pulchritudinem pueri. 5 Regali luxu ſplendidas. 6 Liquorem Bacchicum, id eſt, inter vina: ubi amor facilè ſolet conciliari. *Latex* propriè eſt humor aquæ, quod intra terræ venas *lateat*. 7 Firmiter imprimet. 8 Amoris. 9 Incendio amoris, quòd per venas, ut venenum, diffluat. 10 Cupido, Deus amoris. 11 Pingitur enim Cupido alatus: undè ſuprà *Aliger* dictus eſt. 12 Depoſuit. 13 Quo Iülus ingredi ſolet. 14 Lenem, non vehementem. 15 Infundit, irrigato ſcilicet à fumo & vaporibus cerebro, quibus reſolutis obſtruuntur nervi & meatus ſenſorii, impediturque ſpirituum animalium fluxus. 16 Sylvæ. 17 Aſcanium. 18 Suaviter fragranti. 19 Carthaginem verſus Cupido. 20 Matris Veneris aut Æneæ. 21 Portanda curabat. 22 Aſcanius cum muneribus. 23 In magnificis & pretioſis tapetis, quæ vel parietibus appenſa, vel ſub cameris extenſa erant, ad defendendum pulverem. Horat. Sat. 8. l. 2. 24 Ipſa auratis veſtibus ornata: vel, ſponda aurea per Synæreſin: quod magis placet. 25 Triclinio. 26 Qui locus in lecti diſcubitorii & triclinii ratione honeſtiſſimus: apud Numidas, inquit Saluſtius, præcipue. Ergo Æneas in ſummo loco, ut in imo Aſcanius falſus, quem *gremio fovet, inſcia Dido Inſideat quantus miſeræ Deus.* 27 Deſcribit convivium, apparatumque Didonis ſplendidiſſimum. 28 In triclinium ad convivium Didonis. 29 Lectis oſtro ſeu purpurâ ſtratis. 30 Aquas puras ad lavandas manus. 31 Et expeditè miniſtrant accipiendo è caniſtris panem. 32 Quibus villi erant tonſi, ut promptius tergerent. 33 Quibus manus tergerentur. 34 Multæ. 35 Victualia diſponere, ordinare: undè *Structores* dicuntur, qui fercula componunt. 36 Ædes flammis & thuris odore illuſtrare ac ſuffire.

*Centum* [1] *aliæ, totidemque pares ætate miniſtri,*
[2] *Qui dapibus menſas onerent, & pocula* [3] *ponant.*
*Nec non & Tyrii per limina* [4] *læta* [5] *frequentes*
*Convenêre,* [6] *toris juſſi diſcumbere pictis.*
[7] *Mirantur dona Æneæ, mirantur* [8] *Iülum,*
[9] *Flagranteſque Dei vultus,* [10] *ſimulataque verba,*
[11] *Pallamque, & pictum* [12] *croceo velamen* [12] *Acantho.*
*Præcipuè infelix,* [13] *peſti devota futuræ,*
[14] *Expleri mentem nequit,* [15] *ardeſcitque tuendo*
[16] *Phœniſſa, &* [17] *puero pariter, doniſque* [18] *movetur.*
[19] *Ille, ubi complexu Æneæ, colloque pependit,*
*Et magnum* [20] *falſi* [21] *implevit genitoris amorem,*
[22] *Reginam petit: hæc oculis, hæc pectore toto*
[23] *Hæret, & interdùm gremio fovet, inſcia Dido,*
[24] *Inſideat quantus* [25] *miſeræ* [26] *Deus: at memor ille*
[27] *Matris Acidaliæ, paulatim* [28] *abolere Sichæum*
*Incipit, &* [29] *vivo* [30] *tentat prævertere amore*
[31] *Jampridem reſides animos,* [32] *deſuetaque corda.*
[33] *Poſtquam* [34] *prima quies epulis,* [35] *menſæque remotæ,*
*Crateras magnos* [36] *ſtatuunt, & vina* [37] *coronant.*

1 Famulæ erant. 2 Ideo ut. 3 Diſponant, apponant: veteribus enim non in manus dabantur pocula, ſed menſis apponebantur. 4 Lætitiam indicantia. 5 Multi numero. 6 In lectis. 7 Tyrii. 8 Cupidinem, quem putabant eſſe Iülum. 9 Ardentes, amorem conciliantes etiam in Cupidine diſſimulante Deum & ſimulante puerum. 10 Quia videbantur ab Aſcanio dici, cum tamen Cupido loqueretur. 11 Indumentum muliebre Didoni datum. 12 Aureo opere Acanthum herbam referente. 13 Amori exitiali & peſtifero deſtinata, qui medullas ejus exedit, & ad mortem eam impulit. 14 Habere mentem ſatiatam. 15 Amore incenditur. 16 Phœnicum regis filia, Dido. 17 Quem puerum eſſe putabat. 18 Ad amandum excitatur. 19 Cupido, in formâ Aſcanii pueri. 20 Qui & ipſe putabat hunc eſſe Aſcanium ſuum. 21 Plenis indiciis ſignificavit. Cic. explevit *deſideriis exſpectationem.* 22 Aggreditur; accedit ad Didonem. 23 Puerum contemplans & Æneam. 24 In ſinu ſedeat, vel inſidias faciat. 25 Didoni. 26 Amoris. 27 Mandati ſibi negotii à matre Venere, quæ *Acidalia* dicta ab *Acidalio* fonte Bœotiæ, Veneri & Gratiis ſacro. 28 Delere memoriam ac amorem in Sichæum priorem maritum; ut poſteà Æneæ amorem ſupponat. 29 Redivivo & vehementi, aut vivi hominis. 30 Conatur præoccupare, Junonem præveniendo. 31 Jam à pluſculo tempore, ſc. à morte Sichæi jacentes & nullo amore excitatos. 32 Ab officio amoris, id eſt, incipit amovere amorem defuncti, & inſerere amorem Æneæ viventis. 33 Inter primam & ſecundam menſam vacat libationibus, hilaritati, Muſicæ. 34 Facta erat. 35 Fercula prioris menſæ: namque in menſâ manente ſtatuuntur crateres, & facta libatio. 36 Magna pocula vinaria convivæ ante ſe conſtituunt. 37 Corolla florea ſertoque cingunt; aut mero *ὑπερχειλέα* ad labrum uſque pocula implent: vide quæ ad calcem 2. Georg. *Socii cratera coronant.* 3. *Æn. Anchiſes magnum cratera coronâ induit.*

*[1] Fit ſtrepitus tectis, [2] vocemque per ampla volutant*
*Atria: dependent [3] lychni laquearibus aureis*
*Incenſi, & [4] noctem flammis [5] funalia vincunt.*
*[6] Hîc regina [7] gravem gemmis, auroque popoſcit,*
*Implevitque [8] mero [9] pateram: [10] quam Belus, & omnes*
*A Belo ſoliti: tùm [11] facta ſilentia [12] tectis.*
*[13] Juppiter ([14] hoſpitibus nam te dare [15] jura [16] loquuntur)*
*Hunc [17] lętum Tyriiſque diem, [18] Trojâque profectis*
*Eſſe [19] velis, noſtroſque [20] hujus meminiſſe [21] minores!*
*Adſit [22] lætitiæ Bacchus dator, & [23] bona Juno!*
*Et vos ô cœtum Tyrii celebrate [24] faventes!*
*[25] Dixit, & in menſâ [26] laticum [27] libavit honorem,*
*[28] Primaque libato [29] ſummo tenus attigit ore.*
*Tùm [30] Bitię [31] dedit [32] increpitans: ille [33] impiger hauſit*
*[34] Spumantem pateram, & [35] pleno ſe [36] proluit [35] auro.*
*[37] Pòſt alii proceres: citharâ [38] crinitus [39] Jopas*
*[40] Perſonat auratâ, docuit quæ maximus Atlas.*
*Hic canit I. errantem Lunam, II. Soliſque labores:*

1 Vehemens ſonitus pedum fit ab his, qui miniſtrando curſitabant, & vina adſerebant. 2 Lætitiæ. 3 Lucernæ ardentes aut lampades. 4 Tenebras noctis. 5 Funes cerati & incenſi. 6 Hoc tempore, quo ſic omnes genio indulgebant. 7 Pateram ex auro gravem, gemmis diſtinctam, vetuſtate nobilem. 8 Puro vino. 9 Vas potorium patulum. 10 Quam Belus Priſcus, & ab illo omnes reges Phœniciæ, deſcendentes uſque ad patrem Didonis, qui etiam Belus dictus eſt, ſolebant implere in libationibus. 11 Quod omnes linguis favebant, ut in ſacris mos eſt. 12 In quibus anteà fiebat ſtrepitus maximus. 13 Dido libans precatur Jovem Xenium, id eſt, hoſpitalitatis Deum, Junonem Carthaginis præſidem, Bacchum lætitiæ datorem. 14 Recipientibus & receptis hoſpitio. 15 Hoſpitalitatis ſc. quæ violare nefas erat. 16 Omnes homines. 17 Hilarem & proſperum. 18 Trojanis. 19 Precamur ut velis. 20 Diei. 21 Poſteros. 22 Vini, quod cor hominis lætificat. 23 Benigna. 24 Cum favore linguarum & ludorum. 25 Dido. 26 Vinum, quod principatum inter latices omnes obtinet. 27 Obtulit. 28 Ec cùm libaſſet, quod relictum erat, primo ore leviter tetigit. 29 Modeſtè & verecundè. 30 Sacerdoti primo: *ut alii*, magiſtro equitum. 31 Pateram. 32 Moram arguens: ille ergo *impiger hauſit*. 33 Ebibit celer. 34 Ex vino infuſo: & ita plenam, cùm Dido vix eam attigiſſet. 35 Vino ex aurea patera plena, quæ gravis erat auro & gemmis. 36 Vino conſperſit: vel pateram auream ſuper faciem ſuam invertit. 37 Poſteà alii principes civitatis ebiberunt pateram. 38 Habens longos crines. Ex more citharœdorum, qui Apollinem præſidem ſuum crinitum æmulabantur. 39 Afrorum rex. 40 Muſicâ utebantur olim Græci & Romani in conviviis. Canit ergo ab Atlante, ſummo Philoſopho & aſtronomiæ peritiſſimo, edoctus carmen phyſicum. I. *Lunæ curſus varios ſecundum latitudinem & altitudinem.* II. *Solis curſus, aſcenſus & deſcenſus, undè longiores æſtate dies, hieme breviores.* III. *Rerum ortus & interitus, hominum, cæterorumque animalium.* IV. *Cauſas meteororum.* V. *Cæli ſiderumque motus, ſitus, ortus, obitus.*

III. *Undè hominum* [1] *genus, & pecudes*; IV. *undè imber, &* [2] *ignes*;
V. [3] *Arcturum,* [4] *pluviaſque* [5] *Hyadas,* [6] *geminoſque Triones:*
[7] *Quid tantùm* [8] *Oceano properent ſe tingere* [9] *Soles*
[10] *Hyberni: vel* [11] *quæ* [12] *tardis mora* [13] *noctibus obſtet.*
[14] *Ingeminant plauſum Tyrii,* [15] *Troëſque ſequuntur.*
*Nec non & vario* [16] *noctem ſermone* [17] *trahebat*
[18] *Infelix Dido,* [19] *longumque* [20] *bibebat amorem:*
*Multa* [21] *ſuper Priamo rogitans,* [22] *ſuper Hectore* [23] *multa:*
*Nunc, quibus Auroræ* [24] *veniſſet* [25] *filius armis:*
[26] *Nunc,* [27] *quales Diomedis* [28] *equi: nunc,* [29] *quantus Achilles.*
*Imò age, &* [30] *à primâ dic, hoſpes, origine nobis*
[31] *Inſidias, inquit,* [32] *Danaûm,* [33] *caſuſque tuorum,*
[34] *Erroreſque tuos:* [35] *nam te jam* [36] *ſeptima* [37] *portat*
*Omnibus errantem terris & fluctibus,* [38] *æſtas.*

1 Primùm proceſſerit: originem ſc., ducentium, ſi fabulæ reſpiciantur, à Prometheo, aut à Deucalione & Pyrrhâ.
2 Fulgura & fulmina.
3 Sidus illud pluvias excitans, Bootes & Arctophylaca. Is fuit Arcas, Jovis filius ex Calliſto.

4 Pluvioſas: unde & Græcè ὑάδες dictæ, ἀπὸ τοῦ ὕειν, id eſt, *pluere.* 5 Stellas in effigie Tauri. 6 Et boves plauſtra trahentes duos qui in Septentrione ſunt. 7 Cur Sol hyeme tam citò occidat, eoque dies breviores ſint. 8 Magno mari, totum orbem circumfluente, in quod mergi videntur ſidera. 9 Quamvis unicus ſit Sol, quod tamen quotidiè oriatur tanquam plures ſint, *Soles* dixit. 10 Hiberno tempore ſplendentes. 11 Cur æſtate dies longiores ſint. 12 Tarde venientibus, cùm dies longiores ſint: aut tarde decedentibus, ſi de noctibus hibernis loquitur. 13 Æſtivis aut hibernis. 14 Multiplicant applauſum & vocem lætantium. 15 Poſt Tyrios plaudunt quoque Trojani. 16 Quam flammis funalia vincebant. 17 Protrahebat. 18 Propter futuram infelicitatem. 19 Tractim, ſenſimque, *vel* alte fixum, manſurumque, & duraturum, donec ipſa viveret. 20 Imbibebat. 21 De. Sic l. 10. *Multa* ſuper *Lauſo rogitat.* 22 De facinoribus Hectoris. 23 Epanalepſis eſt. 24 Trojam. 25 Memnon, quem Tithonus, Laomedontis frater, ex Aurora ſuſcepit. 26 Aliquando rogitans. 27 Ardentes ſc. 28 Quos à Rheſo abſtulit, *priuſquàm Pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent.* 29 Quàm ſtrenuus fuerit in bello. 30 A raptu Helenæ, vel, inſidiarum. 31 Argumentum ſecundi libri. 32 Græcorum. 33 Excidium. 34 Argumentum tertii libri. 35 Ætiologia eſt, cur errores ſuos narrare debeat. 36 Septimus annus inchoatus: namque ſub fine ejuſdem, Iris ſub perſona Beroës impellens Troadas ad incendium navium, in Siciliâ, ait l. 5. *Septima poſt Trojæ excidium jam vertitur æſtas.* Hoc verò Dido vel ex Ænea, vel ex aliquo ſociorum cognoverat. 37 Adducit nobis. 38 Annus, Synecdoche.



Digitized by Google

# P. VIRGILII MARONIS
# ÆNEIDOS
# LIBER II.

## ARGUMENTUM.

Didonis voluntati morem gerens Æneas, excidii Trojani ſeriem narrat; ea eſt hujuſmodi. Græci decimo belli Trojani anno attritis jam viribus, virtutique diffidentes, ad dolum confugiunt: noctéque eâ, quæ urbis incendium anteceſſit, fugam ſimulantes, circa Tenedum latitant, relicto in agro Trojano equo ligneo tantæ magnitudinis, ut portis urbis recipi non poſſet: ejus utero lectiſſimum quemque procerum includunt. Trojani partim fraude Sinonis impulſi, partim Laocoontis ſupplicio territi, dirutâ muri parte, equum in arce ſtatuunt. Nocte intempeſtâ Græci à Tenedo profecti, per eam muri ruinam, quâ equus erat introductus, urbem invadunt. Sinon reſerato equi utero armatos emittit: omnia ferro flammiſque fœdantur. Æneas interim ab Hectore in ſomnis admonetur, ut ſibi fugâ conſulat. Deoſque patrios incendio eripiat. Ille tamen honeſtam mortem turpi fugæ præferens, fruſtrà in arma ruit: ſatis feliciter primus impetus ſuccedit Trojanis, donec Chorœbi conſilium ſecuti, ſumptis Græcorum armis, ſuorum telis obruuntur. Intereà Priami regia oppugnatur, Priamuſque ipſe à Pyrrho Achillis filio interficitur. Æneas itaque fruſtrà tentatis omnibus, cum jam nihil ſpei reliquum eſſet, ſacra Anchiſæ patri committit, eoque in humeros ſuos ſublato, aſſumptiſque Aſcanio filio Creuſâque uxore, fugam arripit. Græci à tergo inſequuntur. In eo tumultu Creuſam uxorem amittit: cujus quærendæ causâ, per totam urbem oberranti, obvia fit uxoris umbra, virumque mortis ſuæ certiorem facit: ipſe ad ſocios revertitur, quò jam magnus virorum mulierumque numerus confluxerat, ejus auſpicium, quocumque terrarum abducere vellet, ſequi paratus.

*[1] Conticuêre omnes, [2] intentique ora tenebant.*
*[3] Indè [4] toro [5] pater Æneas ſic [6] orſus [4] ab alto:*
*[7] Infandum, regina, jubes renovare dolorem;*
*Trojanas [8] ut opes, & [9] lamentabile regnum*

1 Simul tacuerunt tam Tyrii, quam Trojani. Opportunè poſt ſtrepitum & citharæ crepitum indicat ſilentium factum. 2 Ora in eum defixa cum ſilentio attendebant: & tum Hypallage eſt, pro *intenta ora* habebant: vel, *intenti*, id eſt, avidi ad audiendum res novas. 3 Deinde, ſilentio facto. 4 A ſummo lecti loco, in quo diſcubuit Æneas, ut in medio Dido, in imo Aſcanius. I. priore. v. *mediamque locavit.* 5 Ab honore & principatu. 6 Loqui cœpit. 7 Ineffabilem. Sic l. 1. *O ſola* infandos *Trojæ miſerata labores.* 8 Quomodo. 9 Lamentatione dignum.

1 Everteſint Græci. 2 Et jubes renovare *miſerrima, quæ, &c.* 3 Ut narraturo, & fides & autoritas concilietur, promittit ſe non audita, ſed comperta, & viſa commemoraturum.

[1] *Eruerint Danai; quæque ipſe* [2] *miſerrima* [3] *vidi,*
*Et quorum pars magna fui. Quis talia fando*
[4] *Myrmidonum,* [5] *Dolopum-ve, aut* [6] *duri* [7] *miles* [8] *Ulyſſis*
[9] *Temperet à lacrymis? & jam* [10] *nox humida cælo*
[11] *Præcipitat, ſuadentque* [12] *cadentia ſidera* [13] *ſomnos.*
*Sed ſi* [14] *tantus amor caſus* [15] *cognoſcere noſtros,*
*Et breviter Trojæ* [16] *ſupremum audire* [16] *laborem:*
*(Quanquam animus meminiſſe horret, luctuque* [17] *refugit)*
[18] *Incipiam.* [19] *Fracti bello,* [20] *fatiſque repulſi*
[21] *Ductores Danaum,* [22] *tot jam* [23] *labentibus annis,*
[24] *Inſtar montis* [25] *equum* [26] *divinâ Palladis arte*

4 Duriſſimorum hominum, quales ſunt Myrmidones, populi Theſſaliæ, & milites immitis Achillis: à rege Theſſalorum *Myrmidone* ſic dicti: vel, à formicis. Vide Ovid. 7. Met. 5 Militum Pyrrhi, Achillis filii aculeatiſſimi, quippe qui Priamum & liberos ejus interemit. 6 Crudelis. 7 Milites. Synecdoche. 8 Secundæ formæ declin. Nominativo tetraſyllabo Ulyſſeus, Ulyſſei, contractè Ulyſſi. 9 Abſtinere poſſit. Amplificatio à Majori. Hoſtis non temperet à lachrymis, quantò minùs civis. 10 Ab Importuno. 11 Sc. *ſe*, aut præcipitatur, aut præceps ruit coelo, aut in exitum tendit. Ovid. Triſt. l. 1. El. 3. *Jamque mora ſpatium nox præcipitata negâbat.* 12 Ad occaſum vergentia, exacta jam media nocte, & appropinquante aurora. 13 Sc. *ivire.* 14 Tantum deſiderium eſt tibi. 15 Cognoſcendi. 16 Excidium. 17 Recuſavit, & hoc pro recuſat. Enallage temporis, præteritum pro præſenti. 18 Sc. *dicere.* 19 Labefactati. 20 Et quia perficere non poterant, quæ facta oportuit ante Trojæ excidium: quæ fata, ſecundùm Servium, tria fuerunt, vita Troili, Palladii conſervatio, & Laomedontis ſepulchrum integrum, quod in Scæa porta fuit. 21 Principes belli, & qui cæteris præficiebantur. *Tot jam volventibus annis, Ductores, Danaûm delecti prima virorum.* Lucret. 22 Decem. 23 Celeriter tranſactis. 24 In magnitudinem montis, id eſt, tam magnum, ut mole ſuâ montem æquiparet. 25 Machinam ſubruendis muris: vel portam, cujus inſigne equus, quâ ab Antenore aperta immiſſi Græci: vel equitatus Græcorum à quo victi Trojani: vel mons Hippius, unde ex inſidiis adorti exercitum Trojanum, in urbem irruerint Græci: vel claſſis, quâ advecti. Plaut. in Rudente, *Nempe equo ligneo per vias cærulas eſtis advectæ.* Vel denique monſtrum aliquod arietis aut machinæ bellicæ, quam ab enormi magnitudine, particula ἵππος, intendit, quaſi ἱππομηχανήν. Hujus porro equi fabricatorem Epeum, Panopæ filium, fuiſſe ajunt, ex Palladis conſilio: quæ Trojanis irata, cum ſpem omnem Græci potiundæ urbis Trojanæ abjeciſſent, hoc inventum Epeo ſuggeſſit, eique exercitus primores incluſit, ſc. Menelaum, Ulyſſem, Diomedem, Therſandrum, Sthelenum, Athamantem, Thoantem, Machaonem, Pyrrhum. Celebratur hic equus *Dureus*, ſeu *Durateus*, ſcriptoribus, ſed nominatim ab Homero Odyſſ. 8. & Lucret. 1. de Nat. rer. Adjectivum Græcum eſt. Illi enim, quæ nos *ligna*, appellant δούρατα: inde *Dureus* ſeu *Durateus*, id eſt, *ligneus*. 26 Maximo artificio Palladis.

Ædifi-

*Ædificant, [1] ſectâque intexunt abiete [2] coſtas.*
[3] *Votum pro reditu ſimulant: ea fama [4] vagatur.*
[5] *Hùc delecta virûm [6] ſortiti corpora [7] furtim*
*Includunt [8] caeco [9] lateri; penitùſque [10] cavernas*
*Ingentes, uterumque [11] armato milite complent.*
*Eſt in [12] conſpectu [13] Tenedos, notiſſima famâ*
*Inſula; [14] dives opum, Priami dùm regna [15] manebant:*
*Nunc tantùm [16] ſinus, & [17] ſtatio maleſida carinis.*
[18] *Hùc ſe provecti [19] deſerto in littore [20] condunt:*
*Nos abiiſſe rati, & vento petiiſſe [21] Mycenas.*
*Ergo omnis [22] longo ſolvit ſe Teucria luctu:*
[23] *Panduntur portae: [24] juvat ire, & [25] Dorica caſtra,*
*Deſertoſque videre locos, littuſque relictum.*
[26] *Hîc [27] Dolopum manus, hic ſaevus [28] tendebat Achilles:*
[29] *Claſſibus hîc locus, hîc [30] acies certare ſolebant.*
[31] *Pars ſtupet innuptae donum exitiale Minervae,*
*Et molem mirantur equi: primuſque [32] Thymoetes*
[33] *Duci intra muros hortatur, & [34] arce locari:*
*Sive [35] dolo, ſeu jam [36] Trojae ſic fata [37] ferebant.*

1 Pini.
2 Equi.
3 Simulant equum habere rationem voti pro felici navigatione in Graeciam, cum inſcriptione, *Danai Minervae dono dant.* Hyginus fab. 108. *Stipant graves Equi receſſus Danai, & in voto latent.* Petronius: & mox. *Ibat juventus capta, dum Trojam capit.*
4 Per urbem, id eſt, vulgò dicunt illum equum Palladi votum. 5 Ad hoc munus.
6 Poſtquam miſiſſent ſortes. 7 Per inſidias, clanculùm. 8 Tenebroſo:
ita ut in eo nihil videatur. 9 Equi. 10 Latebras. 11 Multis mili-
tibus armatis. Singularis pro plurali. 12 Trojae, id eſt, è regione, ex op-
poſito, contra Trojam. 13 Significat locum, in quo abditus latuit Graecorum
exercitus, cùm Trojam inſidiis adorirentur. 14 Divitiarum plena. 15 Sta-
bant. 16 Angulus maris. 17 Receptaculum, ubi ad tempus naves ſtant,
non ſatis tutum navibus; propter fundum vadoſum, vel piratas, qui ſe illic
abſcondunt. 18 In hanc inſulam per ſpeciem fugae ductores Danaûm vecti
per naves. 19 Tenedi ſc. quae cultoribus vidua, Achilli in praedam conceſſa
erat. 20 Abſcondunt. 21 Graeciam, Synecdoche. 22 Triſtitia de-
cennali ſe Troja liberat. 23 Aperiuntur, quae tempore belli clauſae erant.
24 Plurimi delectantur egredi. 25 Quae Graeci illic reliquerant. *Doris* au-
tem Graeciae regio eſt, media inter Theſſaliam & Æoliam. 26 Docet Æneas,
quid viderint Trojani, jam portis egreſſi. 27 Exercitus ſociorum Pyrrhi.
Verba ſunt Trojanorum viſentium caſtra relicta ab hoſtibus. 28 Tentoria
habebat; caſtrametatus fuerat. 29 Manipulis ſeu ordinibus equitum in
claſſes diſtributorum, id eſt, hic exercebantur equites. 30 Praeliantium.
31 Pars Trojanorum egreſſorum cum ſtupore aſpicit equum tam magnum,
quem ad exitium Trojae ſimulabant Graeci ſe velle dare Minervae perpetuae
virgini, quae nunquam nupſit. 32 Vir Trojanus. 33 Equum. 34 Summo
templo Palladis. 35 In ultionem ſc. crudelitatis Priami, qui Thymoetis
uxorem cum infante interficiendos curaverat. 36 Quae erant de excidio Trojae.
37 Conſtituebant ſic, ut id hortaretur in perniciem ſuam.



Digitized by Google

*At* [1] *Capys, & quorum melior ſententia menti,*
*Aut* [2] *pelago, Danaûm inſidias,* [3] *ſuſpectaque dona*
*Præcipitare jubent, ſubjectiſque urere flammis;*
*Aut* [4] *terebrare cavas* [5] *uteri, &* [6] *tentare latebras.*
[7] Scinditur [8] incertum ſtudia in contraria vulgus.
*Primus* [9] *ibi ante omnes, magnâ comitante* [10] *catervâ,*
[11] *Laocoon* [12] *ardens ſummâ decurrit ab* [13] *arce:*
*Et* [14] *procul: ô miſeri, quæ tanta* [15] *inſania, cives?*
*Creditis* [16] *avectos hoſtes? aut ulla putatis*
*Dona carere dolis Danaûm?* [17] *ſic notus* [18] *Ulyſſes?*
*Aut hoc incluſi* [19] *ligno occultantur Achivi:*
*Aut hæc* [20] *in noſtros fabricata eſt machina muros,*
[21] *Inſpectura domos,* [22] *venturaque* [23] *deſuper urbi:*
*Aut aliquis* [24] *latet* [25] *error: equo ne* [26] *credite Teucri.*
[27] *Quicquid id eſt, timeo Danaos,* [28] *&* [29] *dona ferentes.*
*Sic* [30] *fatus, validis ingentem viribus haſtam*
*In latus, inque* [31] *feri curvam compagibus alvum*
*Contorſit: ſtetit* [32] *illa tremens, uteroque* [33] *recuſſo,*
*Inſonuêre cavæ,* [34] *gemitumque dedêre cavernæ.*
*Et, ſi fata Deûm, ſi* [35] *mens non* [36] *læva fuiſſet,*

1 Unus Trojanorum principum: cui hoc nominis inditum ab avo Æneæ paterno. 2 In pelagus præcipitare, id eſt, ſubmergere. 3 De dolo. 4 Perforare. 5 Alvi equinæ. 6 Penitùs experiri. 7 Dividitur. 8 Inſtabile. 9 Eo tempore coram omnibus, quo nonnulli cenſerent in arce locandam eſſe.

10 Populi. 11 Vates & ſacerdos Apollinis. 12 Zelo patriæ defendendæ, aut ira. 13 Ἀκροπόλει: cui præſes Pallas: infra, *ſummaſque petunt Tritoniäis arces.* 2. Ecl. *Pallas, quas condidit arces, ipſa colat.* 14 A longè, & in curſu exclamavit: *ô miſeri*, &c. 15 Sc. *eſt vobis?* Inſanorum enim eſt contra ſe ſentire. 16 Receſſiſſe. 17 Tam male: ut audeatis dona ejus, ruptis muris veſtris, immittere in arcem? 18 Qui mendici habitu Trojam ingreſſus eſt ad explorandum ejus ſitum & ſtatum, tùm etiam ad ſurripiendum Palladium. 19 Ligneo equo. 20 In perniciem atque everſionem noſtrorum murorum. 21 Ut perſpiciat per eos, qui in eâ latent, domos noſtras. 22 Quæ defenſores mœnium deſuper urbi ventura opprimat. 23 Utpote mœnibus ipſis altior. 24 In hoc equo. 25 Dolus alius. 26 Conſidite. 27 Sive equus, ſive donum cenſeri debeat. Epiphonema. 28 Tùm quoque, cùm dona ſe offerre ſimulant. 29 Ἐχθρῶν δ' ἄδωρα δῶρα κ' οὐκ ὀνήσιμα. Sophocl. Ajax. 30 Laocoon. 31 Equi quadrupedis: ab eo, quod toto corpore *feratur*. Al. *feræ*. 32 Haſta vacillans. 33 Ab armatis, qui intus concutiebant, poſtquam uterus foris concuſſus fuerat. 34 Sonitum. 35 Sc. ejus, qui ſonitum perceperat. 36 Inimica Trojanis, peſſima pro optimis ſequens, ſi non fuiſſet abrepta in deteriora conſilia, ſed ſibi conſtitiſſet. Nam *mens læva* in eos proverbii vice uſurpatur, qui peſſima pro optimis & ſectantur & deligunt: optima ſurſum, ut peſſima, repudiantes. Vide quæ nos ad Flor. p. 101.

1 Im-

*[1] Impulerat [2] ferro [3] Argolicas fœdare latebras;*
*[4] Trojaque nunc [5] ſtares, Priamique arx alta maneres.*
*[6] Ecce, manus [7] juvenem [8] interea poſt terga [9] revinctum,*
*Paſtores magno ad regem clamore trahebant*
*Dardanidæ: qui ſe [10] ignotum [11] venientibus ultrò,*
*[12] Hoc ipſum ut [13] ſtrueret, Trojamque [14] aperiret Achivis,*
*Obtulerat: [15] fidens animi, atque [16] in utrumque paratus,*
*Seu [17] verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti.*
*Undique [18] viſendi ſtudio Trojana juventus*
*[19] Circumfuſa ruit, [20] certantque illudere capto.*
*[21] Accipe nunc Danaûm inſidias, [22] & crimine ab uno*
*Diſce [23] omnes.*
*Namque, [24] ut [25] conſpectu in medio [26] turbatus, inermis*
*Conſtitit, atque [27] oculis [28] Phrygia agmina circumſpexit:*
*Heu! quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt*
*[29] Accipere? aut quid jam miſero mihi denique reſtat?*
*[30] Cui neque apud Danaos uſquam locus: inſuper ipſi*
*[31] Dardanidæ infenſi [32] pœnas cum ſanguine poſcunt.*
*Quò [33] gemitu [34] converſi [35] animi, compreſſus & omnis*

1 Illa impuliſſet Laocoonta, Enallage modi. 2 Haſtæ. 3 Dilacerare (jam audito armorum ſono) latebras, in quibus Græci latitabant. 4 Apoſtrophe ad Trojam. 5 Floreres, non diruta eſſes, ſi hoc feciſſet Laocoon. Sicut enim urbes, cùm dirutæ ſunt, dicuntur *jacere* & *cadere*; ut apud Ovid. Ep. 1. *Troja* jacet *certè*: ita cum ædificantur, aut florent, dicuntur *ſtare* aut *ſurgere*; ut l. 1. Surgentemque *nova Carthaginis arcem.* 6 Attentionis vim habet: atque uſurpatur à Poëtâ, quoties ſingulare quiddam eſt dicturus. 7 Sinonem. 8 Dùm proceres ſic dubitarent, an equus inducendus eſſet. 9 Habentem manus iterùm atque iterùm vinctas, ne fortè elaberetur. 10 Quem non noverant eſſe Græcum. 11 Ad ſe capiendum. 12 Ut caperetur: vel, has ipſas inſidias. 13 Sumpta eſt Metaphora à cæmentariis & fabris. 14 Per immiſſionem equi. 15 Habens animum confidentem. 16 Ad utramque fortunam inſtructus. 17 Verſutè exercere ſeu exequi. 18 Videndi cum cupiditate. 19 Diſperſa celeriter accurrit. 20 Juvenes Trojani certatim contendunt. 21 Audi, intellige. 22 Et ex hoc ſcelere, vel ex uno ſceleſto conjecturam facias univerſæ gentis Græcorum. A Minori argumentatur. Q. d. Si tantum dolis efficere potuit unus Sinon; quid multos vel plurimos Græcos facere exiſtimabis? 23 Sc. *inſidias.* 24 Poſtquam. 25 Priami & cæterorum principum. 26 Quaſi turbatus & attonitus. 27 Pleonaſmus. 28 Multitudinem Trojanorum agminatim circumſtantium. 29 Immergere & devorare. 30 Mihi miſero. 31 Trojani, apud quos ſpem meam repoſueram. 32 Tormenta & mortem. 33 Sinonis. 34 Ad commiſerationem ſunt. Reſpicit ad illud ſupra: *Certantque illudere capto.* 35 Trojanorum.

1 Illiſio.
2 Non proceres damus animum ut fetur.
3 Quo genere ortus ſit.
4 Adferat.
5 Cùm captus ſit.
6 Quam ſimulabat ſe deponere.
7 Poſt aliquam moram.
8 Sive pro me, ſive contra me.
9 Græca: quod primum contra me eſt.
10 Scire & credere te velim.

*[1] Impetus : [2] hortamur fari, [3] quo ſanguine cretus,*
*Quid-ve [4] ferat, memoret; quæ ſit fiducia [5] capto.*
*Ille hæc, [6] depoſitâ [7] tandem formidine, fatur.*
*Cuncta equidem tibi, Rex, fuerint [8] quæcunque fatebor*
*Vera, inquit: neque me [9] Argolicâ de gente negabo.*
*[10] Hoc primùm: [11] nec, ſi miſerum fortuna Sinonem*
*[12] Finxit, vanum etiam mendacemque [13] improba finget.*
*Fando [14] aliquid ſi fortè tuas pervenit ad aures*
*[15] Belidæ nomen [16] Palamedis, & [17] inclyta famâ*
*Gloria: [18] quem [19] falſâ ſub proditione [20] Pelaſgi*
*[21] Inſontem, [22] infando indicio, quia bella vetabat,*
*[23] Demiſêre neci; nùnc [24] caſſum lumine lugent.*
*Illi me comitem, & [25] conſanguinitate propinquum,*
*Pauper in [26] arma pater primis [27] hùc miſit ab annis.*
*[28] Dùm ſtabat regno incolumis, [29] regnumque vigebat*
*[30] Conſiliis: & [31] nos aliquod [32] nomenque decuſque*
*Geſſimus: [33] invidiâ poſtquam [34] pellacis Ulyſſi*
*([35] Haud ignota loquor) [36] ſuperis [37] conceſſit ab oris,*
*[38] Afflictus vitam in tenebris, luctuque trahebam,*
*Et [39] caſum inſontis mecum indignabar amici.*

11 Mirus artifex viam ſibi ad inſidias ſtruit; qui, ubi ſe veracem profitetur maximè, tùm mentiatur maximè; ſed dolis ita conſarcinatis, ut falſis vera miſceat, hæc illis fidem faciant. 12 Fecit. 13 Quæ bonis mala, & malis bona retribuit. 14 De aliquâ re. Al. *aliquod.* 15 A Belo orti, de genere Beli; Belus enim Danai pater fuit & Ægypti: undè Danai 50. filiæ *Belides* dictæ ſunt. Ex quarum unâ Amymone, Neptunus genuit Nauplum Palamedis patrem. 16 Hic fertur Trojano bello quatuor litteras inveniſſe, ſc. θ, ξ, χ, Φ. 17 Excellens ac illuſtris. 18 Cujus prudentiæ cùm invideret Ulyſſes, detectus ab illo inſaniæ ſimulatæ, atque in frumentatione illi inferior, ſtruxit Palamedi inſidias, accuſavit proditionis, prolatis literis adulterinis, & auro, quod in illius tentorio abſcondi curaverat, effoſſo: undè à Græcis Palamedes ſaxis eſt obrutus. Vide Ovid. 13. Met. 19 Sub falſo crimine proditionis. 20 Græci. 21 Cum innocens eſſet. 22 Teſtimonio proditionis ejus devſlando. 23 Lapidibus obruerunt. 24 Privatum vita, id eſt, mortuum, quod falſò narrat Sinon. 25 Falſum: namque Ulyſſis erat propinquus, filius Æſimi, fratris Anticleæ, quæ Ulyſſis mater. 26 Gerenda. 27 Ad hanc civitatem. 28 Dùm Palamedes unus ex regibus erat. Palamed. enim delatum eſt ſubinde ſummum imperium, Agamemnoni abrogatum. 29 Græcorum. 30 Prudentiſſimorum virorum. 31 Græca juventus. 32 Quod jam amiſimus. Pathos à fortuna. Vide Macrob. Sat. l. 4. c. 3. 33 Affectus movet à cauſâ, quòd nullo ſuo merito Palamedos neci deditus fuerit, ſed mera invidia Ulyſſis. 34 Quoſlibet in perniciem allicientis. 35 Liberè. 36 Interfectus eſt. 37 Ad inferos. 38 Caſu amici. 39 Mortem Palamedis innocentis tacitus in animo meo ægrè ferebam.

Nec

*Nec tacui 1 demens : & me, 2 fors ſi qua 3 tuliſſet,*
*Si 4 patrios unquam remeâſſem 5 victor ad Argos,*
*6 Promiſi ultorem, & 7 verbis odia aſpera movi.*
*Hinc mihi prima mali 8 labes : hinc ſemper Ulyſſes*
*9 Criminibus terrere novis : hinc ſpargere voces*
*In vulgum 10 ambiguas, & quærere 11 conſcius 12 arma.*
*Nec requievit enim, 13 donec 14 Calchante 15 miniſtro ;*
*Sed quid ego 16 hæc autem nequicquam 17 ingrata 18 revolvo ?*
*Quid-ve 19 moror ? 20 ſi omnes 21 uno ordine habetis Achivos.*
*Idque audire ſat eſt : jamdudùm ſumite pœnas.*
*22 Hoc Ithacus velit, & 23 magno mercentur Atridæ.*
*Tùm verò 24 ardemus ſcitari, & quærere 25 cauſas,*
*Ignari ſcelerum tantorum, artiſque 26 Pelaſgæ.*
*27 Proſequitur pavitans, & 28 ficto pectore fatur.*
*Sæpè fugam Danai Trojâ cupiêre relictâ*
*29 Moliri, & longo feſſi 30 diſcedere bello.*
*Feciſſentque utinam ! ſæpè illos 31 aſpera Ponti*
*Interclusit hyems, & terruit 32 Auſter 33 euntes.*
*Præcipuè cùm jam hic trabibus contextus 34 acernis*
*35 Staret equus, 36 toto ſonuerunt 36 æthere 37 nimbi.*
*38 Suſpenſi 39 Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi*

1 Poſteà factus demens ex dolore. 2 Fortuna. 3 Attuliſſet occaſionem. 4 Quæ mihi patria eſt. 5 Voti compos. 6 Minatus ſum me ultorem fore. 7 Concitavi mihi Ulyſſis odium. 8 Occaſio provenit. 9 Criminationibus. 10 Periculoſas, capitales, dubias: quia non audebat manifeſtè mortem minari. 11 Mali facti. 12 Sua, id eſt, artes doloſque, quibus me quoque è medio tolleret. 13 Sc. *me deſtinavit aræ.* Apoſiopeſis: de quâ Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 14 Vate & augure præſtantiſſimo, Theſtoris filio, qui cum Græcorum ducibus ad Trojam venerat. 15 Illi ad hoc, quod volebat, obſequente. 16 Infortunia mea. 17 Nullam mihi gratiam, nullam veniam à vobis impetratura. 18 Commemoro. 19 Differo mortem meam. 20 Si ex æquo Græcos omnes hoſtili odio proſequimini, jam ſatis audiviſtis; quod ultra dicturus eram in rem veſtram, non valebit ad gratiam: proinde oportuit jampridem de me ſumpſiſſe pœnas: pergratum hoc erit Ulyſſi Ithacenſi, qui Ithacæ regnavit, & Atridis. 21 Æquali affectione. 22 Ut ſumatis de me pœnas. 23 Magno pretio emant. 24 Ardenter cupimus. 25 Ob quas Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ mortem ejus. 26 Græcanicæ, cujus eſt mentiri & fallere. 27 Sinon proſequitur ſermonem ſuum pavitanti ſimilis. 28 Simulato. 29 Attentare. 30 Trojâ. 31 Incommoda & procelloſa maris tempeſtas coercuit ab ingreſſu maris. 32 Species pro genere. 33 Ire incipientes aut volentes. 34 Ex acere arbore aſſumptis. 35 Erectus eſſet. 36 Per totum aëra. 37 Tempeſtates caligine, tonitru, fulgure mixtæ, quæ religionem objecerunt & navigandi metum. 38 Nos dubii & ſolliciti. 39 Filium Aſtyoches, quæ ſoror Priami, vatem Herculis celebrem.



Digitized by Google

*Mittimus: iſque* [1] *adytis hæc* [2] *triſtia dicta reportat.*
[3] *Sanguine* [4] *placaſtis ventos, & [5] virgine* [6] *cæſâ,*
*Cùm primùm* [7] *Iliacas Danai veniſtis ad oras:*
[8] *Sanguine quærendi reditus,* [9] *animâque* [10] *litandum*
*Argolicâ. Vulgi quæ* [11] *vox ut venit ad aures,*
*Obſtupuêre* [12] *animi,* [13] *gelidusq; per* [14] *ima cucurrit*
*Oſſa tremor* [15] *cui fata parent, quem poſcat Apollo.*
[16] *Hîc* [17] *Ithacus vatem magno Calchanta tumultu*
[18] *Protrahit in medios* [19] *quæ ſint ea* [20] *numina Divûm*
*Flagitat: & mihi jam multi crudele* [21] *canebant*
*Artificis ſcelus, &* [22] *taciti* [23] *ventura videbant.*
[24] *Bis quinos ſilet* [25] *ille dies,* [26] *tectuſque recuſat*
*Prodere voce ſuâ quenquam, aut opponere morti.*
*Vix tandem magnis Ithaci* [27] *clamoribus actus,*
[28] *Compoſitò rumpit vocem, &* [29] *me deſtinat aræ.*
*Aſſenſere* [30] *omnes: &, quæ* [31] *ſibi quiſque timebat,*
*Unius in* [32] *miſeri exitium* [33] *converſa* [34] *tulêre.*
*Jâmque dies* [35] *infanda aderat: mihi* [36] *ſacra* [37] *parari,*
*Et* [38] *ſalſæ fruges, & circum tempora* [39] *vittæ.*
*Eripui (fateor) letho me, & vincula rupi,*

1 Locis templi ſecretioribus, quæ nemini, præterquam ſacerdoti, ingredi licebat: ex α priv. & δύω, id eſt ingredior. 2 Oracula horrenda omnibus Græcis. 3 Effuſione ſanguinis Iphigeniæ. 4 Sedaſtis. 5 Iphigenia, Agamemnonis filia, quam ſibi immolandam poſcebat Diana, indignata Agamemnoni ob cervam ſibi ſacram ab illo in Aulide cæſam, ventoſque negarat. Cujus tamen Dea miſerta, cervam illius loco ſummiſit. 6 Occiſâ, aut ſimulatione quadam occiſâ loco ejus cervâ, ut diximus. 7 Ad Trojam, aut in Aulidem, Bœotiæ portum. 8 Græci hominis immolatione. 9 Duo, inquit Macrob. 3. l. 5. c. ſunt hoſtiarum genera; unum, quo per exta voluntas Dei diſquiritur; alterum, in quo ſola anima Deo ſacratur. 10 Sacrificio facto numen placandum. 11 Sententia oraculi. 12 Vulgi. 13 Timore frigefactus. 14 Interiora. 15 Verebantur enim, cui fata mortem deſtinent. 16 Hoc tempore. 17 Ithacenſis Ulyſſes. 18 Invitum atque adeò reſiſtentem. 19 Et rogat, quid aut quem ſibi Dii per talia oracula immolari poſcant. 20 Oracula. 21 Prædicebant mihi mortem ex factione artificis Ulyſſis. 22 Tacentis. 23 Quæ evenirent. 24 Decem. 25 Calchas. 26 Domi ſuæ abditus, renuit indicare ſuâ voce quenquam, aut deſtinare ad cædem. 27 Flagitationibus impulſus. 28 Pactus, coactuſque ab Ulyſſe, non oraculi juſſu, erumpit in vocem: & dictum eſt per contrarium: rumpitur enim ſilentium, non vox: ut, *Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Vocem verò rumpere*, eſt tacere. 29 Adjudicat me ſacrificio faciendo Dianæ: cujus capite ſecundus ventus in patriam ſoluturis redimeretur. 30 Græci. 31 In ſe poſſe converti. 32 Mei Sinonis, qui miſer ſum. Pathos à ſua perſona. 33 Sc. *eſſe*. 34 Libenter paſſi ſunt. 35 Deteſtanda: quâ immolandus eram ante aras. 36 Præparatoria ad ſacrificium. 37 Sc. *cœperunt*: aut parabantur. Infrà: *Nos pavidi trepidare metu*. 38 Mola, ex farina & ſale facta, qua victimæ frons, cultri, & foci ſpargebantur. 39 Faſciæ, ſive ornamenta capitis, quibus victimæ obnubebantur.



Digitized by Google

*1 Limoſoque lacu per noctem 2 obſcurus in 3 ulvâ*
*Delitui, dùm vela darent, ſi fortè dediſſent.*
*Nec mihi jam 4 patriam antiquam ſpes ulla videndi,*
*Nec dulces 5 natos, exoptatumque parentem:*
*Quos 6 illi 7 fors ad pœnas 8 ob noſtra repoſcent*
*Effugia, & culpam 9 hanc 10 miſerorum morte 11 piabunt.*
*12 Quod 13 te per ſuperos, & conſcia 14 numina 15 veri,*
*16 Per, ſi qua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus uſquam*
*17 Intemerata fides, oro: miſerere 18 laborum*
*Tantorum, miſerere animi 19 non digna ferentis.*
*20 His lachrymis vitam damus, & miſereſcimus 21 ultrò.*
*Ipſe 22 viro primus 23 manicas, atque 24 arcta 25 levari*
*Vincla jubet Priamus, dictiſque ita fatur amicis:*
*Quiſquis es, amiſſos 26 hinc jam obliviſcere Grajos:*
*27 Noſter eris, mihique hæc 28 ediſſere 29 vera roganti.*
*30 Quæ 31 molem hanc immanis equi 32 ſtatuêre? 33 quis author?*
*Quid-ve 34 petunt? quæ 35 relligio? aut quæ 36 machina belli?*
*37 Dixerat. 38 Ille dolis 39 inſtructus, & arte 40 Pelaſgâ,*
*Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas.*
*Vos 41 æterni ignes, & 42 non violabile veſtrum*
*Teſtor numen, ait: vos 43 aræ, enſeſque 44 nefandi,*
*Quos fugi; 45 vittæque Deûm, quas hoſtia geſſi:*
*46 Fas mihi 47 Grajorum 48 ſacrata reſolvere jura:*

1 In lacu cœnoſo. 2 Per obſcuram noctem. 3 Herbâ paluſtri. 4 Ætoliam charam aut priſtinam. 5 Liberos. 6 Infenſi Danai. 7 Fortè. 8 Quia ego effugi. 9 Meam. 10 Innocentium liberorum. 11 Purgabunt. 12 Propter quod. Peroratio affectuum plena. 13 O Rex. 14 Deos. 15 Veritatis. 16 Per fidem inviolatam te oro. Anaphora. 17 Inviolata. 18 Calamitatum tantarum. 19 Indigna patientis: quia non ſum dignus ſacrificari. 20 Hujuſmodi, ſic ſimulatis. Oſtendit, quomodo Sinon in gratiam receptus ſit, utque interrogatus ſit à Priamo de equi cauſa. 21 Non ſponte (jam enim rogati erant) ſed inſuper. 22 Ei, qui viriliter locutus fuerat. 23 Ligaturas manuum. 24 Arctè ligata. 25 Diſſolvi. 26 Ex hoc tempore. 27 Civis noſter, juris noſtri: alluſum ad verba Imperatoris Rom. transfugam in fidem ſuam recipientis, teſte Livio. 28 Eloquere. 29 Veraciter, aut dic ea vera. 30 Quare, ad quem finem. 31 Ingentem magnitudinem. 32 Græci conſtruxerunt. 33 Epeus ex conſilio Palladis eum fabricavit. 34 Per eum. 35 Religioſa oblatio. 36 Sc. *eſt in eo equo*, id eſt, an religione, an belli cauſâ factus eſt? 37 Priamus. 38 Sinon. 39 Inſtitutus atque armatus. 40 Fraudulentâ, Pelaſgis ſeu Græcis propriâ. 41 Veſtales. Alii *ſidera* intelligunt, ad quæ ſuſpiciens palmas ſuſtulit. 42 Obteſtor veſtram poteſtatem divinam, quam violare nefas eſt. 43 Ad quas mactandus eram. 44 Quibus nefariè debebam mactari. 45 Vittæque, quas Diis devota hoſtia geſſi; nam vittatus fugi. 46 Ego obteſtor, quòd fas eſt mihi. 47 Ejurare & revelare Græcos & ſacramenta eorum, quibus obligor. 48 Juramenta.

*Fas, odiſſe [1] viros, atque omnia [2] ferre ſub auras,*
*Si qua [3] tegunt: [4] teneor patriæ, nec legibus ullis.*
*Tu modò [5] promiſſis maneas, [6] ſervataque ſerves*
*Troja fidem: ſi vera [7] feram, ſi [8] magna rependam.*
*Omnis ſpes Danaûm, & cœpti fiducia belli*
*Palladis auxiliis ſemper [9] ſtetit: [10] impius ex quo*
*[11] Tydides, ſed enim, ſcelerumque inventor Ulyſſes,*
*[12] Fatale [13] aggreſſi ſacrato [14] avellere templo*
*[15] Palladium, caſis ſummæ cuſtodibus [16] arcis.*
*Corripuêre [17] ſacram effigiem, manibuſque [18] cruentis*
*[19] Virgineas auſi [20] Divæ contingere vittas.*
*[21] Ex illo [22] fluere, ac [23] retrò ſublapſa referri*
*Spes Danaûm: fractæ [24] vires, [25] averſa Deæ mens.*
*[26] Nec dubiis ea [27] ſigna dedit [28] Tritonia monſtris.*
*[29] Vix poſitum [30] caſtris ſimulachrum: [31] arſêre [32] coruſcæ*
*Luminibus [33] flammæ arrectis: ſalſuſque per [34] artus*
*Sudor iit: terque ipſa [35] ſolo (mirabile dictu)*
*[36] Emicuit, [37] parmamque ferens, haſtamque [38] tre-*
*mentem.*
*[39] Extemplò tentanda fuga canit æquora [40] Calchas:*
*Nec poſſe Argolicis [41] exſcindi Pergama [42] telis,*
*[43] Omina ni repetant Argis, [44] numenque reducant:*
*Quod pelago, & curvis ſecum [45] advexêre carinis.*

1 Qui mihi mortem paraverunt. 2 Patefacere. 3 Teguntur; vel, Si qua Graji tecta & ſecreta habent: ob ea, quæ latent in equo. 4 Propter cædem, quam volebant mihi inferre mei. 5 Non recedas à promiſſâ mihi ſalute. 6 Ab excidio, per ea, quæ dicturus ſum. 7 Adferam aut dicam. 8 Beneficia ſc. detegendo arcana Græcorum. 9 Repoſita eſt. 10 Sed enim ex quo tempore impius Tydides, &c. 11 Diomedes Tydei filius. 12 De quo in fatis erat Trojam non poſſe capi, dùm illud haberet. 13 Attentantes. 14 Avertere. 15 Simulacrum Palladis, movens oculos, atque haſtam, quam manu geſtabat: quod Diomedes & Ulyſſes cuniculis, vel (ut alii dicunt) cloacis aſcenderunt in arcem, & occiſis cuſtodibus ſimulacrum ſuſtulerunt. 16 In quâ templum hoc erat. 17 Palladium. 18 Sanguinolentis, propter Palamedem ipſius aſtuto conſilio interfectum. 19 Palladis ἀεὶ παρθένου, μισονύμφου. 20 Quas Diva in capite gerebat. 21 Poſt illud tempus. 22 Dilabi cœpit. 23 Id eſt, nullam habuit proſperitatem. 24 Danaum. 25 Et favor Palladis eſt averſus à Danais. 26 Imò certis & manifeſtis. 27 Indignationis & averſionis ſuæ. 28 Pallas ſeu Minerva: à *Tritone*, Africæ palude, apud quam, regnante Ogygio, virginali primùm habitu apparuit. 29 Simulac poſitum fuit. 30 Græcorum. 31 Ardoris indicia emiſêre. 32 Micantes. 33 Oculorum Divæ. 34 Simulacri. 35 Per terram. 36 Exiliit. 37 Breve ſcutum. 38 Quaſſatam ab irata & minanti Dea. 39 Illicò fugiendam eſſe Græcis per mare vaticinatur. 40 Augur. 41 Diſrumpi. 42 Armis Græcis. 43 Auſpicia niſi de novo petant Argis: quia ſub prioribus illis infeliciter ceſſit bellum. 44 Et Palladium in Græciam aſportatum reducant in locum ſuum. Aliis placet, exp. & numen læſum reconcilient; quo favente navigarent. 45 Al. *Avexêre.*

*Et nunc, quòd* [1] *patrias vento petière Mycenas,*
[2] *Arma, Deosque parant comites, pelagoque remenſo*
[3] *Improviſi* [4] *aderunt: ita* [5] *digerit omina Calchas.*
*Hanc pro Palladio* [6] *moniti, pro numine læſo*
[7] *Effigiem ſtatuêre,* [8] *nefas quæ triſte* [9] *piaret.*
*Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem*
*Roboribus textis,* [10] *cœloque educere juſſit;*
*Ne recipi* [11] *portis, aut duci in mœnia poſſet,*
[12] *Neu populum antiquâ ſub relligione tueri.*
[13] *Nam ſi veſtra manus violaſſet* [14] *dona Minervæ,*
[15] *Tum magnum exitium (quod Dii priùs* [16] *omen in* [17] *ipſum*
*Convèrtant) Priami imperio, Phrygibuſque futurum.*
*Sin manibus veſtris veſtram* [18] *aſcendiſſet in urbem,*
*Ultrò* [19] *Aſiam magno* [20] *Pelopeia ad mœnia bello*
*Venturam, & noſtros ea fata manere* [21] *nepotes.*
*Talibus inſidiis, perjurique arte Sinonis*
*Credita* [22] *res;* [23] *captique dolis, lachrymiſque* [24] *coactis;*
[25] *Quos neque Tydides, nec* [26] *Lariſſæus Achilles,*
*Non* [27] *anni domuêre decem, non mille carinæ.*
[28] *Hîc* [29] *aliud majus* [30] *miſeris: multòque* [31] *tremendum*
*Objicitur* [32] *magis, atque* [33] *improvida pectora* [34] *turbat,*

1 Græciam patriam ſuam. Synecd. Id falſum eſt: quia adhùc in Tenedo latebant: ſed dixerat Æneas, *Nos abiiſſe rati, & vento petiiſſe Mycenas.* 2 Id ideò faciunt, quia *arma*, &c. 3 Quod verè nimis accidit. 4 Redibunt. 5 Interpretatur numinis commotionem & portenta. 6 Oraculo Apollinis, vel moniti à Pallade: vel, à Calchante. 7 Molem equi lignei erexerunt. 8 Diomedis & Ulyſſis ſacrilegium & profanationem Palladii: undè triſtes effecti ſunt. 9 Purgaret. 10 In cœlum uſque. 11 Per portas. 12 Ne Trojanos ſub priore religione, aut favore tueri poſſet. 13 Hoc dicit, ne læderent equum: quia plerique ſuadebant comburi. 14 Equum. 15 Sc. *cecinit.* 16 Excidii. 17 Calchantem hujus conſilii auctorem. 18 Effigies equi. 19 Aſiaticos, id eſt, Trojanos. Metonymia. 20 Græcos urbes bello tentaturam: à Pelope Tantali filio, qui nomen indidit Peloponneſo. 21 Nepotes. 22 De inducendo equo. 23 Et hi ſunt capti fraude. 24 Vi expreſſis à Sinone, non ſponte fluentibus. Sic. Ter. Eun. Act 1. Sc. 1. *Hac verba meherculè una falſa lacrumula, Quam oculos terendo miſerè vix vi expreſſerit, Reſtinguet.* 25 Nos Trojanos non domuit Græcorum virtus, ſed doli. Huic loco affinis eſt Ovidianus ex epiſtola Deïaniræ; *Quem non mille feræ, quem non Semeleius hoſtis, Non potuit Juno vincere, vicit amor.* 26 Theſſalus. *Lariſſa* Theſſaliæ opp. cujus in vicinia fuit Phthia Achillis patria. 27 Decennale bellum, quo à Græcis preſſi fuerant. 28 Hoc tempore, id eſt, paulò poſt. 29 Portentum. 30 Trojanis. 31 Cum tremore & timore excipiendum. 32 Quam illud prius. 33 Contra Deorum inſidias. 34 Commovet.

Lao-

*Laocoon, [1] ductus Neptuno ſorte ſacerdos,*
*[2] Solennes taurum ingentem [3] mactabat ad aras.*
*Ecce autem [4] gemini [5] à Tenedo [6] tranquilla per alta*
*(Horreſco referens) [7] immenſis orbibus angues*
*[8] Incumbunt pelago, pariterque ad [9] littora tendunt:*
*Pectora quorum inter fluctus arrecta, [10] jubæque*
*Sanguineæ exſuperant undas: [11] pars cætera [12] pontum*
*Ponè legit, [13] ſinuatque immenſa [14] volumine terga.*
*Fit [15] ſonitus ſpumante [16] ſalo: jamque arva tenebant;*
*Ardenteſque oculos [17] ſuffecti ſanguine, & igne,*
*[18] Sibila lambebant linguis [19] vibrantibus ora.*
*[20] Diffugimus viſu exſangues: illi [21] agmine certo*
*[22] Laocoonta [23] petunt: & primùm parva duorum*
*Corpora [24] natorum ſerpens amplexus uterque*
*[25] Implicat, & miſeros morſu [26] depaſcitur [27] artus.*
*Pòſt [28] ipſum auxilio [29] ſubeuntem, ac [30] tela ferentem*
*[31] Corripiunt, [32] ſpiriſque ligant ingentibus: & jam*
*[33] Bis medium amplexi, [33] bis collo ſquamea [34] circùm*
*Terga dati, [35] ſuperant capite, & cervicibus [36] altis.*
*Ille ſimul manibus [37] tendit divellere [38] nodos,*
*(Perfuſus [39] ſanie [40] vittas, atroque veneno)*
*Clamores ſimul horrendos ad [41] ſidera tollit:*
*[42] Quales mugitus, fugit cùm [43] ſaucius aram*
*Taurus, & [44] incertam excuſſit cervice ſecurim.*
*At gemini [45] lapſu [46] delubra ad ſumma dracones*

1 Erat quidem Apollinis ſacerdos; ſed quia alius certus Neptuni ſacris deerat, ille idem ſorte ductus Neptuno. 2 Anniverſario ſacrificio religioſas. 3 Mactando ſacrificabat. 4 Uno tempore nati. 5 Venientes. 6 Per mare tranquillum. 7 Habentes annulos valdè magnos. 8 Se toto conamine ingerunt mare. 9 Ubi Neptuno, Deo maris, ſacrificabatur. 10 Criſtæ ſanguinei coloris excedunt aquas, ita ut extra undas eminerent. 11 Anguium. 12 Mare à tergo molliter tranat. 13 Et in ſinus ſeu annulos collegit. 14 Involutione, 15 Aquarum ſc. ex celeri annatatu anguium. 16 Mari. 17 Infecti ſanguineo & igneo colore. 18 Sibilantia. 19 Micantibus, mobilibus: nullum enim animal tam celeriter linguam movet, ut triplicem habere videatur, cùm una ſit. 20 Nos id videntes, in diverſas partes fugimus morientes ſolo aſpectu. 21 Tractu, lapſu, impetu deliberato: ut, *Leni fluit* agmine *Tibris*. 22 Sacerdotem. 23 Hoſtiliter aggrediuntur. 24 Laocoontis. 25 Involvit ea. 26 Paſcendo abſumit. 27 Eorum, ſc. filiorum Laocoontis. 28 Laocoonte. 29 Natis. 30 Quibus angues feriat aut depellat, 31 Invadunt. 32 Annulis. 33 Anaphora. 34 Per circuitum. 35 Supereminent. 36 In altum erectus. 37 Conatur. 38 Spiras. 39 Corrupto ſanguine. 40 Quia ſacerdos. 41 Cœlum. 42 Clamores tales, quales mugitus taurus tollit, &c. 43 Vulneratus. 44 Dubiè incuſſam, nec, quam volebat, partem ferientem, ideòque certam tauro mortem non adferentem. 45 Celeri motu. 46 Templum Palladis, in arce Trojana.

Effu-

Digitized by Google

*Effugiunt,* [1] *ſævaque petunt* [2] *Tritonidis arcem:*
*Sub pedibuſque* [3] *Deæ,* [4] *clypeique ſub* [5] *orbe teguntur.*
*Tùm verò tremefacta novus per pectora cunctis*
[6] *Inſinuat pavor; &* [7] *ſcelus expendiſſe merentem*
*Laocoonta ferunt,* [8] *ſacrum qui* [9] *cuſpide robur*
[10] *Læſerit, &* [11] *tergo* [12] *ſceleratam* [13] *intorſerit haſtam.*
*Ducendum* [14] *ad ſedes ſimulacrum,* [15] *orandaque* [16] *Divæ*
*Numina,* [17] *conclamant.*
*Dividimus* [18] *muros, &* [19] *mœnia pandimus urbis.*
[20] *Accingunt omnes operi,* [21] *pedibuſque rotarum*
[22] *Subjiciunt lapſus, &* [23] *ſtuppea vincula* [24] *collo*
[25] *Intendunt: ſcandit* [26] *fatalis machina* [27] *muros,*
[28] *Fœta armis: circùm pueri, innuptæque puellæ*
[29] *Sacra canunt,* [30] *funemque manu contingere gaudent.*
*Illa* [31] *ſubit,* [32] *mediæque* [33] *minans illabitur urbi.*
*O patria, ô Divûm domus Ilium, &* [34] *inclyta bello*
*Mœnia Dardanidum, quater ipſo in* [35] *limine* [36] *portæ*
[37] *Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedêre.*
[38] *Inſtamus tamen* [39] *immemores, cæcique furore,*
*Et* [40] *monſtrum* [41] *infelix ſacratâ* [42] *ſiſtimus arce.*
[43] *Tunc etiam* [44] *fatis aperit* [45] *Caſſandra futuris*

1 Ulciſcentis munus ſuum à Laocoonte læſum. 2 Palladis, à Tritone, Africæ palude, ſic dictæ. Vide ſuprà. 3 Palladis. 4 Quem tenet. 5 Umbone. 6 Implicat ſe, in ſinum immittitur. 7 Impietatem commiſſam in vulnerando equo perſolviſſe. 8 Deæ deſtinatum. 9 Haſta. 10 Violare voluerit. 11 In tergum equi. 12 Quâ ipſe ſceleſtus abuſus eſt. 13 Impulerit. 14 Ad templum Palladis. 15 Supplicationibus placanda. 16 Palladis. 17 Concordes atque uno ore clamant. 18 Superpoſitos Scææ portæ: *murum* autem ambitum, *mœnia* munimen eſſe volunt. 19 Tranſitum per urbis mœnia facimus. 20 Præparant ſe ad opus, id eſt, ad equum introducendum. 21 Equi. 22 Rotulas, per quas facile labatur, id eſt, molliter promoveatur, ſubſternunt. 23 Funes ex ſtupâ contortos. 24 Equi. 25 Alligant ſc. ad protrahendum. 26 Exitialis. 27 Trojanos. 28 Gravida ſeu impleta armatis viris. Sic l. 1. *Loca* fœta *furentibus Auſtris.* Reſpicit autem hic illud: *Utrumque armato milite complent.* 29 Hymnos Deæ ſacratos. 30 Quo fatalis machina trahebatur. 31 Paulatim infertur. 32 In mediam urbem. 33 Nutans, ex motu caput concutiens, & ita quaſi exitum urbi extremum pollicens. Juvenalis 3. Sat. de plauſtris pinum vehentibus, *nutant altè, populoque minantur.* 34 Glorioſa & nobilia virtute bellica. Quia Trojani totam Myſiam ſuperârant. 35 Primo ingreſſu. 36 Scææ, in qua erat ſepulchrum Laomedontis. 37 Equus. 38 Inſtanter laboramus introducere equum. 39 Fraudis Græcorum. 40 Ob prodigioſæ magnitudinis molem. 41 Infelicitatem & exitium nobis adferens. 42 Conſtituimus. 43 Cùm ſæpe priùs idem feciſſet. 44 Loquendo ſc. de fatis futuris, id eſt, de excidio Trojano. 45 Priami filia & vates. Cui vaticinii munus dederat Apollo virginitatis libamen pactus: qua fraudatus fidem illi vera dicenti ſuſtulit.

Orà

1 Apollinis. 2 Templa. 3 In dicto feſto, id eſt, diem feſtum agimus. 4 Lauro & myrto. 5 Occidente Sole. Poſt introductum equum docet excidium Trojæ. 6 Dum omnes lætum diem agerent. 7 Præcipitatur à mari Ocea-

*Ora*, [1] *Dei juſſu, non unquam credita Teucris.*
*Nos* [2] *delubra Deûm miſeri, quibus ultimus eſſet*
*Ille dies*, [3] *feſtâ velamus* [4] *fronde per urbem.*
[5] *Vertitur* [6] *intereà cœlum, &* [7] *ruit Oceano nox,*
[8] *Involvens* [9] *umbrâ magnâ terramque, polumque,*
[10] *Myrmidonumque dolos:* [11] *fuſi per mœnia Teucri*
*Conticuêre:* [12] *ſopor* [13] *feſſos complectitur artus.*
*Et jam* [14] *Argiva Phalanx* [15] *inſtructis navibus* [16] *ibat*
*A* [17] *Tenedo,* [18] *tacita per* [19] *amica ſilentia Lunæ,*
[20] *Littora nota petens:* [21] *flammas cùm* [22] *regia puppis*
*Extulerat,* [23] *fatiſque Deûm defenſus iniquis,*
*Incluſos* [24] *utero Danaos, &* [25] *pinea* [26] *furtim*
*Laxat clauſtra Sinon. Illos* [27] *patefactus* [28] *ad auras*
*Reddit equus: lætique cavo ſe* [29] *robore* [30] *promunt*
[31] *Tiſandrus,* [32] *Stheneluſque duces, & dirus* [33] *Ulyſſes,*
[34] *Demiſſum* [35] *lapſi per funem, Athamaſque* [36] *Thoaſque,*

no. Noctis advenientis deſcriptio. 8 Occultans. 9 Caligine. 10 Græcorum. Synecd. 11 Proſtrati & recubantes paſſim. 12 Profundus ſomnus. 13 Ex labore introducendi equi. 14 Argivorum acies conſtans 8000. peditibus. Macedones *phalangem* vocant peditum ſtabile agmen, ubi vir viro, arma armis conſerta ſunt. 15 More militari. 16 Veniebat ad opprimendum Trojam ſomno vinoque ſepultam. 17 Inſula illa, in qua occultabantur. 18 Minime tùm quidem lucentis, ut Græcorum inſidiæ latere magis poſſent. Solventibus enim à Tenedo & Trojam appellentibus nondùm exorta erat luna, mox urbe capta lucebat. Elegans tranſlatio ab auribus ad oculos: nam ut ſilentio nil auditur: ita in tenebris nihil cernitur. An, lunam ſilentem pro nocte intempeſta intelligi placet, quia tunc omnia tacent? 19 Grata. 20 In quibus decennium ſtationem & caſtra habuerat. 21 Faces, ſignum ſolutarum è Tenedo navium, & advenientium ſociarum copiarum. Pro more navigationis nocturnæ, ubi puppis regia, *den Admirael*, præfert facem ſociæ claſſi, ut ſequatur ducem. An Sinoni datum intelligemus ſolutarum navium ſignum, uti opportune laxaret clauſtra equi? Sinon certe facem extuliſſe fertur: nec non Helena 6. Æn. 22 In qua rex erat. 23 Voluntatibus & prædeſtinationibus Deorum infeſtis Trojanis. 24 Equi. 25 Ex pino facta. 26 Secretò aperit. 27 Apertus. 28 In lucem edit, tanquam creditum ſeu depoſitum. Horat. Od. 3. l. 1. *Navis, quæ tibi creditum Debes Virgilium, finibus Atticis Reddas incolumem, precor.* Vel reddit in auras tanquam mater fœtum ſive partum. Sic terra cum fœnore dicitur reddere creditum ſibi ſemen. 29 Equo ligneo ſeu roboreo. Metonymia. 30 Proferunt. 31 Polynicis & Argiæ filius. 32 Capanei & Evadnes filius. 33 Laërtæ filius & Anticleæ. 34 Deorſum miſſum. Hinc conjicere licet altitudinem equi. 35 Deſcendentes. 36 Ætolorum dux.

Pe-

*[1] Pelideſque [2] Neoptolemus, [3] primuſque Machaon,*
*Et [4] Menelaus, & ipſe [5] doli fabricator [6] Epeus:*
*Invadunt [7] urbem, ſomno, vinoque [7] ſepultam.*
*Caduntur [8] vigiles; portiſque patentibus omnes*
*[9] Accipiunt ſocios, atque agmina [10] conſcia jungunt.*
*[11] Tempus erat, quo prima [12] quies mortalibus [13] ægris*
*Incipit, & [14] dono Divûm gratiſſima [15] ſerpit:*
*[16] In ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector*
*Viſus adeſſe mihi, largoſque effundere fletus,*
*[17] Raptatus bigis, [18] ut quondam, [19] aterque cruento*
*Pulvere, [20] perque pedes trajectus lora tumentes.*
*Hei mihi, [21] qualis erat! quantùm mutatus [22] ab illo*
*Hectore, qui redit [23] exuvias indutus Achillis,*
*[24] Vel Danaûm Phrygios jaculatus puppibus ignes!*
*[25] Squallentem barbam, & concretos ſanguine crines,*
*Vulneraque illa gerens, quæ [26] circum plurima muros*
*Accepit [27] patrios: [28] ultrò flens ipſe videbar*
*[29] Compellare virum, & [30] mœſtas [31] expromere voces.*

1 Pelei nepos, Achillis filius, ſc. Pyrrhus. Patronymicum ab avo. 2 *Novus miles* dictus, quod admodum adoleſcentulus primum tyrocinium in bello Trojano poſuit. 3 Princeps: vel *primus* arte medica. Machaon enim & Podalyrius, Æſculapii filii, propter peritiam medicæ artis ad hoc bellum vocati ſunt. 4 Atrei filius, frater Agamemnonis; propter quem bella gerebantur. 5 Equi doloſi opifex. 6 Panopei filius, Æaci pronepos. 7 Trojanos gravatos, obrutos. 8 Ab officio, non ab opere; quia non vigilantes, ſed vigilare debentes. 9 Reliquas Græcorum copias, è Tenedo profectas, in urbem accipiunt. 10 Quæ ventura eſſe certò ſciebant, ſocia, armis, inſignibus & teſſeris ſibi invicem nota, è Tenedo profecta. 11 Cùm urbem invaderent Græci. Deſcribit primam noctis partem, quam *Concubium* appellant. Docet autem Æneas, quomodo ab Hectore excitatus ſit, & ad fugam faciendam admonitus. 12 Quieta dormitio. 13 Imbecillibus; vel, diurno labore defeſſis. Georg. 1. *dua mortalibus ægris Munere conceſſa divum.* 14 Beneficio. 15 Molliter per membra diffunditur. 16 Dùm dormirem. 17 Frequenter tractus circum mœnia Trojana alligatus currui Achillis. Supra l. 1. *Ter circùm Iliacos raptaverat Hectora muros.* 18 Ut paulò antè raptus fuerat. 19 Perfuſus pulvere intermixto atro cruore. 20 Habens lora trajecta per pedes inflatos propter lora. 21 Hector tunc. 22 A ſpecie illius Hectoris. 23 Quas occiſo à ſe Patroclo, armis Achillis induto, detraxerat. *Exuviæ*, ab *exuendo* dictæ, ſunt ſpolia hoſtibus detracta: quæ ſi dux duci detrahat, *opima* dicuntur, quod fecit Hector. Vide quæ nos ad Flor. p. 130. Eodem nomine & animalium cæterorum tegmina dicuntur: ut 2. Georg. *Cùm poſitis novus* exuviis. 24 Vel cum jaculatus eſt ignes Trojanos in naves Græcorum, præcipuè Proteſilai, qui primus in littus Phrygium deſcendit, & interfectus eſt ab Hectore, ejuſque navis incenſa. 25 Immundam. 26 Cùm clauſis portis, ſolus extra urbem cum Græcis confligeret. 27 Patriæ ſuæ Trojæ. 28 Priuſquam me alloqueretur. 29 Alloqui. 30 Mœſtitiæ indices. 31 Proferre.

O lux

*O lux [1] Dardaniæ, ſpes ô fidiſſima Teucrûm!*
*Quæ tantæ tenuere moræ? quibus, Hector, ab [2] oris*
*[3] Exſpectate venis? ut te poſt multa tuorum*
*Funera, poſt varios hominumque urbiſque labores*
*Defeſſi aſpicimus? quæ cauſa [4] indigna ſerenos*
*Fœdavit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?*
*[5] Ille nihil; nec me quærentem vana moratur:*
*Sed graviter gemitus imo de pectore ducens,*
*Heu fuge, nate Deâ, teque his, ait, eripe flammis!*
*Hoſtis habet [6] muros: [7] ruit alto à culmine Troja.*
*Sat patriæ, Priamoque datum: ſi [8] Pergama [9] dextrâ*
*Defendi [10] poſſent, etiam [11] hac defenſa fuiſſent.*
*Sacra, ſuoſque [12] tibi commendat Troja [13] Penates.*
*Hos cape [14] fatorum comites: his [15] mœnia quære,*
*Magna, pererrato ſtatues quæ [16] denique [17] Ponto.*
*Sic [18] ait, & manibus [19] vittas, [20] Veſtamque potentem,*
*[21] Æternumque [22] adytis effert [23] penetralibus [21] ignem.*
*Diverſo intereà [24] miſcentur mœnia luctu:*
*Et magis atque magis (quanquam [25] ſecreta parentis*
*Anchiſæ domus, arboribuſque obtecta [25] receſſit)*
*[26] Clareſcunt ſonitus, [27] armorumque [27] ingruit horror.*
*Excutior ſomno, & ſummi [28] faſtigia tecti*

1 Trojæ. 2 Regionibus. 3 Diu deſiderate. 4 Viro forti. 5 Ille Hector nihil reſpondit mihi intempeſtivè hæc roganti: neque enim vacabat. 6 Urbem. Synecd. 7 Præceps cadit. 8 Mœnia Trojana. 9 Humano auxilio. 10 Potuiſſent. 11 Hac meâ dextrâ. Sed Æn. 11. *Hectoris Æneaque manu victoria Grajûm Hæſit.* 12 Tuæ fidei. 13 Deos domeſticos. Penates qui fuerint, vide ſupra l. 1. ad illud: *victoſque Penates.* 14 Rerum per fata tibi promiſſarum adjutorus. 15 Urbem, ſc. Lavinium, quod, partâ quiete & pace in Italia, conditurus erat. 16 Poſt ſeptem annorum errorem, & poſt atrox bellum cum Italicis hoſtibus geſtum. 17 Mari. Synec. 18 Hector. 19 Faſcias, velamina, pepla Deorum. 20 Cujus nomine ignis cultus & ἄσβεστος in ἑστίᾳ ſervatus, quæ religio à Perſis, quibus ignis pro Deo tanquam ſolis ſymbolum ad Græcos, inde ad Romanos fluxit. *Nec tu aliud Veſtam quam vivam intellige flammam.* Ovid. 6. Faſt. De Veſtâ igniſque inexſtincti ratione, vide quæ nos ad Sal. p. 60, 61. & 62. & Val. Max. p. 4. Flor. p. 19. Rom. Antiquit. l. 3. c. 19. 21 Perpetuo conſervandum, inexſtinctum. In æde Deæ Veſtæ ignis æternus ſervabatur: cui ſemper una ex virginibus Veſtalibus diligentiſſima cuſtos adhibebatur: quæ vigilando ſervaret, ne aliquo caſu exſtingueretur ignis. Qui ſi fortè per negligentiam fuiſſet exſtinctus, nequaquam alio ex igni reparare fas erat; ſed accenſa per fomites ex ſole flammâ, purus & cœleſtis ignis eliciebatur. 22 Sacrariis ſine aditu & acceſſu. 23 Penitùs intrabilibus à ſacerdote ſummo. 24 Confunduntur & perturbantur. 25 Longè poſita eſt in ſecreto loco, id eſt, longè abfuit. 26 Clariùs audivi incipiunt, increbeſcunt. 27 Increpat auribus meis horribilis armorum concuſſio. 28 Culmina.

*Aſcendo*

Digitized by Google

*Aſcenſu ſupero, atque* [1] *arrectis auribus aſto.*
[2] *In* [3] *ſegetem veluti cùm flamma furentibus Auſtris*
*Incidit, aut* [4] *rapidus* [5] *montano flumine torrens*
*Sternit agros, ſternit ſata* [6] *læta,* [7] *boumque labores,*
[8] *Præcipiteſque trahit ſylvas: ſtupet* [9] *inſcius alto*
*Accipiens ſonitum* [10] *ſaxi de vertice paſtor.*
*Tùm verò* [11] *manifeſta fides, Danaûmque* [12] *pateſcunt*
*Inſidiæ: jam* [13] *Deiphobi dedit* [14] *ampla ruinam,*
[15] *Vulcano* [16] *ſuperante, domus:* [17] *jam* [18] *proximus ardet*
*Ucalegon:* [19] *Sigæa igni freta* [20] *lata relucent.*
*Exoritur clamorque virûm, clangorque tubarum.*
*Arma amens capio, nec ſat rationis in armis:*
*Sed* [21] *glomerare manum bello, & concurrere in* [22] *arcem*
[23] *Cum ſociis* [24] *ardent animi: furor, iraque mentem*
[25] *Præcipitant, pulchrumque mori* [26] *ſuccurrit* [27] *in armis.*
*Ecce autem telis Panthus elapſus Achivûm,*
*Panthus* [28] *Otriades,* [29] *arcis Phœbique ſacerdos,*
*Sacra manu,* [30] *victoſque Deos, parvumque nepotem*
*Ipſe trahit, curſuque* [31] *amens ad littora tendit.*
*Quo res ſumma* [32] *loco,* [33] *Panthu?* [34] *quam prendimus arcem?*
*Vix ea fatus eram, gemitu cùm talia* [35] *reddit:*

1 Ad auſcultandum. *Arrigere* enim *aures* dicuntur, qui avidè auſcultant, aut exſpectant, quid dicendum ſit. Ducta Metaphora ab animantibus, quorum pleriſque mos eſt, ſiquando quid eminus audiant, *aures ſurrigere*, id quod cervis peculiare eſt. Ter. *Arrige aures, Pamphyle.* Contrarium hujus uſurpat. Hor. l. 1. Satyr. *Demitto auriculas, ut iniqua ſortis aſellus.* Vide quæ nos ad Ter. p. 88. 2 Et accipio ſonitum, velut cùm, &c. 3 Maturam ſc. 4 Omnia ſecum rapiens. 5 De monte defluente. 6 Fertilia, & agricolam ob ſpem amplæ meſſis lætificantia. 7 Fructus multi cultus & laboris. 8 Præcipitanter cum impetu detractas. 9 Neſcius unde talis ſonus generetur. 10 Rupis aut ſcopuli. 11 Fidelitas Græcorum, quæ nulla eſt, id eſt, perfidia Græcorum eſt manifeſta: vel, manifeſta veritas patuit. 12 Patefiunt. 13 Filii Priami, cui poſt Paridis mortem nupſit Helena: de quo plura 6. Æn. 14 Magnifica. 15 Igni. Metonym. 16 Vincente eam. 17 Cùm domus Deïphobi cecidiſſet. 18 Proxima illi domus Ucalegonis ardet. Ponit pro domo hominem. Metonym. 19 Mare Helleſponticum ſub Sigæo promontorio. 20 Late, propter magnitudinem incendi. 21 Conſerere manum ad bellum. 22 Ubi res ſacræ erant. 23 Quos illuc concurrere videbat. 24 Vehementer deſiderant. Metaphora. 25 Præcipitanter obruunt. Q. d. Non eſt mirum, me arma cepiſſe ſine ratione: nam furor, &c. 26 In mentem venit. 27 In ipſa pugna & bellico actu. 28 Otrei filius, ad diſtinctionem alterius, qui Euphorbi f. 29 Phœbi, ſumma etiam arce culti: vel, templi Palladis, quod erat in arce. 30 Qui cùm non tranſiiſſent evocati ad victores, comitabantur victos. 31 Sine mente & attonitus. 32 Statu. 33 Vocativus Græcus contractus. 34 Siquidem Minervæ arx, undè tu fugis, ab hoſte ſit occupata. 35 Reſpondit Panthus.

[1] *Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus*
*Dardaniæ:* [2] *fuimus Troës: fuit Ilium, & ingens*
*Gloria Teucrorum:* [3] *ferus* [4] *omnia Juppiter Argos*
*Tranſtulit: incenſâ* [5] *Danai dominantur in urbe.*
*Arduus armatos* [6] *mediis in mœnibus aſtans*
7 *Fundit equus,* [8] *victorque Sinon incendia* 9 *miſcet*
*Inſultans: portis alii* [10] *bipatentibus adſunt,*
[11] *Millia quot magnis nunquam venêre Mycenis.*
*Obſedêre alii telis* [12] *anguſta viarum*
[13] *Oppoſiti: ſtat* [14] *ferri acies mucrone coruſco*
[15] *Stricta, parata* [16] *neci: vix primi prælia tentant*
*Portarum vigiles, &* [17] *cæco Marte reſiſtunt.*
*Talibus* [18] *Otriadæ dictis, &* [19] *numine Divûm.*
*In flammas, & in arma* [20] *feror: quò triſtis* [21] *Erynnis,*
*Quò fremitus vocat, & ſublatus ad æthera clamor.*
*Addunt ſe ſocios Ripheus, & maximus* [22] *armis*
*Iphitus, oblati* [23] *per Lunam, Hypaniſque, Dymaſque,*
*Et lateri* [24] *agglomerant noſtro; juveniſque* [25] *Chorœbus*
[26] *Mygdonides;* [27] *illis qui ad Trojam forte* [27] *diebus*
*Venerat,* [28] *inſano* [29] *Caſſandræ incenſus amore:*

1 Rogas, Ænea, quo loco ſit res *ſumma?* nullo: venit ultima aut noviſſima dies regni Trojani & exitium irremediabile & inevitabile. *Quis fons, quis torrens,* inquit Macrob. l. 5. c. 1. *quod mare tot fluctibus, quot hic verbis inundavit?* Non ultrà ſumus, & miſerum eſt fuiſſe.

2 Perditas ac deploratas Trojanorum res indicat, ἦμεν Τρῶες. Hic loquendi modus in proverbium abiit, ubi periiſſe quempiam ſignificamus. 3 Sævus in Trojanos. 4 Fortunam, opes, imperium à nobis ad Græcos victores. 5 Græci, qui à Danao, Ægypti fratre, *Danai* appellati ſunt. 6 Ubi fuerat arx. 7 Abundè emittit. Perſiſtit in Metaphora uteri armatis gravidi, & jam parientis. 8 Voti compos. 9 Mixtim facit ſine diſcrimine. 10 Utrimque patentibus, ſeu januæ portæ, quæ binis foribus diſcluditur. 11 Tot millia aliorum adſunt, quot nunquam, &c. 12 Anguſtias viarum, id eſt, angiportus. Sic, *Strata viarum.* 13 Illis, qui ad defenſionem forte occurrere tentarent. 14 Ferrata acies. Hendiadys. 15 Evaginata, nudata, id eſt, ſtrictis gladiis. 16 Ad necandum. 17 Confuſo in tenebris, nocturno prælio ſeu pugna, Metonym. 18 Panthi Otrei filii. 19 Furore itaque divinitùs immiſſo. 20 Trahor. 21 Impatientia animi me ad vindicandam patriam trahit. Alioqui *Erinnys* eſt una Furiarum infernalium: ita dicta, ἀπὸ τοῦ ἔρ'ρ'ειν τὸν νοῦν, id eſt, *à corrumpenda mente.* 22 Al. *annis:* quia infra, *Iphitus ævo Jam gravior.* 23 Occupata enim jam urbe, Luna oriebatur, quæ, Græcis è Tenedo caſtra moventibus, nondùm exorta, ſilebat, ut ſupra cecinit: *Tacita per amica ſilentia Lunæ.* 24 Sc. *ſe*, id eſt, aſſociantur. 25 Hic Chorœbus proverbio locum fecit, *Stultior Chorœbo.* Tam ſtultus enim fuiſſe dicitur; ut maris undas numerare conatus ſit; ſed cùm non potuiſſet ultra quinque proſequi, ſtupidus deinde ſemper habitus eſt. 26 Mygdonis filius. 27 Paulò antè. 28 Valde magno. 29 Filiæ Priami, & vatis, ut ſupra diximus.

Et

*Et [1] gener auxilium Priamo, Phrygibuſque ferebat:*
*Infelix, [2] qui non [3] ſponſæ præcepta [4] furentis*
*[5] Audierat.*
*Quos ubi [6] confertos audere in prælia vidi,*
*Incipio [7] ſuper his. Juvenes, [8] fortiſſima fruſtrà*
*Pectora (ſi vobis [9] audentem [10] extrema cupido eſt*
*Certa ſequi: quæ ſit rebus fortuna, videtis.*
*[11] Exceſſêre omnes, [12] adytis ariſque relictis,*
*Dii, [13] quibus imperium hoc ſteterat) ſuccurritis urbi*
*Incenſæ: [14] moriamur, & in media arma ruamus.*
Una ſalus victis, [15] nullam ſperare ſalutem.
*[16] Sic animis juvenum furor additus. [17] Indè [18] lupi ceu*
*Raptores [19] atrâ in nebulâ, quos [20] improba [21] ventris*
*[22] Exegit [23] cæcos [21] rabies, [24] catulique relicti,*
*Faucibus exſpectant [25] ſiccis; [26] per tela, per hoſtes*
*Vadimus [27] haud dubiam in mortem, mediæque tenemus*
*Urbis iter: nox [28] atra [29] cavâ circumvolat umbrâ.*
*Quis cladem illius noctis, quis funera fando*
*[30] Explicet? aut poſſit [31] lachrymis æquare labores?*
*Urbs [32] antiqua ruit, [33] multos dominata per annos,*
*Plurima perque vias ſternuntur [34] inertia [35] paſſim*
*Corpora, perque domus, & relligioſa Deorum*
*Limina: nec ſoli pœnas dant ſanguine Teucri:*

1 Tanquam gener eſſet. 2 Quod, ut pote qui. 3 Caſſandræ. 4 Vaticinantis, adeoque præcipientis ut in patriam rediret, eò quod Troja peritura eſſet. 5 Obediendo perfecerat. 6 Agglomeratos, inſtructos. 7 Inſuper his verbis ſequentibus. 8 Fortiſſima pectora, fruſtrà contenditis ſuccurrere urbi jam incenſæ. 9 Sc. me. 10 Summa pericula mortis. 11 Dii Tutelares, ſi non elicio carmine evocati ad hoſtes tranſierint, certe urbe in hoſtium poteſtatem redactâ, jam exceſsêre. Vide Macrob. l. 3. Sat. c. 9. 12 Sacrariis arcanis. 13 Qui autores & conſervatores imperii noſtri fuerant. 14 Irruamus in hoſtes armatos morituri. Hyſt. prot. 15 Sic ut deſperantes de ſalute, & certi de morte, audaciſſimè irruamus in hoſtes. Apud Juſtinum legimus, Locrenſes, cum Crotonienſibus pugnantes, nulli alia cauſa viciſſe, quam quòd anteà ob ſuorum paucitatem deſperaſſent. 16 Per talem cohortationem meam. 17 Deindè nos vadimus, &c. 18 Sicut lupi vadunt prædatores. 19 Obſcurâ. 20 Inducens ad dira facinora. 21 Fames. 22 Extra latebras ſuas expulit ad prædam. 23 Excæcatos, vel cujuſcunque periculi ſecuros. 24 Sc. & quos. 25 Sitibundis aut eſurientibus. 26 Per tela hoſtilia. Hendiadys. 27 Certam. 28 Tenebroſa. 29 Obſcura. Omne enim concavum eſt obſcurum. 30 Explicare poſſet. 31 Lacrymas æquare laboribus, id eſt, miſeriis illius noctis. 32 Nobilis. 33 Quæ regnavit per bis mille & quingentos annos. 34 Inertium, nullam virtutum bellicam habentium, ut ſenum, fœminarum. 35 Quaſi per ſingulos paſſus.

[1] Quondam etiam victis redit in [2] præcordia virtus,
[3] *Victoreſque cadunt Danai: crudelis ubique*
*Luctus, ubique pavor, &* [4] *plurima mortis* [5] *imago.*
*Primus ſe Danaûm, magnâ comitante* [6] *catervâ.*
*Androgeos offert nobis,* [7] *ſocia agmina* [8] *credens:*
*Inſcius, atque ultrò verbis* [9] *compellat amicis:*
[10] *Feſtinate viri: nam quæ tam* [11] *ſera moratur*
*Segnities? alii* [12] *rapiunt incenſa,* [13] *feruntque*
[14] *Pergama: vos celſis nunc primùm à navibus* [15] *itis?*
[16] *Dixit: &* [17] *extemplo (neque enim reſponſa dabantur*
[18] *Fida ſatis) ſenſit medios* [19] *delapſus in* [20] *hoſtes.*
*Obſtupuit, retroque pedem cum voce repreſſit.*
*Improviſum* [21] *aſpris veluti qui* [22] *ſentibus anguem*
*Preſſit* [23] *humi nitens, trepiduſque repente* [24] *refugit*
*Attollentem iras, & cærula colla tumentem:*
[25] *Haud ſecùs Androgeos* [26] *viſu tremefactus* [27] *abibat,*
[28] *Irruimus, denſis &* [29] *circumfundimur* [30] *armis:*
*Ignaroſque loci paſſim, & formidine captos*
*Sternimus:* [31] *aſpirat primo fortuna* [32] *labori,*
*Atque hîc exultans ſucceſſu, animiſque Chorœbus;*
*O ſocii, quâ prima, inquit, fortuna ſalutis*
*Monſtrat iter, quâque oſtendit ſe* [33] *dextra, ſequamur.*
*Mutemus clypeos,* [34] *Danaûmque* [35] *inſignia nobis*
*Aptemus:* dolus, an virtus, quis [36] in hoſte requirat?
[37] *Arma dabunt* [38] *ipſi: ſic fatus, deinde* [39] *comantem*

1 Aliquando, interdum, id eſt, viciſſim vincunt & vincuntur Trojani. Horat. Od. 10. l. 2. *non ſi male nunc, & olim. Sic erit: quondam cithara tacentem Suſcitat Muſam, neque ſemper arcum Tendit Apollo.* 2 Corda, quæ fortitudinis ſedes. *Præcordia* propriè ſunt membranæ, quæ exta ſeparant ab inferiore viſcerum parte: ita dicta, quòd cordi *prætenduntur.*

3 Qui erant de exercitu victorum. 4 *Mille ſimul lethi facies.* Sil. 4. 5 Varia mortis genera ſignificat. 6 Agmine Græcorum. 7 Sociorum. 8 Sc. *agmina noſtra eſſe.* 9 Alloquitur. 10 Diripere urbem. 11 Tarda. 12 Diripiunt. 13 Aſportant. 14 Trojam: Trojanas opes ab incendio ereptas. 15 Venitis. 16 Androgeos. 17 Illico. 18 Quibus confidere poſſet. 19 Helleniſmus, delapſum. 20 Trojanos. 21 Aſperis. Syncope. 22 In ſentibus ſeu ſpinis. 23 Per terram pedem figens ſive incedens. 24 Anguem. 25 Applicatio ſimilitudinis. 26 Dùm nos videret hoſtes. 27 Abire parabat. 28 Incurrimus in Androgeum. 29 Circumcingimur. 30 Catervæ eum comitantis. 31 Favet: undè & favor *aura* dicitur; ut illud: Gaudent popularibus auris. Ovid. 1. Met. *Dii cœptis* Aſpirate *meis.* 32 Noſtro. 33 Virtus noſtra bellica. 34 Græcorum jam interfectorum. 35 Clypeis inſculpta: ſubjicitur enim, *Clypeique inſigne decorum.* 36 In facto quod fit contra hoſtem. 37 Contra ſc. 38 Græci. 39 Criſtas ſeu comas habentem.

*An-*

*Androgei galeam, 1 clypeique inſigne 2 decorum*
*Induitur, laterique 3 Argivum accommodat enſem.*
*4 Hoc Ripheus, hoc ipſe Dymas, omniſque juventus*
*Læta facit: 5 ſpoliis ſe quiſque 5 recentibus armat.*
*6 Vadimus immiſti Danais, 7 haud numine noſtro,*
*Multaque per 8 cæcam congreſſi prælia noctem*
*9 Conſerimus; multos Danaûm demittimus 10 Orco.*
*Diffugiunt alii ad naves, & littora curſu*
*11 Fida petunt: pars ingentem formidine turpi*
*Scandunt 12 rurſus equum, & 13 notâ conduntur in alvo.*
Heu, nihil invitis fas quenquam fidere Divis!
*Ecce, trahebatur 14 paſſis 15 Priameïa virgo*
*Crinibus 16 à templo Caſſandra, 17 adytiſque Minervæ.*
*Ad cælum 18 tendens ardentia lumina 19 fruſtra;*
*20 Lumina: nam teneras 21 arcebant vincula 22 palmas.*
*Non 23 tulit hanc 24 ſpeciem furiata mente 25 Chorœbus;*
*Et ſeſe medium injecit 26 moriturus in 27 agmen.*
*28 Conſequimur cuncti, & 29 denſis incurrimus 29 armis.*
*Hîc primùm ex alto 30 delubri culmine telis*
*31 Noſtrorum obruimur, oriturque miſerrima cædes*
*Armorum 32 facie, & 33 Grajarum errore 33 jubarum.*

1 Id eſt clypeum induitur. 2 Ornamentum, ſignum. Pugnantes ferunt ſigna, ut cognoſcantur. In clypeis Græcorum, erat Neptunus: in Trojanorum ſcutis, Minerva. 3 Græcum. 4 Accommodat ſibi arma Græcorum. 5 Armis, quibus recenter hoſtem ſpoliaverat. 6 *Se quoque principibus permiſtum agnovit Achivis.* l. 1. 7 Alienis Auſpiciis, Græcorum ſcilicet, quorum in armis pro Græcis habiti: vel adverſo, non favente nutu ſeu voluntate Deorum: quia non ferebamus Minervam, noſtrum numen, in clypeis. 8 Tenebroſam. 9 Conſerendo manus conficimus. 10 Neci, ad infernum. *Orcus* inferorum eſt fluvius, à Styge palude defluens: ab ὅρκος, quod eſt *juramentum*. Nam Dii per illum fluvium & per Stygem paludem jurare ſolebant. 11 Sc. *ſibi*, id eſt, in quibus plus, quàm in armis, confidebant. 12 Denuò. 13 In quâ prius fuerant occulti. 14 Diffuſis, ſparſis per collum: à *pando pandis*. 15 Caſſandra Priami filia. 16 Quò ſupplex confugerat in ſummo diſcrimine Caſſandra, Chorœbo deſponſata, Ilio capto ab Ajace Oïlei vitiata, in prædæ diviſione Agamemnoni ceſſit: cum ipſo à Clytemneſtra in convivio trucidata. 17 Penitioribus locis. 18 Extendens oculos micantes ob iram. 19 Quia Dii non miſerabantur ejus. 20 Anaphora. 21 Continebant, ſtringebant ne extenderentur. 22 Manus. 23 Perpeſſus eſt. 24 Virginis tam meſerabiliter tractatæ. 25 Procus aut ſponſus ejus. 26 Certus mori. 27 Cœtum hoſtium. 28 Chorœbum. 29 In denſa arma hoſtium. 30 Templi, unde trahebatur virgo. 31 Amicorum, id eſt, Con-Trojanorum. 32 Simulata ſpecie armorum Græcorum, quibus induti eramus. 33 Criſtarum, quæ in clypeis Græcorum erant. *Jubæ* ſunt proprie leonum, equorum, & ſimilium à collo dependentes crines.



Digitized by Google

*Tum Danai gemitu, atque [1] ereptæ virginis irâ,*
*Undique collecti [2] invadunt: acerrimus [3] Ajax,*
*Et [4] gemini Atridæ, [5] Dolopumque exercitus omnis.*
*[6] Adverſi rupto [7] ceu [8] quondam [9] turbine venti*
*Confligunt, Zephyruſque, Notuſque, & lætus [10] Eois*
*Eurus [11] equis: ſtridunt ſylvæ; ſævitque [12] tridenti*
*Spumeus, atque imo [12] Nereus [13] ciet æquora fundo.*
*[14] Illi etiam, ſi quos obſcurâ nocte per umbram*
*[15] Fudimus inſidiis, totâque agitavimus urbe,*
*Apparent: primi clypeos, [16] mentitaque tela*
*Agnoſcunt, atque ora [17] ſono diſcordia [18] ſignant.*
*[19] Ilicet obruimur [20] numero: primuſque Chorœbus*
*Peneleî dextra, [21] Divæ [22] armipotentis ad aram,*
*Procumbit: cadit & Ripheus, juſtiſſimus [23] unus,*
*Qui fuit in Teucris, & [24] ſervantiſſimus æqui.*
*Diis [25] aliter viſum: pereunt Hypaniſque, Dymaſque,*
*Confixi à ſociis: nec te tua plurima, Panthu,*
*Labentem pietas, [26] nec Apollinis infula texit.*
*[27] Iliaci cineres, & flamma [28] extrema meorum,*
*Teſtor, in occaſu veſtro, nec tela, nec ullas*
*Vitaviſſe [29] vices Danaûm: &, [30] ſi fata fuiſſent,*
*Ut caderem, [31] meruiſſe manu: [32] divellimur indè*
*Iphitus, & Pelias [33] mecum: quorum [34] Iphitus [35] ævo*
*Jam gravior, Pelias [36] & vulnere tardus [37] Ulyſſî.*

1 Quam Chorœbus eripuerat. 2 Nos. 3 Oilei f. namque Telamonius ante excidium Trojanum ſibi necem conſciverat. 4 Duo Atrei filii, Agamemnon & Menelaus. 5 Quorum dux erat, Pyrrhus. 6 Ex adverſo concitati. 7 Veluti. 8 Aliquando: ut, Quondam *etiam victis redit* in præcordia virtus. 9 Globo ventorum. 10 Orientalibus: nam ab ortu ſpirat. 11 Quibus advehi fingitur. 12 Ponitur pro Neptuno; Deus maris pro Deo maris: namque Neptuni proprius eſt tridens. 13 Concitat aquas maris. 14 Qui erant cum Androgeo. 15 Disjunximus. 16 Simulata, quæ nos Græcos eſſe mentiebantur. 17 Linguæ Græcæ. 18 Notant. 19 Præcipuè illic, confeſtim. 20 Multitudine ingruentium. 21 Palladis. 22 In cujus manu bella ſunt & victoriæ. 23 Solus: vel, unus juſtiſſimorum. 24 Obſervantiſſimus æquitatis aut juſtitiæ. 25 Quia viſum, ut moreretur, & ſic ſuperiores fiant ſcelerati & pereant immeriti: & eſt indignatio. Nam Ripheus erat dignus vitâ propter æquitatem. 26 Neque te protexit religio, ratio-ve habita eſt ſacerdotii, cujus inſigne infula Apollinis, quam gerebas. Velamentum ſc. capitis ſacerdotalis, vittas habens laneas, albas coccineis intextas, utrimque dependentes. 27 Trojani. 28 Quæ extremo loco meos abſumpſiſti. 29 Pugnas aut ictus, ut paterer vulnera & cædem à Danais, non ſegnius atque ipſe iis inferebam. 30 Si Deorum voluntas ita ordinaſſet & voluiſſet, ut occiderer. 31 Pugnaſſe, id eſt, tantam ſtragem dediſſe manu meâ, ut Dii viſi eſſent mihi paria feciſſe, ſi percuti me quoque juſſiſſent. 32 Ex ea pugna ſeu ab eo loco inviti ſeparamur. 33 Sc. *divelluntur*. 34 Sc. *erat* Epanodos ſeu Regreſſio. 35 Ætate gravior, id eſt, ſenior. 36 Etiam vulnere, non ſenectute. 37 Ab Ulyſſe illato.



Digitized by Google

Protinùs ad [1] ſedes Priami [2] clamore [3] vocati.
[4] Hîc verò ingentem [5] pugnam, [6] ceu cætera nuſquam
Bella forent, nulli totâ morerentur in urbe:
Sic [7] Martem indomitum, Danaoſque ad tecta ruentes
Cernimus, [8] obſeſſumque [9] actâ teſtudine [10] limen.
[11] Hærent parietibus ſcalæ, [12] poſteſque ſub ipſos
Nituntur gradibus, clypeoſque [13] ad tela ſiniſtris
Protecti [14] objiciunt; [15] prenſant faſtigia dextris.
Dardanidæ contrà, [16] turres, ac [17] tecta domorum
Culmina convellunt (his ſe, quando [18] ultima cernunt,
[19] Extremâ jam in morte parant defendere telis)
[20] Auratasque trabes, veterum [21] decora alta parentum
[22] Devolvunt: alii ſtrictis [23] mucronibus imas
[24] Obſedêre fores: [25] has ſervant agmine [26] denſo.
[27] Inſtaurati [28] animi [29] regis ſuccurrere tectis:
[30] Auxilioque levare [31] viros, [32] vimque addere victis.
[33] Limen erat, [34] cæcæque fores, & pervius uſus
[35] Tectorum [36] inter ſe Priami, poſteſque [37] relicti
A tergo: [38] infelix quâ ſe, cùm [39] regna manebant,
Sæpiùs [40] Andromache ferre [41] incomitata ſolebat
Ad [42] ſoceros, & [43] avo puerū [44] Aſtyanacta [45] trahebat.

1 Regiam. 2 Expugnantium defendentiumque arcem 3 Sc. ſumus. 4 In hac regiâ Priami. 5 Sc. cernimus. 6 Veluti in nulla alia urbis parte pugnaretur à cæteris, quam in regia Priami. 7 Impetum belli ab indomitis fieri. 8 A Græcis. 9 Protectione ſive connexione ex ſcutis contra tela & lapides facta in morem teſtudinis. *Teſtudo* enim dicebatur congregata militum multitudo conſertis ſcutis tecta adverſus impetum lapidum, aliorumque telorum deſuper incidentium. 10 Fores aut portam regiæ. Synecdoche. 11 Affixæ ſunt. 12 Tendentes ab inferiore parte ad ipſos poſtes. 13 Contra. 14 Græci. 15 Et prendere frequenter tentant ſummitatem murorum. 16 Materiam turrium. 17 Summitates domorum tectas tegulis abſtrahunt. 18 Excidium. 19 Quàm proximè imminente. 20 Auro obductas. 21 Ornamenta ſuperba majorum & priſcorum regum Trojanorum. 22 Deorsùm volvunt in hoſtes aſcendentes. 23 Enſibus acutis. 24 Ne, ruptis illis, irruerent Danai. 25 Imas fores. 26 Densè conſtructo adversùs irrupturos. 27 In ſtatum priſtinum reducti ſunt. 28 Noſtri. 29 Ad ſuccurrendum tectis regiæ aut aulæ Priami. 30 Noſtro. 31 Viriliter reſiſtentes. 32 Vires. 33 Introitus per poſteriores fores. 34 Secretæ & paucis notæ, aut ab hoſtibus non viſæ. 35 Domorum. 36 Ut ab alterâ in alteram tranſire liceret. 37 Erant ſegregati à regia & domicilio ipſius regis. 38 Propter mortem Hectoris. 39 Priami. 40 Uxor Hectoris. 41 Sine ullis pediſſequis. 42 Priamum & Hecubam, ſocerum & ſocrum Andromaches. 43 Ad avum ejus Priamum. 44 Filium ſuum & Hectoris, q. urbis principem, ἄστεος ἄνακτα: dictum & Scamandrium, ab aliis Neſem. Tradunt ſcriptores hunc à Græcis, capta Troja, è muro, aut è turri præcipitem datum fuiſſe. 45 Trahendo ducebat.

[1] *Evado ad ſummi faſtigia [2] culminis; undè*
*Tela manu miſeri jactabant [3] irrita Teucri.*
*Turrim in [4] præcipiti ſtantem, ſummiſque [5] ſub aſtra*
*Eductam tectis, undè omnis Troja videri,*
*Et Danaûm [6] ſolita naves, & Achaica caſtra,*
*Aggreſſi [7] ferro circùm, [8] quâ ſumma labantes*
*Juncturas tabulata dabant, [9] convellimus altis*
*Sedibus, [10] impulimuſque: ea [11] lapſa repentè [12] ruinam*
*Cum ſonitu trahit, & Danaûm ſuper agmina latè*
*Incidit: aſt [13] alii ſubeunt: nec [14] ſaxa, nec ullum*
*Telorum [15] intereà ceſſat genus.*
[16] *Veſtibulum ante ipſum, primoque in limine [17] Pyrrhus*
*Exultat telis, & [18] luce coruſcus [18] ahenâ.*
[19] *Qualis [20] ubi in lucem coluber, [21] mala gramina paſtus,*
*Frigida ſub terrâ [22] tumidum quem [23] bruma tegebat.*
[24] *Nunc poſitis novus exuviis, nitiduſque [25] juventâ,*
*Lubrica [26] convolvit [27] ſublato pectore terga,*
[28] *Arduus ad ſolem, & [29] linguis [30] micat ore [29] triſulcis.*
*Unà ingens Periphas, & [31] equorum agitator Achillis,*
*Armiger Automedon: unà omnis [32] Scyria pubes*
*Succedunt tecto, & flammas ad [33] culmina jactant.*
*Ipſe inter primos correptâ dura [34] bipenni*
*Limina perrumpit, poſteſque [35] à cardine vellit*
*Æratos: jamque exciſa trabe, [36] firma [37] cavavit*

1 Per hunc parvum aditum è mediis hoſtibus pervenio. 2 Tecti. 3 Nihil profutura, cùm arx defendi nequiret. 4 Loco altò, undè quis præceps dari poſſet. 5 Fere uſque ad aſtra. Hyperbole eſt. 6 Sc. *erant*. Zeugma. 7 Inſtrumentis ferreis. 8 Ab eâ parte, quâ ſummæ connexiones tabularum invalidiores & faciliores ad labendum erant.

9 Simul divellimus juncturis, quæ in alto erant. 10 In hoſtes. 11 Diſſoluta. 12 Caſum. 13 Danai ſubintrant locum & munus oppreſſorum. 14 Zeugma. 15 Dùm ſic alii ſubirent. 16 Introitum regiæ. 17 Achillis fil. ex Deidamia, Lycomedis filia. 18 Fulgore armorum æreorum. 19 Sc. *exultat*. 20 Ad lucem & ſolem egreſſus. 21 Pernicioſis ſeu venenatis herbis. 22 Inflatum veneno. 23 Hyems. 24 Et qui nunc innovatus vetere pelle depoſitâ. 25 Pelle novâ, qualem habuit in juventâ. 26 Complicat. 27 Erecto. 28 Erectus. 29 In tres ſulcos fiſſis, id eſt, linguâ, quæ ob celerem motum triplex videtur, id eſt, nunc exſerit, nunc inſerit linguam, ſicut micantes nunc erigunt, nunc deprimunt digitos. 30 Per vices ſine ordine movetur. 31 Auriga. 32 Juventus, quæ ex Scyro inſulâ cum Pyrrho venerat: erat enim Pyrrhus filius Deidamiæ, filiæ Lycomedis, regis Scyriæ: in cujus domo inter puellas latuit Achilles. 33 Summitatem tectorum. 34 Securi utrimque habente aciem. 35 Ab angulo, ubi eſt quaſi cor januæ, dimovet. 36 Fortia. 37 Perforavit.

Robora, & ingentem lato dedit ore [1] feneſtram.
[2] Apparet [3] domus intùs, & atria longa [4] pateſcunt:
Apparent Priami, & veterum [5] penetralia [6] regum;
[7] Armatóſque vident ſtantes in limine primo.
At [8] domus interior gemitu, miſeroque [9] tumultu
Miſcetur: penitùſque [10] cavæ [11] plangoribus [10] ædes
Fœmineis [12] ululant: ferit [13] aurea ſidera clamor.
Tùm pavidæ tectis matres ingentibus [14] errant,
Amplexæque [15] tenent [16] poſtes, atque oſcula figunt:
Inſtat [17] vi patriâ Pyrrhus: nec clauſtra, nec ipſi
Cuſtodes [18] ſufferre valent: labat [19] ariete crebro
Janua, & emoti procumbunt [20] cardine poſtes.
Fit [21] via vi: [22] rumpunt aditus, [23] primoſque trucidant
Immiſſi Danai, & latè loca [24] milite complent.
Non [25] ſic, aggeribus ruptis, cùm ſpumeus amnis
[26] Exiit, oppoſitaſque evicit [27] gurgite [28] moles,
Fertur in arva furens [29] cumulo, campoſque per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit: vidi ipſe furentem
Cæde [30] Neoptolemum, geminoſque in limine [31] Atridas:
Vidi [32] Hecubam, [33] centumque nurus, Priamumque [34] per aras
[35] Sanguine [36] fœdantem, [37] quos ipſe ſacraverat, ignes.
Quinquaginta [38] illi [39] thalami, ſpes tanta nepotum,

1 Aperturam in medio forium in ſimilitudinem feneſtræ habentium latum hiatum. 2 Conſpicitur. 3 Regia. 4 Patere incipiunt hoſtibus. 5 Domorum ſecreta. 6 Trojanorum. 7 Defenſores regiæ, quos mox *cuſtodes* vocat. 8 Ubi fœminæ & infantes erant. 9 Strepitu, perturbatione. 10 Camerata tecta. 11 Immoderato fletu cum corporis agitatione. 12 Lugubrem vocem edunt. 13 Pulchra, micantia ſydera, Hyperbolica locutio. 14 Diſcurrunt. 15 Eos. 16 Quos religione ſacros & ſibi familiares, extremo amplexu, oſculo & vale dicto ſalutant. 17 Inſolentia paterna, quâ pater ejus Achilles in tali ſucceſſu inſtare ſolebat: ut, *Pyrrhus Achilleides animoſus imagine patris.* 18 Vim ejus ſuſtinere poſſunt. 19 Trabe ingenti ferro præmunitâ, cornutâ fronte in morem arietis (quæ à multitudine retrò acta ad majorem impetum, deinde emiſſa propellebatur ad quaſſanda, labefactanda, diruendaque mœnia) frequenter impulſa. 20 Ex loco, in quo fixi erant. 21 Tranſitus invitis Trojanis. 22 Rumpendo obſtacula faciunt acceſſus. 23 Quos primos offendunt obſtantes. 24 Militibus, id eſt, agminatim irrumpunt. 25 Tam violenter, ut Græci ferebantur in aulam Priami. 26 Alveum ſuum. 27 Impetu aquarum. 28 Aggeres. 29 Impetu multo aquarum. 30 Pyrrhum novum militem obvios quoſque trucidantem. 31 Agamemnonem & Menelaum. 32 Priami uxorem. 33 Quinquaginta filiorum uxores, natas totidem, vel *centum*, id eſt, plurimas: ut ſit numerus finitus pro infinito. 34 Super aras, quæ miſeris in periculis aſyli ſeu confugii erant locus. 35 Sacrificiorum. 36 Imbuentem, cruentantem. 37 Quos ipſe pervigiles ſacraverat in arâ Jovis Hercei. 38 In damnum illius. 39 Cubicula, ubi nurus cum maritis cubabant.



Digitized by Google

*[1] Barbarico poſtes auro, [2] ſpoliiſque [3] ſuperbi*
*Procubuêre: [4] tenent Danai, quâ [5] deficit ignis.* 505
*[6] Forſitan, & Priami fuerint quæ fata, requiras.*
*[7] Urbis ubi [8] captæ [9] caſum, [10] convulſaque vidit*
*Limina tectorum, & [11] medium in penetralibus hoſtem:*
*Arma diu ſenior deſueta trementibus [12] ævo* 509
*Circumdat nequicquam humeris, & [13] inutile ferrum*
*Cingitur, ac denſos fertur moriturus in hoſtes.*
*Ædibus in mediis, [14] nudoque ſub ætheris axe*
*Ingens ara fuit, [15] juxtàque veterrima laurus*
*[16] Incumbens aræ, atque umbrâ complexa [17] Penates.* 514
*[18] Hîc Hecuba, & natæ [19] nequicquam altaria [20] circum,*
*[21] Præcipites [22] atrâ ceu tempeſtate [23] columbæ,*
*[24] Condenſæ, & [25] Divûm amplexæ ſimulacra tenebant.*
*Ipſum autem ſumptis Priamum juvenilibus armis*
*[26] Ut vidit: Quæ mens tam [27] dira, miſerrime conjux,*
*Impulit [28] his [29] cingi [28] telis? aut quò ruis? inquit.*
*Non [30] tali auxilio, nec defenſoribus [31] iſtis* 521
*[32] Tempus eget: [33] non, ſi ipſe [34] meus nunc afforet Hector,*
*[35] Huc tandem concede; [36] hæc ara tuebitur omnes;*
*Aut moriêre ſimul: ſic [37] ore effata, recepit*
*Ad ſeſe, & [38] ſacrâ [39] longævum in ſede locavit.* 525
*Ecce autem elapſus [40] Pyrrhi de cæde Polites,*
*Unus natorum Priami, [41] per tela, per hoſtes,*
*Porticibus longis fugit, & [42] vacua atria [43] luſtrat*

1 Phrygio ſeu Aſiatico: ſed Græcis cæteræ omnes gentes habitæ barbaræ. 2 Barbarorum illis affixis. 3 Superbè exſtructi. 4 Occupant ab eâ parte. 5 Deeſt. 6 Recitat jam exitum Priami. 7 Trojæ. 8 A Græcis. 9 Excidium. 10 A ſedibus ſuis avulſa. 11 In mediis ædibus. 12 Propter ſenectutem. 13 Quo fruſtra unus uſurus erat. 14 Sub dio. 15 Propè. 16 Inflexa ſupra aram. 17 Deos domeſticos. 18 Ad hanc aram, tanquam ad aſylum, confugerat Hecuba cum natis, nuribus, &c. 19 Sed fruſtra: namque hinc per vim & ſcelus abſtractæ. 20 Anaſtrophe. 21 Feſtinæ propter tempeſtatem. 22 Nimboſâ. 23 Convolant. 24 Compreſſæ, turmatim collectæ. 25 Deorum Penatium: tutas ſe fore ratæ ab hoſtili injuria loci ſacri religione. 26 Poſtquam vidit Hecuba. 27 Furiata. 28 Juvenilibus & tibi inutilibus armis. 29 Sc. te. 30 Quale tu adferre potes. 31 Inutilibus ac decrepitis, cujuſmodi tu es, ſed longe præſtantioribus. 32 Status rerum præſentium. 33 Egeret ſc. tali auxilio, quale is præſtare poſſit, cùm ſerum ſit. 34 Filius. 35 Ad me. 36 Quæ miſeris in periculis aſylum ſeu confugii erat locus: quo qui confugiſſent, immunitatem impunitatemque conſequebantur, qui aras amplexi fuiſſent. Vide quæ nos ad Ter. pag. 271. 37 Pleonaſmus. 38 Sacrata, in qua ſummus Pontifex ſedere ſolebat. 39 Priamum ſenem. 40 Quam Pyrrhus faciebat in alios, & in hunc facere parabat. 41 Per tela hoſtilia. Hendyadys. 42 In quibus jam nullus remanſerat, ad quem ſe reciperet. 43 Circumſpicit.

San-

*Saucius: illum ardens* [1] *infeſto* [2] *vulnere Pyrrhus*
*Inſequitur:* [3] *jam jamque manu tenet, & premit haſtâ.*
[4] *Ut tandem ante oculos* [5] *evaſit,* & [6] *ora parentum,*
*Concidit, ac multo* [7] *vitam cum* [8] *ſanguine fudit.*
[9] *Hîc Priamus, quamquam in* [10] *mediâ jam morte tenetur,*
*Non tamen* [11] *abſtinuit, nec* [12] *voci, iræque pepercit.*
*At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis,*
*Dii (ſi qua eſt cœlo pietas, quæ talia* [13] *curet)*
*Perſolvant grates dignas, & præmia reddant*
*Debita; qui nati* [14] *coram me cernere lethum*
*Feciſti, & patrios* [15] *fœdaſti* [16] *funere vultus.*
*At non ille,* [17] *ſatum quo te mentiris, Achilles*
*Talis* [18] *in* [19] *hoſte fuit Priamo: ſed* [20] *jura,* [21] *fidemque*
*Supplicis* [22] *erubuit, corpuſque* [23] *exangue ſepulchro*
*Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remiſit.*
*Sic fatus* [24] *ſenior, telumque* [25] *imbelle ſine ictu*
*Conjecit:* [26] *rauco quod protinùs* [27] *ære repulſum,*
*Et* [28] *ſummo clypei* [29] *nequicquam* [28] *umbone pependit.*
*Cui* [30] *Pyrrhus;* [31] *Referes ergo* [32] *hæc, & nuncius ibis*
[33] *Pelidæ genitori, illi mea* [34] *triſtia facta,*
[35] *Degeneremque Neoptolemum narrare memento.*
[36] *Nunc morere. Hæc* [37] *dicens,* [38] *altaria ad ipſa* [39] *trementem*
[40] *Traxit, & in multo lapſantem ſanguine* [41] *nati,*
[42] *Implicuitque comam lævâ, dextrâque* [43] *coruſcum*

1 Vim illaturo, hoſtili. 2 Telo, quo vulnus faceret. 3 Et in proximo eſt ut teneat. 4 Poſtquam. 5 Cum difficultate fuga venit. 6 In conſpectum Priami & Hecubæ. 7 Mortuus eſt. 8 Reſpicit ad illorum opinionem, qui animæ ſedem in ſanguine eſſe putant. 9 Hoc tempore. Docet finem vitæ Priami. 10 Manifeſtam & certam mortem ante oculos videt. 11 A conviciis. 12 Contumelioſæ. 13 Vindicet. 14 In conſpectu meo. 15 Contaminaſti. 16 Nati. 17 Progenitum: quia ejus mores non obtinet. 18 In me, utcunque hoſte: ſuppliciter venienti pro Hectoris cadavere redimendo jus fidemque ſervavit. Hom. Il. ult. 19 Pro *hoſtem*. 20 Ne hoſtis ab hoſte violarer. 21 Fidem pacis ad redimendum datæ. 22 Cum rubore excepit. 23 Mortuum. 24 Priamus. 25 Imbecille, invalidum, ſine viribus ad ictum, & vulnus. 26 Parum ſonante, eò quod ſine viribus impulſum eſſet. 27 Clypeo æreo. 28 In ſumma curvatura ſeu media clypei parte leviter infixum eſt, id eſt, non penetravit totum clypeum. 29 Nihil aut leviter penetrans neque vulnus faciens. 30 Reſpondit. 31 Sarcaſmus. 32 Facinora mea. 33 Achilli, Pelei filio, patri meo. 34 Turpia, triſtitiam illi allatura. 35 Ab ejus virtute & generoſitate degenerantem. 36 Ut ſc. nuntius eas. 37 Pyrrhus. 38 Quæ à Priamo conſtructa erant in honorem Deorum. 39 Senectute. 40 Priamum. 41 Filii Politæ. 42 Et involvit ſiniſtram manum comâ Priami. 43 Refulgentem.

*Extulit, ac* [1] *lateri capulo tenus abdidit enſem,*
*Hæc* [2] *finis Priami fatorum:* [3] *hic exitus illum*
*Sorte tulit, Trojam incenſam, & prolapſa* [4] *videntem*
[5] *Pergama,* [6] *tot quondam populis, terriſque* [7] *ſuperbum*
[8] *Regnatorem Aſiæ:* [9] *jacet ingens littore truncus,*
[10] *Avulſumque humeris caput, &* [11] *ſine nomine corpus.*
*At me tùm primùm* [12] *ſævus circumſtitit horror:*
*Obſtupui:* [13] *ſubiit chari* [14] *genitoris imago,*
[15] *Ut* [16] *regem* [17] *æquævum* [18] *crudeli vulnere vidi*
*Vitam* [19] *exhalantem: ſubiit* [20] *deſerta* [21] *Creüſa,*
*Et direpta domus, &* [22] *parvi caſus* [23] *Iüli.*
*Reſpicio, &, quæ ſit me circùm* [24] *copia, luſtro.*
[25] *Deſeruêre* [26] *omnes defeſſi, &* [27] *corpora ſaltu*
*Ad terram miſêre, aut* [28] *ignibus* [29] *ægra dedêre.*
[30] *Jamque adeò* [31] *ſuper* [32] *unus eram; cùm limina Veſtæ*
*Servantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem*
[33] *Tyndarida aſpicio: dant* [34] *clara incendia lucem*
[35] *Erranti, paſſimque oculos per cuncta ferenti.*
*Illa ſibi infeſtos everſa ob* [36] *Pergama Teucros,*
*Et pœnas* [37] *Danaûm, &* [38] *deſerti* [39] *conjugis iras*
*Permetuens, Trojæ & patriæ communis* [40] *Erynnis,*

1 In latere Priami uſque ad manubrium, quo capitur. 2 Exitus erat. 3 Hujuſmodi & tam infelicem exitum ille ſortitus eſt. 4 Priamum ſc. 5 Arces Trojanas. 6 Pathos à fortunæ mutatione. Vide Macrob. l. 4. Sat. c. 3. 7 Nobilem, clarum. 8 Imperaverat enim Phrygiæ & Mygdoniæ, Synecd. 9 Qui jacet. Alluſum à Poëta volunt ad hiſt. Pompeji, à Ptolemæi ſatellitibus cæſi: cujus truncus, capite abſciſſo, in littore jacuit. Negant enim Priamo ablatum caput aut in littore cecidiſſe. Alii à Pyrrho raptatum Priamum ferunt ad tumulum Achillis in Sigæo, ibique prope littus cæſum. Alii Trojam in littore conditam. 10 Amputatum. 11 Non agnoſcendum, ablato capite: vel, ſine honore ſepulturæ & inſcriptione nominis, ignobile. 12 Sævus. 13 Quia in mentem venit mihi. 14 Patris Anchiſæ. 15 Poſtquam. 16 Priamum. 17 Patri meo Anchiſæ coævum. 18 Violenter. 19 Efflantem. 20 Relicta domi. 21 Uxor Æneæ; filia Priami. 22 Pathos à puerili ætate, ut notat Macrob. l. 4. c. 3. 23 Aſcanii, qui Aſtyanacti coævus erat. 24 Militum ſc. quantus numerus armatorum, an ſufficere poſſet ad reſiſtendum hoſtibus. *Copia* numero ſingulari rarò pro exercitu accipitur. 25 Me. 26 Socii. 27 Præcipitaverunt ſe. 28 Præcipitaverunt ſe in ignes. 29 Saucia. 30 Verſus 22. qui ſequuntur, non admittunt quidam, ut qui Deiphobo caſum ſuum referenti l. 6. Æn. non ſonent, ideòque amotos à Tuccâ, Varoque, tanquam adulterini irrepſerint. 31 Supereram. Tmeſis. 32 Solus. 33 Helenam Jovis è Ledâ, Tyndari uxore, filiam. 34 Penetralia clarificantia. 35 Per diverſa loca mihi vaganti. 36 Mœnia Trojana. 37 Quas Græci ab eâ exigere poſſent. 38 Cùm Paridem ſequeretur. 39 Mariti Menelai. 40 Furibundi hujus belli fax.

*Abdi-*

Digitized by Google

*Abdiderat ſeſe, atque* [1] *aris* [2] *inviſa ſedebat.*
*Exarsêre* [3] *ignes animo :* [4] *ſubit ira, cadentem*
*Ulciſci patriam, &* [5] *ſceleratas ſumere pœnas.*
[6] *Scilicet* [7] *hæc* [8] *Spartam incolumis,* [9] *patriaſque Mycenas*
*Aſpiciet ?* [10] *partoque ibit* [11] *regina triumpho ?*
[12] *Conjugiumque, domumque,* [13] *patres, natoſque videbit,*
[14] *Iliadum turbâ, & Phrygiis comitata miniſtris ?*
[15] *Occiderit ferro Priamus ? Troja arſerit igni ?*
*Dardanium toties* [16] *ſudârit ſanguine littus ?*
[17] *Non ita:* [18] *namque, etſi nullum* [19] *memorabile nomen*
[20] *Fœmineâ in pœnâ eſt, nec habet* [21] *victoria laudem ;*
[22] *Exſtinxiſſe nefas tamen, & ſumpſiſſe* [23] *merentis*
*Laudabor pœnas ;* [24] *animumque explêſſe* [25] *juvabit*
*Ultricis flammæ, &* [26] *cineres ſatiaſſe meorum.*
*Talia* [27] *jactabam, & furiatâ mente* [28] *ferebar :*
*Cùm mihi ſe, non antè oculis tam clara, videndum*
*Obtulit, & purâ per noctem in luce refulſit*
*Alma* [29] *parens, confeſſa Deam, qualiſque videri*
[30] *Cœlicolis, & quanta ſolet :* [31] *dextraque prehenſum*
*Continuit :* [32] *roſeoque hæc inſuper addidit ore.*
[33] *Nate, quis indomitus tantus dolor excitat iras ?*
*Quid furis ? aut quò nam* [34] *noſtri tibi cura receſſit ?*
*Non* [35] *priùs aſpicies, ubi feſſum ætate parentem*
*Liqueris Anchiſen ?* [36] *ſuperet conjux-ne Creüſa,*

1 Juxta aras Veſtæ, ad quas confugerat. 2 Non viſa, ſed occulta. 3 Incendia irarum. 4 Inceſſit mihi. 5 De ſcelerata Helena: vel, ſceleris pœnas. 6 Æſtuans apud ſe deliberatio Æneæ Helenam ſtomachantis. 7 Quæ caput & origo mali eſt. 8 Suam patriam. 9 Menelai conjugis ſui patriam. 10 Acquiſito de Trojanis. 11 Tanquam regina. 12 Conjugem ſuum. 13 Parentes, aut proceres. 14 Virginum Trojanarum. 15 Poſtquam occiſus ſit enſe ferreo. 16 Irrigatum ſit. Hæ interrogationes indignitatem rei exaggerant in deliberatione. 17 Sc. *fiet* ; atque ita negat talem triumphi ſpeciem Helenam in patriam reportaturam. 18 Tacitæ cuidam objectioni occurrit. 19 Memoria dignum. 20 Quam de fœmina ſumam. 21 In fœminam. 22 Et quanquam nefas eſt exſtinxiſſe eam. 23 Meritas, vel, de eâ, quæ benè meruit. 24 Animum vindictæ cupidine inflammatum. 25 Delectabit. 26 Umbras civium occiſorum & manes hac hoſtia, inferiis placaſſe: quos in ſepulchris habitare perſuaſum erat, & hoſtiarum ſanguine ſatiari. Vide quæ nos ad Flor. p. 230. 27 Inaniter dicebam. 28 Concitabar. 29 Venus. 30 A cœleſtibus cœlum habitantibus : nam majores eſſe credebant habitu corporis Deos, quàm homines. 31 Per dextram meam, quâ Helenæ ictum minabar. 32 Fragranti & pulchro in morem roſæ. Sic Æn. 1. roſeâ *cervice refulſit.* 33 Oratio Veneris, quâ filium hortatur, ut pietatis potius, quam iræ aut vindictæ, rationem habeat. 34 Quam de nobis habere debes. Georg. 4. Ariſtæus ad matrem: *aut quo tibi noſtri Pulſus amor ?* 35 Potiùs. 36 Superſit in vita.



Digitized by Google

1 Anchiſen, Creüſam & Aſcanium. 2 Divagantur. 3 Reſtitiſſet. 4 Abſtuliſſent & abſumpſiſſent omnes eos. 5 Ab inimicis illatus. 6 Occidiſſet eos. 7 Helenæ Laconicæ ſeu Spartanæ. 8 Pulchritudo faciei. 9 Odioſa tibi, eò quod ob eam Trojam everſam putes.

*Aſcaniuſque puer?* [1] *quos omnes undique Grajæ*
*Circum* [2] *errant acies:* & *, ni mea cura* [3] *reſiſtat,*
*Jam flammæ* [4] *tulerint,* [5] *inimicus* & [6] *hauſerit enſis.*
*Non tibi* [7] *Tyndaridis* [8] *facies* [9] *Inviſa Lacænæ,*
[10] *Culpatus-ve Paris; verùm* [11] *inclementia Divum*
*Has evertit opes,* [12] *ſternitque à* [13] *culmine Trojam.*
[14] *Aſpice (namque omnem, quæ nunc* [15] *obducta tuenti*
*Mortales* [16] *hebetat viſus tibi,* & *humida circùm*
*Caligat,* [17] *nubem eripiam: tu ne qua* [18] *parentis*
*Juſſa time, neu* [19] *præceptis parêre recuſa)*
*Hîc* [20] *ubi disjectas moles, avulſaque* [21] *ſaxis*
*Saxa vides,* [22] *miſtoque* [23] *undantem pulvere fumum,*
[24] *Neptunus muros, magnoque* [25] *emota tridenti*
[26] *Fundamenta* [27] *quatit, totamque à* [28] *ſedibus urbem*
*Eruit: hîc* [29] *Juno* [30] *Scæas* [31] *ſæviſſima portas*
[32] *Prima tenet,* [33] *ſociumque furens à navibus agmen*
[34] *Ferro accincta vocat.*
[35] *Jam ſummas arces* [36] *Tritonia (reſpice) Pallas*
[37] *Inſedit,* [38] *nimbo effulgens,* & [39] *Gorgone ſævâ.*
*Ipſe* [40] *Pater Danais animos, vireſque* [41] *ſecundas*

10 Qui dicitur in culpa eſſe, criminoſus. 11 Sævitia Deorum. Cauſam Trojani excidii ab Helena in Deos transfert. 12 Proſternit. 13 Imperii. 14 Q. d. Videre potes, an vera dicam. 15 Superducta tibi intueri volenti. 16 Obtundit. 17 Perturbationem. 18 Mea, quæ parens ſum. 19 Parentis tui: quæ ſunt, *Eripe, nate, fugam, finemque impone labori.* 20 Poſtquam. 21 Murorum. 22 Admixto ei. Amplificat murorum ruinam à ſignis conſequentibus: nam ex ponderum lateritiorum ruinâ pulvis ceu fumus in aërem ſurgit. 23 Ad undarum ſpeciem in nubem ſe erigentem. 24 Et ubi vides, quod Neptunus, &c. Neptunus & Apollo fabricavêre mœnia Trojana: cùm Laomedon denegaſſet mercedem; Dii ob id irati fuerunt Trojanis. 25 E loco ſuo mota ſceptro ſuo tres dentes habenti. Cenſebant enim Neptunum tridente ſuo non ſolùm mare, ſed terram etiam movere & labefactare. 26 Murorum & ædificiorum. 27 Concutit. 28 Fundamentis ſuis. 29 Junoni portas tribuit, ut quæ regnis præſideat.... 30 Ad Scæum promontorium vergentes. 31 In Trojam. 32 Tanquam princeps expugnationis. 33 Ut priori aſſocietur. 34 Armis ferreis. 35 --- Palladi arces, ut quæ ipſius inventum & cura. *Pallas, quas condidit arces, Ipſa colat.* Et in arce Trojana præcipuus hujus Deæ cultus & Palladium, memor utraque judicii Paridis. 36 A *Tritone* palude Africæ ſic dicta. 37 Occupavit. 38 Nube divina circumradiante. 39 Ægide ſeu ſcuto, in quo caput Meduſæ erat. v. l. 8. Æn. *ipſamque in pectore Divæ Gorgona.* 40 Jupiter. 41 Fauſtas & efficaces.

[1] *Sufficit :* [2] *ipſe* [3] *Deos in Dardana ſuſcitat arma.*
[4] *Eripe , nate , fugam , finemque impone labori :*
*Nuſquam abero , & tutum patrio te* [5] *limine* [6] *ſiſtam.*
[7] *Dixerat ; &* [8] *ſpiſſis noctis ſe condidit umbris.*
[9] *Apparent* [10] *diræ facies , inimicaque Trojæ*
*Numina magna Deûm.*
*Tùm verò omne mihi viſum* [11] *conſidere in ignes*
*Ilium , & ex* [12] *imo verti* [13] *Neptunia Troja.*
[14] *Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum*
*Cùm ferro acciſam , crebriſque bipennibus inſtant*
*Eruere agricolæ certatim : illa* [15] *uſque* [16] *minatur ,*
*Et tremefacta* [17] *comam concuſſo vertice* [18] *nutat :*
[19] *Vulneribus donec paulatim evicta ,* [20] *ſupremum*
*Congemuit , traxitque jugis avulſa* [21] *ruinam.*
*Deſcendo , ac ducente* [22] *Deo , flammam* [23] *inter &* [24] *hoſtes*
[25] *Expedior : dant tela locum , flammæque* [26] *recedunt.*
*Aſt ubi jam* [27] *patriæ* [28] *perventum ad limina* [29] *ſedis ,*
*Antiquaſque domos ; genitor , quem* [30] *tollere in altos*
*Optabam* [31] *primùm montes , primumque* [32] *petebam ,*
*Abnegat exciſâ* [33] *vitam producere Trojâ ,*
*Exiliumque pati. Vos ô quibus* [34] *integer ævi*
*Sanguis , ait ,* [35] *ſolidæque* [36] *ſuo ſtant robore vires ,*
[37] *Vos agitate fugam.*

1 Abundè ſubminiſtrat. 2 Emphaſin habet : q. d. Jupiter ipſe , qui omnibus æquus eſſe ſolet , favet Græcis : fuge ergo. 3 Neptunum , Junonem & Palladem. 4 Ubi ergo hæc omnia vides , fac , cape celeriter fugam. Horat. Od. 29. l. 3. *Eripe te moræ.* 5 Domo. Synecd. 6 Stare faciam , ducam. 7 Venus. 8 Denſis. 9 Mihi ſc. diſcedente fulgore matris. 10 Terribiles & infeſtæ facies Junonis , Palladis , Neptuni , Jovis. 11 Reſolvi in carbones ignitos. 12 Sc. *fundo* , id eſt , funditus everti. 13 A Neptuno & Apolline condita aut muris cincta. 14 Sic Græci , faventibus Diis , everterunt Trojam , ut ruſtici ornum. 15 Continuò. 16 Ruinam. 17 Ramos. Metaphora ab animali ad non animal. 18 Vacillat. 19 Crebris ictibus ferri. 20 Supremum gemitum dedit. 21 Aliarum arborum. 22 Venere , numine Veneris , quæ mas & fœmina perhibetur , à Cypriis barbara culta , ſed veſte muliebri , cum ſceptro ac ſtatura viri : quin & θεὸς utriuſque eſſe generis autumant. Vide Macrob 3. Sat. 8. c. 23 Anaſtrophe. 24 Inter flammas hoſtiles. Hendiadys. 25 Expeditus ingredior : vel , impeditus extrahor. Metaphora ab animalibus , quæ , pedibus laqueo impeditis , difficulter ſe evolvunt. 26 A me. 27 Patris mei Anchiſæ. 28 Eſt à me & matre. 29 Habitationis. 30 Exportare. 31 Præcipuum , vel ante filium & uxorem. 32 Appetebam. 33 Diutiùs victurum. 34 Non minutus. Juvenes intelligit ; quia non eſt integer ſanguis in ſenibus , in quibus ille per ætatem minuitur : unde ille tremor. Sic l. 9. *Atque* integer ævi *Aſcanius.* Horat. Od. 22. l. 1. *integer vitæ.* 35 Plenæ , firmæ. 36 Proprio & conveniente , ſine alterius auxilio , quo eget Anchiſes. 37 Qui juvenes eſtis ; cogitate de fugâ.



Digitized by Google

*Me ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam,*
*Has mihi ſervaſſent* [1] *ſedes:* [2] *ſatis una ſuperque*
*Vidimus excidia, & captæ* [3] *ſuperavimus urbi.*
*Sic ô,* [4] *ſic* [5] *poſitum affati diſcedite corpus.*
*Ipſe* [6] *manu mortem inveniam:* [7] *miſerebitur hoſtis,*
[8] *Exuviaſque petet:* [9] *facilis jactura ſepulchri eſt.*
[10] *Jam pridem inviſus Divis, & inutilis annos*
[11] *Demoror; ex quo* [12] *me Divum pater, atque hominum* [13] *rex,*
*Fulminis* [14] *afflavit* [15] *ventis, &* [16] *contigit* [17] *igni.*
[18] *Talia perſtabat memorans,* [19] *fixuſque manebat.*
*Nos contrà* [20] *effuſi lachrymis, conjuxque Creüſa,*
*Aſcaniuſque omniſque* [21] *domus, ne* [22] *vertere ſecum*
*Cuncta pater, fatoque* [23] *urgenti incumbere vellet.*
[24] *Abnegat, inceptoque, &* [25] *ſedibus hæret in iiſdem.*
*Rurſus in arma* [26] *feror, mortemque miſerrimus opto.*
*Nam quod conſilium, aut quæ jam fortuna dabatur?*
*Me-ne* [27] *efferre pedem, genitor, te poſſe relicto*
*Speraſti?* [28] *tantumque nefas patrio excidit ore?*
*Si nihil ex tantâ ſuperis placet urbe relinqui,*
*Et* [29] *ſedet hoc animo, perituræque addere Trojæ*
*Teque, tuoſque* [30] *juvat:* [31] *patet iſti janua letho:*
[32] *Jamque aderit multo Priami de* [33] *ſanguine Pyrrhus,*

1 Habitationem. 2 Satis ſuperque eſt, quod Trojam ab Hercule, ſub Laomedonte ſemel excisam vidimus expugnatæ urbi ſuperſtites. 3 Superſtites fuimus. Sic l. 3. *Quid puer Aſcanius, ſuperatne, & veſcitur aurâ Ætherea?* 4 Cum tali animo & zelo. 5 Situm ſuis ſedibus, id eſt, me pro mortuo & conclamato hic relinquite; ex more, ter Vale dicto. Æn. 11. *Æternumque vale.* 6 Mea, id eſt, ſic irruam in hoſtes, ut me interficiant. 7 Senectutis meæ, & occidet me. 8 Spoliabit me. 9 Pro nihilo reputabo, ſi fuero inſepultus. *Nec tumulum curo, ſepelit natura relictos.* Mœcenas. *capit omnia tellus, Quæ genuit, cœlo tegitur, qui non habet urnam.* Lucan. 10 Jam à pluſculo tempore. 11 Detineo & extendo. 12 De Veneris concubitu gloriantem. 13 Jupiter. 14 Leviter tetigit. 15 Halitu, id eſt, levi contactu. 16 Non tamen proſtravit. 17 Fulminis. 18 Talibus dictis perſeverabat in moriendi conſilio. 19 Obſtinatus. 20 Effuſi in lachrymas: vel effuſis lachrymis. 21 Familia. Metonym. Cic. *Tota* domus *te ſalutat.* 22 Evertere, deſtruere. 23 Ipſum ad præſentem mortem impellenti. 24 Conſtantiſſimè negat precibus noſtris acquieſcere. 25 Firmis ſententiis. 26 Trahor & excitor. 27 Nedum fugere. 28 Tam iniquum de pietate meâ judicium, ut velim te deſerere cædi expoſitum; aut ut tu velis nos hic morantes una perire. 29 Si hoc (nihil relinqui) firmiter decretum eſt tibi, ſtat ſententia. 30 Delectat. 31 Aditus & modus patet ad illud tam ignobile, quod tamen affectas, mortis genus. 32 Statim revertetur à cæde Priami. 33 Sanguinis effuſione.

3 Na-

*[1] Natum ante ora patris, [2] patrem qui obtruncat ad aras.*
*Hoc erat, alma parens, quò me per tela, per ignes*
*Eripis? ut mediis [3] hoſtem in [4] penetralibus, utque*
*Aſcaniumque, patremque meum, juxtàque Creüſam,*
*Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam?*
*Arma, viri, [5] ferte arma: [6] vocat lux ultima victos.*
*Reddite me [7] Danais, ſinite inſtaurata reviſam*
*Prælia: nunquam omnes hodiè moriemur inulti.*
*[8] Hîc ferro accingor rursùs, clypeoque ſiniſtram*
*Inſertabam [9] aptans, meque extra tecta ferebam.*
*[10] Ecce autem complexa [11] pedes in limine [12] conjux*
*Hærebat, parvumque [13] patri tendebat Iülum:*
*[14] Si [15] periturus abis, & nos rape in [16] omnia tecum:*
*Sin aliquam [17] expertus ſumptis [18] ſpem ponis in armis,*
*[19] Hanc primùm tutare domum: [20] cui parvus Iülus,*
*Cui pater, & conjux [21] quondam tua dicta, [22] relinquor?*
*Talia [23] vociferans, gemitu [24] tectum omne replebat:*
*Cum ſubitum, dictuque [25] oritur mirabile [26] monſtrum.*
*Namq; [27] manus inter, mœſtorumque ora parentum.*
*Ecce [28] levis ſummo de vertice viſus Iüli*
*Fundere [29] lumen [30] apex, [31] tactuque [32] innoxia [31] molli*
*[33] Lambere flamma comas, & circum [34] tempora [35] paſci*

1 Politum in conſpectu patris Priami: ſupplà, Quò nati coram me cernere lethum Feciſti. 2 Priamum. 3 Qui jam aderit. 4 Domus paternæ. 5 Adferte in hoſtes. 6 Ultimum tempus vitæ expetit ad mortem nos victos. 7 Græcis, quibus me mater eripuit. 8 Hoc tempore armo & inſtruo me ad certamen ſubeundum. 9 Eam loris clypei. 10 Ita Andromache Il. 6. Hectorem, ad bellum prodeuntem, remorari domique continere laborat. Παῖδ' ἐπὶ κόλπον ἔχουσα. 11 Meos. 12 Creüſa. 13 Mihi patri porrigebat. 14 Et clamavit, ſi, &c. 15 Eo animo, ut pereas. 16 Pericula, id eſt, in mortem. Ejuſdem generis eſt affectus Halcyones apud Ovid. 11. Met. *Quod tua ſi flecti precibus ſententia nullis Chare poteſt conjux, nimiumque es certus eundi, Me quoque tolle ſimul: certè jactabimur unà.* Imo etiam uxoris ipſius Ovidii l. 1. Triſt. El. 3. *Tum verò conjux humeris abeuntis inhærens*, &c. 17 Peritus armorum. 18 Salutis. 19 Noſtram domum. 20 Domui. 21 Dùm mecum vivere conſtituiſti. 22 A te. 23 Creüſa. 24 Totam domum. 25 Oſtentatur. 26 Prodigium. 27 Dùm mater filium patri porrigeret. 28 Ignis lambens à capite diffuſus regni præſagium agnoſcit Anchiſes augurii non imperitus, cæteris timentibus. Alluſum volunt ad hiſt. Servii Tulli: cujus pueri admodùm caput arſit in domo Tarquinii Priſci. 1. Liv. de Lavinia l. 7. 29 Radios quoſdam ignis. 30 Globulus in ſummitate pilei. Vide quæ nos ad Val. Max. p. 4. 31 Molliter tangens. 32 Non nocens puero. 33 Leviter tangere. 34 Capitis Iüli. 35 Nutriri, creſcere.



Digitized by Google

*Nos pavidi* [1] *trepidare metu,* [2] *crinemque flagrantem*
*Excutere, &* [3] *ſanctos reſtinguere* [4] *fontibus ignes.*
*At pater Anchiſes oculos ad ſidera* [5] *lætus*
*Extulit, &* [6] *cœlo palmas cum* [7] *voce tetendit.*
*Juppiter omnipotens, precibus ſi flecteris ullis,*
[8] *Aſpice nos,* [9] *hoc tantum, &, ſi pietate meremur,*
*Da deinde auxilium, pater, atque hæc* [10] *omnia firma.*
*Vix ea fatus erat* [11] *ſenior:* [12] *ſubitoque fragore*
*Intonuit* [13] *lævum; & de cœlo lapſa per umbras*
[14] *Stella* [15] *facem ducens multâ cum luce* [16] *cucurrit.*
*Illam ſumma ſuper labentem culmina* [17] *tecti*
*Cernimus* [18] *Idæâ claram ſe condere ſylvâ,*
*Signantemque* [19] *vias: tùm longo* [20] *limite* [21] *ſulcus*
*Dat lucem, & latè circum loca* [22] *ſulphure fumant.*
*Hîc verò* [23] *victus genitor ſe tollit ad auras,*
*Affaturque Deos, &* [24] *ſanctum ſidus adorat.*
[25] *Jam jam nulla mora* [26] *eſt, ſequor, &, quâ ducitis, adſum,*
*Dii patrii ſervate* [27] *domum, ſervate* [28] *nepotem:*
[29] *Veſtrum hoc augurium, veſtroq; in* [30] *numine Troja eſt.*
[31] *Cedo equidem, nec, nate,* [32] *tibi comes ire recuſo.*

1 Trepidabamus. Enallage modi.
2 Ignem capiti inhærentem.
3 Quos poſteà ſanctos eſſe didicimus, inviolabiles, cœlitùs profectos.
4 Aquis mundis.
5 Ex tali portento. Nam intelligebat omen, quod à Diis datum erat.
6 Ad cœlum: ut alibi, *it clamor cœlo*.
7 Oratione ſequenti.

8 Eſto nobis propitius. Intuentes enim Dii juvant & favent. 9 Tam magnum bonum quod nobis portenditur. 10 Portenta confirma. Mos fuit auguribus, petere à Jove confirmari, quæ viſa erant; non enim unum vidiſſe ſatis eſt, niſi confirmetur. 11 Anchiſes. 12 Jupiter confirmat augurium ab alio ſigno auſpicato, id eſt, omine ſecuto, quod erat tonitru lævum. 13 Læva pars: quod boni eſt ominis. Quæ enim nobis læva, à Diis dextra proveniunt. Vel, quia auſpicia captantibus & Meridiem ſervantibus, læva auguria ſunt ab Oriente, quæ melior cœli pars. Vide Macrob. l. 3. c. 1. Cic. l. 2. de Divin. 14 Et hæc etiam proſpera, firmat omen, ſignatque viam fugæ: ducto claro lucis tractu ab Anchiſæ domo ad Antandrum ſub Idâ. 15 Periphraſis Cometæ, quæ lucidam caudam poſt ſe trahit, & tandem labitur. 16 Celeriter tracta eſt per cœlum. 17 Domus noſtræ. 18 Idæ, ſylvæ Trojanæ, ubi erat Æneæ domus. 19 Per quas nobis fugiendum erat. 20 Metaphora ab agrorum cardinibus, in quibus propriè limites ſunt, qui agros dividunt. 21 Oblongus tractus. 22 Odore ſulphureo, qui mortem Anchiſæ portendebat. Sulphureæ materiæ fuiſſe fulmina, faces & alios ignes divinos opinabantur veteres, atque hinc θεῖον ſulphuri nomen. 23 Revocatus ab inſtituto Deorum portentis, ſive firmato augurio. 24 A Diis miſſum, aut bonæ rei ſignificativum. 25 Et inquit, *jam jam*, &c. 26 In me. 27 Familiam, genus. 28 Aſcanium. 29 A vobis profectum. 30 Protectione, poteſtate. 31 A propoſito meo. 32 Tecum.

Dixerat

Digitized by Google

*Dixerat* [1] *ille: & jam per mœnia* [2] *clarior* [3] *ignis*
*Auditur, propiùſque* [4] *æſtus incendia volvunt.*
[5] *Ergo age, chare pater, cervici* [6] *imponere noſtræ:*
*Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte gravabit:*
[7] *Quo res cunque cadent, unum & commune periclum,*
*Una ſalus* [8] *ambobus erit: mihi parvus Iülus*
*Sit comes, &* [9] *longè* [10] *ſervet veſtigia conjux.*
*Vos famuli, quæ dicam, animis advertite veſtris.*
*Eſt* [11] *urbe egreſſis* [12] *tumulus, templumque vetuſtum*
[13] *Deſertæ Cereris,* [14] *juxtàque antiqua* [15] *cupreſſus,*
*Relligione* [16] *patrum multos* [17] *ſervata per annos:*
*Hanc* [18] *ex diverſo* [19] *ſedem veniemus in unam.*
*Tu, genitor, cape* [20] *ſacra manu, patrioſque Penates:*
[21] *Me bello è tanto digreſſum, & cade recenti,*
*Attrectare nefas, donec me* [22] *flumine vivo*
*Abluero.*
*Hæc fatus,* [23] *latos humeros,* [24] *ſubjectaque colla*
*Veſte* [25] *ſuper, fulvique inſternor* [26] *pelle leonis,*
[27] *Succedoque oneri:* [28] *dextræ ſe parvus Iülus*
*Implicuit, ſequiturque* [29] *patrem non paſſibus* [29] *æquis.*
[30] *Ponè ſubit conjux,* [31] *ferimur per* [32] *opaca locorum:*
*Et me, quem dudùm non ulla injecta movebant*

1 Pater Anchiſes. 2 Quia vicinior erat. 3 Crepitus ab igne procedens. 4 Calores ex incendiis provenientes. 5 Quia jam ceſſiſti, & ignis propinquat. 6 Sine ut imponaris. 7 Quocunque, id eſt, in quamcunque partem aut eventum. Tmeſis. 8 Nobis. 9 E longinquo, procul ſequatur: ne ab hoſte advertamur multi ſimul. 10 Obſervet. 11 Offenditur ab iis, qui egreſſi ſunt Troja. 12 Colliculus quidam. 13 Vel, quia Cereris fana in receſſibus ſemper fundata, ad memoriam derelictæ Cereris & orbatæ filia rapta: vel, quia arvorum Dea, extra urbem poſita: vel quia cultus jam deſuetus per decennalem obſeſſionem. 14 Hunc tumulum & hoc templum. 15 Quæ arbor Diti ſacra, & funebre ſignum ad domus funeſtas, maximè nobilium apud Romanos, juxta aras & templa conſeri ſolita. 16 Majorum noſtrorum. 17 Obſervata & venerata. 18 Ex diverſis partibus ſive itineribus. 19 Locum. 20 Quæ Æneæ Panthus occultaverat ante cædem factam per eum. 21 A cæde, aut etiam funere venientibus nefas ſacra adire, niſi fluviali aquâ priùs lotis ac purificatis. 22 Aquâ ſemper fluenti. Vide Macrob. Sat. l. 3. c. 1. 23 Lati humeri inſternuntur mihi. 24 Quæ patri ſubjeci. Propert. l. 4. El. 1. *Cum pater in nati tremulus cervice pependit, Et verita eſt humeros urere flamma pios.* Vide Ovid. 13. Met. 25 Deſuper. 26 Tractum eſt illud ab antiquis Heroïbus, qui decoris & horroris gratia ad terrorem incutiendum ferarum pellibus, ac præcipuè leonum, tegi ſolebant. 27 Et ſuſcipio patrem in humeros, ſuper veſtem & pellem illam. 28 Meæ. 29 Inæqualibus, quia longè brevioribus, ſed pluribus: alioqui patrem dimiſiſſet. 30 A tergo ſequitur. 31 Trahimur impetu horroris. 32 Opacitatem: ut, *clauſa domorum, ſtrata viarum,* &c.

*Tela,*

*Tela, neque adverſo* [1] *glomerati ex agmine Graji;*
*Nunc omnes terrent auræ, ſonus* [2] *excitat omnis*
[3] *Suſpenſum, & pariter* [4] *comitique* [5] *onerique timentem.*
*Jamque propinquabam portis, omnemque videbar*
*Evaſiſſe* [6] *viam: ſubitò cum creber ad aures*
*Viſus adeſſe pedum* [7] *ſonitus;* [8] *genitorque per umbram*
*Proſpiciens, Nate, exclamat, fuge nate,* [9] *propinquant:*
[10] *Ardentes clypeos, atque æra* [11] *micantia cerno.*
*Hîc mihi neſcio quod trepido* [12] *malè numen amicum*
[13] *Confuſam eripuit* [13] *mentem: namque* [14] *avia curſu*
*Dùm ſequor, & notâ excedo regione viarum,*
*Heu! miſero conjux* [15] *fato-ne erepta Creüſa*
[16] *Subſtitit, erravit-ne* [17] *viâ, ſeu laſſa* [18] *reſedit,*
*Incertum: nec poſt* [19] *oculis eſt reddita noſtris.*
*Nec priùs amiſſam* [20] *reſpexi* [21] *animumque* [22] *reflexi,*
*Quàm* [23] *tumulum antiquæ Cereris,* [24] *ſedemq; ſacratam*
*Venimus: hîc* [25] *demùm, collectis* [26] *omnibus,* [27] *una*
*Defuit, &* [28] *comites, natumque virumque fefellit.*
*Quem non* [29] *incuſavi* [30] *amens hominumq; Deorumque?*
*Aut quid in everſa vidi* [31] *crudelius urbe?*
*Aſcanium, Anchiſenque patrem, Teucroſque Penates,*
*Commendo ſociis, &* [32] *curvâ valle recondo.*
[33] *Ipſe urbem* [34] *repeto, & cingor fulgentibus armis.*

1 Informam glomeris circum me collecti Ducta Metaphora à glomere, in quo fila in globi ſpeciem ſunt collecta. 2 Ad fugam: vel ad horrorem. 3 Dubium, perplexum. Metaphora. 4 Julo. 5 Patri. 6 Periculoſam. 7 Strepitus. 8 Anchiſes territus paventſque videtur ſibi per imaginationis umbram videre, quæ non ſunt; certè, quæ cœco, utpote fulminis afflato ventis, conſpici nequaquam poſſent. 9 Hoſtes appropinquant. 10 Ferreos candefactoſque. 11 Reſplendentia. Quidam hæc Æneæ verba eſſe volunt. 12 Quis Deus non ſatis favorabilis, iratus, inimicus. Ut ſuprà: *Et ſtatio male fida carinis.* Genium malum intelligit. Priſci arbitrabantur, ſingulis binos genios aſſignatos: quorum alter ſalutem, alter perniciem moliretur. Quos ſecuti Theologi, hominibus, recens natis, Angelum bonum & malum aſſignant. 13 Attonitum, amentem animum. 14 Loca inacceſſa, ubi non erat via, ſaltem trita. 15 Voluntate Deorum. 16 Manſit ſtans. 17 Per viam ſibi incognitam. 18 Remanſit ſedens. 19 Niſi in umbris. Tantùm enim umbram ejus vidit. 20 Retroſpiciendo percepi. 21 A numine malè amico. 22 Ab inſtituto currendi ad tumulum, ut patrem & filium ſalvem. 23 Ad colliculum. 24 Templum. 25 Tandem: quia ex diverſo convenerant. 26 Aliis. 27 Illa ſola. 28 Spem fefellit comitum, &c. quia, ſi adfuiſſet, omnes ſimul aufugiſſemus. 29 Criminatus ſum. 30 Factus ſine mente, propter impatientiam amiſſæ conjugis. 31 Triſtius. Catul. *Quid faciant hoſtes captâ crudelius urbe?* 32 Vel ob circumjectos montes: vel, ob vicina littora, quæ curva dicuntur. 33 Hyſteron proteron, pro cingor armis, atque urbem repeto. 34 Quæſitum conjugem amiſſam.

I Stat

[1] *Stat [2] caſus renovare omnes, omnemque reverti*
*Per Trojam, & rurſùs caput objectare periclis.*
*Principio muros, [3] obſcuraque limina portæ,*
[4] *Quâ greſſum extuleram, repeto; & [5] veſtigia retrò*
*Obſervata ſequor per noctem, & [6] lumine luſtro.*
*Horror ubique [7] animos, ſimul ipſa ſilentia terrent.*
*Indè [8] domum, ſi fortè pedem, ſi fortè [9] tuliſſet,*
*Me refero: [10] irruerant Danai, & [11] tectum omne tenebant.*
[12] *Ilicet ignis [13] edax ſumma ad [14] faſtigia vento*
*Volvitur; [15] exſuperant flammæ; [16] furit æſtus ad auras.*
*Procedo ad [17] Priami [18] ſedes, arcemque [19] reviſo.*
*Et jam [20] porticibus [21] vacuis, Junonis [22] Aſylo,*
[23] *Cuſtodes [24] lecti [25] Phœnix, & dirus Ulyſſes,*
*Prædam aſſervabant: [26] hìc undique Troïa [27] gaza*
*Incenſis erepta [28] adytis, [29] menſæque Deorum,*
[30] *Crateresque auro ſolidi, [31] captivaque [32] veſtis*
[33] *Congeritur: [34] pueri & pavidæ longo ordine matres*
*Stant circùm.*
*Auſus quinetiam [35] voces jactare per [36] umbram,*
*Implevi clamore vias; mœſtuſque Creüſam*

1 Placet & decretum eſt mihi, velutque fixum in animo & immotumq; 2 Quos priùs obieram. 3 Per noctem occulta, nec omnibus nota. Al. *obſeſſaque limina portæ.* 4 Per quam egreſſus fueram. 5 Meos. 6 Mea, id eſt, viam remetior. 7 Oculis, non face, nec incendii lumine circumſpicio. 8 Meam. 9 Rediiſſet domum Creüſa. 10 Et cùm eò veniſſem, *irruerant*, &c. 11 Totam meam domum occupabant. 12 Illicò, ſtatim: ſumptum à judiciis. 13 Conſumens. 14 Culmina domus. 15 Evincunt domum. 16 Fragor vehementer crepitat & exilit ad auras. 17 Patris Creüſæ. 18 Regiam. 19 Quia prius eam viſerat. 20 Sc. *in*. 21 Amplis. 22 Loco immunitatem concedenti, à quo neminem ad ſupplicium abſtrahere licebat, qui erat in tutelâ Junonis. Dictum *Aſylum* ἀπὸ τοῦ συλάω, id eſt, *ſpolio*, *prædor*: vel, ἀπὸ τοῦ σύρω, id eſt, *traho*, quod fugienti illuc ſpolia non detrahebantur. Eſt autem α, particula privativa: unde *Aſylum* eſt locus, à quo nemo extrahi aut rapi poſſit. In ſacris litteris *urbes perfugii* dicuntur Aſyla, quæ Deus ipſe conſtituit certis quibuſdam caſibus, atque iis, qui delicta non voluntaria commiſerant. Vide Deut. 4: 41, 42. 23 Prædarum. 24 Electi. 25 Amyntoris filius. 26 In hanc porticum & aſylum Junonis. 27 Vox Perſica, quæ regiam pecuniam, theſaurum & divitias propriè ſignificat. 28 Locis templi ſecretioribus, & ſacratis, quæ nulli, præterquam ſummo ſacerdoti, adire olim licebat. 29 Explicat, quæ Gaza dixerit. 30 Pocula ſacrificatoria, facta ex ſolido auro. 31 Captivorum. 32 Veſtes & ornamenta ſimulachrorum. 33 In commune præda poſtea dividenda, Zeugma. 34 Captivi abducendi. 35 Clamare. 36 Tenebras.

Ne-

*Nequicquam ingeminans,* [1] *iterumque iterumque vocavi.*
[2] *Quærenti, & tectis urbis ſine* [3] *ſine furenti*
[4] *Infelix ſimulacrum, atque ipſius umbra Creüſæ*
*Viſa mihi ante oculos, &* [5] *notâ major imago.*
*Obſtupui,* [6] *ſteteruntque* [7] *comæ, & vox faucibus* [8] *hæſit.*
*Tùm ſic* [9] *affari, & curas his demere dictis:*
*Quid tantùm* [10] *inſano* [11] *juvat indulgere labori,*
*O dulcis* [12] *conjux? non hæc ſine* [13] *numine Divûm*
*Eveniunt; nec te hinc* [14] *comitem aſportare Creüſam*
*Fas: haud ille ſinet* [15] *ſuperi regnator Olympi.*
*Longa tibi* [16] *exilia, &* [17] *vaſtum maris æquor arandum.*
*Ad terram* [18] *Heſperiam venies: ubi* [19] *Lydius, arva*
*Inter* [20] *opima virûm, leni fluit* [21] *agmine* [22] *Tibris.*
[23] *Illîc* [24] *res lætæ, regnumque, &* [25] *regia conjux*
*Parta tibi: lacrymas* [26] *dilectæ* [27] *pelle Creüſæ.*
[28] *Non ego* [29] *Myrmidonum ſedes,* [30] *Dolopum-ve ſuperbas.*
*Aſpiciam,* [31] *aut Grajis ſervitum matribus ibo*
[32] *Dardanis, & divæ Veneris nurus:*

1 Alludit ad ritus funebres priſcorum: unde, Nequicquam ait ſe inclamaſſe uxorem, de quâ jam conclamatum eſſe crederet. 2 Quærenti eam. 3 Modo, aut menſurâ. 4 Infeliciter mihi ereptum. 5 Imago ejus erat major, quam ea eſſet, quam noram, id eſt, erat major, quàm ea ipſa, cujus imago erat. 6 Stupore adeò lapſus eſt in quantitate ſyllabæ, cui corripiendæ Grammatici Syſtolen adhibent. 7 Capilli. 8 Adhæſit, i. eſt, non potui loqui. Ter. in Eun. *Lingua hæret metu.* 9 Creüſa aut imago ejus viſa eſt, cœpit. 10 Magno & inutili, vehementi. Sic Ecl. 9. Inſani *feriant ſine littora fluctus.* Suprà de Chorœbo, inſano *Caſſandræ incenſus amore.* 11 Delectat te indulgenter operam dare. 12 Marite. 13 Nutu & voluntate Deorum. 14 Sociam itineris tui vi & clam portari. 15 Jovis periphraſis. 16 Sc. *reſtant.* 17 Amplum mare navigandum eſt. Metaphora ab agris. 18 Italicam. 19 Thuſcus. Namque Lydi, Tyrrheno duce, in hac Italiæ parte conſederant: *ubi Lydia quondam Gens bello præclara, jugis inſedit Hetruſcis.* l. 8. & 10. 20 Pinguia, fertilia. 21 Fluxu, impetu aquarum. 22 Tiberis Syncope. Albula initio dictus: verùm quod in trajectu ejus, Tiberinus, Albanorum rex, ſubmerſus ſit, Tiberis nomen ſortitus eſt: labitur ex Apennino monte. 23 Ad Tiberim in Italiâ. 24 Conſolatur à ſpe commodarum & ſuavium rerum. 25 Lavinia Latini regis filia. 26 Quas effundis ſuper me Creüſa tibi dilecta. 27 Depelle igitur. 28 Neque enim in manus hoſtium Græcorum veni inter captivas abducenda. 29 Theſſalorum illorum. 30 Sociorum Pyrrhi. Has duas nationes pro Græciâ poſuit. Vide ſuprà. 31 At contrà Hecuba *modò regia conjux, Regia dicta parens, Aſiæ florentis imago,* ſe Penelopæ ſervitum ituram conqueritur apud Ovid. 13. Met. *modo maxima rerum,* &c. 32 Ego Dardani neptis, & ab illo inclyto viro, Jovis filio, oriunda. Pathos à conditione.

*[1] Sed me magna Deûm genitrix [2] his detinet oris.*
*Jamque vale, & [3] nati ſerva communis amorem.*
*Hæc ubi dicta [4] dedit, [5] lacrymantem & multa volentem*
*Dicere, deſeruit, [6] tenueſque receſſit in auras.*
*[7] Ter conatus [8] ibi [9] collo dare brachia [10] circùm;*
*Ter [11] fruſtrà comprenſa [12] manus effugit imago,*
*[13] Par levibus ventis, [14] volucrique ſimillima [14] ſomno.*
*[15] Sic demùm [16] ſocios, conſumptâ nocte, reviſo.*
*Atque [17] hîc ingentem comitum [18] affluxiſſe novorum*
*Invenio admirans [19] numerum, [20] matreſque, viroſque,*
*Collectam [21] exilio pubem, miſerabile vulgus.*
*Undique convenere, animis opibuſque [22] parati,*
*In quaſcunque velim [23] pelago deducere terras.*
*[24] Jamque [25] jugis ſumma [26] ſurgebat Lucifer [27] Idæ:*
*[28] Ducebatque diem: Danaique obſeſſa tenebant*
*Limina portarum: nec ſpes [29] opis ulla dabatur.*
*[30] Ceſſi, & [31] ſublato [32] montem genitore petivi.*

1 De Creüſâ memoria proditum eſt, à Deûm matre & Venere Græcis præreptam eſſe, & vindicatam in libertatem. Alii putant, Virgilium hic innuere, Creüſam eſſe mortuam, & ſepultam tellure detineri; Terram, communem omnium parentem *Matrem Deûm* vocans. 2 In his regionibus. 3 Iüli Aſcanii. 4 Creüſa. 5 Me. 6 Vix palpabiles. 7 Τρὶς μὲν ἐφορμήθην, ἑλέειν τέ με θυμὸς ἄνωγε, Τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν, σκιῇ ἴκελον, ἢ ϗ ὀνείρῳ Ἔπτατο. Odyſſ. 11. 8 Eo tempore, quo aufugerat. 9 Ejus. 10 Per circuitum complectendo ea. 11 Quia contineri nequibat. 12 Meas. 13 Similis. 14 Citò avolanti phantaſmati. 15 Id eſt, certior factus, quia conjugem amiſſam recuperare non poteram. 16 Quos in monte Ida dereliquerat in valle reconditos. 17 Ubi meos reliqueram. 18 In morem fluctuum advenisse. 19 Si Darete Phrygio credimus, 3400. 20 Matronas. 21 Ad exilium mecum obeundum. 22 Sc. *ſequi*. 23 Per pelagus. 24 Auroræ deſcriptio. 25 Super verticem. Sol & ſtellæ Poëtis, ex opinione & ſenſu vulgi dicuntur montes proſpicere & ex pelago oriri. 26 Oriebatur ſtella matutina lucem ferens. 27 Montis ſylvoſi in Phrygiâ. 28 Ferebat: quia ſolem præcedens nuntiat eſſe diem. 29 Servandæ aut recuperandæ urbis. 30 Locum dedi fatis, per Laocoontis exitium, per diligentiam matris, quæ mihi Deos potiùs, quam Græcos, inimicos oſtendit, per incendium ex filii mei vertice, per hortationem patris, & religioſas voces uxoris. 31 Humeris meis. 32 Idam.



Digitized by Google

# P. VIRGILII MARONIS
# ÆNEIDOS
## LIBER III.

### ARGUMENTUM.

EVerſa Troja, Æneas, collectis ſuorum reliquiis, quæ cædi flammiſque ſupererant, parataque apud Antandrum viginti navium claſſe, primùm in Thraciam defertur: ubi cùm futuræ urbis fundamenta poneret, territus Polydori, à Polymneſtore cæſi, prodigiis, Delum petit. Conſultoque ibi Apollinis oraculo, cum antiquam gentis ſuæ matrem, hoc eſt, primam originis ſuæ terram repetendam didiciſſet, falſa Anchiſæ patris interpretatione adductus, Cretam contendit. Verùm cum ibi quoque, poſitis jam mœnibus, graviſſima peſte exagitaretur, in ſomnis monitus à Diis penatibus, relicta Creta Italiam petit. Ibi ſubitò oborta tempeſtate primum ad Strophades inſulas appulſus, ab Harpyis infeſtatur: mox Actium delatus, in honorem Apollinis ludos celebrat. Inde Corcyram prætervectus, Epirum tenet: quæ id temporis Heleno Priami filio parebat, cui poſt Pyrrhi cædem Andromache in conjugium ceſſerat. Helenus Æneam hoſpitio excipit, omnique humanitatis genere complectitur, imminentiumque terra marique periculorum certiorem facit. Æneas, relicta Epiro, Tarentum, primamque Italiæ oram prætervectus, ad eam Siciliæ partem, quæ Ætnæ monti adjacet, appellitur. Ibi Achemenidem ab Ulyſſe in Cyclopis antro deſertum, ſupplicem recipit, edoctuſque ab eo de Cyclopum feritate, inde anchoras ſolvit: memorque præceptorum Heleni, vitatis Charybdis & Scyllæ periculis, Siciliæ littora longo circuitu circumvectus, tandem Drepanum advehitur, ubi Anchiſes tùm ſenio, tum longæ navigationis jactatione fatigatus fatis concedit. Indè Italiam petiturus, immiſſa ab Æolo ſubita tempeſtate, in Africam ejicitur: quam partem libro primo exſequitur.

*POſtquam [1] res Aſiæ, Priamique evertere [2] gentem*
*[3] Immeritam, [4] viſum ſuperis, [5] ceciditque [6] ſuperbum*

1 Imperium Trojanum, florentiſſimum in Phrygia minore, quæ in Aſia, *Columen everſus occidit Pollentis Aſiæ.* Sen. Troa. 2 Progeniem & domum. 3 Invidioſe in Deos & fata cauſam excidii rejicit. 4 Placuit. Sic loquebantur veteres in rebus parum ſecundis. Lib. 2. *Diis aliter viſum.* 5 In cineres corruit. 6 Magnificè & ſuperbè exſtructum, nobile.

1 *Ilium*,

[1] *Ilium, & omnis* [2] *humo fumat* [3] *Neptunia Troja:*
*Diverſa* [4] *exilia,* [5] *deſertas* [6] *quærere terras*
[7] *Auguriis* [6] *agimur Divûm:* [8] *claſſemque ſub ipſâ*
[9] *Antandro, &* [10] *Phrygiæ* [11] *molimur montibus Idæ,*
*Incerti quò fata* [12] *ferant, ubi* [13] *ſiſtere detur:*
[14] *Contrahimuſque* [15] *viros: vix* [16] *prima inceperat* [16] *æſtas,*
*Et pater Anchiſes dare* [17] *fatis vela jubebat.*
*Littora tùm* [18] *patriæ lacrymans, portuſque relinquo,*
[19] *Et* [20] *campos, ubi Troja fuit: feror* [21] *exul in* [22] *altum*
*Cum ſociis, natoque,* [23] *Penatibus, &* [24] *magnis Diis.*
[25] *Terra* [26] *procul* [27] *vaſtis* [28] *colitur* [29] *Mavortia campis,*
[30] *Thraces arant,* [31] *acri quondam* [32] *regnata* [33] *Lycurgo:*
*Hoſpitium antiquum* [34] *Trojæ,* [35] *ſociique Penates,*

1 Præcipuum oppidum in Troja.
2 De terrâ adhuc fumat. Nam cùm excidium, cædes, & incendium citò deſierint, fumus diutiùs perſeveravit.
3 A Neptuno mœnibus cincta & fabricata.

Ovid. 11. Met. 4 In quibus exules degamus. 5 Ab incolis deſertas, adeoque vacuas: *vel*, à Dardano quondam derelictas, Italas ſc. ut Thraciam, Siciliam, Cretam, &c. 6 Ad quærendum impellimur. Græciſmus ἀγόμεθα ζητεῖν. 7 Imperiis, fatis, oraculis, prodigiis Deorum: ut quæ per crinem flagrantem Iüli, & per ſtellam, quæ facem ducebat, portendebantur: item per monita Hectoris & Creüſæ. l. 2. 8 Collectionem navium. 9 Oppido ad radicem montis, in quo Paris inter Deas judicârat: montes autem Idæ numerant 4. Phalacran, Lecton, Pergamon, Gargaron. 10 Quia etiam Ida in Creta eſt, ſed claſſem parabat inter Antandrum & Idam montem. 11 Cum mole & difficultate paramus. 12 Avehant nos. 13 Subducere claſſem, & finire errores. 14 Congregamus. 15 Quorum in 1. meminit, Ilioneum, Cloanthum, Sergeſtum, Gyan, Leucaſpin, Achaten, atque alios. 16 Verna temperies. Ab opportuna anni parte. 17 Secundùm fata & arbitrium Deorum, aut ut fata indicabant. 18 Pathos à loco. 19 *Ecce*, inquit Macrob. l. 5. c. 1. *pauciſſimis verbis maximam civitatem hauſit Venit ſumma dies*, &c. 20 Arabiles ſc. quia jam ignis omnia exederat. 21 Pathos à ſtatu & conditione. 22 Mare. 23 De penatibus l. 1. & alibi. 24 Diis majorum gentium, qui publicè celebrantur, & quorum maximum imperium ac numen erat: qui ſunt Jupiter, Neptunus, Apollo, &c. Enniano diſticho incluſi. Vide Macrob. l. 3. c. 4. 25 Thracia ſc. quam deſcribit ab habitatoribus, militari laude, priſcis gentis regibus & regni uſu. Docet quomodo coactus ſit diverſa quærere exilia. 26 A Trojâ. 27 In valdè amplis campis. 28 Subigitur ab agricolis. 29 Bellicoſa: undè Marti patria aſſignatur. 30 Quam terram Thraces aſſiduo labore exercent. 31 Severo, bellicoſo, ſtrenuo: vites enim omnes ſuccîdi juſſit, exoſus Thracum ebrietatem. 32 Gubernata. 33 Thracum rege. Non ergo intelligit hic Lycurgum, ſanctiſſimum illum Lacedæmonienſem legiſlatorem, ſed Dryantis filium. 34 Trojanorum, qui jure hoſpitalitatis olim à Thracibus accipiebantur, & eos viciſſim accipiebant. 35 Confœderati & amici.

Dùm

Digitized by Google

1 Sc. proſpera, id eſt, dùm fortunati fuimus. 2 In hanc terram, id eſt, Thraciam. 3 Sc. in. 4 Ænei oppidi. 5 Statuo. 6 Non faventibus. 7 Fuit appellata hæc urbs ab Æneæ nomine Ænos, & populi Æneadæ. 8 Voco populos illius civitatis Æneadès.

Dum fortuna [1] fuit: *feror* [2] *hùc*, & [3] *littore curvo*
[4] *Mœnia prima* [5] *loco*, *fatis ingreſſus* [6] *iniquis*;
*Æneadaſque meo* [7] *nomen de nomine* [8] *fingo*.
[9] *Sacra* [10] *Dionææ matri*, *Diviſque*, [11] *ferebam*
[12] *Auſpicibus cœptorum operum*, [13] *ſuperoque* [14] *nitentem*
[15] *Cœlicolûm* [16] *regi mactabam in littore* [17] *taurum*.
[18] *Fortè fuit* [19] *juxta* [20] *tumulus*, [21] *quo cornea ſummo*
*Virgulta*, & [22] *denſis haſtilibus horrida* [23] *myrtus*.
[24] *Acceſſi*, *viridemque ab humo convellere* * *ſylvam*
*Conatus*: *ramis* [25] *tegerem ut frondentibus aras*:
[26] *Horrendum & dictu video mirabile* [27] *monſtrum*.
*Nam*, *quæ prima* [28] *ſolo ruptis radicibus* * *arbos*
*Vellitur*, [29] *huic* [30] *atro* [31] *liquuntur ſanguine guttæ*,
*Et terram* [32] *tabo maculant*: *mihi* [33] *frigidus horror*
*Membra* [34] *quatit*, [35] *gelidusque* [36] *coït formidine*
[37] *ſanguis*.
*Rurſus &* [38] *alterius* [39] *lentum convellere vimen*

9 Sacrificia. 10 Veneri, matri meæ, Dionis ex Jove filiæ, quæ una Nympharum Tethyos & Oceani fuiſſe dicitur. 11 Offerebam. 12 Auxiliatoribus, aut faventibus, inchoatis operibus. Hinc *auſpicari*, eſt bonis auſpiciis feliciterque inchoare: ducta Metaphora ab auſpiciis. 13 Cœleſti, ſupremo. 14 Nitidum, utpote pinguem & ſaginatum: *vel*, candidum, ex religione, quia Diis ſuperis candidæ offerebantur victimæ, Diis inferis nigræ. 15 Cœlicolarum. Syncope. 16 Jovi. 17 Sacrificium non litans, itaque ſecutum, *Horrendum dictu*, & *viſu miſtrabile monſtrum*. Nam Jovi nuſquam, ſed vel Apollini, aut Neptuno, aut Marti, taurus ſacrificabatur. Committitur ergo res non ignorantia, ſed ut monſtro locum faceret ſecuturo; ut docet Macrob. l. 3. c. 10. Alii tamen taurum ritè Jovi immolari tradunt. 18 Commemorat occaſionem inſecuti prodigii. 19 Prope eum locum. 20 Et collis & ſepulchrum. 21 In quo tumulo ſummo, id eſt, in cujus vertice erat virgarum pullulantium denſitas corni arboris. 22 Denſitate virgultorum, undè facilè haſtilia fierent, inculta & aſpera. 23 *At* myrtus *validis haſtilibus*, & *bona bello Cornus*, 2. Georg. 24 Tumulum. * Frondes, frutices virgarum, ſeu denſa illa haſtilia virentia. 25 A cauſa finali. Solenne enim priſcis erat, aras frondibus veſtire ac ornare. 26 Maximè admirandum, & ſtupendum. 27 Nam, cùm ramos evelleret, effluxit ſanguis, quod monſtri ſimile erat. 28 Terrâ, in quâ ſuſtentabatur. 29 Arbori. 30 Atri ſanguinis. 31 Defluunt. 32 Sanguine atro & corrupto contaminant. Lucret. l. 3. *Et terram conſpergere tabo*. 33 Me frigidum faciens, Metonym. 34 Concutit & tremere facit. 35 Quaſi congelatus. 36 Concreſcit & conſtringitur præ timore. 37 Meus. 38 Arboris. 39 Molle & flexibile.

1 Inſe-

Digitized by Google

[1] *Inſequor, & cauſas penitùs [2] tentare [3] latentes:*
*Ater & [4] alterius ſequitur de cortice ſanguis.*
*Multa [5] movens animo, Nymphas [6] venerabar agreſtes,*
[7] *Gradivumque patrem, [8] Geticis qui præſidet arvis;*
[9] *Ritè ſecundarent viſus, [10] omenque levarent.*
[11] *Tertia ſed poſtquam majore * haſtilia [12] nixu*
*Aggredior, genibuſque [13] adverſæ obluctor arenæ:*
*(Eloquar, an ſileam?) gemitus [14] lacrymabilis imo*
[15] *Auditur tumulo, & vox [16] reddita fertur ad aures.*
[17] *Quid miſerum, Ænea, laceras? jam parce ſepulto:*
[18] *Parce pias ſcelerare manus: non me tibi Troja*
[19] *Externum [20] tulit, haud cruor hic de ſtipite [21] manat.*
*Heu fuge [22] crudeles terras, fuge littus [23] avarum!*
*Nam [24] Polydorus ego: hic [25] confixum [26] ferrea [27] texit*
*Telorum [28] ſeges, & [29] jaculis increvit acutis.*
*Tùm verò [30] ancipiti mentem formidine preſſus*
[31] *Obſtupui, [32] ſteteruntque comæ, & vox faucibus [33] hæſit.*
[34] *Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno*
[35] *Infelix Priamus [36] furtim mandârat alendum*

1 Inſequenter conor. 2 Tentando ſcrutari. 3 Mihi ignotas. 4 Virgulti. 5 Agitans. 6 Hamadryades, arborum præſides & inquilinas nativas: veritus ne forte ipſarum ſanguinem elicuiſſem. 7 Martem, Thraciæ præſidem & Deum, bellicoſum. Aliis placet à gradiendo dictum eſſe, quòd ſc. *gradatim* in bellum vadatur. Nec verò deſunt, qui, ἀπὸ τ̃ κραδαίνειν, id eſt, *à vibrando* deducant: quòd haſtæ in bello *vibrentur*, torqueanturque. 8 Thraciæ arvis, cujus partem olim tenuerunt Getæ. 9 Ut proſperas facerent viſiones & prodigium illud. Liv. l. 1. *Hoc velut domeſtico exterritus viſu.* 10 Portentum illud leve ac bonum facerent. 11 Docet, quomodo agnoverit Polydorum illic ſepultum, poſtquam à Polymneſtore occiſus fuerat. * Tertium virgultum. 12 Conatu evellendi. 13 Incumbo terræ, quæ in littore arenoſo eſſe ſolet, mihi oppoſitæ. 14 Quaſi à lachrymante editus. 15 A me. 16 Data, facto jam tranſitu. 17 Loquitur umbra Polydori. 18 Cave polluere manus tuas inſontes. 19 Sed civem propinquum, affinem. 20 Produxit, educavit. 21 Diſtillat. 22 In quibus impium facinus commiſſum eſt. 23 In quo avarus rex imperium tenet. 24 Filius Priami, quem noſtri eſſe creditum Polymneſtori. 25 Confoſſum. 26 Jacula cornea myrteaque ferro armata, quæ è ſepulchro enata conſtituunt hoc virgultum. Alluſumque volunt ad haſtam à Romulo ex Aventino in palatium jactam, quæ, radice actâ, in arborem excrevit. 27 Sepelivit & occultavit. 28 Multitudo, copia. 29 Revixit in haſtilia illa acuta, quæ avellis. 30 Me ancipitem & dubium, quid facerem reddente. 31 Idem habetur verſus ſub fine ſec. lib. 32 Obriguerunt capilli. 33 Adhæſit. Ter. Eun. *Lingua hæret metu.* 34 Digreditur à cœptâ narratione, per occaſionem prodigii oſtentati, in hiſtoriam Polydori. Adi Euripidis Hecubam, & Ovid. 13. Met. & Dictyn Cret. 35 Propter caſum, qui pòſt evenit. 36 Secreto, ne res hoſtibus innoteſceret, & puer ad cædem depoſceretur.

Thre-

1 Thraciæ regi Polymneſtori: cui Ilione, maxima natarum Priami, nupſerat.
2 In ſpem reſtaurandi regni Troj. quod ipſe Priamus in ſe redempto expertus fuerat.
*Conſilium ſapiens, ſceleris nos præmia magnas Adjeciſſet opes.* 13. Met. Ovid.
3 Potentis Trojæ, id eſt, cum incepiſſet deſperare de ſalute Trojanorum & Trojæ.

[1] *Threïcio regi:* [2] *cùm jam diffideret* [3] *armis*
*Dardaniæ, cingique urbem obſidione videret.*
[4] *Ille,* [5] *ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna* [6] *receſſit,*
[7] *Res Agamemnonias,* [8] *victriciaque arma ſecutus,*
[9] *Fas omne abrumpit,* [10] *Polydorum obtruncat, &* [11] *auro*
*Vi potitur.* [12] Quid non mortalia pectora cogis
Auri [13] ſacra fames? [14] *poſtquam pavor oſſa reliquit,*
*Delectos populi ad* [15] *proceres,* [16] *primumque parentem,*
[17] *Monſtra Deûm* [18] *refero, &,* [19] *quæ ſit ſententia, poſco.*
*Omnibus* [20] *idem* [21] *animus,* [22] *ſceleratâ* [23] *excedere terrâ;*
*Linquere* [24] *pollutum hoſpitium, & dare* [25] *claſſibus Auſtros.*
*Ergo* [26] *inſtauramus Polydoro funus, & ingens*
[27] *Aggeritur tumulo tellus:* [28] *ſtant manibus aræ*
*Cæruleis mœſtæ* [29] *vittis,* [30] *atrâque cupreſſo;*
*Et* [31] *circùm* [32] *Iliades crinem* [33] *de more ſolutæ.*
[34] *Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,*
*Sanguinis &* [35] *ſacris* [36] *pateras;* [37] *animamq;* [38] *ſepulchro*

4 Polymneſtor. 5 Poſtquam. 6 Ab eis. 7 Partes Agamemnonis, imperatoris exercitus Græcorum. 8 Victorum Græcorum. 9 Ius hoſpitale & ſocia fœdera violat. 10 Caput Polydori amputat. 11 Depoſito cum Polydoro. 12 Ad quid, id eſt, ad omne nefas. Epiphonema per interrogationem prolatum, ut augeatur indignatio. Sal. Cat. *Namque avaritia fidem, probitatem cæteraſque bonas artes ſubvertit: pro his ſuperbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit:* Vide Horat. Od. 16. l. 3. 13 Exſecranda cupido. Virg. ſacras *depellere tædas.* 14 Redit à digreſſione ad omiſſam narrationem. 15 Primores & principes. 16 Et præcipuè. 17 Portenta. 18 In conſultationem porto, propono. 19 Quid faciendum ſentiant. 20 Uniformis. 21 Erat. 22 Scelere tanto pollutâ. 23 Ut excederemus. 24 Violatum tali cæde. 25 Claſſes ventis. Hypallage. 26 Ab integro facimus errantibus Polydori manibus ſepulchrum, aut officium funebre, quod prætermiſſum erat. 27 Magna moles terræ accumulatur & apportatur ad tumulum exſtruendum. 28 Poſitæ, erectæ ſunt Diis inferis. 29 Sertis. 30 Triſti, funebri, & ob id ingratâ: quare pro funebri ſigno ante domos funeſtas poni conſuevit. 31 In circuitu. 32 Mulieres Trojanæ ſtant habentes crinem paſſum & ſparſum per colla. 33 Patriæ, aut exequiarum. 34 Inferimus in tumulum pocula in morem navium, id eſt, cymbarum facta, abundè repleta lacte recens mulſo. *Cymbia* autem diminutivè dicta ſunt à *cymbâ*, quod navigii genus eſt. Vide Macrob. Sat. l. 5. c. 21. 35 Ex ſacrificio collecti. 36 Pocula patentia orificio amplo. 37 Polydori. 38 Conſepelimus.

*Con-*

Condimus, & magnâ [1] ſupremùm voce ciemus.
[2] Inde, ubi prima [3] fides pelago, [4] placataque venti
Dant maria, & [5] lenis [6] crepitans vocat [7] Auſter in altum;
[8] Deducunt ſocii naves, & littora complent:
[9] Provehimur portu, [10] terraque, urbeſque recedunt.
Sacra mari, colitur medio gratiſſima [11] tellus
[12] Nereïdum matri, & Neptuno [13] Ægeo:
Quam [14] pius [15] Arcitenens, oras & littora circum
[16] Errantem, [17] Mycone celſa [18] Gyaroque [19] revinxit;
[20] Immotamque coli dedit, & [21] contemnere ventos.
[22] Huc feror, hæc feſſos tuto placidiſſima portu
Accipit: [23] egreſſi veneramur [24] Apollinis [25] urbem.
Rex [26] Anius, rex idem hominum, Phœbique ſacerdos,
[27] Vittis & ſacrâ [28] redimitus tempora [29] lauro,
[30] Occurrit, veterem Anchiſen [31] agnoſcit [32] amicum.
Jungimus [33] hoſpitio dextras, & [34] tecta ſubimus.
[35] Templa Dei [36] ſaxo venerabar ſtructa vetuſto:

1 Ubi ſummum Valeter conclamamus. 2 Deinde, poſtquam officium funebre peregimus. 3 Confidendi ratio eſt facta pelago, id eſt, ubi primum ſatis potuimus confidere pelago, & citra periculum vela dare. 4 Tranquilla. 5 Leniter flans.

6 Cum crepitu ad navigandum hortatur. 7 Quilibet ventus. 8 Deorſum ducunt à littore, quo eas ſubduxerant. Hujus enim contrarium eſt, *ſubducere*; ut l. 1. *Urbem quam ſtatuo, veſtra eſt*, ſubducite *puppes*. 9 Porrò avehimur. 10 Videntur navigantibus recedere, cùm ipſi recedant. Oculus quippe non quieſcere judicans, motu conſpectu quaſi ſemet retractans, terram retrò tendere opinatur. 11 Delos inſ. dicta priùs Ortygia. 12 Doridi. 13 Ægæ urbs erat Eubœæ, ubi templum Neptuni Ægæi; unde & nomen mari Ægæo; quod tamen alii à ſcopulo αἶγα referente dictum autumant: alii à fluctibus protervis & αἰγῶν more inſultantibus. 14 In matrem, quam ulta eſt Pythone interempto, & in patriam Delon, quam priùs fluctuantem vado alligavit ac fixit. 15 Apollo, κλυτότοξος, ἀργυρότοξος. Vide Macrob. l. 6. c. 5. 16 Vagantem & fluctuantem. 17 Inſulâ, quæ Ovid. 7. Met. *humilis*, ſed in qua mons celſus Dimaſtus. 18 Inſulâ in mari Ægæo: in qua mures ferrum arrodunt. 19 Colligavit. 20 Eum immobilem & quietam, vadoque fixam habitari. 21 Nihil curare ventos, unde priùs agitabatur. 22 In hanc terram Delon nunc ita firmam ac ſtabilem, ut nullis tempeſtatibus ſede ſua dimoveri poſſit. 23 Navibus. 24 Qui eam firmavit. 25 Delon. 26 Filius Apollinis e Staphyli filia, quem regno & ſacerdotio Deli pater honoravit. Quin & olim apud varias gentes ipſi Reges atque imperatores, iidem Sacerdotes erant & Pontifices. 27 Quia ſacerdos. 28 Cinctus. 29 Quia rex. 30 Nobis. 31 Iterum novit: *Agnoſce* enim & *cognoſce* ita à pleriſque diſtinguuntur, ut *agnoſcere* dicamur olim notos: *cognoſcere*, prius incognitos. 32 Suum. 33 Hoſpitalitatis jure. 34 Regia ſc. id eſt, regiam ipſam intramus. 35 Templum Apollinis. 36 Ubi templum Delphicum, aliaque in Græcia incendiis, prædonibus, ac terræ motibus diruta eſſent, Delium intactum ſemper manebat eodem ſaxo. Macrob. 3. l. 6. c. Sat.



Digitized by Google

[1] *Da propriam*, [2] *Thymbrae*, *domum*; *da mœnia* [3] *feſſis*,
*Et* [4] *genus*, *&* [5] *manſuram urbem*: *ſerva* [6] *altera Trojæ*
*Pergama*, *relliquias Danaûm*, *atque* [7] *immitis Achilli*.
*Quem ſequimur*? *quòve ire jubes*? *ubi ponere ſedes*?
*Da*, [8] *pater*, [9] *augurium*, *atque animis* [10] *illabere noſtris*.
[11] *Vix ea fatus eram*; *tremere omnia viſa repentè*,
[12] *Liminaque*, *lauruſque* [13] *Dei*; *totuſque moveri*
*Mons circùm*, *&* *mugire* [14] *adytis* [15] *cortina* [14] *recluſis*.
[16] *Submiſſi petimus* [17] *terram*, *&* [18] *vox fertur ad aures*:
[19] *Dardanidæ* [20] *duri*, *quæ vos à ſtirpe parentum*
*Prima tulit* [21] *tellus*; *eadem vos* [22] *ubere læto*
*Accipiet* [23] *reduces*: [24] *antiquam exquirite* [25] *matrem*.
[26] *Hic* [27] *domus Æneæ* [28] *cunctis dominabitur* [28] *oris*,
[29] *Et nati natorum*, *&* [30] *qui naſcentur ab illis*.
*Hæc Phœbus*: *miſtoque ingens exorta tumultu*
*Lætitia*, *&* [31] *cuncti*, *quæ ſint ea mœnia*, *quærunt*,
[32] *Quò* [33] *Phœbus voce errantes*, *jubeatque reverti*.

1 Et dico ſc. oſtende nobis habitationem nobis debitam & perpetuam, in quâ permanere poſſimus. 2 Apollo, cui templum fuerat hoc uſque in Thymbræo campo prope Trojam. 3 Nobis. 4 Propagationem generis. 5 Perduraturam. 6 Nos, qui ſumus ſecunda moenia, id eſt, tutamina Trojæ. 7 Crudelis. 8 Apollo. 9 Oraculum, aut aliud evidens ſignum, quo certi ſimus, quò eundum ſit. 10 Illabendo ſignifica, ita ut & credere & intelligere valeamus. 11 Docet, quod ſubſecutum ſit oraculum, &c. 12 Templi. 13 Apollinis, id eſt, quæ in tutela ejus eſt, eò quòd Daphne puella, ab eo adamata, in laurum converſa fingitur. 14 Secretioribus penetralibus; quæ adire non licet, apertis. 15 Locus ſecretior, corio Pythonis tectus, undè reſponſa edebantur. 16 Humiliati. 17 Ut ab adytis perfecte vocem acciperemus. 18 Audimus vocem dicentem. 19 A Dardano oriundi, qui & ipſe ortum habuit ex Italia: quam vel hinc innuere voluit Oraculum ab illis repetendam. 20 Variis laboribus exerciti, fortes. 21 Italia. 22 Læta foecunditate. 23 Redeuntes. 24 Terram patriam, id eſt, Italiam: ſed non intellexerunt hoc Trojani. Alluſum ſimul ad hiſtoriam Bruti & Tarquiniorum Liv. 1. qui cùm oraculum Delphici Apollinis peterent, reſponſum eſt, ejus imperium fore, qui primus matrem reverſus oſcularetur. Quod ſolus Brutus agnoſcens, de navi egreſſus, ſimulans caſum, oſculatus eſt terram: undè & potitus imperio eſt. 25 Ovid. 13. Met. ſuper eâdem re: *Cumque die ſurgunt, adeuntque oracula Phœbi, Qui petere antiquam matrem, cognataque juſſit Littora.* 26 In Italia. 27 Æneæ poſteri. 28 Orbi terrarum: imperium Romanum innuit. 29 *Καὶ παῖδες παίδων, καί τοι μετόπισθε γένωνται.* Iliad. 20. 30 Omnes in infinitum ſuccedentes. 31 Trojani. 32 Ad quæ. 33 Apollo.

Tùm

*Tum* [1] *genitor* [2] *veterum volvens monumenta virorum.*
*Audite, ô proceres, ait, & [3] ſpes diſcite veſtras.*
*Creta* [4] *Jovis magni* [5] *medio jacet inſula* [5] *ponto,*
*Mons* [6] *Idæus ubi, &* [7] *gentis cunabula noſtra:*
[8] *Centum urbes* [9] *habitant magnas,* [10] *uberrima regna.*
[11] *Maximus undè pater (ſi* [12] *rite audita recordor)*
*Teucrus* [13] *Rhœteas* [14] *primùm eſt advectus ad oras,*
[15] *Optavitque locum* [16] *regno: nondùm* [17] *Ilium, & arces*
[18] *Pergameæ* [19] *ſteterant:* [20] *habitabant vallibus imis.*
[21] *Hinc mater* [22] *cultrix Cybele, Corybantiaque æra,*
*Idæumque nemus: hinc fida ſilentia* [23] *ſacris,*
[24] *Et juncti currum dominæ ſubiêre leones.*
*Ergo agite, &, Divûm ducunt quâ juſſa,* [25] *ſequamur,*
[26] *Placemus ventos, &* [27] *Gnoſſia regna petamus:*
*Nec longo* [28] *diſtant* [29] *curſu: (*[30] *modò Juppiter adſit)*
[31] *Tertia lux claſſem Cretæis ſiſtet in oris.*

1 Anchiſes. 2 Animo agitans teſtimonia, quæ nos admonere poſſent majorum noſtrorum, undè originem traximus. Monumenta dicta videntur à monendo, & eſſe ea omnia, quæcunque vel defuncti causa ædificantur, vel ad memoriam alicujus, ut nos illius admoneant, ut ſepulchra, ſtatuæ, libri, & ſimilia. 3 Undè requiem vicinam ſperare poteſtis. 4 In qua magnus Jupiter natus dicitur. 5 In mari Mediterraneo. 6 A quo is, quem in Phrygia fuiſſe legimus, nomen accepit. 7 Primæ origines noſtri generis. *Cunabula* proprie lectuli ſunt, in quibus infantes ponuntur. Hinc per Metaphoram pro primordiis & origine alicujus ſumitur, ut hoc loco. 8 Ἑκατόμπολιν Cretam. Ariadne Theſeo apud Ovid. *Non ego te, Crete, centum digeſta per urbes Aſpiciam, puero cognita terra Jovi.* 9 Cretenſes. 10 Fertiliſſima. Referunt ad illa oraculi: *eadem vos ubere læto Accipiet reduces.* 11 De qua inſula primus autor generis noſtri. 12 Ut decet. 13 Prygias, à *Rhœteo*, Trojæ promontorio. 14 Primus. Fallitur autem in ea re Anchiſes, quia ante Teucrum venerat Dardanus. 15 Elegit Teucer: ut l. 1. *Pars optare locum tecto.* 16 Ad regiam exſtruendam. 17 Oppidum præcipuum Trojæ. 18 Trojanæ. 19 Erectæ erant. 20 Incolæ. 21 Ex hac inſula, vel, à Teucro inductus cultus matris Deorum Cybeles; cymbala, quæ à Corybantibus pulſantur, & quibus Jovis naſcentis vagitus celabatur. Idæ nomen & religio; ſilentium in ſacris; Dea *Turrigeræque urbes, bijugique ad fræna leones:* ut 10. l. Æn. 22 Exornatrix regionis noſtræ. 23 Cœpta ſunt ſacrificiis aut rebus ſacris agendis, quæ nefas erat notificare. 24 Ex imitatione hujus gentis tractus eſt mos, ut currus Cybeles à leonibus traheretur. Alludit ad fabulam Hippomenis & Atalantæ, quos Cybele in leones vertit, currumque ſuum ſubire coëgit: de qua Ovid. Met. 10. 25 Navigemus in Cretam. 26 Propitios nobis reddamus Deos ventorum ſacrificio facto. 27 Cretam: cujus urbes inſignes Gortyne, Cydon, Gnoſſus, Synecd. 28 A Delo. 29 Spatio. 30 Dummodò cœlum, aura, & venti nobis auxilio ſint & faveant. 31 Tertius dies.

[1] *Sic* [2] *fatus*, [3] *meritos* [4] *aris mactavit honores:*
*Taurum* [5] *Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo,*
[6] *Nigram* [7] *Hyemi pecudem*, [8] *Zephyris felicibus album.*
*Fama* [9] *volat*, [10] *pulſum regnis* [11] *ceſſiſſe paternis*
[12] *Idomenea ducem*, [13] *deſertaque littora Cretæ,*
*Hoſte vacare* [14] *domos, ſedeſque* [15] *aſtare* [16] *relictas.*
*Linquimus* [17] *Ortygiæ portus*, [18] *pelagoque volamus,*
[19] *Bacchatamque* [20] *jugis* [21] *Naxon*, [22] *viridemque Donyſam,*
*Olearon*, [23] *niveamque Paron*, [24] *ſparſaſque per* [25] *æquor*
[26] *Cycladas, &* [27] *crebris* [28] *legimus freta conſita* [27] *terris.*
[29] *Nauticus exoritur* [30] *vario certamine* [29] *clamor:*
*Hortantur ſocii, Cretam* [31] *proavoſque petamus.*
*Proſequitur* [32] *ſurgens à puppi ventus* [33] *euntes,*
*Et* [34] *tandem* [35] *antiquis* [36] *Curetum* [37] *allabimur oris.*
*Ergo avidus muros optatæ* [38] *molior urbis,*
[39] *Pergameamque voco, & lætam* [40] *cognomine gentem*
*Hortor* [41] *amare focos, arcemque attollere tectis.*

1 Dicto ſacrificio peracto in Cretam profectos, & illinc peſtilentia rurſus pulſos. 2 Anchiſes. 3 Diis debitos. 4 Ad aras. 5 His enim duobus tantum, & Marti, tauro ſacrum fiebat. 6 Quia infauſtus eſt Deus. 7 Tempeſtati, pro Deo conſecratæ à Romanis. Cicero 3. de Naturâ Deorum. 8 Species pro genere. 9 Velociter circumfertur. 10 Regno à ſuis pulſum, quod à Trojâ rediens ſibi filium gratulatum progreſſum immolare parabat; ex voto, oblaturum ſe quod primum occurreret. 11 Exceſſiſſe. 12 Deucalionis filium. 13 A duce. 14 Cretenſes. 15 Paratas eſſe. 16 A duce profugo. 17 Deli, ita appellatæ ab ea Ortygia, quæ in Ætolia eſt. Alii à coturnicibus, quæ ὄρτυγες, & ibi frequentes. 18 Et celerrimè navigamus per pelagus. 19 Bachi Orgiis celebratam; ut 2. Georg. *Virginibus bacchata Lacænis Taygeta*. Al. *Bacchatam*, id eſt, viribus conſitam. 20 In montibus. 21 Inſulam. 22 A pabulo, quo abundat: vel, à marmore viridi inſignem maris Ægei inſulam. 23 Niveo marmore nobilem. 24 Unde & σποράδες dictæ hæ inſulæ; & *freta hæc terris conſita*. Præferunt alii lectionem *concita*, id eſt, æſtu ſcil. crebro & reciprocis undis commota. 25 Ægeum. 26 Inſulas in circuitu in morem Cycladis veſtis, & circa Delon in orbem ſitas. 27 Inſulis toto mari ſparſis, & quaſi diſſeminatis. 28 Prætervavigamus, prætervehimur. 29 Nautarum hortantium ſe invicem, κέλευσμα. 30 Quia cum ſecundo uterentur vento, certatim incumbebant veloci navigationi. 31 Majores noſtros. 32 Flans à poſteriori parte navis, & ita à tergo. 33 Nos proficiſcentes. 34 Poſt longa deſideria, vel poſt bidui navigationem. 35 Unde antiquam originem traximus. 36 Populorum in Cretâ, qui primi cultores ejus fuerunt. 37 Infra: *Iquarique via Cyclopum allabimur oris*. 38 Cum mole exſtruo. 39 Urbem ſc. Pergamum inter Cretæ urbes agnoſcunt Geographi vet. 40 Urbis. 41 Sacrificia celebrare: vel domos privatas exſtruere, & arcem juxta in editiore loco ad defenſionem, vel, tecta arci imponere, per Hypallagen.

*Jam-*

Digitized by Google

*Jamque fere ſicco [1] ſubductæ [2] littore puppes,*
*[3] Connubiis, arviſque novis operata juventus:*
*[4] Jura, domoſque [5] dabam: [6] ſubitò cùm tabida [7] membris*
*Corrupto [8] cæli tractu, [9] miſerandaque [10] venit*
*Arboribuſque, ſatiſque [11] lues, & [12] letifer annus.*
*Linquebant dulces [13] animas, aut [14] ægra [15] trahebant*
*Corpora: [16] tum [17] ſteriles [18] exurere [19] Sirius agros:*
*Arebant herbæ, & victum ſeges [20] ægra negabat.*
*Rursùs ad oraclum [21] Ortygiæ, [22] Phœbumque [23] remenſo*
*Hortatur pater ire mari, [24] veniamque precari:*
*Quem feſſis finem rebus [25] ferat; unde laborum*
*[26] Tentare auxilium jubeat; quò vertere [27] curſus.*
*[28] Nox erat, & terris animalia ſomnus [29] habebat:*
*Effigies ſacræ Divûm, [30] Phrygiique Penates,*
*Quos mecum à Troja, mediiſque ex ignibus urbis*
*Extuleram, viſi ante [31] oculos aſtare [32] jacentis*
*In ſomnis, [33] multo manifeſti lumine, quà [34] ſe*
*Plena per [35] inſertas [34] fundebat Luna feneſtras.*
*Tum ſic [36] affari, & curas his demere dictis.*
*Quod tibi [37] delato Ortygiam dicturus Apollo eſt,*
*Hic canit, & tua nos en ultrò ad limina mittit.*
*Nos te, [38] Dardaniâ incenſâ, [39] tuaque arma ſecuti;*

1 Bruta. 2 In littore. 3 Conjugia contrahere, agros ſignare & colere cœpêre juvenes; ſed non alſ... & auſpiciis ſumptis & paratis ſacrificiis. Vel, juvenes erat ferè operata; id eſt, ſacrificia fecerat propter conjugia, & a. va jam primùm ab eis arata. Virg. 1. Georg. *Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.* 4 Civitatis. 5 Eis. 6 Occaſio ad cognitionem erroris circa interpretationem oraculi Deliaci. Deſcribit autem peſtem à cauſis ſuis. 7 Hominum. 8 Aëris regione, aut climate. 9 Miſerandos nos faciens. 10 Exorta eſt. 11 Peſtis: redi ad 3. Georg. ſub finem libri. 12 Mortem per peſtem adferens. 13 Vitam ſuam, id eſt, moriebantur. 14 Illa infirma. 15 Eas animas, id eſt, anhelitum, id eſt, afflabantur peſte. 16 Inſuper. 17 Quos exurendo ſteriles efficit. 18 Exurebat. Enallagemodi. 19 Stella in ore canis: cujus exortu intolerabilis calor in terrâ ſentitur. *Jam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos Ardebat*, &c. 4. Georg. 20 Et ipſa lue facta, propter peccatum Anchiſæ, oraculi perperam interpretantis de Creta, non de Italia. 21 Deli, in quo Apollo oracula edebat. Vide ſupra. 22 Ad Apollinem. 23 Renavigato. 24 Hunc gratiam, ut dicat, *Quem feſſis*, &c. 25 Conſtituat. 26 Attentando obtinere. 27 Navigationis noſtræ. 28 Sic l. 4. *Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem Corpora.* Docet, quomodò Dii penates cohortati ſint in Italiam proficiſci. 29 Occupabat. 30 De his lib. 1. & 2. ſupra. 31 Meos. 32 Cubantis mei. 33 Mihi viſibiliter apparentes. 34 Lumen ſuum infundebat, inſpergebat. 35 Quæ ædibus interpoſitæ erant. 36 Affari & alloqui viſi ſunt, ac certiores facere, quonam flectendum ſit iter. 37 Poſtquam delatus fueris in Delon. 38 Trojâ. 39 Tuam poſſeſſionem, tuum imperium ſecuti ſumus.



Digitized by Google

*Nos [1] tumidum [2] ſub te [3] permenſi claſſibus æquor,*
*Iidem venturos [4] tollemus in aſtra [5] nepotes,*
*Imperiumque [6] urbi dabimus: tu [7] mœnia [8] magnis*
*Magna para, longumque fugæ ne [9] linque laborem.*
*Mutandæ [10] ſedes: [11] non hæc tibi [12] littora ſuaſit*
*Delius, aut [13] Cretæ juſſit conſidere, Apollo.*
*[14] Eſt locus (Heſperiam Graji cognomine dicunt)*
*Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ:*
*Oenotrii coluêre viri: nunc fama, minores*
*Italiam dixiſſe, ducis de nomine, gentem.*
*[15] Hæ nobis [16] propriæ ſedes: [17] hinc [18] Dardanus ortus,*
*[18] Iaſiuſque pater: genus à [19] quo principe [20] noſtrum.*
*Surge age, & hæc lætus longævo dicta [21] parenti*
*[22] Haud dubitanda refer. [23] Coritum, terraſque require*
*[24] Auſonias: [25] Dictæa negat tibi Juppiter arva.*
*Talibus [26] attonitus viſis, ac [27] voce Deorum*
*([28] Nec ſopor illud erat, ſed coram agnoſcere [29] vultus,*
*[30] Velataſque comas, præſentiaque ora videbar)*
*Tum [31] gelidus toto manabat corpore [31] ſudor.*
*[32] Corripio è [33] ſtratis corpus, tendoque [34] ſupinas*
*Ad cælum cum [35] voce manus, & [36] munera libo*
*[37] Intemerata [38] focis: perfecto lætus [39] honore*

1 Procelloſum. 2 Sub ductu tuo. 3 Perfectè menſi ſumus, id eſt, pernavigamus. 4 Extollemus. 5 Poſteros tuos. 6 Romæ. 7 Romæ ſc. ſeptem montes comprehendentis. 8 Nepotibus, poſteris. 9 Relinque. 10 Habitationes, id eſt, diſcedendum eſt è Cretâ. 11 Confirmat ab autoritate oraculi Deliaci: quod perperam interpretatus fuit Anchiſes. 12 Habitanda. 13 In Cretâ. 14 Topographia Italiæ, à nominis ratione, incolarum antiquitate, rei militaris gloria, ubertate ſoli, & à majoribus, qui inde Phrygiam primi coloniam deduxêre. Habentur quatuor hi verſus l. 1. ex ore Ilionei. 15 Heſperia, aut Italia. 16 Perpetuæ. 17 Ex his regionibus Italiæ. 18 Iaſius & Dardanus filii Coriti, regis Hetruriæ, de hæreditate patris defuncti decertarunt. Siculus, Hiſpaniæ rex, Atlantis filius, litteris Iaſii accitus fratres pacavit. Dardanus poſteà Iaſium fratrem per ſcelus interceptum peremit. Quod parricidium ulturus avunculus Siculus, Dardanum Hetruriâ expulit. Ille primùm Samothraciam, indè in Aſiam delatus, Ilium condidit: ab illo Erichthonius, Tros, Ilus, Laomedon, Priamus. 19 Quorum priore & principe viro Dardano. 20 Trojanum. 21 Anchiſæ. 22 Certiſſima & veriſſima. 23 Hetruriæ opp. à Corito rege conditum: undè Dardanus venit. 24 Italas, ab Auſone Ulyſſis & Calypſûs filio. 25 Cretenſia. *Dicte* mons Cretæ: hinc *Dictæus*, id eſt, Cretenſis. 26 Stupefactus viſionibus. Eſt autem *Viſum*, cùm res uſuvênit eodem modo, quo apparuit. 27 Reſponſo. 28 Nec videbam illud per inſomnia. 29 Penatium Deorum. 30 Vittis. 31 Qui ſtuporem indicabat. 32 Celeriter rapio. 33 Lectis. 34 Surſùm erectas. 35 Prece ſequenti. 36 Thus & vinum offero. 37 Ritè perfecta. 38 Aris Deorum Penatium. 39 Honorifico ſacrificio.

*An-*

*Anchiſen facio* [1] *certum,* [2] *remque ordine pando.*
[3] *Agnovit* [4] *prolem ambiguam,* [5] *geminoſque parentes,*
*Seque* [6] *novo veterum deceptum errore* [7] *locorum.*
[8] *Tùm memorat: Nate* [9] *Iliacis exercite fatis,*
*Sola mihi tales* [10] *caſus* [11] *Caſſandra canebat.*
*Nunc* [12] *repeto, hæc generi portendere debita noſtro,*
*Et ſæpè Heſperiam, ſæpè Itala regna* [13] *vocare.*
*Sed quis ad* [14] *Heſperiæ venturos littora Teucros*
*Crederet?* [15] *aut quem* [16] *tùm vates Caſſandra* [17] *moveret?*
[18] *Cedamus Phœbo, & moniti* [19] *meliora ſequamur.*
*Sic* [20] *ait: & cuncti* [21] *dictis paremus* [22] *ovantes.*
*Hanc* [23] *quoque deſerimus* [24] *ſedem, pauciſque* [25] *relictis,*
*Vela* [26] *damus, vaſtumque* [27] *cavâ trabe currimus æquor.*
*Poſtquam* [28] *altum tenuêre rates, nec jam ampliùs ulla*
*Apparent terræ, cælum undique, & undique pontus:*
*Tùm mihi cæruleus ſupra caput adſtitit* [29] *imber,*
[30] *Noctem, hyememque ferens, &* [31] *inhorruit unda tenebris.*
[32] *Continuò venti volvunt mare,* [33] *magnaque ſurgunt*
*Æquora: diſperſi jactamur* [34] *gurgite vaſto.*
[35] *Involvêre diem nimbi, &* [36] *nox humida cælum*

1 Certiorem, Gradus pro gradu. 2 Aperio omnia, quo ordine dicta & facta ſunt. 3 Pater Anchiſes agnovit ſtatim errorem ſuum, ex geminis originis autoribus, Dardano multò ante ex Italia, Teucro longo poſt tempore in Phrygiam ex Creta profecto. 4 Gentem Trojanam duplicem: vel, incertam, quo parente, Dardano-ne an Teucro, dicatur orta. 5 Duos: Dardanum ſc. & Teucrum. 6 Inſolito. 7 Cretæ & Italiæ. 8 Deinde eloquitur. 9 Fatigate, exercitate totum decennium proximum fatis Trojanis debitis. 10 Eventus miſeros, ut diu erraremus Italiam quærentes. 11 Priami filia & vates. 12 Memoria ſc. id eſt, memini fata denuntiaſſe & ſignis prædixiſſe, hæc eventura noſtro generi. 13 Exoptare. 14 Italiæ. 15 Vaticiniorum fide ſublatâ, *Dei juſſu non unquam credita Teucris:* ſupra Æn. 2. 16 Cùm obſidione urbs noſtra premeretur. 17 Incitaret ad credendum. 18 Pareamus monitis Phœbeis, quæ Italiam ſignificant. 19 Quam hic nacti ſumus, undè dira peſte propellimur. 20 Anchiſes. 21 Monitis ejus. 22 Lætitiâ exultantes. 23 Ut priùs Thraciam deſeruimus. 24 Civitatem in Creta jam exſtructam. 25 Qui Pergamum, novam à ſe conditam urbem, incolerent. Al. *relictis*, id eſt, peſtilentiâ abſumptis. 26 Ventis. 27 Nave incurrimus. 28 Profundum mare, uti eſt in medio. 29 Nubes denſa. 30 Caliginem & tempeſtatem pluvioſam, qualis hyberno tempore eſſe ſolet. 31 Facta eſt horrida. 32 Aſſiduo motu. 33 Integræ convolutiones aquarum oriuntur. 34 Mari amplo. Sic 1. Æn. *Apparent rari nantes in gurgite vaſto.* 35 Nubes pluvioſæ implicuerunt claritatem diurnam. 36 Nubes pluvioſa aſpectum cœli oculis noſtris eripuit.

1 Sc. idem, ingeminantur, multiplicantur fulgura; crepitant tonitrua. 2 Coruſcationes & fulmina. 3 A propoſito itinere avertimur. 4 Tenebroſis, in quibus nulla patebat certa via. 5 Sc. ſe poſſe. 6 Per inſpectionem cœli. 7 Gubernator regiæ navis peritiſſimus: de quo vide l. 5.

*Abſtulit: 1 ingeminant abruptis nubibus 2 ignes.*
*3 Excutimur curſu, & 4 cæcis erramus in undis.*
*Ipſe diem, noctemque 5 negat diſcernere 6 cælo,*
*Nec meminiſſe viæ mediâ 7 Palinurus in undâ.*
*Tres adeò 8 incertos cæca caligine 9 ſoles*
*Erramus 10 pelago, 11 totidem ſine 12 ſidere noctes.*
*Quarto terra die primùm ſe 13 attollere tandem*
*Viſa, 14 aperire procul montes, ac volvere fumum.*
*Vela cadunt; remis 15 inſurgimus: haud mora nautæ*
*Adnixi torquent ſpumas, & 16 cærula verrunt.*
*17 Servatum ex undis 18 Strophadum me littora primùm*
*Accipiunt. Strophades 19 Graio ſtant nomine dictæ*
*20 Inſulæ in Ionio magno: quas 21 dira Celæno,*
*22 Harpyiæque colunt aliæ: 23 Phineïa poſtquam*
*24 Clauſa domus, 25 menſaſque metu liquêre priores.*
*26 Triſtius haud 27 illis monſtrum, nec ſævior ulla*
*Peſtis, & ira Deûm 28 Stygiis ſeſe extulit undis.*
*29 Virginei 30 volucrum vultus, fœdiſſima ventris*
*31 Proluvies, 32 uncæque manus, & pallida ſemper*
*Ora 33 fame.*
*34 Hùc ubi 35 delati portus intravimus: ecce*

8 Dubios an dies an nox eſſet. 9 Dies. 10 In mari. 11 Etiam tres. 12 Apparitione cujuſvis ſideris. 13 Nam terra videtur exſurgere, cùm littoribus appropinquamus. 14 Oſtendere. 15 Innitimur, ut ad terram appellamur. 16 Maria cærulei coloris, invertunt remis ſuis. Metaphora à ſcopis ducta ad remos. 17 A ſubmerſione & præſenti periculo naufragii liberatum. De nautis & oleaſtro l. 12. Servati ex undis *ubi figere dona ſolebant*. 18 ἀπὸ τῆς ϛροφῆς, id eſt, *à reverſione*: quod Calaïs & Zethus, Boreæ filii alati, hùc uſque Harpyias perſecuti, *revertebantur* in Arcadiam, ab Iride moniti, ne ulterius Jovis canes perſequerentur: cum prius *Plotæ* dictæ fuiſſent hæ inſulæ. 19 Vocabulo Græco, nam ϛροφὴ eſt *reverſio*, ut diximus. 20 Dum. 21 Execrabilis. 22 Monſtra volucria & rapacia, unde & nomen habent (nam ἁρπάζω, eſt *rapio*) tria. Aëllo, id eſt, ἀλλότριον αἴρουσα *alienum tollens*; Ocypete, id eſt, *citiùs auferens*; Celæno, Celænum Græci *nigrum* vocant. *Harpyias malas*, pro nequiſſimis mulieribus uſurpaſſe videtur Apulejus. 23 Phineus, rex Arcadiæ, liberos ex priore uxore, juſſu Harpalice ſuperinductæ iis novercæ excæcavit. Hanc impietatem Dii ulti & ipſum oculis privarunt, miſſis inſuper his monſtris, quæ cibos ejus fœdarent. 24 Harpyis, per Zetum & Calaïm, Boreæ filios. 25 Regis Phinei, quas prius polluerant. 26 Execrabilius. 27 Harpyis. 28 Infernalis lacus. 29 Sunt ſc. quales virgines habent. 30 Harpyiarum. 31 Sordis effuſio. 32 Ungues curvi, Græci γαμψώνυχες. 33 Voracitate. 34 In has Harpyiarum inſulas. Docet, quomodo ab Harpyis infeſtati fuerint. 35 Neceſſitate ſc. nam ſponte venimus, non deſerimus, niſi neceſſitate.

1 *Læta*

[1] *Læta boum* [2] *paſſim campis armenta videmus,*
[3] *Caprigenumque pecus, nullo cuſtode, per* [4] *herbas.*
[5] *Irruimus* [6] *ferro, & Divos, ipſumque vocamus*
[7] *In prædam partemque Jovem: tunc littore curvo*
*Extruimuſque* [8] *toros, dapibuſque epulamur opimis.*
*At ſubitò* [9] *horrifico lapſu de montibus adſunt*
*Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas:*
[10] *Diripiuntque* [11] *dapes, contactuque omnia fœdant*
*Immundo: tum* [12] *vox tetrum dira inter odorem.*
*Rurſùm in* [13] *ſeceſſu longo, ſub rupe cavatâ,*
*Arboribus clauſi circùm, atque horrentibus umbris,*
*Inſtruimus menſas, ariſque* [14] *reponimus ignem.*
*Rurſùm ex* [15] *diverſo cœli,* [16] *cæciſque latebris,*
[17] *Turba* [18] *ſonans prædam* [19] *pedibus circumvolat uncis,*
*Polluit ore dapes: ſociis tunc arma capeſſant*
*Edico, & dirâ bellum* [20] *cum gente gerendum.*
*Haud ſecùs, ac juſſi,* [21] *faciunt:* [22] *tectoſque per herbam*
*Diſponunt enſes, & ſcuta* [23] *latentia* [24] *condunt.*
*Ergo ubi* [25] *delapſæ ſonitum per curva dedêre*
*Littora,* [26] *dat ſignum* [27] *ſpeculâ* [28] *Miſenus ab altâ*
[29] *Ære cavo:* [30] *invadunt ſocii, &* [31] *nova prælia tentant,*
[32] *Obſcœnas* [33] *pelagi ferro* [34] *fœdare volucres.*
*Sed neque vim plumis ullam, nec vulnera tergo*
*Accipiunt, celerique fugâ* [35] *ſub ſidera lapſæ,*
[36] *Semeſam prædam, &* [37] *veſtigia fœda relinquunt.*
[38] *Una in præcelſâ conſedit rupe* [39] *Celæno,*

1 Nageles vel, per Hypallag. Nos læti. 2 Paſci ubique. 3 Caprorum & caprarum. 4 Paſcua. 5 In armenta & gregem. 6 Telis ferreis. 7 In prædationem & participationem prædæ. Moris enim erat Romanis, ad prædam exeuntibus, ut Jovi prædatori partem voverent. 8 Lectos diſcubitorios ex herbis intortis: qui in unoquoque toro tres erant ad capiendum cibum parati. 9 Horrificè labentes. 10 In diverſum trahentes rapiunt. 11 Noſtras. 12 Sc. *auditur*. 13 Loco ſecreto. 14 Iterùm ponimus, id eſt, iterùm ſacrificamus Jovi, quem in partem prædæ invocaveramus. 15 Tractu: vel, diverſis partibus aëris. 16 Obſcuris, occultis. 17 Harpyiarum. 18 Volans, clangens. 19 Unguibus. 20 Cum crudeli animantium genere. 21 Socii. 22 Tegunt & diſponunt, ut ex inopinato eas ita adoriantur. 23 Quæ occultando latere faciebant. 24 Abſcondunt. 25 Harpyiæ deorsùm lapſæ de rupe. 26 Incundi prælii, id eſt, claſſicum canit. 27 A loco editiore, unde ſpeculabatur opportunitatem invadendi. 28 Tubicen: *quo non præſtantior alter Ære ciere viros, Martemque accendere cantu*. l. 6. 29 Ligno, tubâ. 30 Harpyias. 31 Inſolita: vel, quia rarum eſt pugnare cum Harpyis; vel, quia vulnerari non poterant. 32 Adverſa portendentes. 33 Circa pelagus verſari ſolitas. Ideò Terræ & Ponti, ut alii, Neptuni filias: indè mox, *regno patrio*, id eſt, Neptunio, inſula ſc. 34 Trucidare, dilacerare. 35 In ſublime. 36 Semivoratam. 37 Indicio unguium ſuorum. 38 Harpyiarum. 39 Nomine.

*1 Infelix vates, 2 rupitque hanc pectore vocem:*
*3 Bellum etiam 4 pro cæde boum, ſtratiſque juvencis,*
*5 Laomedontiadæ, 6 bellum-ne inferre paratis?*
*Et 7 patrio 8 inſontes Harpyias pellere regno?*
*9 Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.*
*Quæ Phœbo 10 pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo*
*Prædixit, vobis * Furiarum ego 11 maxima 12 pando.*
*13 Italiam curſu petitis, ventiſque 14 vocatis:*
*15 Ibitis Italiam, 16 portuſque intrare licebit.*
*Sed non antè 17 datam cingetis mœnibus urbem,*
*Quàm vos 18 dira fames, noſtraque injuria 19 cædis,*
*20 Ambeſas 21 ſubigat 22 malis abſumere menſas.*
*23 Dixit, & in ſylvam pennis ablata 24 refugit.*
*At ſociis ſubitâ gelidus formidine ſanguis*
*25 Diriguit: 26 cecidêre animi, nec jam ampliùs armis,*
*Sed votis precibuſque jubent expoſcere 27 pacem,*
** Sive 28 Deæ, ſeu ſint * diræ, obſcœnaque volucres.*
*At pater Anchiſes, 29 paſſis de littore 29 palmis,*
*Numina magna vocat, 30 meritoſque indicit honores:*
*Dii prohibete 31 minas! Dii 32 talem avertite 32 caſum:*
*Et placidi ſervate 33 pios! Tùm littore funem*

1 Nuntia infelicitatis: ut Homer. μάντης κακῶν. 2 Violenter expreſſit, id eſt, locuta eſt hoc modo. 3 Exordium abruptum, & cum ſtomacho enunciatum, continens expoſtulationem de injuria & damno acceptis. 4 Quia occidiſtis boves noſtros, & quia proſtraviſtis juvencos noſtros. 5 Trojani, à perfido rege Laomedonte denominati & inſtituti, qui Deos, Apollinem & Neptunum, fraudavit mercede ſuâ. 6 Repetitio emphatica. Q. d. ubi veniam precari debebatis, & damnum reponere, injuriam majorem infertis. 7 Patris noſtri Neptuni. 8 Quæ vobis, priuſquam boves auferretis, nihil nocuimus. 9 Intelligite hæc mea dicta & intellecta memoriæ mandate. 10 Jupiter. * Eaſdem enim Harpyias & Furias eſſe volunt: apud inferos ſc: Furias & Canes; apud Superos, Diras & Aves; in medio, Harpyias. 11. A ſua autoritate. 12 Manifeſto, declaro. 13 Vaticinium Harpyiæ. 14 Invocatis in auxilium veſtrum. 15 Pervenietis quidem in Italiam. 16 Italicos. 17 Conceſſam vobis à Diis. 18 Dirum Harpyiæ Celænûs vaticinium: cui etiam eventus reſpondit. l. 7. *Heus etiam menſas conſumimus, inquit Iulus.* 19 In boves & juvencos noſtros illatæ. 20 Circumeſas, circumroſas. 21 Compellat, cogat. Sic l. 6. *Caſtigatque, auditque dolos*, ſubigitque *fateri.* 22 Mandibulis ac dentibus devorare quadras ſive orbiculos paniceos, è quibus cibum ſumebant, quique carnibus ſubjiciebantur. 23 Cæleno. 24 Avolavit, ne placari poſſet à Trojanis. 25 Congelatus eſt. Sic ſuprà: *Geliduſque coit formidine ſanguis.* 26 Animi ſociorum labefacti ſunt. Propert. cecidit *ſpiritus ille tuus.* 27 Veniam. 28 Quæcunque eſſent, quæ futura præſciebant & prædicebant. 29 Extenſis manibus. 30 Sacrificia congruentia, aut quæ mereantur expiationem, ſolenni ritu denuntiat. 31 Quæ minatur dira Celæno. 32 Tam diram famem. 33 Religioſos Trojanos.

Di-

*Diripere*, [1] *excuſſoſque jubet* [2] *laxare rudentes.*
[3] *Tendunt vela Noti*: [4] *fugimus ſpumantibus undis*,
*Quâ curſum ventuſque, gubernatorque vocabant.*
*Jam* [5] *medio apparet fluctu* [6] *nemoroſa* [7] *Zacynthos*,
*Dulichiumque, Sameque*, & [8] *Neritos ardua ſaxis.*
[9] *Effugimus ſcopulos Ithacæ*, [10] *Laërtia regna*,
*Et terram* [11] *altricem* [12] *ſævi* [13] *execramur Ulyſſis.*
*Mox &* [14] *Leucatæ* [15] *nimboſa cacumina montis*,
*Et* [16] *formidatus nautis* [17] *aperitur Apollo.*
[18] *Hunc petimus feſſi*, & *parvæ ſuccedimus* [19] *urbi*:
[20] *Anchora de prorâ jacitur*; *ſtant* [21] *littore puppes.*
*Ergo* [22] *inſperatâ tandem tellure potiti*,
[23] *Luſtramurque Jovi, votiſque incendimus* [24] *aras*,
[25] *Actiaque* [26] *Iliacis celebramus littora ludis.*
*Exercent* [27] *patrias, oleo* [28] *labente*, [29] *palæſtras*
*Nudati ſocii*: [30] *juvat evaſiſſe tot urbes*
*Argolicas, medioſque fugam tenuiſſe per* [31] *hoſtes.*
[32] *Intereà* [33] *magnum Sol circumvolvitur* [33] *annum*;

1 Extenſe. 2 Explicare ventis funes velorum & antennarum. 3 Extendunt. 4 Celeriter avehimur. 5 Sc. è. 6 Sylvoſa. 7 Græcis inſula. 8 Mons Ithacæ: à quo Ulyſſes *Neritius* eſt dictus. 9 Celeriter tranſimus. 10 In quibus regnabat Laërtes pater Ulyſſis.

Scopulos autem per irriſionem *Regna* vocat. 11 Nutricem, alumnam. ta Trojæ domitoris: ut, cujus fraude maximè urbs Troja deleta fuit. 13 Deteſtamur. 14 Montis Epiri, à petris λευκαῖς, id eſt, *coloris albi*, dicti. 15 Summitates, in quibus jugiter ſunt nubes & venti. 16 Propter ſcopulos naufragos evitatum promontorium, in quo templum Apollinis. 17 Oſtenditur, procul apparet. 18 Apollinem, id eſt, templum Apollinis. 19 Actio: apud quod cum Antonio & Cleopatrâ Auguſtus felici prælio congreſſus eſt. 20 Ferramentum utrimque uncum, quod in vadum immiſſum funibus naves retinet: ne tempeſtate ingruente, loco moveantur. Gr. ἄγκυρα. 21 Sc. *in*. 22 Quia non ſperabamus potiri. 23 Jovi ſacrificando peccatum noſtrum expiamus, ob piaculum in ejus canes Harpyias commiſſum: vel etiam, læti gratias acturi, quod Græcas evaſiſſemus urbes & hoſtes: alluſum ſimul ad luſtrum Rom. quia ludi iſti quinquennales. 24 Temoli Apollinis in Actiaco littore. 25 Ludos Actiacos ab Auguſto Cæſ. inſtitutos in littore juxta Actium, Ambracii ſinus promontorium, ob victoriam ibi de Cleopatra & Antonio relatam. 26 Trojanis: lucta ſc. palæſtra, idque nudi & uncti. 27 Quales in patria exercere ſolebant. 28 Defluente: ungebantur enim oleo, priuſquam palæſtram inirent. 29 *Palæſtra* proprie locus eſt, in quo adoleſcentes luctatores nudi & oleo perfuſi quondam luctabantur: πάλη enim *lucta* eſt: à qua hæc vox ad reliqua exercitia eſt tranſlata. 30 Delectat eos. Publici gaudii rationem reddit, quod ſic per medias hoſtium urbes huc uſque penetraſſent. 31 Græcos. 32 Dùm ludis intenti ſunt ſocii. 33 Per circulum ac orbem anni Solaris, qui eſt 12. menſium. Addidit ergo *Magnum*, ne Lunaris annus, qui eſt 30. dierum, intelligeretur. Vide Macrob. de Som. Scip. l. 2. c. 11.

*Et [1] glacialis hyems Aquilonibus [2] aſperat undas.*
*[3] Ære cavo clypeum, magni geſtamen [4] Abantis,*
*Poſtibus [5] adverſis [6] figo, & rem [7] carmine ſigno:*
*[8] Æneas hæc [9] de Danais [10] victoribus arma.*
*Linquere tùm portus jubeo, & conſidere [11] tranſtris.*
*[12] Certatim ſocii [13] feriunt mare, & æquora [14] verrunt.*
*Protinus [15] aërias [16] Phæacum abſcondimus arces,*
*Littoraque Epiri [17] legimus, [18] portuque ſubimus*
*Chaonio, & celſam [19] Buthroti aſcendimus urbem.*
*[20] Hîc incredibilis rerum fama [21] occupat aures,*
*[22] Priamiden Helenum [23] Graias regnare per urbes,*
*Conjugio [24] Æacidæ Pyrrhi, [25] ſceptriſque potitum,*
*Et [26] patrio Andromachen iterùm [27] ceſſiſſe marito.*
*Obſtupui; miroque incenſum pectus [28] amore*
*Compellare virum, & [29] caſus cognoſcere tantos:*
*Progredior portu, claſſes, [30] & littora linquens.*
*[31] Solennes [32] tùm forte dapes, & [33] triſtia dona,*
*Ante urbem in luco [34] falſi Simoëntis ad undam*
*[35] Libabat [36] cineri Andromache, [37] maneſque vocabat*
*Hectoreum [38] ad tumulum: viridi quem [39] ceſpite [40] inanem,*

1 Glaciem congelans. 2 Exaſperat: ideò ventus ad navigandum ſuadebat. 3 Qui erat ex ære cavo. 4 Græci alicujus cum Androgeo ab Æneâ victi & ſpoliati: nam que de Abante Trojano mentio rurſus. l. 10. 5 Contra nos poſitis. 6 Affigo, ſc. abituri. 7 Titulo unius verſus. 8 Sc. conſecravit. 9 Sc. detracta. 10 Qui ſe victores gloriantur. 11 In tabulis navium, in quibus remiges ſedere ſolent, quæ propriè *Tranſtra* aut *Juga* dicuntur. 12 Cum certamine. 13 Remis verberant, ut naves propellant. 14 Invertunt remis ſuis. Metaphora à ſcopis ducta ad remos, ut ſupra diximus. 15 Valde altas, quæ ambæ ſunt in montibus exſtructæ. 16 Corcyram (inſulam inter Epirum & Calabriam, ubi Alcinoüs, rex Phæacum, qui Ulyſſem hoſpitio ſuſceperat, regnabat) è conſpectu amittimus. 17 Prænavigamus. 18 Et intramus regionem illam per portum Chaonium. 19 Id eſt, Buthrotum. 20 In hoc portu. 21 Increpuit auribus noſtris. 22 Priami filium. 23 Sortitam partem Epiri, ut cui poſt cædem Pyrrhi ceſſerit uxor ejus Andromache cum regno. 24 Pronepotis Æaci: Æacus enim genuit Peleum; Peleus Achillem; Achilles Pyrrhum. 25 Imperio, quod per ſceptrum ſignificatur. 26 Trojano, ſc. Heleno qui erat de patria prioris mariti Hectoris, fratris Heleni. 27 Jure conceſſam. 28 Deſiderio & affectu alloquendi Helenum. 29 Rerum eventus. 30 Ad littora appulſas. 31 Legitima & anniverſaria ſacrificia. 32 Cùm advenirem. 33 Funebria, & ad luctum pertinentia. 34 Repræſentati hîc in Epiro ab Heleno, & nuncupati ad memoriam Trojani illius fl. 35 Sacrificabat, ad placandum fortè. 36 Hectoris. 37 Umbras Hectoris. 38 Juxta. 39 Sc. de. 40 Sine cadavere. Cenotaphium intelligit, qualia erigi ſolent iis, quorum corpora haberi non poterant, ne ſc. omni ſepulturæ honore deſtituti, Stygiam paludem tranſnare non poſſent.



Digitized by Google

*Et [1] geminas, [2] cauſam lacrymis, [3] ſacraverat aras.*
*Ut me conſpexit venientem, & Troïa circum*
*Arma [4] amens vidit, magnis exterrita [5] monſtris.*
*[6] Diriguit viſu in medio; calor oſſa reliquit:*
*[7] Labitur, & longo [8] vix tandem [9] tempore fatur.*
*[10] Vera-ne te [11] facies? [12] verus mihi nuncius [13] affers,*
*Nate [14] Deâ? vivis-ne? aut, ſi lux [15] alma [16] receſſit,*
*[17] Hector ubi eſt? dixit; lachrymaſque effudit, & omnem*
*Implevit [18] clamore locum. [19] Vix pauca [20] furenti*
*[21] Subjicio, & [22] raris turbatus vocibus hiſco:*
*Vivo equidem, vitamque [23] extrema per omnia duco:*
*Ne dubita; nam [24] vera vides.*
*Heu, quis te caſus [25] dejectam conjuge [26] tanto*
*Excipit? aut quæ [27] digna ſatis fortuna reviſit?*
*[28] Hectoris, Andromache, [29] Pyrrhin connubia ſervas?*
*[30] Dejecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt:*
*[31] O felix una ante [32] alias [33] Priameïa virgo,*
*[34] Hoſtilem ad tumulum Trojæ ſub mœnibus altis*
*[35] Juſſa mori! [36] quæ [37] ſortitus non pertulit ullos,*

1 Unam Hectori marito, & alteram Aſtyanacti filio, Ut Ecl. 5. *Ecce duo tibi, Daphni, duoque altaria Phœbo:* binis ſc. honorabant Deos & heroas. 2 Deflens cauſam parentationis: quia duo chariſſima pignora amiſerat. 3 Cum ſacrificatione exſtruxerat. 4 Propter occurſum Æneæ inopinatum. 5 Viſo miro & inconſpectato. Monſtri enim ſimile erat, Trojanos, & præcipue Æneam in *Epirum deſcenſuros.* 6 Obſtupuit. 7 Animi deliquio concidit. 8 Cum difficultate. 9 Sc. poſt. 10 In hac parte habetur ſermo Andromaches ad Æneam advenientem, & Æneæ ad illam. 11 Species adfert te. 12 Non ſimulatus. 13 Præſentas. 14 Venere. 15 Quæ alit viventes. 16 A te, id eſt, ſi mortuus es, & non verus nuntius tui es, ſed umbra ab inferis deſcendens. 17 Maritus meus, cui hæc ſacrificia libo. 18 Ejulatu. 19 Cum difficultate. 20 Affectu & dolore conſternatæ, impatienterque dolenti Andromachæ. 21 Adjicio. 22 Et attonitus commiſeratione in Andromachen (quam lachrymantem vidi) aperio & loquor verbis per intervalla prolatis, aut paucis. 23 In extremis miſeriis & periculis 7. annorum ſurſum deorſum actis. 24 Verum & vivum hominem non ſimulato corpore. 25 Privatam. 26 Quantus erat Hector. 27 Meritis tuis, cùm iterum ſis patrio conjuncta marito Heleno. 28 Sc. uxor. 29 An perſeveras in conjugio ejus, cujus pater Hectorem occidit? Q. d. indigniſſimum eſt. 30 Pudibunda, ſive præ pudore. 31 O felix eſt. Collatione malorum Polyxenæ, ſuam calamitatem exaggerat Andromache. Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 32 Virgines. 33 Polyxena Priami filia, à Pyrrho ad placandos manes patris Achillis, ob amorem ejus in Apollinis templo à Paride occiſi, mactata ad tumulum Achillis. Immolationem Polyxenæ deſcribit. Ovid. 13. & Catul. de nupt. 34 Achillis hoſtis. Hoc cum ſuo exilio comparat. 35 A Pyrrho. Quod minus acerbum eſt, quam mori non poſſe, cùm velis. 36 Quæ ſortitione ceſſit nemini Græcorum, ut ego, quæ primò Hectori, deinde Pyrrho, & nunc Heleno, & aliquæ Trojanæ primariæ. 37 Sortitiones.

*Nec victoris* [1] *heri tetigit captiva* [2] *cubile*,
[3] *Nos*, [4] *patriâ incenſâ, diverſa per æquora vectæ*,
[5] *Stirpis Achilleæ faſtus*, [6] *juvenemque ſuperbum*,
[7] *Servitio enixæ tulimus: qui* [8] *deinde ſecutus*
[9] *Ledæam Hermionem*, [10] *Lacedæmonioſque hymenæos*,
[11] *Me famulam*, [12] *famuloque Heleno tranſmiſit habendam.*
*Aſt* [13] *illum, ereptæ magno inflammatus amore*
[14] *Conjugis, &* [15] *ſcelerum furiis* [16] *agitatus* [17] *Oreſtes*,
[18] *Excipit incautum*, [19] *patriaſque obtruncat ad aras.*
*Morte* [20] *Neoptolemi, regnorum reddita* [21] *ceſſit*
*Pars* [22] *Heleno:* [23] *qui Chaonios cognomine campos,*
*Chaoniamque omnem, Trojano à* [24] *Chaone* [25] *dixit*,
[26] *Pergamaque* [27] *Iliacamque* [28] *jugis hanc addidit arcem.*
*Sed tibi qui curſum venti, quæ fata dedêre?*
*Aut quis* [29] *te ignarum noſtris Deus appulit oris?*
*Quid puer* [30] *Aſcanius?* [31] *ſuperat-ne, & veſcitur aurâ?*
[32] *Quem tibi jam Troja.*
*Ecquæ jam* [33] *puero eſt amiſſæ cura* [34] *parentis?*

1 Domini alicujus. 2 Thalamum. 3 Ego. 4 Troja igni cremata. 5 Pyrrhi ſuperbiam. 6 Pyrrhum ſc. cujus pater Achilles præter alios Hectorem & Troïlum: filius, patre crudelior, Politem, adeoque ipſum Priamum filiamque Polyxenam trucidarit: hujus ego faſtum tuli, inquit. 7 Quæ peperi Pyrrho in ſervitute filium Moloſſum. 8 Poſtquam me ſortitus erat. Tranſitio, quâ exponit, quomodo à Pyrrhi ſervitio fuerit liberata. 9 Ledæ neptem, filiam Helenæ, & Menelai, à quo deſponſata ſibi fuerat, repetit Pyrrhus: & ipſe ab Oreſte, dùm ſacris operaretur, cæſus. 10 Nuptias Hermiones Laconicæ, id eſt, infelices, quales erant Clytemneſtræ & Helenæ. 11 Ut captiva nuberem captivo. 12 Paronomaſia. 13 Pyrrhum. 14 Hermiones: quia eripuit Hermionem Oreſti. 15 Ob interfectam à ſe matrem Clytemneſtram, quod cum Ægiſtho, qui patrem occiderat, adulterium commiſiſſet. 16 Vexatus, impulſus. 17 Filius Agamemnonis & Clytemneſtræ. 18 Adoritur ſibi non præcaventem. 19 Sibi patrique fatales, Achilles enim à Paride ad aram Apollinis Thymbræi extra Trojam, Neoptolemus Delphis ad aram item Apollinis ab Oreſte interfectus. Vel, *patrias*, id eſt, Achilleas: quas Achilli patri ſuo exſtruxerat. 20 Pyrrhi. 21 Jure obvênit: quia genuerat filium, qui poſt mortem patris moriens, matri reliquit portionem regni. 22 Marito meo. 23 Helenus. 24 Fratre ſuo, id eſt, Heleni: qui, ita poſcente oraculo, devoverat ſe ut ſervarentur ſocii Heleni: graſſante ſæva inter eos peſte. 25 Denominavit. 26 Repræſentata & delineata ad formam antiquæ Trojæ. 27 Quam Ilium appellavit. 28 Montibus. Pars pro toto. 29 Ignorantem quod hic eſſemus. 30 Sc. *agit*. 31 An ſupereſt, supervivit, ſuperſtes eſt? 32 Ἀποσιώπησις ſenſu & verſu imperfectis, ſupplent alii. *Quem tibi jam Trojâ peperit fumante Creüſa.* 33 Aſcanio. 34 Trojæ patriæ, quæ communis omnium eſt parens: non Creüſæ, quia ejus mortem Andromache ſcire non poterat, ut quidam volunt.

Ec-

*Ecquid in* [1] *antiquam virtutem, animoſque viriles,*
*Et pater Æneas, &* [2] *avunculus excitat Hector?*
[3] *Talia* [4] *fundebat lachrymans,* [5] *longeſque ciebat*
[6] *Incaſſum fletus: cùm ſeſe à mœnibus* [7] *heros*
*Priamides* [8] *multis Helenus comitantibus offert;*
*Agnoſcitque ſuos, lætuſque ad mœnia ducit,*
*Et* [9] *multùm lachrymas verba inter ſingula fundit.*
[10] *Procedo, &* [11] *parvam Trojam,* [12] *ſimulataque magnis*
*Pergama, &* [13] *arentem* [14] *Xanthi* [15] *cognomine rivum*
*Agnoſco, Scææque* [16] *amplector limina portæ.*
*Nec non &* [17] *Teucri,* [18] *ſociâ ſimul urbe fruuntur:*
[19] *Illos porticibus* [20] *rex* [21] *accipiebat in amplis;*
[22] *Aulaï in medio* [23] *libabant pocula* [24] *Bacchi,*
*Impoſitis* [25] *auro dapibus, pateraſque tenebant.*
*Jamque* [26] *dies, alterque dies proceſſit, &* [27] *auræ*
*Vela vocant,* [28] *tumidoque inflatur* [29] *carbaſus* [30] *Auſtro.*
*His* [31] *vatem aggredior dictis, ac talia* [32] *quæſo:*
[33] *Trojugena,* [34] *interpres* [35] *Divûm, qui* [36] *numina Phœbi,*

1 Majorum ſuorum. 2 Frater matris. Q. d. An-ne aliquod paternæ virtutis ſpecimen in eo elucet? An-ne avunculum ſuum Hectorem aliquando eſt præſtiturus? 3 Tales querelas. 4 Andromache. 5 Diu duraturos excitabat. 6 Fruſtrà. 7 Heroïca virtute præditus, rex & vates: qui, interfecto Pyrrho, Chaonia potitus erat. 8 Quod in 1. dixit, *magna ſtipante caterva.* 9 Abundè. 10 Progredior ad urbem. 11 Ad repræſentationem magnæ & veteris Trojæ: ut ſupra, *falſi Simoentis*, ubi Pergama, Xanthus, Scæa porta. 12 Efficta ad ſimilitudinem magnorum mœnia Trojana parva: condiderat enim aliam Trojam Helenus. 13 Sine aquis. Sic & Horat. Epod. 13. & Lucan. 7. l. *Parvus & in ſicco ſerpebat pulvere Xanthus.* 14 Fluvii Trojam interfluentis. 15 Cui cognomen erat. 16 Veneror in memoriam portæ illius Trojanæ, quæ ad *σκαιὰν* lævam ſita, vel ad Scæum promontorium, & extructa ad ſimilitudinem illius. 17 Socii mei. 18 Socialiter in urbem Buthrotum recipiuntur, ubi cives noſtri imperabant. 19 Teucros. 20 Helenus, qui in partem regni pervenerat. 21 Convivio excepit, q. cœna adventitia. Sic Ter. Eun. Accipit *homo melius nemo, neque prolixius.* 22 Aulæ ſeu regiæ. Diæreſis, more veterum. Lucretio perfamiliaris. Diphtongus Græca αι quæ æ eſt. 23 More ſacrificantium abſumebant apud Helenum. 24 Vini Metonym. 25 Eſcariis aureis. 26 Unus. 27 Venti ſecundi leniter ſpirantes invitant nos ad vela paranda & navigandum. Alibi contra, *vocat jam carbaſus Auſtros.* 28 Ab effectu. 29 Velum ex carbaſo. 30 Vento. Species pro genere. 31 Helenum regem, qui & vates erat. 32 Precor. 33 O in Troja genite, Trojane. 34 *Θεοπρόπε* vaticinandi perite ex afflatu numinis, aſtrologia, & augurio. 35 Voluntatis Deorum. 36 Divinitatem.



Digitized by Google

*Qui [1] tripodas, [2] Clarii lauros, qui [3] ſidera ſentis,*
*Et [4] volucrum linguas, & [5] præpetis omina pennæ,*
*Fare age (namque [6] omnem curſum mihi proſpera dixit*
*[7] Religio, & cuncti ſuaſerunt [8] numine Divi*
*Italiam petere, & terras tentare [9] repoſtas.*
*Sola [10] novum dictuque nefas Harpyia Celæno*
*[11] Prodigium canit, & [12] triſtes denunciat [13] iras,*
*[14] Obſcœnamque famem) quæ prima pericula vito,*
*[15] Quidve ſequens tantos poſſim ſuperare labores.*
*[16] Hic Helenus, cæſis primùm [17] de more juvencis,*
*[18] Exorat pacem Divûm, vittaſque [19] reſolvit*
*Sacrati [20] capitis, meque [21] ad tua limina, [22] Phœbe,*
*Ipſe [23] manu multo [24] ſuſpenſum numine ducit,*
*Atque hæc deinde canit [25] divino ex ore [26] ſacerdos:*
*Nate Deâ (nam te [27] majoribus [28] ire per altum*
*[29] Auſpiciis, manifeſta [30] fides: ſic [31] fata Deûm Rex*
*Sortitur, volvitque [31] vices: [32] hic vertitur ordo)*

1 Revelationem factam apud tripodas Apollinis, id eſt, menſas in templo Apollinis Delphici, ſive ſuggeſti genus, quod conſcendebat Pythia ἄθμα δαιμόνιον hauſtura, quo temulenta, ut & δαφνηφάγοι, lauro comeſa, reſponſum dedit. v. ſuprà, *mugire adytis cortina recluſis.* 2 Apollinis, (cui ſacra Claros inſ. vel ut alii, urbs Colophoniorum) oracula ſub lauro fieri ſolita. Vide Plin. l. 15. c. 13. 3 Indicium aſtrorum. 4 Oſcines & præpetes obſervans: ex cantu ſc. & volatu avium divinans. 5 Auguria ex avium volatu afferre potes: nam aves, ex quarum cantu omnia prædicuntur, *Oſcines* dicuntur. 6 Hypallage: omnis religio mihi dixit curſum proſperum. 7 Pia & religioſa gens, ut Caſſandra, Creüſa, Hector. 8 Poteſtate divina. Apollinis ſpiritum intelligit, cujus afflatu omnia norunt vates. 9 Remotas, longè poſitas. 10 Inauditum mihi. 11 Suprà, hoc libro. 12 Incommodas nobis. 13 Deorum ſc. ob injurias ſibi illatas. Nuntiaverat enim Celæno fore edendas menſas, & ferendam famem. 14 Indecoram: vel, quæ homines ad obſcœna compellit. 15 Age eloquere, quomodo poſſim evitare famem & reliqua pericula ac difficultates, quas Celæno mihi prædixit. 16 Hoc tempore. 17 Sacrificantium ſc. ad obtinendum divinandi beneficium. 18 Orando impetrat reconciliationem aut favorem Deorum. *Exorare* propriè, eſt orando impetrare id, quod petimus. 19 Laxat, ut demiſſæ pendeant: ritu ſacro. Nam hoc ſignificabat animo ſatisfacto ſe ad numen accedere. 20 Sui ſc. qui ſacerdos & vates erat. 21 Ad ingreſſum templum tui. 22 Apoſtrophe ad Apollinem. 23 Sua. 24 Religioſe anxium, ſollicitum & attentum de futuris. 25 Apollinis, id eſt, ut ab Apolline acceperat. 26 Helenus. 27 Majoribus fatis, quàm quæ auſpiciis egeant Jovis. 28 Navigare. 29 Perſuaſio eſt. 30 Res familiter, id eſt, Deorum providentia futuras Jupiter ordinat, diſponit, per ſortes indicat. Alluſit enim ad ſortes Apollinis, cujus eſt ſacerdos. 31 Rerum. 32 Hoc ordine res agitur.



Digitized by Google

*Pauca tibi è [1] multis, quò tutior [2] hoſpita [3] luſtres*
*Æquora, & [4] Auſonio poſſis [5] conſidere portu,*
[6] *Expediam dictis: prohibent nam [7] cætera [8] Parcæ*
*Scire [9] Helenum, farique vetat [10] Saturnia Juno.*
[11] *Principio Italiam, quam tu jam [12] rere propinquam,*
[13] *Vicinoſque, [14] ignare, paras [15] invadere [16] portus,*
[17] *Longa procul [18] longis via [19] dividit [20] invia [18] terris:*
[21] *Ante & [22] Trinacriâ [23] lentandus remus in undâ,*
*Et [24] ſalis Auſonii [25] luſtrandum navibus [25] æquor,*
[26] *Infernique lacus, [27] Ææaque [28] inſula [29] Circes,*
*Quàm tutâ poſſis [30] urbem [31] componere terrâ.*
[32] *Signa tibi dicam: tu [33] condita mente teneto.*
[34] *Cùm tibi [35] ſollicito, [36] ſecreti ad [37] fluminis undam,*
*Littoreis ingens inventa ſub ilicibus [38] ſus,*
[39] *Triginta [40] capitum fœtus enixa jacebit*
[41] *Alba, [42] ſolo recubans, albi circùm [43] ubera [44] nati;*
[45] *Is locus urbis erit; requies ea certa [46] laborum.*
*Nec tu [47] menſarum morſus horreſce futuros:*
Fata [48] viam invenient, [49] *aderitque* [50] *vocatus Apollo.*

1 Quæ mihi dicta ſunt. 2 Externus vel, ut alii vicina. 3 Circumnaviges. 4 Italico. 5 Sedem capere. 6 Expeditè dicam. 7 Ut quæ de morte Anchiſæ, & etiam ipſius Æneæ poſteà evenerunt. 8 Tres illæ Deæ fatales, originem, medium & extremum omnium rerum diſponentes. De his vide Ecl. 4. 9 Sc. me. Tertia perſona pro prima. 10 Saturni filia. 11 Vaticinium Heleni. 12 Reris, id eſt, arbitraris. 13 E proximo: quia vicini ſunt. 14 Rerum futurarum. 15 Intrare. Metaphora à re militari. 16 Sc. *quos.* 17 Non ſitu loci, ſed fatis negantibus: nam ex Epiro in Italiam brevis eſt tranſitus. 18 Per longas terras, in quas prius appellêris. 19 Ab ingreſſu tuo. 20 Immeabilis, ſuperatu difficilis. 21 Prius. 22 Freto Siculo: à tribus promontoriis Siciliæ. Lilybæo, Pachyno, Peloro. De his Ovid. 13. Met. 23 Lentâ navigatione flectendus, id eſt, in Siculo mari navigandum tibi eſt. 24 Maris Italici: infra, hoc eod. lib. 25 Circumnaviganda æqua unda. 26 Avernus, per quem ad inferos deſcendit Æneas l. 6. 27 Ab Ææâ, urbe Colchorum, dictæ. 28 Hanc inſulam prætenavigantem fingit Æneam l. 7. 29 Solis & Perſes Nymphæ filiæ. Hæc venefica fuit. 30 Lavinium. 31 Condere. 32 Terræ tutæ, in quâ urbem condas. 33 Ea ſecreta. 34 Adi l. 8. ſub initio, ubi idem habetur vaticinium. 35 Sollicitè indaganti in quam terram deveneris. 36 Ad quod ſecretus advenies. 37 Tyberis. 38 Porca. 39 Quo prodigio regnaturum triginta annis Aſcanium, ſignificabatur. 40 Suillorum, porcellorum. 41 Qui color Albam prænotet ab Aſcanio condendam. 42 In terrâ. 43 Matris. 44 Suilli, porcelli ſc. *jacebunt.* 45 In quo hæc invenies, erit locus urbis condendæ in terra tuta. 46 Poſtquam non reſtabunt labores navigandi, ſed tamen bellandi. 47 Quibus te fames ambeſas ſubigat malis abſumere menſas (ut Celæno dixit) licet futuri ſint. Prodigii hujus exitum habes l. 7. 48 Rationem aut modum ſedandi famem. 49 Auxilio erit, ſavebit. 50 In auxilium.

1 Oſtendentis eſt. Hanc Italiæ partem, quæ è regione nobis adverſa, ſc. Calabriam, Apuliam: Lucaniam, &c. Magnam quondam Græciam dictam, quod magnus ille Pythagoras inibi philoſophatus fuerit: declina. 2 Extremam regionem.

*[1] Has autem terras, Italiquę hanc littoris [2] oram,*
*Proxima quæ [3] noſtri perfunditur æquoris [4] æſtu,*
*Effuge: cuncta [5] malis habitantur [6] mœnia Grajis.*
*[7] Hic & Narycii poſuerunt mœnia Locri,*
*[8] Et Salentinos obſedit milite campos*
*Lyctius Idomeneus: [9] hic illa ducis Melibœi*
*Parva Philoctetæ [10] ſubnixa Petilia muro.*
*[11] Quin, ubi [12] tranſmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes,*
*Et [13] poſitis aris jam vota in littore [14] ſolves;*
*[15] Purpureo [16] velare comas adopertus [15] amictu.*
*Ne qua inter ſanctos [17] ignes [18] in honore Deorum*
*Hoſtilis facies occurrat, & [19] omina turbet.*
*Hunc [20] ſocii morem [21] ſacrorum, hunc ipſe teneto,*
*Hac [22] caſti maneant in [22] relligione [23] nepotes.*
*Aſt ubi [24] digreſſum Siculæ te admoverit oræ*
*Ventus, & [25] anguſti rareſcent clauſtra Pelori:*
*[26] Læva tibi tellus, & [27] longo læva petantur*
*Æquora [27] circuitu: [28] dextrum fuge littus, & [29] undas.*
*[30] Hæc loca, vi quondam, & [31] vaſtâ convulſa [32] ruinâ.*

3 Adriatici. 4 Fervore. 5 Hoſtibus noſtris, adeòque fidei malæ. 6 Hæ urbes. 7 Hic Græci, à Narycio urbe Atticâ profecti, ſocii Ajacis Oïlei, condidêre urbem Locros in hac proxima ora Italica. 8 Idomeneus, è Lyćto, Cretæ opp. pulſus, conſedit in Salentinis. 9 Philoctetes ex Melibœa, Theſſaliæ urbe, condidit Petiliam. 10 Cincta. 11 Quinimò, aut inſuper. 12 Appulſæ fuerint ad littus Italicum aut Calabrum. 13 Extructis. 14 Ut hoſtium oppida & concurſus omni ſtudio evitentur. 15 Phrygio more, ut mox, & orto ab Æneâ, qui in littore Laurenti dùm ſacra faceret velato capite, non agnitus eſt ab Ulyſſe, qui ibi fortè appulerat. Alii referunt ad Diomedem ſacris intervenientem. Sed &, arceri à ſacris profanos, ſolenne erat, ne myſteria non initiati funeſtarent: unde vela viis, foribus, feneſtris prætenſa, & deſpectio è feneſtris interdicta. Macrob. Sat. lib. 8. cap. 6. 16 Fac ut veleris (eſt enim Imperativus paſſivus) comas, id eſt, ut habeas comas velatas, id eſt, operto capite ſacris operare. 17 Quibus ſacrificium cremari debeat. 18 In ipſo ſacrificio, id eſt, inter ſacrificandum. 19 Sacrificii ordinem rumpat. 20 Tui tenento. 21 Sacrificandi velato capite. 22 Caſta ſive religioſa obſervatione. 23 Nepotes tui. 24 E littore Italico, ubi magna Græcia eſt. 25 Modici & quaſi clauſi introitus Pelori (promontorii Siciliæ, à *Pelori*, gubernatore Annibalis denominati) arcti minùs & minùs videbuntur. 26 Quæ ad ſiniſtram manum jacet. 27 Faciendo longum circuitum, id eſt, circumnaviges. 28 Italicum. 29 Dextras Siciliæ. 30 Hujus partis Siciliæ. Digreſſio in deſcriptionem Scyllæ & Charybdis. 31 Fuit quondam Italia Siciliæ conjuncta: poſteà ruina & tempeſtate ſeparata & avulſa. Vide quæ nos ad Flor. p. 83. & Sil. l. 14. Ovid. Met. 15. Claud. de raptu Proſerp. l. 1. 32 Terrarum, quarum fundum jam aquæ exederant.

(Tan-

Digitized by Google

(Tantum [1] ævi longinqua valet mutare vetuſtas !)
[2] *Diſſiluiſſe ferunt : [3] cùm protinùs utraque tellus*
*Una foret , venit [4] medio vi [5] Pontus , & [6] undis*
[7] *Heſperium Siculo latus abſcidit , arvaque & urbes*
*Littore [8] diductas [9] anguſto interluit æſtu.*
[10] *Dextrum [11] Scylla latus , [12] lævum [13] implacata Charybdis*
[14] *Obſidet , atque [15] imo barathri ter gurgite vaſtos*
*Sorbet in abruptum fluctus , rursùſque [16] ſub auras*
*Erigit [17] alternos , & [18] ſidera verberat undâ.*
*At Scyllam [19] cæcis [20] cohibet ſpelunca latebris*
*Ora [21] exſertantem, & naves in ſaxa [22] trahentem.*
[23] *Prima hominis facies , & pulchro pectore virgo*
[24] *Pube tenùs : poſtrema , [25] immani corpore [26] Piſtrix ,*
[27] *Delphinum caudas utero commiſſa luporum.*
*Præſtat [28] Trinacrii [29] metas luſtrare Pachyni*
[30] *Ceſſantem , longos & circumflectere curſus ,*

1 Temporis, Multarum enim locorum ſitus & facies longorum temporum vetuſtate mutantur. Epiphonema ſive Acclamatio. Sic Georg. 2. *Adeo à teneris aſſueſcere multum eſt :* Et Georg. 3. *Tantus amor florum & generandi gloria mellis.*

2 In diverſas partes quaſi per ſaltum diviſas eſſe violentia aquarum dicunt illi, qui de ſitu orbis locuti ſunt. 3 Cùm continuatim una eſſet terra, id eſt, continens, Italia & Sicilia. 4 In medium: ut, *It clamor* cœlo. Terræ motu avulſum refert Strabo, unde è Rhegio nomen. 5 Impetus maris. 6 Vi undarum. 7 Italicum à Sicilienſi avulſit, abrupit. 8 Separatas littore, id eſt, quia nunc diverſum habent littus. 9 Modico freto. 10 Versùs Italiam. 11 Periculum illud maris Siculi, in quod mulier voraciſſima (quæ boves Herculis fertur rapuiſſe) fingitur verſa: ideò dicitur à Jove fulmine icta, & in maria præcipitata, & in tale monſtrum converſa, omnia devorans & abſorbens. Vide Ovid. Met. 4. 12 Versùs Siciliam. 13 Voraciſſima. Al. *impacata*. 14 Occupat, tenet in perniciem prætereuntium. Metaphora à re militari. 15 Profundo gyro profundiſſimæ voraginis ſæpè valdè amplos fluctus Charybdis ſorbet in voracitatem abruptam. 16 In aëra. 17 Fluctus alternatim nunc in barathrum abſorptos, & nunc in aëra ejectos. 18 Ad cœlum uſque videtur attingere. 19 Obſcuris & quæ videri non poſſunt. 20 Continet. 21 Aperientem. 22 Ingurgitatione aquarum. 23 Suprema diſpoſitio corporis Scyllæ eſt facies virginis, id eſt, mulier supernè, deſinit in piſcem, balænam vel Delphinum, ſub utero latrantibus monſtris, lupis ceu canibus ſuccincta: ut 6. Ecl. Moralem hujus figmenti rationem vide apud Cæſ. antiq lect. l. 14. c. 3. 24 Inguinibus. 25 Turpi. 26 Similis eſt piſci marino longiſſimo, atque anguſto colore, caudis luporum. Ab hujus ſimilitudine navis oblonga dicitur *Piſtrix*. 27 Commiſſas habens, id eſt, adaptatas vel junctas caudas Delphinum utero luporum: qui vorax eſt, aut quia canes in utero habere fingitur, propter undarum ſonitum, quem ſcopuli latratui perſimilem edunt. 28 Promontorii Siculi. 29 Oram & terminos circumnavigare. 30 Non properantem, morantem: vel, cum viæ & temporis diſpendio potius circumvectum, quàm ſemel, &c.

*Quam*

1 Turpem. 2 Marinis, quos Scyllæ in ventre geſtare propterea fingitur, quod fluctus illi colliſi, quaſi latratum edunt. 3 Mihi, in quantum Heleno. Tertia perſona pro prima. 4 De rebus futuris. 5 In quantum vati. 6 Reſponſis, aut ſententiis. 7 Præcipuum. 8 Aliis. 9 Te illud unum præ omnibus. 10 Poteſtatem divinam.

*Quam ſemel* [1] *informem vaſto vidiſſe ſub antro*
*Scyllam, &* [2] *cæruleis canibus reſonantia ſaxa.*
*Præterea (ſi qua eſt* [3] *Heleno* [4] *prudentia,* [5] *vati*
*Si qua fides, animum ſi* [6] *veris implet Apollo)*
[7] *Unum illud tibi, nate Deâ, præque* [8] *omnibus unum*
*Prædicam, & repetens iterumque iterumque* [9] *monebo.*
*Junonis magnæ primùm prece* [10] *numen adora:*
*Junoni* [11] *cane vota libens, dominamque potentem*
[12] *Supplicibus* [13] *ſupera donis:* [14] *ſic denique* [15] *victor*
*Trinacriâ fines Italos mittêre relictâ.*
[16] *Hùc ubi* [17] *delatus* [18] *Cumæam acceſſeris urbem,*
[19] *Divinoſque lacus, &* [20] *Averna ſonantia* [21] *ſilvis,*
[22] *Inſanam vatem aſpicies: quæ rupe ſub* [23] *ima*
[24] *Fata canit,* [25] *foliiſque* [26] *notas, &* [27] *nomina mandat.*
*Quæcumque in foliis deſcripſit carmina virgo,*
*Digerit in* [28] *numerum, atque* [29] *antro ſecluſa* [30] *relinquit.*
[31] *Illa* [32] *manent immota* [33] *locis, neque ab* [34] *ordine* [35] *cedunt.*
*Verùm* [36] *eadem* [37] *verſo tenuis cùm* [37] *cardine ventus*
*Impulit, & teneras turbavit* [38] *janua* [39] *frondes,*
*Nunquam deinde cavo volitantia* [40] *prendere ſaxo,*
*Nec* [41] *revocare ſitus, aut* [42] *jungere carmina* [43] *curat:*
[44] *Inconſulti* [45] *abeunt,* [46] *ſedemque odêre Sibyllæ.*

11 Pronuncia. 12 Suppliciter & ſubmiſſo animo votis. 13 Sacrificiis expugnatam concilia, & coge tibi eſſe benevolam. 14 Per talia vota & dona. 15 Voti compos. 16 In hos fines Italos. 17 Vi tempeſtatis. 18 Cumas, quæ ſunt in littore Italico l. 6. 19 Apollini conſecratos & Sybillæ lacus Lucrinum & Avernum. 20 Declinatur *hic Avernus*, i, in ſingulari; & *hæc Averna*, *orum*, in plurali. 21 Per ſylvas. 22 Fatidicam, afflatam numine & furore divino, ut lib. 6. unam è Sibyllis Deiphoben ſc. quæ *Cumæa* dicitur. 23 Profunda. 24 Rerum eventa fataliter præviſa. 25 In foliis palmarum ſcribi fata à Sibylla ſolita, ſcribit Varro, & Æn. l. 6. 26 Litteras. 27 Res notis deſcriptas. 28 Serium & ordinem. 29 Per antrum ſecluſa à carminibus, quæ foris relinquit. 30 Ea ante antrum. 31 Folia, aut carmina. 32 Foris. 33 A locis, in quibus in numerum digeſta ſunt. 34 Suo ſc. in quo collocata deſcribuntur. 35 Recedunt. 36 Carmina, in foliis ſiccis deſcripta. 37 Aperta janua vertendo cardinem. 38 Aperta, admittens ventum, id eſt, ventus per januam ingreſſus. 39 Palmarum ſc. jam aridas, in quibus Sibylla ſcripſit. 40 Colligere in rupem ſeu antrum, quod eſt ex ſaxo cavato. 41 Reparare poſitionis foliorum, in quibus carmina per ordinem deſcripta erant. 42 Per ordinem connectere. 43 Sibylla. 44 Oraculi reſponſo non accepto. 45 Conſultores. 46 Antrum.

*Hic*

Digitized by Google

*Hic tibi,* [1] *ne qua mora fuerint diſpendia tanti,*
*(Quamvis* [2] *increpitent ſocii, & vi* [3] *curſus in altum*
*Vela vocet, poſſiſque* [4] *ſinus implere ſecundos:)*
[5] *Quin adeas vatem, precibuſque* [6] *oracula poſcas:*
[7] *Ipſa canat, vocemque* [8] *volens atque ora reſolvat.*
[9] *Illa tibi Italiæ populos, venturaque bella,*
*Et quo quemque modo* [10] *fugiaſque feraſque laborem,*
[11] *Expediet,* [12] *curſuſque dabit venerata ſecundos.*
*Hæc ſunt, quæ noſtrâ liceat te voce moneri.*
*Vade age, &* [13] *ingentem factis* [14] *fer ad æthera Trojam.*
[15] *Quæ poſtquam* [16] *vates ſic ore effatus* [17] *amico eſt,*
*Dona dehinc auro gravia,* [18] *ſectoque elephanto,*
*Imperat ad naves ferri,* [19] *ſtipatque carinis*
*Ingens argentum,* [20] *Dodonæoſque lebetas,*
*Loricam* [21] *conſertam* [22] *hamis, auroque trilicem.*
*Et* [23] *conum* [24] *inſignis galeæ, criſtaſque* [25] *comantes,*
[26] *Arma Neoptolemi: ſunt &* [27] *ſua dona parenti.*
[28] *Addit equos, additque* [29] *duces.*
[30] *Remigium ſupplet,* [31] *ſocios ſimul inſtruit* [32] *armis.*
*Intereà* [33] *claſſem velis aptare jubebat*

1 Ne aliqua jactura temporis, quam feceris morando, reputetur à te tanti momenti. 2 Obmurmurent, quod illic morari velis, ubi periculum ſit. 3 Proſpera navigatio. 4 Medium velorum, ventorum flatu curvatorum, proſperum ventis implere, id eſt, licet proſperrima ſit navigatio, & ſocii omnes opteat procedere. 5 Tamen ne omittas, quin adeas Sibyllam. 6 Reſponſa Deorum. 7 Et quin poſcas, ut ipſa vates prædicat futura, non autem ſcribat in palmarum foliis, quæ vento abripi poſſint. Ideò l. 6. ait Æneas: *Foliis tantùm ne carmina manda: Ipſa canas oro.* 8 Libenter loquatur. 9 Prædictio iſta Sibyllæ his verbis concepta eſt, l. 6. *O tandem magnis pelagi defuncte periclis: Sed terrâ graviora manent: in regna Latini Dardanidæ venient.* 10 Declines & toleres pericula. Polyſyndeton eſt. 11 Prompte & expedite declarabit, docebit. 12 Rationem navigandi in fatalem Italiæ partem commonſtrabit. 13 Quæ per te ingens inſtaurabitur, quoniam ex eâ olim Roma orietur. 14 Ad Cœlos uſque extolle. 15 Reſponſa. Recitat jam dona, quæ ab Heleno acceperit. 16 Helenus. 17 Favorabile. 18 Dente elephanti ſive ebore polito. Synecdoche. 19 Condenſat, cumulat. 20 Ollas æneas ex ære Dodonæo, quod vaticiniis æquè celebratur ac quercus Dodonæa. 21 Conſertam hamis aureis, iiſque triplici ſerie connexis, ſeu tribus liciis conſtantibus. 22 Circulis ferreis, quibus fit lorica. *Hami* propriè ſunt unci, quibus piſces capi ſolent. 23 Curvaturam, quæ eſt in ſummitate galeæ, cui criſta imponitur. 24 Excellentis. 25 Quæ in morem comarum à cono dependebant: ſunt enim *criſtæ* ornamenta galearum. 26 Exiſtentia arma Pyrrhi, qui ea moriens Heleno reliquerat. 27 Anchiſæ data. 28 Helenus ad dicta dona. 29 Belli ne futuri? an navigationis? an fortè equiſones? 30 Remiges deficientes addit, eò quod in Cretâ multos amiſerat, & nonnullos reliquerat. 31 Itineris mei. 32 Nauticis armamentis. 33 Claſſem inſtruere & diſponere ad navigandum.

Anchi-

Digitized by Google

*Anchiſes, fieret vento mora ne qua [1] ferenti.*
[2] *Quem* [3] *Phœbi interpres* [4] *multo compellat honore:*
*Conjugio Anchiſa Veneris* [5] *dignate* [6] *ſuperbo,*
[7] *Cura Deûm,* [8] *bis Pergameis erepte ruinis,*
*Ecce* [9] *tibi Auſonia tellus:* [10] *hanc arripe velis:*
[11] *Et tamen hanc* [12] *pelago præterlabare neceſſe eſt:*
*Auſonia pars illa procul, quam* [13] *pandit Apollo.*
*Vade (ait) ô felix* [14] *nati pietate: quid* [15] *ultrà*
*Provehor? & fando* [16] *ſurgentes demoror* [17] *Auſtros?*
[18] *Nec minùs Andromache, digreſſu mœſta ſupremo,*
*Fert* [19] *picturatas* [20] *auri ſubtegmine veſtes,*
*Et* [21] *Phrygiam Aſcanio chlamydem:* [22] *nec cedit honori,*
[23] *Textilibuſque onerat donis, ac talia* [24] *fatur:*
*Accipe* [25] *& hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum*
*Sint, puer, & longum* [26] *Andromaches teſtentur amorem*
*Conjugis* [27] *Hectoreæ: cape dona extrema* [28] *tuorum.*
*O mihi ſola* [29] *mei* [30] *ſuper Aſtyanactis* [31] *imago!*
[32] *Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat;*
*Et nunc* [33] *æquali tecum pubeſceret ævo,*
[34] *Hos* [35] *ego digrediens* [36] *lachrymis affabar* [36] *obortis:*

1 Secundo, flanti, ſtanti. 2 Anchiſen. 3 Oraculorum Phœbi, id eſt, Helenus. 4 Valde honorifice alloquitur. 5 Qui dignus eſt habitus. 6 Nobili, magnifico. 7 Qui Diis es curæ. 8 Primò: cùm ab Hercule Ilium eſſet expugnatum, Priamus, Anchiſes, & alii nonnulli, ſecretò elapſi ſunt. Secundò ſub Priamo, cùm captâ à Græcis Trojâ, ſalvus filii humeris in pacatum evaſit. 9 In conſpectu tuo eſt. 10 Appelle in Italiam. 11 Quamvis hæc Italiæ pars vicinior ſit, neceſſe tamen eſt eam relinquere. 12 Per pelagus. 13 Aperit vobis petendam. 14 Propter pietatem filii tui. 15 Ulteriùs, quàm conſtitueram, ſermonem proſequor, protraho. 16 Spirare incipientes. 17 Ventos. 18 Nihilominus, quamvis multa dederit Helenus. Recitat etiam dona, quæ Andromache deſcendentibus contulit, & verba ultrò citroque habita. 19 Quibus intertextæ variæ rerum & animantium picturæ inerant. 20 Aureo ſubtegmine. *Subtegmen* enim filum eſt ſub ſtamine: *ſtamen* verò in telâ filum firmum eſt; at *ſubtegmen* ultrò citroque tranſmittitur. 21 Acu pictam: proprie, opus & inventum Phrygum. 22 Neque enim Andromache in honore munerum cedit Heleno, id eſt, tam pretioſa dona dedit Aſcanio, ut Helenus Æneæ. Liberalitatem Andromaches intelligit. 23 Contextis. 24 Ad Aſcanium. 25 Etiam hæc munera, quæ admoneant te, & memorem faciant operum manu mea factorum. 26 Meum. 27 Hectoris avunculi tui. 28 Neceſſariorum. Q. d. poſthac non offendes plures ex genere & patria tua. 29 Filii. 30 Superſtes, qui ſupereſ. 31 Quia ſimilis es meo Aſtyanacti. Pathos ab imagine: de quo Macrob. Sat. l. 4. c. 5. 32 Ut tu facis. 33 Ejuſdem eſſet ætatis, cujus tu es. Pathos à collatione ætatis utriuſque. 34 Helenum & Andromachen. 35 Æneas. 36 Lachrymans inter loquendum.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vivite felices, quibus eſt* [1] *fortuna peracta*
*Jam* [2] *ſua! nos alia ex aliis in* [3] *fata vocamur.*
*Vobis parta quies, nullum maris æquor* [4] *arandum,*
*Arva neque Auſonia,* [5] *ſemper cedentia retrò,*
*Quærenda:* [6] *effigiem* [7] *Xanthi,* [8] *Trojamque videtis,*
*Quam veſtræ fecêre manus:* [9] *melioribus opto*
*Auſpiciis, & quæ fuerit minùs* [10] *obvia Grajis.*
*Si* [11] *quando* [12] *Tibrim, vicinaque Tibridis arva*
*Intrâro, gentique meæ* [13] *data mœnia cernam,*
[14] *Cognataſque urbes* [15] *olim, populoſque* [16] *propinquos,*
[17] *Epiro Heſperiâ, quibus idem Dardanus autor,*
*Atque* [18] *idem caſus: unam faciemus utramque*
*Trojam* [19] *animis:* [20] *maneat noſtros* [21] *ea cura nepotes.*
[22] *Provehimur pelago* [23] *vicina* [24] *Ceraunia juxta:*
[25] *Undè iter Italiam, curſuſque breviſſimus* [26] *undis.*
*Sol* [27] *ruit intereà, & montes* [28] *umbrantur opaci.*
*Sternimur optatæ gremio telluris* [29] *ad undam,*
*Sortiti remos; paſſimque in littore ſicco*
*Corpora* [30] *curamus:* [31] *feſſos ſopor* [32] *irrigat artus.*
*Nec dùm orbem medium nox horis* [33] *acta ſubibat:*

1 Adverſa. 2 Propria. 3 Fatalia incommoda. 4 Sulcandum navibus. Metaphora à terra ad mare. Sic Ovid. 1. Triſt. El. 2. *Non ego divitias avidus ſine fine parandi, Latum mutandis mercibus* æquor aro. 5 Quia cum propè fuerimus, adhuc longo circuitu ſunt quærenda. *Italiam ſequimur fugientem* lib. 5. 6 Suprà, *ſimulataque magnis Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum.* 7 Fluvii Trojani. 8 Fictitiam, ſc. de illa magna quondam denominatam. 9 Meliori ſucceſſu & auſpicato incepto facta ſit, quàm prior Troja manibus Deorum facta prædicatur. 10 Obſtans Græcis: vel, Græcorum injuriæ expoſita: ita ut ab eis non eruatur. 11 Aliquando. 12 Fluvium Italiæ, Romam interfluentem. 13 Fatis conceſſa. 14 Hanc in Epiro veſtram, & in Italia noſtram inter ſe propinquas, ſc. quæ mari Hadriatico, ſeu Jonio tantum dirimantur. 15 Tempore futuro. 16 Affines. 17 Ex Epiro & Italia. 18 Eadem fortuna: quia propter excidium Trojæ ambæ à profugis habitatæ, ut nos. 19 Fœdere & concordi voluntate, id eſt, referemus in diverſis locis, quod in uno non poſſumus, Trojam patriam noſtram everſam. 20 Et ſi id nos perficere non poterimus, ſollicitudo ejus rei faciendæ exſpectet poſteros à nobis & à noſtris deſcenſuros. 21 Fœderum & amicitiæ; de qua re lege Dionyſium Halicarnaſſeum, l. [1]. Contraria huic imprecatio Didonis l. 4. 22 Porrò vehimur à Buthroto per pelagus. 23 Nobis deſcendentibus à Buthroto. 24 Acroceraunia, promontoria Epiri, è regione Italiæ: à fulmine, quò crebrò feriuntur, dicta. 25 A quibus iter in Italiam eſt breviſſimum. 26 Per undas. 27 Occidit. 28 Sublato è noſtro hemiſphærio ſole obſcurantur. 29 Juxta undam, id eſt, exponitur terræ ad oſtium undarum diſponentes & ſorte obtinentes remos, ut ad ſignum Palinuri quiſque navalibus inſtructus adeſſet. 30 Ut ad laborem poſteà alacriores & expeditiores eſſemus. 31 Id eſt, dormimus. 32 A naturali ſomni cauſa. 33 Tranſacta conſcendebat, id eſt, nondùm erat medium noctis.

I Haud

1 Non ignavus, ſed ſtrenuus. 2 Toro. 3 Inquirit. 4 Si unquam audiret murmur aëris, quod futuram tempeſtatem indicet. 5 Nautis obſervanda. 6 Nocturno, per quod tacetur, quieto: vel (ut alii) quo ſigna Auſtralia & Septentrionalia ſunt conſpicua, quæ, lucente lunâ, maximè obſcurantur.

*[1] Haud ſegnis [2] ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes*
*[3] Explorat ventos, atque auribus [4] aëra captat:*
*Sidera [5] cuncta notat [6] tacito labentia cœlo,*
*[7] Arcturum, [8] pluviaſque Hyadas, [9] geminoſque Triones,*
*[10] Armatumque auro circumſpicit Oriona.*
*Poſtquam cuncta [11] videt cœlo [12] conſtare ſereno,*
*Dat clarum è puppi [13] ſignum: [14] nos [15] caſtra movemus,*
*[16] Tentamuſque viam, & [17] velorum pandimus alas.*
*Jamque rubeſcebat ſtellis aurora [18] fugatis,*
*Cùm procul [19] obſcuros [20] colles, [21] humilemque videmus*
*Italiam. [22] Italiam primus [23] conclamat Achates:*
*Italiam læto ſocii clamore ſalutant.*
*Tùm pater Anchiſes magnum [24] cratera [25] coronâ*
*Induit, implevitque mero, Divoſque [26] vocavit*
*Stans [27] celſâ in puppi:*
*Dii [28] maris, & terræ, tempeſtatumque [29] potentes,*
*Ferte viam [30] vento facilem, & [31] ſpirate ſecundi.*
*[32] Crebreſcunt optatæ auræ, portuſque [33] pateſcit*

7 Stellam primæ magnitudinis, inter crura Bootæ. Sidus Septentrionale, quod nautæ ſolent obſervare. 8 Septem ſtellas in fronte Tauri, quæ ortu ſuo & occaſu pluvias creant, ἀπὸ τοῦ ὕειν. 9 Utramque urſam, quarum majorem, plauſtrum ſc. trahunt triones boves. 10 Sidus Auſtrale ſtellis 32. conſpicuum, ſtricto enſe fulgens. 11 Palinurus. 12 Conſentire ex ſtatu ſuo. Vocula hæc ſerenitatis perſeverantiam indicat. 13 Tubæ; aut etiam vigiliis tædam aut facem incenſam. Tranſlata ſimilitudo eſt à re militari, in quâ ad pugnam milites claſſico excitantur: quod hac ratione feciſſe dici poteſt Virg. quod hunc Trojanis mutandum eſſe locum, & ulteriùs eſſe navigandum ſciret. 14 Nos, qui eramus in littore, more militum colligimus ſarcinulas, & diſcedimus illinc, ubi ſtationem habueramus. 15 Nauticam, id eſt, claſſem. 16 An flatus opportunus eſſet, id eſt, navigamus. Hyſteron proteron. 17 Antennas intendimus. 18 A ſplendore ſolis abſconditis. 19 Nondum Solis radiis adumbratos: vel, propter intercapedinem & longinquitatem. 20 Italiæ. 21 Humilem apparentem: aqua enim terrâ altior eſt. 22 Repetitio, deſiderium fatalis terræ indicans. 23 Simul clamat. 24 Vas vinarium. 25 Ex pampinis. Id quod lætitiæ argumentum erat. 26 Invocavit. Simplex pro compoſito. 27 In ſumma parte navis juxta gubernaculum. 28 *Maris*, quod navigo; *terræ*, quam peto; *tempeſtatum*, quas timemus. 29 Qui habetis potentiam. 30 Aſpiratione venti. 31 Spirantes facite ventos ſecundos. 32 Lenes venti deſiderati crebri fiunt. 33 Patet.

*Jam*

*Jam propior; [1] templumque apparet [2] in arce Minervæ.*
*Vela [3] legunt ſocii, & proras ad littora torquent.*
*[4] Portus ab [5] Eoo fluctu curvatur in [6] arcum:*
*[7] Objectæ [8] ſalſâ ſpumant [8] aſpergine [9] cautes:*
*[10] Ipſe latet; [11] gemino demittunt [12] brachia muro*
*[13] Turriti ſcopuli, [14] refugitque à littore templum.*
*Quattuor hîc ([15] primum omen) equos in gramine vidi*
*[16] Tondentes campum latè, [17] candore nivali.*
*Et pater Anchiſes: [18] Bellum, ô terra [19] hoſpita, [20] portas:*
*[21] Bello armantur equi: bellum [22] hæc armenta minantur.*
*Sed [23] tamen iidem [24] olim [25] curru ſuccedere ſueti*
*[26] Quadrupedes, & fræna [27] jugo [28] concordia ferre.*
*Spes eſt pacis, ait: [29] tùm numina ſancta precamur*
*Palladis [30] armiſonæ, quæ [31] prima accepit [32] ovantes:*
*[33] Et capita ante aras Phrygio velamur amictu;*
*Præceptiſque Heleni, dederat quæ [34] maxima, [35] ritè*

1 In Japygiæ promontorio Salentino Minervæ eminebat arx, hodiè Caſtro. Sub illo portus Veneris. 2 Extructum. 3 Colligunt. 4 Topographia portus Salentini. 5 Orientali ſeu ab Oriente impingente, à fronte, enim ſpectat ortum.

6 Sinum, receſſum, ſcopulos utrimque defendentes portum deſcriptum: vide l. 1. Æn. 7 Oppoſitæ fluctibus. 8 Aquâ maris, quæ aſpergitur ex impetu, quæ ſpumas creat. 9 Saxa prædura, quæ & cotes dicuntur. 10 Portus occulitur procul intuentibus. 11 In morem duplicis muri utrimque extructi. 12 Colles à jugis ſuis, quibus portum complectuntur. 13 Inſtar turrium ſaxa eminentia. 14 Non videtur. 15 Pro primo omine rerum futurarum in Italia. 16 Depaſcentes gramen, latè paſcentes per campum. 17 Unde convinci poterat, bellum non portendere: nam alba & candida omnia, auſpicata creduntur: perinde ut atra, infelicia. Itaque candor in omen potiùs victoriæ capiendus erat, ſi omninò bellum minabantur. 18 Belli præſagium interpretatur equum, ad bella natum: ut 1. l. de Carthagine, in cujus fundamentis reperiebatur *caput acris equi*. Et in contentione Neptuni cum Minervâ de Athenis: quoniam verò quatuor, iique candidi, & curru ſuccedere frænaque ferre ſueti, in omen pacis convertit, agriculturæ ſc. certaminibus, triumphis aptos. 19 Quæ nos hoſpitio excipis aut excipies. 20 Adfers. 21 Ad bellum. 22 Hi equi denunciant aut portendunt. 23 Quamvis bello armentur. Correctio interpretationis, ab uſu diverſo. 24 Aliquando, finito bello. 25 Sub currum. 26 Equi. 27 Sub jugo aut conjugati. 28 Ipſi concordes. 29 Poſtquam ſic locutus eſt. 30 Arma concutere ſolitæ, bellorum præſidis, in cujus tutela erat locus. 31 Ante cætera numina, quia ad templum ejus appoſiti ſumus. 32 Lætos: levium bellorum aut non juſtorum victores urbem ingrediebantur ovantes, equo uno vecti, vel etiam pedites, & ovem mactabant: ut triumphantes taurum. 33 Ex præcepto Heleni: ſuprà, *Purpureo velare comas*, &c. vide rationem ibid. 34 Præcipua. 35 Ex more, & ut decet.



Digitized by Google

*Junoni* [1] *Argivæ* [2] *juſſos adolemus honores.*
*Haud mora: continuò perfectis ordine votis,*
[3] *Cornua* [4] *velatarum* [5] *obvertimus antennarum:*
[6] *Grajugenûmque domos;* [7] *ſuſpectaque linquimus arva.*
*Hinc* [8] *ſinus* [9] *Herculei,* [9] *ſi vera eſt fama, Tarenti*
[10] *Cernitur: attollit ſe* [11] *diva Lacinia* [12] *contrâ,*
[13] *Cauloniſque arces, &* [14] *naviſragum* [15] *Scylacæum.*
*Tùm procul è fluctu* [16] *Trinacria cernitur Ætna,*
[17] *Et* [18] *gemitum ingentem pelagi,* [19] *pulſataque ſaxa*
*Audimus longè,* [20] *fractaſque ad littora* [21] *voces:*
[22] *Exſultantque* [23] *vada, atque* [24] *æſtu miſcentur arenæ.*
*Et* [25] *pater Anchiſes: Nimirùm hæc illa Charybdis:*
*Hos Helenus ſcopulos, hæc* [26] *ſaxa horrenda canebat.*
[27] *Eripite, ô ſocii,* [28] *pariterque inſurgite remis.*
*Haud minùs, ac juſſi, faciunt: primuſque* [29] *rudentem*
*Contorſit* [30] *lævas proram Palinurus ad undas:*
[31] *Lævam* [32] *cuncta cohors* [33] *remis, ventiſque petivit.*
*Tollimur in cœlum curvato* [34] *gurgite, &* [35] *iidem*

1 Argivorum protectrici, & ab Argivis illis cultæ. 2 Incendimus ſacrificia juſſa, id eſt, ſacrificamus. Monuerat anteà Helenus, ut protinùs, transmiſſo æquore, cùm vota Diis, curſus ſui auſpicibus, in littore perſoluturus eſſet, certis quibuſdam ceremoniis ſacra velato capite faceret, ne hoſtium interventu ea turbarentur, & ut eam religionem poſteritati ſuæ commendaret. 3 Metaphora ab animali ad non animal. 4 Velis indutarum. 5 In pelagus, ut curſum mutaremus. 6 Ab Heleno moniti ut partem illam Italiæ, quæ à Græcis, ibi colonis, Magnæ Græciæ nomen ſortita eſt, vitaremus: ſuprà. 7 Propter inhabitantes hoſtes. 8 Angulus. 9 Neque enim planè ſtare vult Ariſtotelis fide, qui in libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων ſcribit Tarentum ab Hercule conditum, ac Heracleam dictum: alii à Tarâ, Herculis comite. 10 A nobis. 11 Junonis Laciniæ templum in promontorio cognomine juxta Crotonem. 12 Ex adverſo. 13 Poſt Sagram Caulonia extat, prius Aulonia. Strab. 6. l. 14 Periculoſum, juxta quod ſæpè fit naufragium, cùm ſint illic ſcopuli. 15 Promontorium in Brutiis. 16 Sicilienſis, à tribus promontoriis, ut ſuprà. 17 *Nimirùm hæc Scylla eſt.* 18 Crepitum: quod in Scyllæ ventre canes, lupos, vitulos marinos habitare, & horrendum ſonare, fabulentur Poëtæ. 19 Ab impetu aquarum. Epexegeſis: explicat enim, quis ſit ille gemitus. 20 Colliſas & reverberatas. 21 Aquarum ſc. 22 --- *Nimirùm hæc illa Charybdis.* 23 Aquæ, per quas vadere licet, cùm ſint minus profundæ, ſed magis periculoſæ, frequenter exiliunt & eriguntur. 24 Fervore aquarum commotarum. 25 Exclamat. 26 Scyllæ. 27 Vos his periculis. 28 Pari ictu. 29 Stridentem, multum ſonantem inter ſaxa, dum ſecat fluctus. Metaph. à ruditu aſinorum. 30 Ad ſiniſtram jacentes ad Charybdin. 31 Partem. 32 Tota alia claſſis. 33 Toto conatu. 34 Globo aquarum. 35 Qui paulò ante in cœlum ſublati eramus.

1 *Sub-*

*1 Subductâ ad 2 manes imos deſcendimus undâ.* 565
*+ Ter ſcopuli 3 clamorem inter cava ſaxa dedêre :*
*Ter ſpumam 4 eliſam , & 5 rorantia vidimus aſtra.*
*6 Intereà 7 feſſos 8 ventus cum ſole reliquit :*
*Ignarique viæ 9 Cyclopum allabimur oris.*
*10 Portus ab acceſſu ventorum 11 immotus , & ingens*
*12 Ipſe; ſed 13 horrificis 14 juxtà tonat 15 Ætna 16 rui-*
*nis :* 571
*Interdùmque 17atram 18 prorumpit 19ad æthera nubem,*
*20 Turbine fumantem piceo , & 21 candente favillâ ;*
*22 Attollitque globos flammarum , & ſidera 23 lambit.*
*Interdùm ſcopulos , 24 avulſaque 25 viſcera montis* 575
*Erigit 26 eructans , 27 liquefactaque ſaxa 28 ſub auras*
*Cum 29 gemitu glomerat , fundoque 30 exæſtuat imo.*
*Fama eſt , 31 Enceladi ſemuſtum 32 fulmine corpus*
*33 Urgeri mole hac , ingentemque 34 inſuper Ætnam*
*Impoſitam , ruptis flammam 35 exſpirare 36 caminis :*
*Et , 37 feſſum quoties 38 motat 39 latus , 40 intremere*
*omnem* 581

1 Aqua remota & abſtracta navibus noſtris: cùm enim hic deprimitur, ille erigitur. 2 Ad inferos profundos. + Rupes ſaxoſæ. 3 Vehementem fragorem. 4 Vi expreſſam. 5 Aſpergine irrorata, aquis ſparſa. 6 Docet, quomodo in Cyclopas inciderit.

7 Remigando. 8 Ventus cecidit, cadente ſimul Sole. 9 Ad regiones gigantum illorum, unum oculum in fronte habentium. 10 Ad quem acceſſimus, ſc. *eſt*. 11 Quietus, nec turbatus. 12 Portus ſc. 13 Horrendis, horrorem incutientibus. 14 Prope ipſum portum ſonat. 15 De Ætnâ, monte Siciliæ flammivomo, poſt Philoſophos, Geographos, vide Macrob. c. 17. l. 5. Saturn. calumniantem Virgilium parum feliciter æmulatum eſſe Pindari Ætnam deſcriptione Pythiorum. Vide & Juſtin. l. 4. Ovid. Met. 15. 16 Eructationibus flammarum & lapidum ſemuſtorum. 17 Quia fumoſam. 18 Eructat, evomit, projicit. 19 Ad ſummum aëra. 20 Impetu fumi exuperantis, qualis de pice exuſta procreatur. 21 Modica flamma reſplendente inter fumum. 22 Et erigit. 23 Tremulo motu, ad inſtar vibratæ linguæ, flammis ſuis aſcendit & molliter attingit. 24 A cæteris, quibus cohærebant. 25 Saxa è viſceribus montis, tanquam ejus partes: nam & *oſſa terræ* dicuntur. 26 Ejiciens quaſi ex ſtomacho, ut faciunt eructantes. 27 Reſoluta vi ſulphuris & ignis. 28 Sursùm in auras. 29 Vehementi crepitu in morem glomeris circumvertendo rotat. 30 Æſtum exhalat. 31 Fil. Titanis & Terræ, qui cum cœlo bellum cum aliis gigantibus inferret, à Jove fulminatus, atque Ætnæ ſubjectus eſt. Quod tamen nonnulli de Typhoëo narrant. Placet autem Poëtæ à verâ cauſâ, viſceribus, ſc. ſulphureis, à vento per cavernoſam terram accenſis, diſcedere ad fabulas. 32 Quo Jupiter in gigantes uſus eſt. 33 Opprimi hoc immenſo pondere montis. 34 Poſtquam illic ſepultus erat vivus. 35 Evaporare & quaſi exhalare. 36 Fornacibus, fumariis. 37 Crepitu vehementi. 38 Movet. Al. *mutat*. 39 Super quod recubuerit. 40 Intrinſecùs & multùm tremere.

*[1] Murmure [2] Trinacriam, & cælum [3] ſubtexere fumo,*
*[4] Noctem illam tecti in ſylvis immania monſtra*
*Perferimus: nec, quæ [5] ſonitum det cauſa, [6] videmus.*
*Nam neque erant [7] aſtrorum ignes, nec lucidus [8] æthrâ*
*Siderea polus: obſcuro ſed [9] nubila [10] cælo,*
*Et lunam in [11] nimbo nox [12] intempeſta tenebat.*
*[13] Poſtera jamque dies primo ſurgebat [14] Eoo,*
*[15] Humentemque [16] aurora [17] polo dimoverat [18] umbram:*
*Cùm ſubitò è ſylvis, macie [19] confecta [20] supremâ,*
*Ignoti [21] nova forma [22] viri, miſerandaque cultu*
*Procedit, ſupplexque manus [23] ad littora tendit.*
*[24] Reſpicimus: [25] dira illuvies, [26] immiſſaque barba,*
*[27] Conſertum tegmen ſpinis: at [28] cætera Grajus,*
*Et [29] quondam [30] patriis ad Trojam miſſus in armis.*
*Iſque ubi Dardanios habitus, & Troïa vidit*
*Arma procul; paulùm [31] aſpectu conterritus [32] hæſit,*
*[33] Continuitque gradum: mox ſeſe [34] ad littora [35] præceps*
*Cum fletu precibuſque tulit: [36] Per ſidera [37] teſtor,*
*Per ſuperos, atque hoc cæli [38] ſpirabile lumen,*
*Tollite me Teucri, quaſcumque [39] abducite terras.*
*Hoc [40] ſat erit: [41] ſcio me [42] Danais è claſſibus unum,*
*Et [43] bello Iliacos fateor [44] petiiſſe penates.*
*Pro [45] quo, ſi [46] ſceleris tanta eſt injuria noſtri,*

1 Motu. 2 Siciliam. 3 Ab inferiore parte occulere ac cooperire fumo, quem tunc emittit. 4 Redit ad omiſſam narrationem. Occidente Sole hùc appulerant, & noctem inſequentem metu in ſylvâ latuerant. 5 Tam vehementem. 6 Intelligimus. 7 Stellæ, quarum lumen per objectas nubes adimitur. 8 Splendore ætheris, à ſideribus illato. Syncope. Vide Macrob. l. 6. c. 4. 9 Sc. *erant*. 10 Aëre. 11 Nube circumvoluta in morem nimbi. 12 Obſcura, ad nullum opus tempeſtiva, utpote media. 13 Poſtridiè, quàm acceſſimus, oriens. 14 Oriente. 15 Humidam. 16 Tempeſtas matutina. 17 A cælo. 18 Noctem: nam nox eſt umbra terræ. 19 Exhauſta. 20 Suprà quàm ferre nequeat. 21 Quaſi larva hominis, aut λυκάνθρωπος. v. Ovid. Met. 15. 22 Græci. 23 Ad nos, qui eramus in littore. 24 Eum, aut eam. 25 Et videmus, quod erat illi immunditia immanis. Pathos ab habitu. 26 Promiſſa, ſeu in pectus demiſſa, prolixa. 27 Indumentum, quo tegebatur, erat illigatum & denſum ſpinis. 28 Per, vel, quo ad cætera, κατὰ τὰ ἄλλα. Helleniſmus. Horat. Ep. 10. l. 1. *Hæc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ, Excepto quod non ſimul eſſes, cætera lætus*, id eſt, quod ad cætera attinet. 29 Dudùm aliquando. 30 Paternis. 31 Hoſtium. 32 Fixit gradum, aut dubitavit. 33 Et ſubſtitit. 34 Ad nos, qui eramus in littore. 35 Velox, & non ſalutis ſperans. 36 Exordium orationis petitoriæ abruptum. 37 Obteſtor. Simplex pro compoſito. 38 Aërem, cujus beneficio ex æquo ſpiramus. 39 Sc. *me in*. 40 Beneficii loco abunde, effugiſſe Cyclopas. 41 Fateor. 42 Ex equitum ordinibus Græcis. 43 Jure belli. 44 Appetiiſſe aut invaſiſſe res Trojanas. 45 Facto aut bello. 46 Quam ſcelere noſtro in vos commiſimus.

*1 Spar-*

*[1] Spargite me in fluctus, vaſtoque immergite [2] Ponto.*
*Si pereo, manibus [3] hominum periiſſe [4] juvabit.*
*[5] Dixerat, & [6] genua [7] amplexus, [8] genibuſque volutans*
*Hærebat. Qui ſit, fari, quo ſanguine [9] cretus,*
*Hortamur: quæ deinde [10] agitet fortuna, fateri.*
*Ipſe pater [11] dextram Anchiſes, [12] haud multa moratus;*
*Dat juveni, atque [13] animum [14] præſenti pignore [15] firmat.*
*[16] Ille hæc, [17] depoſita tandem formidine, fatur:*
*Sum patria ex Ithacâ, comes [18] infelicis Ulyſſi,*
*Nomine Achæmenides, Trojam genitore Adamaſto*
*[19] Paupere ([20] manſiſſetque utinam fortuna!) profectus.*
*[21] Hîc me, dùm [22] trepidi [23] crudelia limina linquunt,*
*[24] Immemores ſocii [25] vaſto [26] Cyclopis in antro*
*Deſeruere: [27] domus ſanie, dapibuſque cruentis,*
*Intùs opaca, ingens: [28] ipſe arduus, altaque [29] pulſat*
*Sidera ([30] Dii talem terris avertite [31] peſtem)*
*[32] Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli:*
*Viſceribus [33] miſerorum, & [34] ſanguine veſcitur atro,*
*Vidi egomet, duo de numero cùm corpora noſtro,*
*[35] Prenſa manu magnâ, medio [36] reſupinus in antro*

1 Præcipitem me date in mare. 2 Mari. 3 Et non monſtrorum, non dira fame. 4 Delectabit me. 5 Achæmenides. 6 Noſtra. Miſericordiæ veteres aſſignabant genua, ut & mentum; pudori os; ſagacitati naſum; judicio aurem; faſtui ſupercilium; virtuti & fidei dextram. 7 Pathos à geſtu. 8 Volutans ſe genibus ſuis, quibus incumbebat repens: vel, volutans adhærebat genibus noſtris. 9 Procreatus ſit. 10 Impellat eum ad talia facienda. 11 In ſignum auxilii & benevolentiæ. 12 Non multum. Nomen plurale loco adverbii. 13 Ejus. 14 Præſentato pignore fidei & dextræ. 15 Confirmat. 16 Achæmenides. 17 Poſtquam dextram præbuerat Anchiſes. 18 Vobis inviſi, nec ſuis minùs: quantum ad ſe ipſum, miſerrimi, diutino ſc. errore jactati per ſeptem annos. 19 *Pauper in arma pater primùs me miſit ab annis.* Sinon. 2. l. 20 Atque utinam propria quieſſem pelle, infra fortunam meam utcunque pauperculam tutus, potiùs quàm, &c. 21 In hac inſulâ. Explicat breviter, quo caſu in hanc inſulam delatus ſit. 22 Feſtini præ timore, ne à Cyclope, ob ſtrepitum ad naves & mare trepidè fugientium ſtationem petente, occuparentur. 23 Crudelis Polyphemi. 24 Mei. 25 Ingenti. 26 Polyphemi. 27 Cujus domus eſt intùs corrupto occiſorum ſanguine, & carnibus humanis mactatis ſeu cruore aſperſis intùs fœda. 28 Cyclops Polyphemus. 29 Vertice ſuo, id eſt, Polyphemus tam procerus eſt, ut cœlum vertice feriat. Hyperbole. 30 Pathos per exclamationem. Vide Macrob. l. 4. c. 6. 31 Tam truculentum aſpectum hominis, aut tantam perniciem. 32 Cujus aſpectum nemo ferat, nedum colloquium: quia tam terribilis eſt. 33 Hominum. 34 Sanie. 35 Comprehenſa. 36 Proſtratus.

*Frangeret ad ſaxum, ſanieq;* [1] *aſperſa* [2] *natarent*
*Limina: vidi atro cùm membra fluentia* [3] *tabo*
[4] *Manderet, & tepidi* [5] *tremerent ſub* [6] *dentibus artus.*
*Haud impunè quidem: nec* [7] *talia paſſus Ulyſſes,*
*Oblituſ-ve* [8] *ſui eſt* [9] *Ithacus* [10] *diſcrimine tanto.*
*Nam* [11] *ſimul expletus dapibus,* [12] *vinoq; ſepultus,*
*Cervicem inflexam* [13] *poſuit, jacuitque per antrum*
*Immenſam ſaniem eructans, ac* [14] *fruſta cruento*
[15] *Per ſomnum commiſta mero: nos magna precati*
*Numina ſortitique* [16] *vices, una undique circum*
*Fundimur, &* [17] *telo* [18] *lumen terebramus acuto*
*Ingens, quod torvâ* [19] *ſolum ſub fronte* [20] *latebat,*
[21] *Argolici clypei, aut* [22] *Phœbeæ lampadis inſtar:*
*Et tandem* [23] *læti ſociorum ulciſcimur* [24] *umbras.*
[25] *Sed fugite, ô* [26] *miſeri,* [27] *fugite, atq; ab littore* [28] *funem*
*Rumpite.*
[29] *Nam qualis, quantuſq; cavo Polyphemus in antro*
[30] *Lanigeras claudit* [30] *pecudes, atq;* [31] *ubera* [32] *preſſat;*
[33] *Centùm alii curva hac habitant ad littora* [34] *vulgò*
[35] *Infandi Cyclopes, &* [36] *altis montibus* [37] *errant.*
[38] *Tertia jam Lunæ ſe cornua lumine complent,*
[39] *Cùm vitam in ſylvis, inter* [40] *deſerta ferarum*
[41] *Luſtra domoſque traho, vaſtoſque ab* [42] *rupe Cyclopas*
[43] *Proſpicio, ſonitumq; pedum,* [44] *vocemq; tremiſco.*

1 Al. *exſperſa*, id eſt, madefacta. 2 Inundarentur. 3 Sanguine. 4 Dentibus frangeret. 5 Reſilirent. 6 Ejus. 7 Impunè fieri. 8 Salutis, vel verſutiæ & induſtriæ ſuæ, id eſt, nec ſibi, nec ſuis defuit, ubi opus fuit, ſed præſentibus conſiliis valuit. 9 Ithacenſis Ulyſſes. 10 In tanto periculo. Nam hoc demùm ſapere, eſt in periculo ſapere. 11 Simulac Polyphemus, &c. 12 Ut ſuprà l. 2. *Invadunt urbem, ſomno* vinoque ſepultam. 13 Reclinavit. 14 Fragmenta carnis. 15 Inter dormiendum. 16 Officia viciſſim occupandi membra ejus. 17 Sude oleagineâ præuſtâ. 18 Oculum unum perforamus & effodimus. 19 Solum. 20 Dormienti Cyclopi clauſum erat. 21 Græci, qui totum corpus circumtegunt. 22 Solis, vel Lunæ, quanti nobis apparent: nam Sol *Phœbus* dicitur, & Luna *Phœbe*. 23 De ſucceſſu. 24 Manes ſociorum noſtrorum, quos ipſe occiderat & devoraverat. 25 Oratio ex abrupto turbida, timentis & fugam cum feſtinatione ſuadentis, interveniente ab improviſo ipſo Polyphemo. 26 Futuri. 27 Pathos à repetitione verbi. 28 Retinacula ferro abrumpite. Vim celeritatemque oſtendit. 29 Cauſa, ob quam debeant ſine mora rudentes abrumpere. 30 Oves ſuas. 31 Ovium. 32 Mulget. 33 Tales & tanti *centum alii*, &c. Numerum finitum pro infinito poſuit. 34 Paſſim. 35 Deteſtandi. 36 In his altis ſcopulis. 37 Vagantur. 38 Jam eſt tertium pleniluuium, aut tertius menſis. 39 Ex quo, poſtquam. 40 Ab hominibus. 41 Latibula & ſpecus. 42 De quâ deſcendunt, quâ errant: uti mox de Polyphemo: *ſummo cùm monte videmus Ipſum inter pecudes vaſtâ ſe mole moventem.* 43 Procul obſervo. 44 Eorum.

*Victum*

*Victum [1] infelicem, [2] baccas, [3] lapidoſaque corna*
*[4] Dant [5] rami, & [6] vulſis [7] paſcunt radicibus herbæ.*
*Omnia [8] colluſtrans, hanc primum ad littora claſſem*
*Conſpexi venientem: huic me, [9] quæcunque fuiſſet,*
*[10] Addixi: ſatis [11] eſt [12] gentem effugiſſe nefandam.*
*Vos [13] animam hanc [14] potiùs quocunq; abſumite [15] letho.*
*Vix ea [16] fatus erat, [17] ſummo cùm monte videmus*
*Ipſum inter [18] pecudes vaſtâ ſe [19] mole moventem*
*Paſtorem Polyphemum, & littora [20] nota petentem:*
*Monſtrum horrendum, [21] informe, ingens, cui lumen [22] ademptum;*
*[23] Trunca manum [24] pinus tetigit, & [25] veſtigia firmat:*
*Lanigeræ [26] comitantur oves: [27] ea ſola voluptas:*
*[28] Solamenque mali [29] de collo fiſtula pendet.*
*[30] Poſtquam [31] altos [32] tetigit fluctus, & ad æquora venit,*
*[33] Luminis effoſſi fluidum [34] lavit inde cruorem.*
*[35] Dentibus infrendens gemitu, graditurq; per æquor*
*Jam medium; nec dum fluctus [36] latera ardua tinxit.*
*Nos procul [37] inde fugam [38] trepidi [39] celerare, [40] recepto*
*Supplice, [41] ſic merito; tacitique incidere [42] funem:*
*[43] Verrimus & [44] proni [45] certantibus æquora remis.*

1 Miſerabilem. 2 Agreſtium arborum fructus. 3 Magnos lapides, ſeu magna oſſa continentia. 4 Mihi. 5 Arborum & dumorum. 6 Evulſis. 7 Me. 8 Circumſpiciens. 9 Sive amica, ſive inimica. 10 Adjudicavi, & in poteſtatem ejus deſtinavi. 11 Mihi. 12 Cyclopum. 13 Vitam. 14 Quàm ut talium monſtrorum dentibus conficiar. 15 Genere mortis. 16 Achemenides. 17 In ſummo ſcopulo. 18 Oves ſuas. 19 Magnitudine corporis ſui attollentem. 20 Quæ ſæpè petiverat antequam excæcatus eſſet. 21 Sine forma humano corpori debita. 22 Sc. *erat.* 23 Amputata. 24 Hinc immanem corporis vaſtitatem conjicere licet. 25 Ne vacillet aut labatur jam cæcus. 26 Paſtorem ſuum. 27 Ea ſola, quam ex ovibus habet, eſt voluptas Polyphemi. 28 Solatium incommodi amiſſi viſus. 29 Deorſum pendet. 30 Poſtquam undas littoreas emenſus in altum planumque mare venit: *quàm magnus Orion, Cum pedes incedit medii per maxima Nerei Stagna, viam ſcindens, humero ſupereminet undas.* lib. 10. 31 Profundos. 32 Pinu ſua. Hyſteron proteron. 33 Qui quotidie fluebat de oculo effoſſo. 34 Deinde abluit. 35 Quòd ſalſedinis acrimoniam in vulnere ſentiret. 36 Ejus. 37 Ab eo loco, ubi ipſum vidimus. 38 Feſtini: ut, *Accepit trepidos, & Niſum dicere juſſit.* 39 Celerabamus. 40 In navem noſtram Achemenide, qui genua amplexus nobis ſupplicaverat. 41 Merito de nobis, ut id faceremus: qui forte in Cyclopas incidiſſemus, niſi nos præcavere præmonuiſſet. 42 Navis retinacula. 43 Invertimus remis, id eſt, remigamus. Metaphora à ſcopis ad remos, & ſolido pavimento ad mare. Suprà: *Certatim ſocii feriunt mare, & æquora verrunt.* 44 Incumbentes remis. Quo verbo ſtudium & conatum ſummum ſociorum coarguit. 45 Certatim ferientibus.



Digitized by Google

[1] *Senſit, & ad ſonitum* [2] *vocis veſtigia torſit.*
*Verùm, ubi nulla datur* [3] *dextram affectare poteſtas,*
*Nec* [4] *potis Ionios fluctus æquare ſequendo,*
*Clamorem immenſum* [5] *tollit, quo* [6] *Pontus & omnes*
[7] *Intremuêre undæ, penituſque exterrita tellus*
*Italiæ, curviſque* [8] *immugiit* [9] *Ætna* [10] *cavernis.*
*At genus è ſylvis Cyclopum, & montibus altis*
[11] *Excitum ruit ad portus, & littora complent.*
*Cernimus* [12] *aſtantes,* [13] *nequicquam lumine* [14] *torvo,*
[15] *Ætnæos fratres,* [16] *cælo capita alta ferentes;*
[17] *Concilium horrendum:* [18] *quales cùm vertice celſo*
[19] *Aëriæ quercus, aut* [20] *coniferæ cypariſſi*
[21] *Conſtiterant,* [22] *ſylva alta Jovis, lucuſve Dianæ.*
*Præcipites metus* [23] *acer agit,* [24] *quocunque rudentes*
*Excutere, & ventis intendere vela* [25] *ſecundis.*
[26] *Contrà juſſa* [27] *monent Heleni, Scyllam, atque Charybdin,*
*Inter* [28] *utramque viam,* [29] *lethi diſcrimine parvo,*
[30] *Ni teneant curſus; certum eſt dare* [31] *lintea retrò.*
[32] *Ecce autem Boreas* [33] *anguſtâ à ſede* [34] *Pelori*

1 Polyphemus advertit ex ictibus & percuſſione remorum, fugientium ſtrepitum. 2 Fluctuum remis agitatorum: ſuprà, *fractaſque ad littora voces: & fugam trepidi celerare, taciti-que incidere funem:* modò. 3 Manus intendendi, & anxiâ quadam aviditate manus in naves injiciendi eaſque tenendi facultas. Sic & *affectare viam ad aliquid* dicimus. Ter. Phorm. *Hi gladiatorio animo* ad me affectant viam. 4 Sc. *eſt*, id eſt, nec poteſt æquis viribus aut gradibus conſequi fluctus maris Ionii. 5 Emittit & effert. 6 Mare. 7 Multùm tremuêre. 8 Reboavit. 9 Siciliæ mons. 10 Fornacibus. 11 Excitatum illo clamore. 12 Ad littus. 13 Extra ictum enim, & periculum ſe expedierant Troes: & longinqui nocere non poterant. 14 Minaci. 15 Siculos Cyclopás, juxta Ætnam genitos: alluſum ſimul ad αἰτναίοι, immanes. 16 Ad cœlum uſque Hyperbole. 17 Cœtum. Appoſitio. 18 Exiſtentes tales, *quales quercus* erant, &c. 19 Sublimes ſe in aërem extollentes. 20 Ferentes multos conos. 21 Simul ſteterant. 22 Quercus enim ſacra Jovi; cupreſſus Dianæ infernæ. 23 Vehemens urget nos. 24 In quacunque re funes velorum raptim colligere, &, quocunque venti vocarent, curſum intendere. 25 Etiam iis, qui nos a puppi ſecuti urgebant inter Siciliam atque Italiam: ſed memores præceptorum Heleni, quæ monebant, ne teneremus curſum cum vitæ diſcrimine per anguſtum fretum inter Scyllam & Charybdim, retrorſum vela dare contendebamus. Cùm ſubitò mutatus numinis benignitate ventus nos in Auſtrum revectos Siciliam circumvehi impulit. 26 E contrario. 27 Sc. *vitare*. 28 Scyllæ & Charybdis. 29 Cum parvâ differentiâ & diſtantia mortis. 30 Neu teneant medium curſum: vel, Niſi poſſint tenere medium curſum. 31 Vela, ex linteis confecta, obvertere in Calabriam, aut ſinum Tarentinum. Horat. Od. 16. Epod. *Neu converſa domum pigeat* dare lintea. 32 Non eſt hîc monſtrantis particula, ſed attentionem ad rem novam & inſperatam captantis. 33 A freto Siculo quod perangustum eſt, inter Pelorum. 34 Promontorii Siciliæ Septentrionem verſus.

I *Miſ-*

Digitized by Google

[1] *Miſſus adeſt:* [2] *vivo prætervehor oſtia ſaxo*
[3] *Pantagiæ,* [4] *Megaroſque ſinus,* [5] *Tapſumque jacentem.*
*Talia monſtrabat* [6] *relegens errata retrorſum*
*Littora Achæmenides, comes infelicis Ulyſſi.*
[7] *Sicanio prætenta ſinu jacet inſula,* [8] *contra,*
[9] *Plemmyrium undoſum;* [10] *nomen dixêre priores*
[11] *Ortygiam. Alpheum fama eſt* [12] *huc* [13] *Elidis amnem*
*Occultas egiſſe vias ſubter mare: qui nunc*
[14] *Ore,* [15] *Arethuſa, tuo Siculis* [16] *confunditur undis.*
*Numina magna* [17] *loci* [18] *juſſi veneramur: & indè*
[19] *Exſupero* [20] *præpingue ſolum* [21] *ſtagnantis* [22] *Helori.*
[23] *Hinc altas* [24] *cautes,* [25] *projectaque ſaxa* [26] *Pachyni*
[27] *Radimus: &* [28] *fatis nunquam conceſſa* [29] *moveri*
[30] *Apparet* [31] *Camarina procul, campique* [32] *Geloï,*
[33] *Immaniſque Gela fluvii cognomine dicta.*
[34] *Arduus indè* [35] *Agragas oſtentat maxima longè*

1 Favore numinum quæ ſuprà rogaverat Anchiſes: *Ferte viam vento facilem, & ſpirate ſecundi.* 2 Quæ ſunt ex ſaxo naturâ, non humanâ operâ ſic parata. Sic l. 1. vivoque *ſedilia ſaxo.* 3 Fluminis Siciliæ. 4 Juxta Megaram, Siciliæ oppidum. 5 Inſulam, decem ſtadia à Siciliâ diſtantem, humilem. 6 Renavigans retrorſum littora, per quæ erraverat prius cum Ulyſſe. 7 Siculo. 8 Ex oppoſito, è regione. 9 Promontorium juxta Syracuſas: ἀπὸ τοῦ πλημμυρῶ, id eſt, *inundo.* 10 Cujus nomen veteres coſmographi appellaverunt Ortygiam, quòd in eâ primæ viſæ ſunt coturnices: ὄρτυγας enim Græci *coturnices* vocant. 11 Inſulam, quam pons Syracuſis connectit: hic fons Arethuſa, ex quo ferunt per ſubterraneos cuniculos emergere Alpheum flumen Elidis. 12 In hunc locum. 13 Qui ab Elide naſcitur. 14 Oſtio. 15 Apoſtrophe. Arethuſa fons à Nympha quadam venatrice nomen habet, quæ cum fortè laſſa in Alpheo flumine ſe lavaret, ab eo fuit adamata: quæ, cum amatorem fugeret, in Sicilia transformata eſt in fontem ſui nominis. Alpheus autem per occultos terræ meatus eam conſecutus eſt, donec illi in Sicilia miſceretur. 16 Commiſcetur. 17 Illius. 18 A patre. 19 Prætervehor. 20 Præter cætera pingue. 21 Inundantis & ſuperfuſi ad inſtar Nili: cujus inundatio terram pinguem facit: aut lente fluentis, quaſi ſtagnum ſit. 22 Amnis, ſic dicti ab *Heloro* rege, qui eum ponte junxit & pervium fecit. 23 Sc. *provecti.* 24 Rupes. 25 Abjecta, porrò jactata in mare, & extantia. Vide Macrob. Sat. l. 6. c. 4. 26 Pachynum promontorium Siciliæ Auſtrum ſpectans. 27 Remigando prænavigamus, leviter contingimus. 28 Volentibus. 29 Exſiccari: quia cum exſiccaretur, accolæ ab hoſtibus deleti ſunt. 30 Conſpicitur. 31 Camarina urbs ſupra paludem cognominem, è cujus terræ exhalatione cum orta eſſet peſtilentia, conſultus à civibus Apollo, an ſiccanda eſſet, reſpondet, Μὴ κίνει Καμαρίναν: illi autem, contempto oraculo, exſiccarunt, unde ſedata peſtilentia, ſed per eam ingreſſi hoſtes urbem ceperunt. 32 Gelæ civitati vicini agri. 33 Urbs magna à fluvio cognomine dicta. 34 Sublimis. 35 Siciliæ mons.

*Mœnia, magnanimum quondam generator equorum:*
*[1] Teque datis [2] linquo ventis, [3] palmoſa Selinis,*
*Et vada [4] dura [5] lego ſaxis [6] Lilybeïa cæcis.*
*Hinc [7] Drepani me portus, & [8] illætabilis ora*
*Accipit: hîc pelagi tot tempeſtatibus actus,*
*Heu, genitorem, omnis curæ, caſuſque levamen,*
*Amitto Anchiſen: hîc me, pater optime, [9] feſſum*
*Deſeris, heu, tantis nequicquam erepte periclis!*
*Nec vates Helenus, cùm multa [10] horrenda moneret,*
*Hos mihi prædixit luctus, non dira [11] Celæno.*
*[12] Hic labor [13] extremus, longarum hæc meta viarum.*
*[14] Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit [15] oris.*
*Sic [16] pater Æneas, [17] intentis omnibus, [18] unus*
*[19] Fata renarrabat Divûm, curſuſque docebat.*
*[20] Conticuit [21] tandem, factoq; [22] hîc fine [23] quievit.*

1 Apoſtrophe. 2 Prætereo. 3 Sylveſtrium palmarum fertilis, & apii, undè nomen. 4 Propter ſaxa non apparentia, ſed aquis abſtruſa. 5 Prænavigo. 6 Lilybæum, tertium Siciliæ promontorium, ſub quo vada latentibus ſaxis periculum nautis faceſſunt. 7 Urbis ad radicem montis Erycis à falce Saturni ibi projecta: vel, Cereris ibi à Vulcano acceptâ: δρέπανον enim falx eſt. 8 De quâ lætari nequeam, non læta, triſtis, amiſſo hîc patre. 9 Tot navigationum malis. 10 Religioſa, & monita horrorem incutientia. 11 Harpyja. 12 Epilogus narrationis Æneæ brevis, quo in compendium curſum ſuum contrahit, quem copioſe hactenùs proſecutus eſt. 13 Ultimus apud Drepanum erat. 14 Ex hac regione Siciliæ. Undè in 1. dictum eſt: *Vix è conſpectu Siculæ telluris*, &c. 15 Ad regiones Libycas. 16 Vir venerabilis. 17 Omnibus aliis attendentibus. 18 Solus loquens. 19 Voluntates Deorum de excidio narrabat Trojæ, & ſuos errores & navigationes. 20 Æneas. 21 Poſt prolixam narrationem. 22 In hoc dicto de morte Anchiſæ, & de profectione ex Siciliâ in Carthaginem. 23 Et animo & ore.

P. VIRG.

# P. VIRGILII MARONIS
# ÆNEIDOS
## LIBER IV.

### ARGUMENTUM.

Dido, amore Æneæ inſaniens, animi ſui morbum ſorori aperit: ejuſque conſilium ſecuta, ad nuptias animum adjicit. Juno quoque, ut Æneam faciliùs ab Italiâ averteret, agit cum Venere: ut ejus bonâ cum veniâ liceat Æneæ Eliſſam uxorem ducere; quòque id commodius fieri poſſit, ſe opportunitatem oblaturam oſtendit. Poſtridiè Æneas, & Dido venatum proficiſcuntur. Ibi omnibus jam prædæ intentis, Juno ſubitam immittit tempeſtatem. Comites alius aliò diffugiunt. Æneas & Dido in idem antrum conveniunt, ibique infauſtis omnibus conjunguntur. Interim Jupiter Iarbæ, Getulorum regis, (qui advenam ſibi præferri iniquo animo ferebat,) precibus fatigatus, Mercurium mittit ad Æneam, jubetque, ut, relictâ Africâ, in Italiam naviget. Ille Jovis imperio morem gerens, quæcunque ad navigationem erant neceſſaria, clam per ſocios parari jubet. Cæterùm Dido, ubi claſſem inſtaurari ſenſit, ſuſpicata id, quod res erat, graviter cum ipſo expoſtulat, precibuſque, & lachrymis tùm per ſeipſam, tum per ſororem, eum ab incepto revocare conatur. Æneas interum in ſomnis à Mercurio admonitus, intempeſta nocte anchoras ſolvit. Illa doloris impatiens, in altiſſima ædium parte, ſimulatione ſacrificiis ingentem pyram exſtruit, ablegatâque Barce, Sichæi nutrice, ne quid deſtinatæ morti impedimenti afferret, necem ſibi conſciſcit.

[1] *AT* [2] *regina gravi* [3] *jamdudùm* [4] *ſaucia curâ,*
[5] *Vulnus alit venis, &* [6] *cæco carpitur igni.*
*Multa* [7] *viri* * I. *virtus* [8] *animo, multuſq;* [9] *recurſat*
II. *Gentis honos: hærent* [10] *infixi pectore* III. *vultus,*
IV. *Verbaq; nec placidam membris dat* [11] *cura quietem.*

1 Tranſitionis particula indicat Poëta, ſe novam narrationem ordiri earum rerum, quæ narrante Æneâ jamque abſolvente, acciderint. 2 Dido. 3 Ex eo tempore, quo Æneas narrare cœpit, vel, hoſpitio ſuſceptus eſt, & Cupido loco Aſcanii. *Jamdudùm* enim de longiori temporis ſpatio propriè dicitur. 4 Vulnerata amore. 5 Amoris. 6 Accenditur igni amoris, qui excæcat. Ovid. *Quoque magis tegitur, tanto magis æſtuat ignis.* 7 Æneæ. * Cauſarum amoris enumeratio: namque Didonem intereà moverat Æneæ I. *ardens virtus.* II. *Trojanæ gentis nobilitas.* III. *flagrans oris venuſtas.* IV. *facundia prudens.* V. *genus divinum: tacito itaque & ad tempus celato amore jamdudùm accenſa æſtuare jam, atque in flammas ire cœpit.* 8 Didonis. 9 Frequenter revolvitur, obverſatur. 10 Fixi in pectore. 11 Sollicitudo amoris: quia *Res eſt ſolliciti plena timoris amor.* Ovid. 1. Ep. Her.

1 Sequens dies luce ſolari terras illuſtrabat, illuminabat: unam enim noctem conſumpſerat Æneas narrando calamitates. Declarat porrò Poëta, quomodo Dido vim amoris ſui Annæ ſorori detexerit.

*[1] Poſtera Phœbeâ luſtrabat lampade terras,*
*Humentemque aurora polo [2] dimoverat [3] umbram;*
*Cùm ſic [4] unanimem alloquitur [5] malè ſana [6] ſororem:*
*Anna ſoror, quæ me [7] ſuſpenſam [8] inſomnia [9] terrent!*
*[10] Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes!*
*[11] Quem* III. *ſeſe* IV. *ore ferens! quàm* I. *forti pectore & [12] armis!*
*Credo equidem (nec [13] vana fides)* V. *[14] genus eſſe Deorum.*
[15] Degeneres animos timor arguit: *heu, quibus [16] ille*
*Jactatus [17] fatis! quæ bella [18] exhauſta canebat!*
*[19] Si mihi non animo fixum, immotumque ſederet,*
*Ne cui me vinclo vellem ſociare [20] jugali,*
*Poſtquam primus [21] amor deceptam [22] morte fefellit;*
*Si non [23] pertæſum [24] thalami, [25] tædæque fuiſſet:*

2 Prius. 3 Noctis. 4 Unius animi & voluntatis in conjugium illiciendi Æneam. 5 Non ſana, amore furens. Rationem enim amentia quadam amor excæcat. 6 Annam: quæ cum ſalubriter conſulere debebat, ceu oleo igni addito, vehementiùs etiam accendit plus ſatis ſuâ ſponte furentem. 7 Dubiam, anxiam, adeoque incertam, quid ſim facturа. Tranſlatio à corpore ad animum. 8 Phantaſmata, viſa nocturna. *Inſomnia* propriè ſunt, quæ in ſomnis videmus. 9 Turbant per reliquam noctem, quæ à fine narrationis Æneæ ſuperfuit ad auroram. 10 Qualis hoſpes, qui mihi uſque huc incognitus fuit, recenſque intervenit (ſicut *vetus hoſpes* dicitur, cui multum temporis aſſuevimus) huc ad regnum noſtrum divertit. Dicimus autem. *Succedo tibi, & ſuccedo in locum tuum.* 11 Al. ſic exponunt: Qualem gerens aut extollens ſeipſum, dum labores & errores ſuos narraret, oratione! Sed meliùs ad formæ decus hoc refertur: undè in 1. dixit: *Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido, Caſu deinde viri tanto,* &c. 12 Fortibus. 13 Eſt falſa. 14 Ipſum eſſe de genere Deorum: ex virtute Æneæ generis divinitatem colligit. Nam (ut ait Horat.) *Fortes creantur fortibus & bonis.* 15 Quia timor demonſtrat ac convincit animos aliorum eſſe degeneres, id eſt, à nobili proſapia meticuloſitate degenerare. Sic Horat. Od. 13. l. 1. *Humor & in genas Furtim labitur*, arguens. *Quam lentis penitus macerer ignibus.* 16 Tam nobilis hoſpes noſter. 17 Infortuniis, fatalibus laboribus, Diis ita volentibus. 18 Geſta à ſe enuntiabat, id eſt, graviſſima. 19 Propoſitio deliberationis, votum ne irritum faciat, an non. 20 Matrimoniali, id eſt, ſi non conſtituiſſem, quod nunquam alteri nuberem. 21 Conjux Sichæus. 1. lib. Æn. 22 Prioris conjugis Sichæi, à Pygmalione interempti. 23 Eſt, à *Pertædet.* 24 Nuptiarum & conjugii: quibus ſternitur lectus genialis in aulâ, & præferuntur quinque faces è tæda arbore de laricum genere. 25 Facis nuptialis. quæ ante nubentes fertur, id eſt, ſi non omnino afficerer tædio matrimonii & ſecundarum nuptiarum, & ita conſtituerim non ampliùs nubere.

Huic

*Huic uni forſan* [1] *potui ſuccumbere culpæ.*
*Anna (fatebor enim)* [2] *miſeri poſt fata Sichæi*
*Conjugis, & ſparſos* [3] *fraternâ cæde penates,*
[4] *Solus hic inflexit ſenſus, animumque* [5] *labantem*
[6] *Impulit: agnoſco veteris veſtigia* [7] *flammæ.*
*Sed mihi vel tellus optem priùs* [8] *ima dehiſcat,*
*Vel* [9] *pater omnipotens* [10] *adigat me fulmine ad umbras,*
[11] *Pallentes umbras* [12] *Erebi,* [13] *noctemque profundam:*
*Antè, pudor, quàm te violo, aut tua* [14] *jura reſolvo.*
[15] *Ille meos, primus qui me ſibi* [16] *junxit, amores*
*Abſtulit; ille* [17] *habeat ſecum, ſervetque ſepulchro.*
*Sic* [18] *effata,* [19] *ſinum lacrymis implevit* [20] *obortis.*
*Anna* [21] *refert:* [22] *O luce magis dilecta* [23] *ſorori,*
[24] *Sola-ne perpetuâ mœrens* [25] *carpêre juventâ?*
*Nec* [26] *dulces natos, Veneris nec præmia noris?*
[27] *Id* [28] *cinerem, aut manes credis curare ſepultos?*
[29] *Eſto:* [30] *ægram nulli quondam* [31] *flexêre* [32] *mariti,*
[33] *Non Lybiæ, non antè Tyro deſpectus* [34] *Iarbas,*

1 Potuere me victam dedere ſecundis nuptiis, Digamiæ: quarum nomen etiam apud Ethnicos infame erat. Vide Cœl. l. 28. c. 22. 2 Poſt mortem indigniſſimam Sichæi mariti mei miſeri: quòd propter opes conditas ſub terrâ à Pygmalione, fratre Didonis, eſſet interfectus. 3 A fratre meo Pygmalione conjugi meo illatâ. 4 Hoſpes noſter Æneas movit meum animum, & de propoſito ſuo abduxit. 5 A firmo propoſito labi incipientem, paulatim decidentem. 6 In amorem ſui: vel, paulatim labefecit. 7 Amoris, quem erga Sichæum habui. 8 Profunda aperiat ſe mihi ad abſorbendum me. 9 Jupiter. 10 Impellat. 11 Pallidos & pallidas facientes. 12 Loci obſcuriſſimi in inferno. 13 Caliginem infernalem. 14 Vincla jugalia. 15 Sichæus. 16 Conjugio. 17 Eos. 18 Elocuta Dido. 19 Gremium: non ſinum e ulorum tantùm, ut volunt quidam. 20 Subitò ortis. 21 Respondet ad objecta contra novas nuptias. 22 O ſoror Dido, quæ mihi vita mea charior es. 23 Mihi, quæ tua ſoror ſum. Enallage perſonæ. 24 Solitaria, ſine conſortis ſolatio & ſobole. 25 Conſumâris, quaſi mœrore totam juventam tranſigens. 26 Quàm dulces ſint liberi his, qui procreant eos, nec voluptatem libidinoſam? Ex Sichæo nullos ſuſtulit liberos. 27 Ut carpere perpetua juventa. Q. d. mortuos maritos non curare, an uxores iterum nubant. 28 Conjugis Sichæi defuncti. 29 Permittatur ita eſſe. Conceſſio. 30 Mœrore. Ob mortem enim Sichæi recentiorem, quæ adhuc ob oculos verſabatur, à nemine, ut nuberet, induci potuit. 31 Moverunt. 32 Libyæ proceres, qui voluerunt eſſe mariti. 33 Eſto: non moverint te ulli mariti, ſed ne Iarbas quidem inviſus Libycis, & multò antè Tyriis populis. 34 Rex Mauritanorum: qui cum Eliſæ per legatos ambiret nuptias, non ſine belli, ſi recuſaret, minis: illa trimeſtris ſpatii impetrata mora, ut prioris mariti manes placaret, in pyram, quam eo prætextu extruxerat, ſe conjecit, maluitque ardere, quàm nubere. Hiſtoriam lege apud Juſtinum lib. 18. contra cujus veritatem obtinuit Virgilii figmentum de Æneâ.

*[1] Ductoreſque alii, quos [2] Africa terra [3] triumphis*
*Dives alit: [4] placito ne etiam pugnabis [5] amori?*
*[6] Nec venit in mentem, quorum [7] conſederis arvis?*
*[8] Hinc [9] Getulæ urbes, [10] genus inſuperabile bello,*
*Et Numidæ [11] infræni [12] cingunt, & [13] inhoſpita Syrtis:*
*[14] Hinc [15] deſerta ſiti regio, lateque furentes*
*[16] Barcæi: quid bella [17] Tyro ſurgentia dicam,*
*[18] Germanique minas:*
*Diis equidem [19] auſpicibus, reor, & Junone [20] ſecundâ.*
*[21] Hùc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.*
*[22] Quam tu urbem, ſoror, hanc cernes! quæ [23] ſurgere regna*
*[24] Conjugio tali! Teucrûm comitantibus armis,*
*[25] Punica ſe quantis [26] attollet gloria rebus!*
*Tu modo poſce Deos [27] veniam, [28] ſacriſque litatis*
*[29] Indulge hoſpitio, cauſaſque [30] innecte [31] morandi,*

1 Principes. 2 Africana. 3 Victorioſa, & ſæpe triumphare ſolita, id eſt, ponamus, quòd principes Africani te non flexerint. 4 Amori grato reſiſtere poteris? Q. d. Contempſiſti eos, qui tibi diſplicebant, an nunc pugnabis cum amore placito? 5 Cum amore. Catul. *Noli pugnare duobus.* 6 An non conſideras? 7 Locum habitando ceperis. A neceſſario. Q. d. Verſaris inter nationes barbaras, bellicoſas & opibus pollentes tu, fœmina, fratris & amicorum præſidiis deſtituta, nec eſt cujus implores auxilium: proinde cenſeo nubendum eſſe, ut habeas, qui te, cives, urbem, & regnum, conſilio armiſque tueatur. 8 Ex unâ parte urbis noſtræ. Ratio, quare nubere debeat. Carthaginem à Meridie Getulia & deſerta Libyæ, ab Ortu Syrtis major, ab Occaſu Numidia ſive Mauritania, à Septentrione mare, cingebant. 9 Getulorum, qui ſunt Africæ populi. Augendi timoris gratiâ *Urbes* vocat, quæ tantummodò mapalia ſunt, in quibus Getuli habitant. 10 Hominum. 11 Qui equos non fræno regunt, ſed virga tantum. Gens tamen fera, nec legibus, nec imperio parens. Æn. 1. *cui condere Jupiter urbem, Juſtitiaque dedit gentes frænare ſuperbas.* 12 Non ſc. ab occaſu. 13 Importuoſa & inacceſſa, propter vada & reciprocos æſtus, & accolas Naſamonas naufragiis & raptu victitantes. Duæ autem ſunt Syrtes. 14 Ex alia parte, ſc. ad Auſtrum. 15 Libya deſerta, propter aquarum penuriam (quæ intolerabilem ſitim procreat) neque fluvios habens, neque pluviam. 16 Gens Africæ bellicoſa. 17 Contra Tyriam urbem ſeu Carthaginem. 18 Pygmalionis, vindicaturi fugam ſuorum & theſauros abductos l. 1. 19 Faventibus, propitiis. 20 Proſpera: utpote, *Cui vincla jugalia curæ*: infrà. 21 Ad nos. 22 Qualem, quantam, id eſt, clariſſimam. A conſequentibus. 23 Oriri. 24 Ex talis herois conjugio. 25 Populorum Punicorum. 26 Eriget. 27 Hanc gratiam perjurii, ut ignoſcant tibi, quod cineri Sicheio fidem non ſerves. Undè poſteà: *Non cineri ſervata fides.* 28 Diis placatis per ſacrificia. 29 Da operam, ut detineas eum hoſpitio. 30 Æneæ. 31 Manendi apud te.

1 Dùm

*[1] Dùm pelago deſævit hyems, & aquoſus [2] Orion,*
*[3] Quaſſataque rates, & [4] non tractabile cælum.*
*His dictis [5] incenſum [6] animum [7] inflammavit amore,*
*[8] Spemq; dedit [9] dubiæ menti, ſolvitq; [10] pudorem.*
*[11] Principio [12] delubra [13] adeunt, [14] pacemq; [15] per aras*
*Exquirunt: [16] mactant lectas de more bidentes*
*[17] Legiferæ Cereri, [18] Phœboque, patrique [19] Lyæo;*
*[20] Junoni ante omnes, cui vincla [21] jugalia curæ.*
*Ipſa tenens dextrâ [22] pateram pulcherrima Dido,*
*[23] Candentis [24] vaccæ media inter cornua [25] fundit:*
*[26] Aut ante [27] ora Deûm [28] pingues [29] ſpatiatur ad aras,*
*[30] Inſtauratque diem donis, [31] pecudumque [32] recluſis*
*[33] Pectoribus [34] inhians, [35] ſpirantia conſulit exta.*
*[36] Heu vatum [37] ignaræ mentes! quid [38] vota [39] furentem.*
*Quid [40] delubra juvant; [41] eſt [42] mollis [43] flamma [44] medullas*

1 Quoad uſque tempeſtas hyberna ſævitiam ſuam finierit. 2 Sidus navigantibus infeſtum, ortu & occaſu tempeſtates, aquas, & nimbos excitans. 3 Et quamdiu naves ſunt laceratæ, & nondum refectæ. 4 Aſperum & durum ad navigandum. 5 Amore. 6 Didonis. 7 Anna. 8 Nubendi ſecundò. 9 Ancipiti, incertæ, quid-nam agere deberet. 10 Quo arcebatur à ſecundis nuptiis. 11 Ante omnia. 12 Templa, in quibus erant Deorum ſimulacra. Veteres enim ut nihil niſi auſpicatò inceptabant; ſic in contrahendo matrimonio exta conſulere iis mos erat, nùm felix futurum eſſet conjugium. 13 Ambæ. 14 Veniam, gratiam, favoremque Deorum, ut eorum pace facere liceret, quod omnino facere ſtabat ſententia. 15 Ad aras diligenter per exta hoſtiarum Deorum voluntatem explorant, obſervantque, quid illa portendant. 16 Occidunt ad ſacrificandum oves eximias de more ſacrificantium. *Bidentes* autem nonnulli appellant omnes beſtias bimas, nedum oves ſolas. 17 Θεσμοφόρῳ, quæ frugibus inventis, unà leges, urbes, civilem vitam, conjugia ſanxit. 18 Ut auſpicia mitteret bona, quæ nuptiis felicibus prævia. 19 Lætitiæ libertatiſque datori. 1. Æn. 20 Pronubæ & nuptiarum præſidi. 21 Matrimonialia. 22 Poculum orificio amplo & patenti. 23 Candidi coloris; quod ipſum lætum, & auſpicatum omen futurarum nuptiarum eſſe voluit. 24 Cum alias Apollini taurus cædatur. 25 Effundit. 26 Dùm non fundit. 27 Simulacra & ſtatuas Deorum. 28 Victimarum ſanguine perfuſas, in quibus poſteà victimæ concremabantur. 29 Late deambulat. Fuit ergo area delubro adjuncta. Vide Macrob. Sat. l. 3. c. 4. 30 De novo celebrat. Quia & anteà ſacrificârat. 31 Mactatarum. 32 Apertis. 33 Diaſtole in cæſura. 34 Avidè intenta, tum ad explorandam numinis voluntatem in extis, tùm ad extiſpicum reſponſa. 35 Exhalantia, & adhuc palpitantia conſilium expetit. Unde dicitur victima *conſultatoria* apud Macrob. l. 3. c. 5. 36 Exclamatio in vanitatem vatum, & haruſpicum inſcitiam. 37 Virium amoris. 38 Quæ fecit Diis. 39 Inſanientem amore. 40 Deorum templa, quæ adierat. 41 Edit, conſumit: ab *edo*, *es*, *eſt*. 42 Al. *molles*. Catul. Epigr. 42. *Ignis mollibus ardet in medullis*. 43 Amoris. 44 Didonis.

2 In-

*1 Intereà, & 2 tacitum 3 vivit ſub pectore 4 vulnus,*
*5 Uritur infelix Dido, totâque vagatur*
*Urbe furens: 6 qualis 7 conjectâ 8 cerva ſagittâ,*
*Quam procul 9 incautam, nemora inter 10 Creſſia, fixit*
*Paſtor 11 agens telis, 12 liquitque 13 volatile ferrum*
*14 Neſcius: 15 illa fugâ ſylvas, 16 ſaltuſque peragrat*
*17 Dictæos; 18 hæret lateri lethalis arundo.*
*19 Nunc media Æneam ſecum per 20 mœnia ducit,*
*21 Sidoniaſque 22 oſtentat opes, urbemque paratam.*
*Incipit effari, 23 mediâque in voce reſiſtit.*
*Nunc 24 eadem, 25 labente die, convivia quærit:*
*26 Iliacoſque iterùm 27 demens audire 26 labores*
*28 Expoſcit, 29 pendetque iterùm narrantis ab ore.*
*Poſt, ubi 30 digreſſi, 31 lumenque 32 obſcura viciſſim*
*Luna 33 premit, ſuadentque 34 cadentia ſidera 35 ſomnos,*

1 Dum ſacrificaret.
2 Occultum, & quod vatibus tacitum habuit.
3 Innovatur, id eſt, perditè amat.
4 Amoris ſc. i. e. ſagittis Cupidineis illatum.
5 Ab amore.
6 Comparatione illuſtrat rem, ita ut paſtori Æneam, cervæ Didonem, amori telum, nemori Cretenſi urbem Carthaginem, per quam regina vagatur, comparet. 7 In eam. 8 Vagatur. 9 Non caventem. 10 Cretenſia. Cretenſes enim ſemper præſtantiſſimi fuerunt ſagittarii: quibus ex arundine ſagittæ conficiebantur. 11 Perſequens eam. 12 In ipsâ cervâ fugiente. 13 Ad volandum aptum. 14 Latens cervam, dum percuſſit: vel Active: Neſcius à ſe percuſſam cervam, adeoque non inſequens. Ovid. 5. Met. *Quam ſi venabula tantus Corpore fixa gerat, factique refugerit author.* 15 Cerva percuſſa. 16 Denſiores ſylvas: quæ ob arborum ſpiſſitudinem difficulter perviæ ſunt: ac in quibus luſtra ſua habent feræ. 17 *Dictys* mons Cretæ, qui celebris peritiâ ſagittandi, cervis & Dictamno. 18 Sagitta arundinea mortifera inhæret lateri cervæ. 19 Aliquando. Affectus miſeræ amantis, & artes, quibus Æneam contueri, remorari, ambire ſtudet. 20 Carthaginis. 21 Quas à Sidone fugiens minas fratris Pygmalionis, huc ſecum avexerat: vel, Punicas opes, id eſt, ipſam urbem jam regiâ magnificentiâ exſtructam. 22 Ad oſtentationem demonſtrat. 23 Nondum dato ad integrum reſponſo Æneæ. Ἦθος amantium. Horat. Od. 1. l. 4. *Cur facunda parum decoro Inter verba cadit digna ſilentio?* 24 Conſimilem cœnam, & qualem fecerat Æneæ & cæteris Trojanis in primo adventu. 25 Occidente. 26 Quos Trojani paſſi ſunt in excidio Trojæ. 27 Quæ vellet eadem, quæ noverat, audire. 28 Non tam rerum narrandarum cauſa, quàm ut Æneæ conſpectu fruens, voluptatem ex eo caperet. 29 Eum narrantem diligenter attenteque iterum audire vult & intueri: nam *oculi ſunt in amore duces.* Amantis habitum egregiè exprimit, quæ dicentis verba intuendo excipit. Sic Ovid. in Ep. Pen. *Narrantis conjux pendet ab ore viri.* 30 A toris, in quibus quiſque accubuerat: vel, ex convivio. 31 Diurnum. 32 Id eſt, nox; nam nihil tam contrarium eſt lunæ, quàm obſcuritas: vel, *obſcura* reſpectu Solis. Indicat noctem profundam, quà ſigna alia occidere, alia rurſum exoriri videntur. 33 Imminuit. 34 Occidentia: exacta jam media nocte, & appropinquante aurora. 35 Sc. *inire.*

*1 Sola*

*[1] Sola domo [2] mæret [3] vacuâ, [4] ſtratiſque relictis*
*Incubat: illum abſens abſentem auditque [5] videtque:*
*Aut gremio Aſcanium, [6] genitoris imagine capta,*
*Detinet; [7] infandum ſi [8] fallere poſſit amorem.*
*[9] Non [10] cœptæ [11] aſſurgunt [12] turres: non arma juventus*
*Exercet, portuſ-ve aut [13] propugnacula bello*
*Tuta parant: [14] pendent opera [15] interrupta, [16] minæque*
*Murorum ingentes, [17] æquataque machina cœlo.*
*[18] Quam ſimul ac tali [19] perſenſit [20] peſte [21] teneri*
*[22] Chara Jovis conjux, [23] nec famam obſtare furori;*
*Talibus aggreditur Venerem [24] Saturnia dictis:*
*[25] Egregiam verò laudem, & ſpolia [26] ampla [27] refertis*
*Tuque [28] puerque tuus! magnum, & [29] memorabile nomen,*
*[30] Una dolo Divûm ſi fœmina victa [31] duorum eſt!*
*Nec me adeò [32] fallit, [33] veritam te mœnia noſtra,*
*[34] Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.*
*Sed quis erit [35] modus? aut [36] quò nunc [37] certamine tanto?*

1 Sine eo: quem amabat: nam regina ſola eſſe non poterat. 2 Contriſtatur. 3 Amato. 4 Lectis deſertis ab Ænea. 5 Per imaginationem. Ut ſuprà: *Hærent infixi pectore vultus. Verbaque*, &c. Ita quoque Ovid. epiſt. ejuſdem Didonis ad Æneam: *Æneaſque oculis ſemper vigilantibus hæret, Æneanque animo noxque dieſque refert.* Unde non ineleganter dictum eſt, amantium animos ibi magis eſſe, ubi amant, quàm ubi animant. 6 Æneæ, cujus ſimulacrum in pueri vultu elucebat. 7 Ineffabilem. 8 Eludere & extinguere ſatiando ſe amplexu honeſto Aſcanii, loco patris. 9 A conſequentibus. Amor enim negligentes, & ad officia ſegniores facit. 10 Extolli. 11 Extolluntur amplius, exædificantur. Metaphora ab animata ad non animatum. 12 In muris. 13 Munimenta ad futurum bellum propulſandum. 14 Suſpenſa manent. 15 Ab operantium priùs fervore. 16 Eminentiæ ſive partes eminentes, id eſt, pinnæ murorum, unde propugnatores hoſtium impetus arcent, ἐπάλξεις. 17 Machina ædificii aut turris concepta ut erigatur ad coelum uſque. Hyperbole. 18 Didonem. Tranſit, intermiſſa narratione, ad conſilia Deorum, quorum auſpiciis uterque alteri jungitur. 19 Perfectè ſenſit. 20 Amoris. 21 Irretitam eſſe. 22 Juno. 23 Adverſa fama, æquè ac amore, laborare. 24 Juno, Saturni filia. 25 Ironia amaritudinis plena. 26 Opima. 27 Reportatis. 28 Filius ac miniſter tuus Cupido, pro Aſcanio ſuppoſitus. 29 Dignum quod in perpetua ſit memoria. 30 Emphaticè omnia. 31 Tuo & Cupidinis. 32 Latet, λανθάνει. Ter. Nam me fefellit *hoſce id ſtruere?* Cic. *Multa nos* fefellerunt. 33 Ut l. 1. v 675. *Et vereor, quo ſe Junonia vertant Hoſpitia.* 34 De inſidiis, id eſt, ſiniſtram de Carthagine exiſtimationem concepiſſe. 35 Finis. 36 Quare. 37 *Sc. opus eſt*, aut contendimus?

1 Quin

1 Cur non. 2 Nuptias certo fœdore conſtitutas. 3 Nam ardet incendio amoris. Metaphora. 4 Venenum amoris ad medullas uſque. Ut, *Eſt mollis flamma medullas.* 5 Communibus auſpiciis. 6 Carthaginenſem. 7 Præſidiis & poteſtatibus. 8 Invidioſe & virulenter, quaſi in ſervitium

*[1] Quin potius pacem æternam, [2] pactoſque Hymenæos*
*Exercemus? habes, totâ quod mente petiſti:*
*[3] Ardet amans Dido, traxitque [4] per oſſa furorem:*
*[5] Communem hunc ergo [6] populum, paribuſque regamus*
*[7] Auſpiciis: [8] liceat [9] Phrygio [10] ſervire marito,*
*[11] Dotaleſque tuæ [12] Tyrios permittere [13] dextræ.*
*[14] Illi (ſenſit enim [15] ſimulatâ mente locutam,*
*Quò regnum Italiæ [16] Lybicas averteret oras)*
*Sic [17] contrà eſt ingreſſa Venus. Quis [18] talia demens*
*[19] Abnuat? aut [20] tecum malit contendere bello?*
*[21] Si modò, quod memoras, factum [22] fortuna ſequatur.*
*Sed [23] fatis incerta feror, [24] ſi Juppiter unam*
*Eſſe velit Tyriis urbem, [25] Trojaque profectis,*
*[26] Miſceri-ve probet [27] populos, aut fœdera [28] jungi,*
*Tu [29] conjux, tibi fas [30] animum tentare precando.*
*[31] Perge, ſequar. Tùm ſic [32] excepit [33] regia Juno:*
*[34] Mecum erit iſte labor: nunc quâ ratione, quod [35] inſtat,*
*[36] Confieri poſſit, paucis (adverte) docebo.*
*[37] Venatum Æneas, unaque [38] miſerrima Dido:*
*In nemus ire parant, [39] ubi primos [40] craſtinus ortus*
*Extulerit [41] Titan, [42] radiiſque [43] retexerit orbem.*

turpe cum ſuis ceſſura ſit, quæ Æneæ Phrygio nupſerit. Cum reſpectu ſimul ad Rom. nuptias, quæ per coëmptionem fiebant: adi 1. Georg. *teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis.* 9 Ut molli, effœminato, & parum viro. 10 Didonem ſc. 11 Nomine dotis in poteſtatem Æneæ filii tui venientes. 12 Tyrios. 13 Poteſtati, fidei, connubio. Metaphora. 14 Illo tempore. 15 Quâ amicitiam ſimulabat, cùm utilitati ſuæ inhiaret. 16 In Carthaginem. 17 Ad hunc modum illi viciſſim invidioſe reſpondit Venus. 18 Fœdera æternæ pacis. 19 Renuat, reprobet? 20 Emphaticè quæ regia Juno, regis filia, ſoror, uxor. 21 Dummodo id, quod factum eſt, poſſit ſortiri felicem effectum. 22 Tangit tria, fortunam, id eſt, caſum, fatum, voluntatem Deorum. 23 De fatis dubia, id eſt, neſcio an fata id velint, quod nos volumus. 24 Utrum, an. 25 Trojanis. 26 In unius populi corpus coaleſcere. 27 Tyrios & Trojanos. 28 Inter eos. 29 Jovis es. 30 Jovis. 31 Ad Jovem. 32 Extra id quod Venus prætendit, in aliud propoſitum cepit ſermonem. 33 Regis ſummi conjux, id eſt, Divûm regina. 34 Iſte labor Jovis animum explorandi, quem mecum obire vis, aſſumetur à me, quæ eum ſola obibo. 35 Inſtanter agendum eſt. 36 Simul fieri. 37 A circumſtantiis rei facilitatem oſtendit. 38 Perditè amore ſaucia. 39 Ut primùm Sol ortus fuerit. 40 Qui cras oriturus eſt. 41 Sol. 42 Splendore & luce ſua, qua omnia illuſtrat, tenebraſque diſpellit. Eſt autem propriè *radius* lignum teres, quo menſuræ radantur æquanturque. 43 Aperuerit globum terræ umbrâ noctis priùs tectum.



Digitized by Google

[1] *His* [2] *ego nigrantem commiſtâ grandine nimbum,*
[3] *Dùm trepidant alæ,* [4] *ſaltuſque* [5] *indagine cingunt,*
*Deſuper infundam, & tonitru* [6] *cœlum omne ciebo.*
[7] *Diffugient comites, &* [8] *nocte tegentur opacâ.*
[9] *Speluncam Dido,* [10] *dux & Trojanus eandem* 124
*Devenient:* [11] *adero, &* [12] *tua ſi mihi* [13] *certa voluntas,*
[14] *Connubio* [15] *jungam ſtabili,* [16] *propriamque dicabo.*
*Hîc* [17] *Hymenæus erit. Non* [18] *adverſata* [19] *petenti,*
[20] *Annuit, atque* [21] *dolis riſit* [22] *Cytherea repertis.*
[23] *Oceanum* [24] *intereà ſurgens Aurora reliquit:*
[25] *It portis,* [26] *jubare exorto,* [27] *delecta juventus:* 130
*Retia* [28] *rara,* [29] *plagæ,* [30] *lato venabula ferro,*
[31] *Maſſylique* [32] *ruunt equites, &* [33] *odora canum* [34] *vis.*
*Reginam, thalamo* [35] *cunctantem, ad* [36] *limina* [37] *primi*
*Pœnorum exſpectant: oſtroque* [38] *inſignis & auro*

1 In hos venantes. Exponit conſilium ſuum, quid venantibus ſit immiſſura. 2 Ritè ac jure, ut quæ aëri præſit, ut Jupiter cœlo, Neptunus mari, Pluto inferis. 3 Dùm equites ſive comites à latere, in morem alarum diſpoſiti ad inſidias ferarum, feſtinant hùc illùc diſcurrentes, ut, cum clamore feras in obſtantes plagas impellant. *Alæ* autem dictæ ſunt equitum turmæ, à ſimilitudine *alarum*: quia circum legiones dextrâ lævaque diſponuntur perinde ut in avium corporibus, quibus illæ proteguntur, volatuique incumbunt. 4 Loca, in quibus feræ ſalire ſolent. 5 Serie plagarum, formidinibus viciſſim interpoſitis, ad retinendas vel terrendas feras. *Indago* enim propriè eſt venatorium rete, ſeu ſeries plagarum, quibus ſaltus ſtabulaque ferarum cinguntur à venatoribus. Vel, in venatu propriè indagines ſunt canes ab inveſtigandis inquirendiſque feris atque adeò indagandis earum luſtris denominationem habentes. Vide quæ nos ad Flor. p. 158. 6 Totum aërem concitabo. 7 In diverſa loca fugient. 8 Caligine tempeſtuoſa, ita ut reginam, quò ſe receperit, non videant. 9 Sc. *ad*. 10 Æneas. 11 Affectione conjugali eos conciliatura. 12 Sic etiam tuum ſubſequatur officium. 13 Exploratum. 14 Hunc eundem verſum repete, 1. Æn. 15 Eos. 16 Perpetuam conjugem. 17 Matrimonii nodus, conjugium, quod totâ mente petimus. 18 Obſtans. 19 Junoni. 20 Aſſentit ei. 21 Propter dolos repertos à Junone, vel compertos, id eſt, animadverſos. 22 Venus. 23 Ex opinione vulgi maritimi, cui ſidera è mari emergere videntur: cum relatione item ad fabuloſum Auroræ & Oceani conjugium. 24 Dùm Juno & Venus talia conſultarent. 25 Exit è portis. 26 Lucifero: vel etiam, Sole. 27 Juvenes delecti ad venationem. 28 Minùs denſa, in quæ compulſæ feræ capiuntur. 29 Nomini generali ſubjecta eſt ſpecies per appoſitionem: nam plagæ ſunt retia rariora. 30 Et inſtrumenta venatoria habentia latum ferrum, ut ſunt cuſpides. 31 Ex Maſſyliâ regione, juxta Mauritaniam, Numidiæ parte, equites expediti. 32 Confuſe exequitant & exeunt. 33 Naris ſagacis canes. 34 Multitùdo. 35 Immorantem. Nam *dùm moliuntur, dùm comuntur, annus eſt*. Ter. in Heaut. 36 Regiæ. 37 Principes Tyriorum. 38 Purpura ornatus & phaleris auratis.



Digitized by Google

1 Præſto eſt.
2 Equus, à calceamentis ferreis, quibus ſonum edit ingrediens.
3 Poſt longam exſpectationem.
4 Regina.
5 Denſe comitante. Sic. l. 1. *Regina ad templum formâ pulcherrima Dido Inceſſit, magnâ juvenum ſtipante catervâ.*

*[1] Stat [2] ſonipes, ac frana ferox ſpumantia mandit.*
*[3] Tandem [4] progreditur magnâ [5] ſtipante [6] catervâ*
*[7] Sidoniam [8] picto [9] chlamydem circumdata [10] limbo,*
*[11] Cui [12] pharetra [13] ex auro, crines [14] nodantur in aurum,*
*Aurea purpuream ſubnectit [15] fibula veſtem.*
*Nec non & Phrygii [16] comites, & [17] latus Iülus*
*Incedunt: ipſe ante alios pulcherrimus omnes*
*Infert ſe [18] ſocium Æneas, atque [19] agmina [20] jungit.*
*[21] Qualis, ubi [22] hybernam [23] Lyciam, [24] Xantique fluenta*
*Deſerit, ac [25] Delum maternam inviſit Apollo,*
*Inſtauratque [26] choros: miſtique [27] altaria circùm*
*[28] Creteſque, [29] Dryopeſque [30] fremunt, [31] pictique [32] Agathyrſi:*
*[33] Ipſe jugis Cynthi graditur, mollique [34] fluentem*
*[35] Fronde [36] premit crinem [37] fingens, atque [38] implicat [39] auro:*
*[40] Tela ſonant humeris: haud [41] illo [42] ſegnior ibat*
*Æneas: tantum egregio decus enitet [43] ore.*
*Poſtquam altos ventum in montes, atque [44] invia luſtra,*

6 Satellitum & comitum. 7 Tyriam. 8 Cujus faſcia, extremitatem ambiens, erat picta. 9 Pallium non minus viatorium ac venatorium, quàm militare. 10 *Limbus* proprie eſt extrema rei ora: hîc ad veſtis extremitatem refertur. 11 Reginæ Didoni. Deſcribit reginam à venatricis habitu. 12 Prominet, pendet. 13 Al. *ex humero.* 14 Colliguntur in modum reticuli ex auro. 15 Acus, qua veſtes ſubnectuntur. 16 Comitantes Æneam & reginam. 17 More puerorum. 18 Ad venandum. 19 Comites, comitatum ſuum. 20 Agminibus Didonis. 21 Exiſtens talis, *qualis*, &c. 22 Ubi hyberno tempore commoratur. 23 Aſiæ provinciam: in quâ Xanthus fl. 24 Fluvii tepidi in Lycia. 25 Inſ. natalem Apollinis, Latonæ ſacram. 26 Sacris propemodum omnibus adhibiti chori: maximè Apollinis: qui & ipſe ὀρχηστὴς ſummus: hujus altaria circum gens omnis, Cretes ſaltandi peritiſſimi, Dryopes Parnaſſi accolæ, Agathyrſi Scythiæ pop. qui ſe pingunt, ut de Gelonis dictum 2. Georg. ſaltant: idque à ſiniſtris dextrorſum, Solis in Zodiaco curſum ſignantes, & à dextris ſiniſtrorſum cœli curſum notantes. 27 Apollinis. 28 Cretenſes. Diaſtole in cæſura. 29 Populi juxta Parnaſſum montem, in Apollinis tutela. 30 Hymnos ſuos cantantes modulantur. 31 Auro ornati. 32 Scythiæ populi. 33 Apollo ſc. ſpatiatur telis pharetrâque conſpicuus per juga Cynthi, montis Deli inſulæ: undè *Cynthius* dicitur. 34 Vento expoſitum. 35 Lauri. 36 Colligat. 37 Componens. 38 Crinem. 39 Reticulo aureo. 40 Apollinis; quia pharetratus Apollo. 41 Apolline. 42 Vegetus æquè & alacer, ac pulcher, tamque oris decore inſignis. 43 Æneæ, quantum in ore Apollinis. 44 Ferarum latibula nullas vias habentia, ſine viis.

*Ecce feræ* [1] *ſaxi* [2] *dejecta vertice capræ*
*Decurrêre jugis : aliâ de parte* [3] *patentes*
[4] *Tranſmittunt curſu campos , atque agmina cervi*
[5] *Pulverulenta* [6] *fugâ glomerant , monteſq; relinquunt.*
*At puer* [7] *Aſcanius mediis in vallibus acri*
*Gaudet equo ; jamq;* [8] *hos* [9] *curſu, jam præterit illos ,*
[10] *Spumantemq;* [11] *dari pecora inter* [12] *inertia* [13] *votis*
*Optat aprum, aut* [14] *fulvum deſcendere* [15] *monte* [16] *leonem ,*
[17] *Intereà magno* [18] *miſceri* [19] *murmure cœlum*
*Incipit : inſequitur commiſtâ grandine nimbus.*
*Et Tyrii comites paſſim , & Trojana juventus ,*
[20] *Dardaniuſque nepos Veneris , diverſa per agros*
[21] *Tecta metu petiêre :* [22] *ruunt de montibus* [23] *amnes.*
[24] *Speluncam Dido,* [25] *dux & Trojanus eandem*
*Deveniunt :* [26] I. *prima & Tellus, &* [27] *pronuba Juno*
*Dant* [28] *ſignum:* II. *fulſêre ignes, &* III. *conſcius* [29] *æther*
[30] *Connubii, ſummoq;* IV. *ululârunt* [31] *vertice Nymphæ.*
*Ille dies primus lethi , primuſque* [32] *malorum*
*Cauſa* [33] *fuit. Neq; enim* [34] *ſpecie,* [35] *famâ-ve movetur,*
*Nec jam* [36] *furtivum Dido* [37] *meditatur amorem :*
[38] *Conjugium vocat, hoc* [39] *prætexit* [40] *nomine* [41] *culpam.*
[42] *Extemplò Libyæ magnas* [43] *it fama per urbes.*

1 Montis ſcopuloſi , quæ capreis ſive rupicapris ſedes. 2 Deorſum compulſæ à canibus. 3 Amplos. 4 Tranſeunt celeriter currentes. Vide Macrob. Sat. l. 6. c. 4. 5 Pulveris plena. 6 Propter fugam in formam glomeris colligunt. 7 Verus Aſc. jam patri redditus , Veneris mandatis à ſuppoſititio illo peractis : utpote Didone ſatis inflammata. 8 Cervos. 9 Equi. 10 Ex fuga & ira. 11 Offerri ſibi. 12 Imbellia , capras , cervos , & quæ repugnare neſciant : quibus omnis ſpes in fuga conſiſtit. Ut, *Sternuntur inertia paſſim Corpora.* 13 Multis deſideriis. 14 Fulvi coloris. 15 De monte. 16 Ut eum aggrediatur. 17 Dum ſic venationi intenti eſſent. 18 Turbari. 19 Tonitru , tempeſtate ingruente. 20 Aſcanius. 21 Latibula ferarum , cavas arbores , antra , rupes prominentes. 22 Præcipites defluunt. 23 Aquæ , imbres. 24 In vel ad ſpeluncam. 25 Æneas. 26 Male ominata omnia. I. *Pro auſpiciis , Terræ motus & ſurda tonitrua :* II. *Pro facibus nuptialibus , fulgura :* III. *Pro auſpicibus , aër ſolus conſcius :* IV. *Pro puellis , quæ antè thalamos veſpere ad mediam noctem concinerent , ejulârunt Nymphæ , ut in iis nuptiis , quas mors ſecutura eſſet : fuerint-ne illæ Oreades & Napeæ , aut , ut alii volunt , Diræ.* 27 Dea matrimonii. 28 Prodigia infelicis conjugii. 29 Aër. 30 Infelicis. 31 Montium. 32 Necis : quia ſe ipſam poſt multos doloris interemit. 33 Didoni. 34 Decore præſentis ſtatus ſui. 35 Quæ indè divulgetur. 36 Occultum. 37 Exercet. 38 Quod tamen non erat. 39 Velavit. 40 Conjugii. 41 Illegitimi ſtupri. 42 Illicò. 43 Divulgatur , ſc. veniſſe Æneam , & conjugium cum Didone celebraſſe.

I Fama,

[1] *Fama, malum, quo non* [2] *aliud velocius ullum*
*Mobilitate* [3] *viget, vireſque acquirit* [4] *eundo:*
[5] *Parva metu* [6] *primò,* [7] *mox ſeſe* [8] *attollit in auras,*
*Ingrediturque* [9] *ſolo, &* [10] *caput inter nubila condit.*
[11] *Illam Terra* [12] *parens, irâ irritata* [13] *Deorum,*
[14] *Extremam (ut* [15] *perhibent)* [16] *Cœo, Enceladoq; ſororem*
*Progenuit, pedibus celerem, &* [17] *pernicibus alis,*
*Monſtrum horrendum, ingens: cui, quot ſunt corpore plumæ,*
*Tot vigiles oculi* [18] *ſubter, (mirabile dictu)*
*Tot linguæ,* [19] *totidem ora ſonant, tot* [20] *ſubrigit* [21] *aures.*
[22] *Noctè* [23] *volat* [24] *cæli medio,* [25] *terræq; per umbram,*
[26] *Stridens,* [27] *nec dulci declinat lumina ſomno.*
[28] *Luce ſedet* [29] *cuſtos, aut ſummi culmine* [30] *tecti,*
[31] *Turribus aut altis, & magnas territat urbes:*
[32] *Tam ficti pravìq;* [33] *tenax, quàm nuntia* [34] *veri.*
[35] *Hæc tùm multiplici populos ſermone replebat*
[36] *Gaudens, & pariter facta, atq;* [37] *infecta* [38] *canebat:*
[39] *Veniſſe Æneam, Trojano à ſanguine* [40] *cretum,*
*Cui ſe pulchra viro* [41] *dignetur jungere Dido:*
*Nunc hyemem inter ſe* [42] *luxu,* [43] *quàm longa, fovere,*
[44] *Regnorum immemores, turpique cupidine captos.*

1 Imitamen hujus deſcriptionis habes apud Ovid. 12. Met. quem adhibe hujus quaſi expoſitorem.
2 Sc. *malum eſt.*
3 Creſcit.
4 Quia quantò ad plures pervenit, tantò major & potentior eſt.
5 Quia nemo audet rem ignotam confidenter divulgare.
6 A principio.
7 Paulò poſt.
8 Erigit.
9 Super terram. 10 Quia autor rumorum ferè incertus eſt: vel, quia in immenſum creſcit. 11 A parentibus, quos obſcuros fuiſſe & humiles coarguit. 12 Gigantum. 13 Qui Gigantes occiderant. 14 Extremo loco, & ita peſſimam, amoturam à fratribus ſuis crimen cœli affectati, & ulturam Deos, furia eorum & delicta divulgando: vel, quod Gigantes cœlum expugnare aggreſſi primi famam & nomina celebria ex impiis facinoribus apud poſteros quæſivêre. 15 Ajunt. 16 Gigantibus. 17 Celeribus, velocibus. 18 In occulto: & ita omnia citò videt, & celerrimè defert. 19 Quot ſunt in corpore plumæ. 20 Erigit, arrigit. 21 Ad audiendum. 22 A circumſtantia loci ac temporis. 23 Fama. 24 Inter cœlum & terram media. 25 Noctis tenebras. 26 Propter velocem impetum. 27 Nec unquam dormit. 28 Interdiu. 29 Speculatrix. 30 Privatarum ædium. 31 Regum aulis. 32 Ovid. 9. Met. *cùm fama loquax pervenit ad aures Deïanira tuas, quæ veris addere falſa Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.* 33 Perſeverans aſſertrix. 34 Illius quod verum eſt. 35 Fama. 36 Novitate rerum. 37 Non facta, id eſt, & vera & falſa. 38 De Didone & Æneâ. 39 Carthaginem. Verum illud erat. 40 Progenitum. 41 Quaſi ſuperior inferiori. 42 Genio indulgere, luxui dare. 43 Quam longa eſt, id eſt, totam hyemem. Neque tamen hyemem Carthagini inſumebat. Hæc fama tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri: namque dicit Iris l. 7. *Septima poſt Trojæ excidium jam vertitur æſtas.* 44 Æneam & Didonem immemores, hunc Italici, illam Africani. Verum hoc: nam uterque regni ſui oblitus luxui & voluptati vacabat.

*Hæc*

Digitized by Google

*Hæc paſſim* [1] *Dea fœda virûm* [2] *diffundit in ora.*
*Protinùs ad* [3] *regem curſus* [4] *detorquet* [5] *Iarbam,*
[6] *Incenditque* [7] *animum* [8] *dictis, atque* [9] *aggerat iras.*
[10] *Hic* [11] *Ammone ſatus,* [12] *raptâ Garamantide Nympha,*
*Templa* [13] *Jovi* [14] *centum, latis* [15] *immania* [16] *regnis,*
*Centum* [17] *aras* [18] *poſuit,* [19] *vigilemque ſacraverat ignem,*
[20] *Excubias Divûm æternas,* [21] *pecudumque cruore*
[22] *Pingue ſolum, &* [23] *variis florentia limina ſertis.*
[24] *Iſque amens animi, & rumore* [25] *accenſus amaro,*
*Dicitur ante* [26] *aras,* [27] *media inter numina Divûm,*
[28] *Multa* [29] *Jovem* [30] *manibus* [31] *ſupplex oraſſe ſupinis.*
[32] *Juppiter omnipotens, cui nunc* [33] *Mauruſia, pictis*
*Gens* [34] *epulata toris,* [35] *Lenæum libat honorem,*
[36] *Aſpicis hæc? an te genitor, cùm fulmina* [37] *torques,*
*Nequicquam horremus?* [38] *cæcique in nubibus ignes*
*Terrificant animos, &* [39] *inania murmura miſcent?*
[40] *Fœmina, quæ noſtris* [41] *errans in* [42] *finibus,* [43] *urbem*

1 Fama execrabilis. 2 Promulgat per ora. 3 Libyæ. 4 Fama vi detorquet. 5 Jovis filium, ex Garamantide Nympha. 6 Irâ. 7 Ejus. 8 Relationibus rerum novarum & ipſi diſplicentium. 9 Accumulat. 10 Iarbas. 11 Jovis Ammonis, in arenoſâ regione Cyrenaïca culti ſub forma arietis, & Nymphæ ex gente vel patre Garamante, filius. 12 A Jove ſtuprata. 13 Ammoni, patri ſuo. 14 Finitus numerus pro infinito. 15 Ingentia, immenſa. 16 In regnis ſuis. 17 Singulas cum Arietis ſtatua: unde *Ammon* dictus Jupiter. 18 Conſtituit, conſecravit. 19 Vigilia ſumma ἄσβεϛον, id eſt, inexſtinguibilem, ſive ne extinguatur, obſervandum: qualis Romæ erat ignis æternus Veſtæ conſecratus. 20 Vigilias in honorem Divorum. 21 Hoſtiarum mactatarum ſanguine. 22 Imbutum. 23 Limina veſtibulorum habentia ſerta variorum florum. 24 Iarbas impos mentis, ut amator. 25 Ira perturbatus. 26 Quas conſtituerat. 27 Diis teſtibus & præſentibus. 28 Multum, aut multas res. 29 Patrem ſuum. 30 Converſis ad cœlum palmis. 31 Exprobrans potius & expoſtulans indignabundè. 32 Precatio Iarbæ incuſatoria, quâ expoſtulat cum patre ſuo, quòd acceptam à Didone injuriam ferat: advenam ab eâ receptum, ſe excluſum, qui Jovi religiosè pariter ac lautè ſacrificat. 33 Mauritana. 34 Epulis ſaturata toris triclinii, id eſt, lectis diſcubitoriis. 35 Vinum offert. *Lenæus* Bacchi nomen, à ληνὸς *torcular & lacus*: ubi exprimuntur uvæ. 36 Cujas hæc? 37 Vi impellis. 38 Fulmina ſine viribus, fortuita, & errore in hunc atque in illum decidentia, quæ ſunt in nubibus: vel, quod ex nubium in aëre mutua colliſione fieri credantur. Ut enim cæcus non percipit lumen: ita quamvis facinoroſi & impii afflati fulgur non ſentiunt, neque tonitruum crepitu perterreſiunt. 39 Non timenda, omni vi carentia tonitrua, id eſt, numquid non timendus es? Sic videtur, quia impios non punis. 40 Nam femina invidiam quærit à ſexu. 41 Profuga ſedem quærens. A modo. 42 Extremis regni noſtri oris. A loco. 43 Cujus ſolum parvo à me emit.

1 Exi-

*[1] Exiguam pretio poſuit: cui [2] littus arandum,*
*Cuique [3] loci leges dedimus, connubia noſtra*
*[4] Reppulit, ac [5] dominum Æneam in [6] regna recepit.*
*Et nunc ille [7] Paris, cum [8] ſemiviro comitatu,*
*[9] Mæoniâ [10] mentum mitrâ, crinemque [11] madentem*
*[12] Subnixus, [13] rapto [14] potitur: nos [15] munera templis*
*[16] Quippe tuis ferimus, famamque fovemus [17] inanem.*
*Talibus [18] orantem dictis, [19] araſque tenentem*
*Audiit [20] omnipotens, oculoſq; ad [21] mœnia [22] torſit*
*Regia, & [23] oblitos famæ melioris amantes.*
*Tunc ſic Mercurium alloquitur, ac talia mandat.*
*[24] Vade age, [25] nate, voca [26] Zephyros, & labere [27] pennis:*
*[28] Dardaniumque ducem ([29] Tyriâ Carthagine qui nunc*
*[30] Exſpectat, [31] fatiſque datas non reſpicit [32] urbes)*
*Alloquere, & [33] celeres [34] defer mea [35] dicta per auras.*
*Non [36] illum nobis [37] genitrix pulcherrima [38] talem*
*Promiſit, Grajûmque [39] ideò [40] bis [41] vindicat armis:*
*[42] Sed fore, qui [43] gravidam imperiis, [44] belloq; frementem*

1 Vili paratam. 2 Extremam oram regni colendam. 3 Pomerii, ad menſuram corii bubuli, id eſt, ut tantùm acciperet terræ, quantum corio bubulo circumdaret. 4 Per contemptum rejecit. 5 Contemptim & Ironicè, ut non maritum, ſed dominum, ipſi imperioſè dominaturum, cui ſit per omnem vitam ſervitura, ſibi adjunxiſſe intelligat. Juno ſuprà, *Phrygio ſervire marito.* 6 Sua ſc. à nobis conceſſa. 7 Paridi ſimilis adulter Æneas. Invidiam quærit à perſona. 8 Molli, corpore quidem viris, animo & cultu fœminis, ſpadonibus, gallis: quibus exſecta ſunt genitalia. 9 Lydio pileo, ſeu habitu Phrygio in capite, viris parum decoro habitu. 10 Caput. Synecdoche. 11 Unguentis delibutum & nitidum. 12 Fultus ac ſuſtentatus. 13 Conjugio, id eſt, rapta Didone, ut Paris Helenâ. 14 Enallage conjugationis: ut l. 3. *Polydorum obtruncat, & auro Vi* potitur. Et Ovid. *poteremur* pro *potiremur* dixit. 15 Oblationes ad tua templa ferimus. Indignantis verba. 16 Quia certè. 17 Non ſortientem effectum. 18 Jarbam. 19 Ex more precantium & jurantium. Sacrificantes enim orante ſque litare non poterant, niſi manibus aras tenerent: undè *Aras*, tanquam *Anſas*, dictas voluit Varro. Vide Macrob. l. 3. Sat. c. 2. 20 Jupiter. 21 Carthaginenſia. 22 Flexit. 23 Ad amantes immemores regni ſui; Æneam regni, quò vocabatur; & Didonem regni, quod extruere cœperat: vel *famæ*, id eſt, pudicitiæ. 24 Mandatum Jovis, ut Mercurius, Carthaginem profectus, inde Æneam faceſſere jubeat. 25 O fili, genuit enim Mercurium ex Majâ. 26 Qui vehant te Mercurium Carthaginem. 27 Alarum tuarum. Talaria intelligit, quæ Mercurio peculiaria ſunt. 28 Æneam. 29 A Tyriis exſtructa. 30 Moratur, & terit tempus. 31 Deorum voluntate ex præordinatione ei conceſſas. 32 Italicas. 33 Quas celeriter pertranſeas. 34 Deorsùm fer. 35 Mandata. 36 Sc. *fore.* 37 Mater ejus Venus. 38 Voluptati deditum. 39 Ad eum finem, ut mulieri inſerviat. 40 A Diomede, ipſa Iliad. 5. Iterum ab Achille, per Neptunum. Iliad. 20. & Æn. 5. 41 Vindicavit. liberavit & liberum ſervavit. Enallage temporis. 42 Sed promiſit eum futurum eſſe talem. 43 Quæ aliquando multa pareret imperia. 44 Bellicoſos Italos. Metonym.

*Ita-*

Digitized by Google

*Italiam regeret, genus alto à ſanguine Teucri.*
*[1] Proderet, ac totum ſub [2] leges mitteret orbem.*
*[3] Si nulla [4] accendit [5] tantarum gloria [5] rerum,*
*Nec [6] ſuper ipſe ſuâ [7] molitur laude laborem:*
*Aſcanio-ne [8] pater Romanas invidet [9] arces?*
*Quid [10] ſtruit? aut quâ ſpe [11] inimica in gente moratur?*
*Nec prolem [12] Auſoniam, & [13] Lavinia reſpicit arva?*
*Naviget: hæc [14] ſumma eſt, [15] hic noſtri nuncius eſto.*
*[16] Dixerat. [17] Ille [18] patris magni parêre parabat*
*Imperio, & primùm [19] pedibus [20] talaria nectit*
*[21] Aurea, quæ [22] ſublimem alis, [23] ſive æquora ſuprà,*
*Seu terram, [24] rapido pariter cum flamine [25] portant.*
*Tum [26] virgam capit: hac [27] animas ille evocat [28] Orco*
*Pallentes; alias ſub triſtia Tartara mittit:*
*[29] Dat ſomnos, adimitq; & lumina [30] morte [31] reſignat.*
*Illâ [32] fretus [33] agit ventos, & [34] turbida [35] tranat*
*Nubila: jamq; volans [36] apicem, & latera ardua cernit*
*[37] Atlantis duri, [38] cælum qui [39] vertice fulcit:*

1 Propagaret, extenderet: proferret: vel, factis oſtenderet, ſe genus à Teucro ducere, nihil ab eo degenerans. 2 Legibus. 3 A perſonâ Æneæ & filii. 4 Ardenter eum incitat. 5 Quantæ tibi promiſſæ ſunt: ſc. ut ſtirps tua imperet orbi.

6 Pro. 7 Cùm molimine tentat. 8 Cum ſit pater Aſcanii. Emphaticè: qui naturali amore in filium parùm ducatur. 9 Quæ olim ab Aſcanii progenie exſtruentur. Hæc in laudem Julii Cæſaris dicuntur, qui ſe ab Aſcanio originem traxiſſe gloriari ſolebat. 10 In Carthagine ſc. 11 Quæ olim adverſus ejus poſteritatem crudeliſſimum odium ſit exercitatura. 12 Quæ in Italia oritura eſſet. 13 Quæ illi in agro Laurenti ſubjicientur: vel, ex futura Latini regis affinitate ad ſe devolvenda. 14 Mandatorum meorum, id eſt, omnia mandata mea in hoc reciduut, ut quamprimùm naviget. 15 Mandatorum noſtrorum in hac re. 16 Jupiter. 17 Mercurius. 18 Jovis, πατρὸς μεγάλου. 19 Suis. 20 Indumenta ad talos uſque defluentia, & quibus annectuntur: ſive calceamenta cum alis. Cic. At. l. 14. proverbiali allegoria dixit, *Talaria inducere*, id eſt, fugam adornare, & quaſi velle quopiam avolare. 21 Fulgentia more auri. 22 Supra limum, id eſt, terram exaltatam per alas illis annexas. 23 Velit ferri. 24 Vento raptim volanti, ſive celeritate ventis pari. 25 Eum. 26 Caduceum, κηρύκειον: quod ab Apolline pro lyra à ſe inventa acceperat. 27 Umbras defunctorum. Πομπαῖος ſc. ψυχαγωγὸς & νεκροπομπός. 28 Ab inferno. 29 Hac virga. 30 Clauſa. 31 Aperit. Alludit ad veterum Romanorum morem, à quibus oculi mortuorum in rogo aperiebantur, qui in morte domi clauſi fuerant: quòd minus Mercurio aſſignat. 32 Adjutus. 33 Impellit. 34 Etiam commota. 35 Tranſvolat. 36 Verticem, ſummitatem. 37 Mauritaniæ montis ſaxoſi; cui, quia ex viro in montem, ſubito Meduſæ capite conſpecto, mutatus eſt, attribuit Poëta promiſcuè quæ ſunt utriuſque, ſaxa, pinus, flumina, nec non verticem, barbam, mentum, latera, &c. Met. vide 4. Ovid. 38 Montis vertex nubes ſuperans aciem oculorum fugit, adeòque ab accolis vocatur Cœli columna. Alluſum ſimul ad ipſum Atlanta regem Mauritaniæ Aſtronomiæ peritiſſimum, cælique motus docentem. 39 Summitate capitis ſui ſuſtinet.



Digitized by Google

*1 Atlantis, cinctum aſſiduè cui nubibus 2 atris*
*3 Piniferum caput, & vento pulſatur, & imbri:*
*Nix 4 humeros infuſa tegit: 5 tùm flumina mento*
*6 Præcipitant 7 ſenis, & 8 glacie riget 9 horrida barba.*
*10 Hìc primum 11 paribus 12 nitens 13 Cyllenius alis*
*14 Conſtitit hinc toto 15 præceps ſe corpore ad 16 undas*
*Miſit; 17 avi ſimilis, quæ circùm littora, circùm*
*18 Piſcoſos ſcopulos, humilis volat æquora juxta.*
*19 Haud aliter terras 20 inter, cœlumque volabat,*
*Littus arenoſum Libyæ, ventoſque 21 ſecabat,*
*22 Materno 23 veniens ab avo 24 Cyllenia proles.*
*25 Ut primùm 26 alatis 27 tetigit 28 magalia 26 plantis,*
*Æneam 29 fundantem arces, ac 30 tecta novantem*
*Conſpicit: atque illi 31 ſtellatus jaſpide 32 fulvâ*
*33 Enſis erat, 34 Tyrioq; 35 ardebat 34 murice 36 læna*
*Demiſſa ex humeris: 37 dives quæ munera Dido*
*Fecerat, & 38 tenui telas diſcreverat auro.*
*39 Continuò invadit: 40 Tu nunc Carthaginis altæ*
*Fundamenta locas, pulchramque 41 uxorius urbem*
*Exſtruis? 42 heu regni, rerumque oblite tuarum!*

1 Anaphora rei magnitudini conveniens. 2 Obſcuris. 3 In quo multæ pinus creſcunt. 4 Juga ejus. 5 Inſuper. 6 Sc. ſe, id eſt, præcipitanter feruntur, cadunt, oriuntur. 7 Athlantis, nive caneſcentis. 8 Stillis. 9 Aſpera. 10 In monte Atlante. 11 Æquatis, non motis, leni volatu. 12 Conans deſcendere. Volandi periphraſis. 13 Mercurius, in Cylleno, monte Arcadiæ, nutritus. 14 Requievit. 15 Præcipitanter deſcendens. 16 Maris Libyci, juxta Carthaginem. 17 Mergo, nullos ſectanti quidem piſces, ſed ſupra aquas volanti tantùm. 18 Piſcibus refertos ob imam concavitatem. 19 Eodem modo. Applicatio. 20 Anaſtrophe. 21 Volando dividebat, id eſt ſuperabat ſimul ventos, & globos arenæ elatos. 22 Atlante patre Majæ, quæ mater Mercurii, educati in Cylleno, monte Arcadiæ. Undè l. 8. *Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maja Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.* 23 Deſcendens. 24 Mercurius. 25 Cùm. 26 Pedibus aligeris, quibus talaria cum alis innexa erant. 27 Mercurius. 28 Humiles Pœnorum domos, villas. 29 A ſtudio, quo occupatum Æneam offendit. 30 Carthaginis. 31 Radians, & quaſi ſtellis ornatus. 32 Viridi & lucenti. 33 Capulus ceu vaginæ frons, interprete Juvenale 5. Satyr. 34 Purpura Tyria. Epitheton à loco, unde nobiliſſima purpura advehitur: undè & *Tyriæ* veſtes dicuntur. Murex piſcis eſt è concharum genere, cujus in faucibus ſuccus eſt, quo tingitur purpura. 35 Reſplendebat illi. Metaphora à ſimilitudine coloris purpurei. 36 Χλαῖνα, chlamys, ſeu veſtis craſſa arcendo frigori adhibita, ut & auguralis amictus. 37 Laus lænæ à perſona donantis & artificis. 38 In fila diſſecto. 39 Statim, ut vidit Æneam, quaſi infeſto animo & feroci ſpiritu eum aggreditur. 40 Qui autor Romani imperii eſſe debes. Emphaticè. 41 Uxori nimiùm deditus ac ſerviens: γυναικρατέμενος. Horat. Od. 2. l. 1. de Tiberi: *Iliæ dum ſe nimiùm querenti jactat ultorem, vagus & ſiniſtrâ labitur ripâ Jove non probante uxorius amnis.* 42 Pathos ab exclamatione.

*Ipſe*

*Ipſe Deûm [1] tibi me claro [2] demittit Olympo*
*[3] Regnator, cœlum & terras qui [4] numine torquet:*
*Ipſe hæc [5] ferre jubet [6] celeres mandata per auras.*
*Quid ſtruis? aut [7] quâ ſpe Libycis [8] teris otia terris?*
*Si te nulla movet tantarum gloria rerum,*
*Nec ſuper ipſe tuâ moliris laude laborem,*
*Aſcanium [9] ſurgentem, & ſpes [10] hæredis Iüli*
*[11] Reſpice, cui regnum Italiæ, Romanaque tellus*
*Debentur. Tali Cyllenius [12] ore locutus,*
*Mortales [13] viſus [14] medio ſermone reliquit.*
*Et procul in tenuem ex oculis evanuit [15] auram.*
*At verò Æneas [16] adſpectu obmutuit [17] amens,*
*[18] Arrectaque horrore coma, & vox faucibus [19] hæſit.*
*[20] Ardet abire [21] fugâ, [22] dulceſque relinquere terras,*
*Attonitus [23] tanto monitu, imperioque [24] Deorum.*
*[25] Heu quid agat? quo nunc reginam [26] ambire [27] furentem*
*Audeat [28] affatu? quæ [29] prima exordia ſumat?*
*Atque animum [30] nunc huc [31] celerem, nunc dividit [30] illuc,*
*In partéſque [32] rapit varias, perque [33] omnia verſat.*
*Hæc [34] alternanti [35] potior ſententia viſa eſt:*
*[36] Mneſthea, Sergeſtumq; vocat, fortemq; Cloanthum:*

1 Ad te. Narratio mandatorum. 2 Deorſum mittit de cœlo. 3 Jupiter. 4 Nutu & poteſtate implet & ſuſtinet. 5 Me. 6 Quas celeriter pertranſivimus juſſu ejus: vel, me celerem tibi hæc nunciare jubet. Hypallage. 7 A cauſâ finali, ne ibi temere hærere non videatur. 8 Conſumis tempora, quibus otio vacas. 9 Creſcentem. Ab honeſto. Eſt enim ſecundum Deum, maxima pietas parentum, liberorum ſalutem incolumitatemque ſedulò curare, eoſque ſtudioſe promovere. 10 Quas concipere potes de Iülo, qui tibi hæres eſt. 11 Attende. 12 Oratione. 13 Æneæ ſc. cui ſe videndum exhibuerat. 14 Nullo reſponſo dato: vel, non exſpectato Æneæ reſponſo. 15 Ventum: quod Dii nil aliud quàm ſpiritus & venti eſſe credantur. 16 Mercurii. 17 Conſternatus & attonitus. 18 Riguerunt. *Steteruntque comæ, & vox faucibus hæſit.* Æn. 2. & 3. 19 Conglutinata eſt, ita ut metu deficeret, & ſic Æneas penitus rauceſceret. 20 Ardenter, vehementer cupit. Metaphora. 21 Secreta profectione, fugæ ſimili. 22 Quibus Didonem dulcem invenerat. 23 Cauſa impulſiva, Deorum mandatum. 24 Jovis & Mercurii. 25 Exclamatio Poëtæ ad commiſerationem concitandam. 26 Aggredi & verbis ſive blanditiis circumvenire. 27 Impatientia amoris. 28 Allocutionis modo. 29 Ad inſinuandam neceſſariam profectionem ſuam. 30 Aliquando in hanc ſententiam, aliquando in illam. 31 Celeriter fluctuantem. 32 Trahit eum. 33 Conſilia. 34 Varie agitanti, reciproco inter amorem Didonis & Jovis juſſa æſtu: vel, alternatim nunc hanc, nunc illam ſententiam approbanti, quâ potiſſimum excuſaret ſuum abitum, quandoquidem omnino ſequi voluntatem Jovis ſtabat ſententia. 35 Melior cæteris. 36 Nobiles viros Trojanos.

1 Ut naves inſtruant armis navalibus, & reficiant tempeſtatibus fractas, ut inde expeditæ ſint ad navigandum.
2 Diſſimulantes fugam, ne quid regina ſuſpicetur.
3 In unum compellant, colligant & convocent.

[1] *Claſſem aptent* [2] *taciti*, *ſocios ad littora* [3] *cogant*,
[4] *Arma parent, &, quæ ſit rebus cauſa* [5] *novandis*,
[6] *Diſſimulent :* [7] *ſeſe* [8] *intereà (*[9] *quando optima Dido*
[10] *Neſciat, &* [11] *tantos* [12] *rumpi non ſperet amores)*
*Tentaturum* [13] *aditus, & quæ* [14] *molliſſima fandi*
*Tempora,* [15] *quis rebus dexter modus :* [16] *ociùs* [17] *omnes*
[18] *Imperio* [19] *læti parent, ac* [20] *juſſa faceſſunt.*
*At regina* [21] *dolos (quis fallere poſſit amantem ?)*
[22] *Præſenſit,* [23] *motuſque excepit prima futuros,*
[24] *Omnia tuta timens :* [25] *eadem impia fama* [26] *furenti*
*Detulit,* [27] *armari claſſem,* [28] *curſumque parari.*
[29] *Sævit inops animi, totamq;* [30] *incenſa per urbem*
[31] *Bacchatur : qualis* [32] *commotis excita ſacris*
[33] *Thyas, ubi* [34] *audito* [35] *ſtimulant* [36] *trieterica Baccho*
[37] *Orgia,* [38] *nocturnuſq; vocat* [39] *clamore* [40] *Cithæron.*

Sic in Bucol. *Tityre coge pecus.* 4 Defenſiva, adversùs Pœnos, ſi opus ſit: *vel etiam* navalia, quibus armetur claſſis: ut infrà. 5 De novo movendis, mutandis. 6 Quaſi neſciant, cur naves reficere cogantur, principis imperium exequentes. 7 Et dicebat *ſeſe*, &c. 8 Dùm claſſis aptaretur. 9 Quandoquidem. 10 Quod abire velit. 11 Quantos jam experta erat. 12 Diſſolvi non formidet. 13 Acceſſus. 14 Maximè opportuna loquendi ad eam de abitu ſuo. 15 Et quis modus ſit conveniens & aptus rebus proſpere gerendis. 16 Citò. 17 Socii. 18 Æneæ. 19 Ob diſceſſum ex Africa in terram fatalem. 20 Quæ juſſerat factum eunt exſequunturque. 21 Doloſam, occultam ac prudenter diſſimulatam profectionem. 22 Priuſquam parati eſſent doli, ſenſit. 23 Turbas ac futuras expoſtulationes, cum Æneas decreviſſet opportunum tempus obſervare, ad excuſandum diſceſſum neceſſarium, quem occulte moliretur. 24 Omnia etiam quæ tuta ſunt, timens: vel *timens*, id eſt, ſperans: ut ex contrario *ſperare* pro timere ponitur. 25 Quæ & Iarbæ dudum nunciaverat amores Æneæ & Didonis: vel, (ut Poëtæ verbis utar) *Veniſſe Æneam, Cui ſe pulchra viro dignetur jungere Dido.* 26 Ad Didonem amore furentem. 27 Claſſem Æneæ armis, id eſt, inſtrumentis omnibus, tam bellicis, quàm aliis, inſtrui. 28 Feſtinam navigationem. 29 Illa impotens rationis furit acerbe 30 Furore ſc. id eſt, commota agitataque. Metaphora. 31 More Bacchantium decurrit, furit: ducta ergo Metaphora à ritu Baccharum Orgia Bacchi celebrantium. 32 Excitata ſacris Bacchi. id eſt, Bacchanalibus cum motu fieri cœptis. 33 Mænas, Bacchi miniſtra vel ſacerdos: à θύω, id eſt, *furoris impetu feror.* 34 Percepto adventare. 35 Incitant eam. 36 Bacchanalia, ſive feſta Bacchi trieennalia, id eſt, tertio quoque anno celebrata, in memoriam victoriæ Indicæ triennali Bacchi expeditione partæ. Τριετηρὶς enim triennium notat. 37 Sacra, feſta Bacchi, à quibus arcentur profani, non initiati: ab εἴργω, id eſt, *arceo.* 38 In quo exercentur feſta tempore nocturno. 39 Reboatione aut reſonantia. 40 Mons Beotiæ Nyctellis, id eſt, nocturnis Bacchi Orgiis reſonans. 2. Georg. *virginibus bacchata Lacænis Taygeta.*

I *Tan-*

*[1] Tandem his Æneam [2] compellat [3] vocibus ultrò :*
*[4] Diſſimulare [5] etiam ſperaſti, [6] perfide, [7] tantum*
*Poſſe nefas ? [8] tacituſque meâ decedere terrâ ?*
*Nec te [9] noſter amor, nec te [10] data dextera quondam,*
*Nec [11] moritura tenet crudeli [12] funere Dido ?*
*[13] Quinetiam [14] hyberno moliris ſidere claſſem,*
*Et [15] mediis properas [16] Aquilonibus ire per [17] altum,*
*[18] Crudelis. [19] Quid, ſi non arva aliena, domoſque*
*Ignotas peteres ? & Troja antiqua maneret ?*
*Troja per [20] undoſum peteretur claſſibus æquor ?*
*[21] Me-ne fugis ? per ego [22] has lacbrymas, [23] dextramque tuam, te,*
*([24] Quando [25] aliud mihi jam miſera nihil ipſa reliqui)*
*Per connubia noſtra, per [26] inceptos hymenæos,*
*Si benè quid de te merui, fuit aut tibi [27] quicquam*
*Dulce meum : miſerere [28] domus labentis, & iſtam*
*Oro, ſi quis adhùc precibus [29] locus, [30] exue mentem.*
*Te propter Libycæ gentes, [31] Nomadumq; tyranni*
*[32] Odêre : [33] infenſi Tyrii : te propter eundem*
*Exſtinctus pudor, [34] &, quâ ſolâ ſidera adibam,*

1 Poſt longam cogitationem, cum nec iram diutius continere, nec rei indignitatem concoquere poſſet. 2 Alloquitur. 3 Verbis. 4 Per diſſimulationem celare. 5 Qui conjugii fidem jam violare mediteris. 6 Abruptum expoſtulatoriæ orationis exordium, vehementer concitatæ Didoni mirificè conveniens. In perfidia, diſſimulatione, ingratitudine exprobranda inſiſtit maxime. 7 Quantum eſt amantem & bene meritam ſic deſerere. Emphaſis. 8 Secretus. 9 Pathos à commiſeratione. 10 Promiſſa fides. 11 Si diſceſſeris. 12 Morte, quam ipſa mihi conſciſcam doloris impatientia victa. 13 Inſuper claſſem cum difficultate paras ad navigandum tempeſtuoſis ac pluviis ſignis, temporeque intempeſtivo. 14 Per anni cœlique inclementiam & mare tempeſtuoſum : veteribus autem poſt Kal. Novembris intempeſtiva habita eſt navigatio. Solviſſe tamen ex Africâ Æneam ſub finem æſtatis, ex ſequentibus conſtat, rediiſſeque in Siciliam ante hyemem. 15 In ſummo vigore exiſtentibus, aut tum flantibus. 16 Qui navigantibus ex Africa in Italiam contrarii. 17 Mare. 18 Immitis in te ipſum odio mei. 19 Quid dicere poſſem, ſi, &c. Argumentum à Majori. Troja, tua patria, non erat tibi per tempeſtatem repetenda : Ergò multò minus ignota regio : cum enim hæc arva tibi nota ſint, ignota petes ? 20 Undis & procellis plenum. 21 Q. d. id non merita ſum. 22 Quas effundo. 23 Fidem, quam mihi dediſti. 24 Quandoquidem. 25 Præter fidem datam de futuro. 26 Quos novitate etiam dum dulces eſſe par erat. 27 Aut ſi quidquam conſuetudinis meæ fuit tibi delectabile. 28 Familiæ meæ, ſi me deſeris, perituræ. 29 Reliquus eſt 30 Depone animum me deſerendi. 31 Et reges ſuperbi, ſc. Iarbas, Ductoreſque alii Numidarum, populorum Libyæ. 32 Quia te conjugem aſſumpſi. 33 Civium meorum alienati à me animi. 34 Et qua longè lateque clara eram pudicitiæ famâ, omni unguento ſuavior, omni gemma pretioſior.

*Fama prior: cui me* [1] *moribundam deſeris, hoſpes?*
[2] *Hoc ſolum nomen, quoniam* [3] *de conjuge reſtat:*
[4] *Quid moror?* [5] *an mea Pygmalion dùm mœnia frater*
[6] *Deſtruat?* *aut* [7] *captam ducat* [8] *Getulus Iarbas?*
*Saltem, ſi qua* [9] *mihi de te ſuſcepta fuiſſet*
*Ante fugam* [10] *ſoboles: ſi quis* [11] *mihi parvulus aulâ*
*Luderet Æneas, qui te tantùm* [12] *ore referret,*
*Non equidem omninò* [13] *capta, aut* [14] *deſerta viderer.*
[15] *Dixerat.* [16] *Ille Jovis monitis* [17] *immota tenebat*
*Lumina, &* [18] *obnixus curam ſub corde premebat.*
*Tandem pauca refert.* [19] *Ego te, quæ plurima fando*
*Enumerare* [20] *vales, nunquam, regina, negabo*
[21] *Promeritam, nec me meminiſſe* [22] *pigebit* [23] *Eliſæ,*
[24] *Dùm memor ipſe mei,* [25] *dùm ſpiritus* [26] *hos reget artus.*
[27] *Pro re pauca loquar:* [28] *nec ego hanc abſcondere furto*
*Speravi, ne finge, fugam: nec* [29] *conjugis unquam*
*Prætendi* [30] *tædas, aut hæc in* [31] *fœdera veni.*
[32] *Me ſi fata* [33] *meis paterentur ducere vitam*
*Auſpiciis, &* [34] *ſponte meâ* [35] *componere curas:*
[36] *Urbem Trojanam* [37] *primùm, dulceſque meorum*
*Relliquias colerem, & Priami tecta alta* [38] *manerent,*
*Et* [39] *recidiva manu* [40] *poſuiſſem Pergama victis.*

1 Jam jam morituram. 2 Hæc ſola appellatio hoſpitis, cum fugam mediteris, id quod hoſpitum eſt, non maritorum: quibus indiſſolubilis individuaque vitæ conſuetudo cum uxoribus eſſe debeat. 3 De te, qui conjux quidem es, ſed negas. 4 Cur differo mortem? quid ceſſo manum mihi inferre? 5 Sc. moror. 6 Ulturus fugam. 7 Ulturus ſpretum à me illius mearum nuptiarum ambitum. 8 Ferus Gætulorum rex. 9 A me. 10 Filius: cujus aſpectu fallere poſſem tui deſiderium. 11 In ſolatium meum. 12 Effigie oris tui repræſentaret. 13 Decepta. 14 Quia haberem filium, qui te repræſentaret. 15 Dido. 16 Æneas. 17 Oculos immotos, ita ut non flecterentur in Didonem ad reſpiciendum eam miſericorditer. 18 Obſtinatus, obfirmato animo reſiſtens affectioni ſuæ. 19 Diluit hac oratione exprobrationes, abitum transfert in fata. 20 Potes. 21 Quin promerueris. 22 Gravabit, pudori erit. 23 Tui, qui proprio nomine Eliſa diceris. 24 Donec. 25 Tantiſper dum vivam. 26 Meos. 27 Prout negotium exigit. 28 Nec clam adornavi fugam, id eſt, abitum ſeu profectionem; nec fieri id poſſe ſperabam. 29 Conjugii. 30 Faces nuptiales. Signum pro re ſignata, id eſt, ego nunquam te duxi conjugem. 31 Matrimonialia. 32 Excuſatio, quâ per tranſlationem omnem culpam in fata & Deos rejicit. 33 Meo arbitrio. 34 Ad libitum meum. 35 Finire. 36 Patriæ meæ ruinas reſtaurarem & extruerem. 37 Præcipue & ante omnia. 38 Reædificata. 39 Poſt caſum reſtituta priori dignitati: ſicut *rediviva*, quæ poſt interitum redeunt. 40 Mœnia Trojana ædificaſſem.



Digitized by Google

*[1] Sed nunc Italiam magnam [2] Grynæus Apollo,*
*Italiam [3] Lyciæ juſſere [4] capeſſere ſortes.*
*[5] Hic amor, hæc patria eſt: [6] ſi te Carthaginis [7] arces,*
*[8] Phœniſſam, Libycæque aſpectus [9] detinet urbis,*
*Quæ tandem, Auſoniâ Teucros [10] conſidere terrâ,*
*[11] Invidia eſt? [12] & nos fas [13] extera quærere regna.*
*Me patris Anchiſæ, quoties humentibus umbris*
*Nox [14] operit terras, quoties aſtra [15] ignea [16] ſurgunt,*
*Admonet in ſomnis, & [17] turbida terret imago.*
*Me [18] puer Aſcanius, [19] capitiſque injuria chari,*
*Quem [20] regno Heſperiæ [21] fraudo, & [22] fatalibus arvis.*
*[23] Nunc etiam [24] interpres Divûm, [25] Jove miſſus ab ipſo*
*(Teſtor [26] utrumq; caput) [27] celeres mandata per auras*
*Detulit: [28] ipſe [29] Deum [30] manifeſto in lumine vidi*
*Intrantem muros, [31] vocemque his auribus [32] hauſi.*
*[33] Deſine, meque tuis [34] incendere, teque querelis:*
*Italiam non [35] ſponte ſequor.*
*Talia dicentem [36] jamdudùm [37] averſa tuetur,*
*[38] Hùc illùc volvens oculos, [39] totumque pererrat*
*[40] Luminibus tacitis, & ſic [41] accenſa profatur.*

1 A mortalis Divorum, & primum quidem oraculorum, neceſſitatem fugæ excuſat: ut, vel ibi hærere, vel patriam exciſam repetere, ſui arbitrii non ſit. 2 In Gryneo nemore, de quo dictum Ecl. 6. oracula reddens. Sunt qui Gryneï Apollinis oraculum in Delo ſtatuunt: undè reſponſum accepit Æneas lib. 3. Æn. 3 Oracula Apollinis qualia apud Lyciam. 4 Captum ire. 5 Quem mihi fata dedêre. 6 Sc. *manes*. A ſimili. 7 Sc. *detinent*. 8 Cum ſis de Phœnicia nec in patria tua. 9 Immoratur delectando te. 10 Si Teucri ſedes capiunt in Italia: quandoquidem fatis promittitur. 11 Cauſa invidiæ. 12 Non ſolum te. Applicatio: Nos coacti oraculis Italiam petimus; tu ſponte relicta patria in Africam trajiceris. 13 Externa. 14 Tegit. 15 Naturæ lucidæ, vel igneæ: vel *ignea*, id eſt, ardentia. 16 Oriuntur. 17 Commota & irata. 18 Ratio habita Aſcanii filii etiam admonet ac movet me in Italiam proficiſci. Neceſſitas à pietate ſuâ erga filium. 19 Injuria, quam dilecto meo filio infero, terret me. 20 Ei debito. 21 Per fraudem privo. 22 Fataliter ac prædeſtinatione Deorum ipſi attributis. 23 A recentibus ad ſe Deorum mandatis. 24 Mercurius nuntius Deorum. Alludit enim ad Græci cognominis Etymon, quo Ἑρμῆς Mercurius dicitur, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, id eſt, *interpretari*, *renuntiare*. 25 Non ab inferiore numine. 26 Meum & Aſcanii: qui 9. lib. *Per caput hoc juro, per quod pater antè ſolebat*. 27 Quas celeriter tranſvolavit: vel, ipſe celer mandata ad me attulit. Hypallage. 28 Emphaticè, ne videatur alterius teſtimonio niti. 29 Mercurium. 30 Viſibili lumine. Pleonaſmus. 31 Ejus. 32 Audivi, accepi. Pleonaſmus. 33 Epilogus petitione conſtans, & neceſſitatis iteratione. Cognoviſti juſtas diſceſſus mei cauſas, deſine ergo, ô Dido, &c. 34 Exagitare. 35 Sed juſſu Deorum. 36 Ab eo tempore, quo talia intelligere cœpit. 37 Rectà intueri dedignata aut non ſuſtinens: vel irata. 38 In diverſas partes. 39 Totum Æneam perluſtrat & ſine ordine percurrit. 40 Oculis ægris, cum indignatione & faſtidio, ipſa tacita: vel, *tacitis*, id eſt, nondum animum ſignificantibus. 41 Ita exagitata.



Digitized by Google

*Nec tibi* [1] *Diva parens,* [2] *generis nec Dardanus author,*
[3] *Perſide: ſed duris genuit te* [4] *cautibus horrens*
[5] *Caucaſus,* [6] *Hyrcanaque admôrunt ubera tigres.*
*Nam* [7] *quid diſſimulo? aut quæ me ad majora reſervo?*
[8] *Nùm fletu ingemuit noſtro? nùm* [9] *lumina flexit?*
*Nùm lachrymas* [10] *victus dedit? aut miſeratus* [11] *amantem eſt?*
[12] *Quæ quibus anteferam?* [13] *jam jam nec maxima* [14] *Juno,*
*Nec* [15] *Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.*
[16] Nuſquam tuta fides! [17] *ejectum* [18] *littore,* [19] *egentem*
*Excepi, & regni demens in parte locavi:*
[18] *Amiſſam* [20] *claſſem, ſocios à morte reduxi.*
*Heu* [21] *furiis incenſa feror!* [22] *nunc* [23] *augur Apollo,*
*Nunc Lyciæ ſortes, nunc & Jove miſſus ab ipſo*
[24] *Interpres Divûm fert* [25] *horrida juſſa per auras.*
[26] *Scilicet* [27] *is ſuperis labor eſt:* [28] *ea cura* [29] *quietos*

1 Dea Venus. 2 Tul. 3 Quòd conjugii fidem violare velis. 4 Rupibus aſper. Q. d. Dicis te filium Veneris; ſed falſum eſt: haberes enim aliquid matris, & eſſes in affectus conſideratione tractabilis. Eadem Dido apud Ovid. epiſt. ad Æneam: *Te lapis, & montes, innataque rupibus altis Robora, te ſævæ progenuêre feræ. Aut mare, quale vides agitari nunc quoque ventis: Quo tamen adverſis fluctibus ire paras.* Similiter apud Ovid. Met. 8. deteſtatur Scylla, Niſi, Megarenſium regis, filia, Minoem, regem Cretenſium, ſe contemptâ diſcedentem: *Hanc quoque* (Cretam) *ſi prohibes, & nos ingrate relinquis, Non genitrix Europa tibi eſt, ſed inhoſpita Syrtis,* &c. Porrò non inſcite torquebitur illud in eum, qui ingenio eſt adeò duro atque inexorabili, ut neque precibus, neque miſericordiâ molliri queas. 5 Mons Indiam à Scythiâ dividens, Promethei ſupplicio notiſſimus. 6 Arabicæ. Vide Macrob. l. 5. c. 11. 7 Propter quid diſſimulanter loquor? 8 Confirmatio ab antecedentibus ſignis. 9 Oculos. 10 Commiſeratione. 11 Me. 12 Quid primum querar? Deorum-ne neglectum, qui hæc impunita ſinunt? an hominis injuriam, qui hoc commiſit? Servius exp. Quid prius, quid poſterius dicam? 13 Q. d. Obteſtor Junonem & Jovem, ut iſta aliquando æquis ac juſtis oculis aſpiciant, & ingratitudinem, acceptamque injuriam ſuâ æquitate ulciſcantur. 14 Quæ urbis meæ, ut & conjugii præſes. 15 Jupiter filius Saturni, aſpectu noxius. 16 Non eſt tuum quenquam in fidem recipere, aut de quoquam benè mereri. 17 Eum Æneam. 18 Lib. 1. Æn. cum hoſpitio prohiberetur arenæ claſſis quaſſa. 19 Vi tempeſtatis naufragum à mari appulſum ſuſcepi. 20 Renovari juſſi claſſem fractam & quaſi quaſſatam, ac vim Tyriorum prohibui, periculique ſecuros reddidi. 21 Injuriæ indignitas mentem tollit de cardine, rationem luxat, in furias me agit. 22 Et nunc prætexis Apollinis oracula Joviſque mandata. Repetit autem Ironica Mimeſi ipſa Æneæ verba. 23 Augurii peritus. 24 Mercurius. 25 Terrifica. 26 Elevatio Ironica, ex Epicureis placitis, negantibus Deum curare mortalia. *Namque Deos didici ſecurum agere ævum: Nec ſi quid miri faciat natura, Deos id Triſtes ex alto cœli dimittere tecto,* &c. Hor. 5. Sat. 1. l. 27 Id ſuperi curant. 28 De advocando Æneâ. 29 Deos ſc. humana non curantes.

*Solli-*

*Sollicitat: neque te teneo, neque dicta [1] refello,*
*[2] I, ſequere Italiam ventis: pete regna per [3] undas.*
*Spero equidem [4] mediis, ſi quid [5] pia numina poſſunt,*
*Supplicia [6] hauſurum [4] ſcopulis, & [7] nomine Dido*
*Sæpè vocaturum: [8] ſequar atris ignibus abſens:*
*Et cùm [9] frigida mors [10] animâ ſeduxerit artus,*
*Omnibus [11] umbra locis [12] adero: [13] dabis, improbe, pœnas.*
*[14] Audiam, & hæc [15] manes veniet mihi fama ſub imos.*
*His [16] medium dictis ſermonem abrumpit, & auras*
*[17] Ægra fugit, ſeque ex [18] oculis avertit, & aufert,*
*Linquens multa [19] metu [20] cunctantem, & multa parantem*
*Dicere: [21] ſuſcipiunt famulæ, collapſaque [22] membra*
*[23] Marmoreo referunt thalamo, [24] ſtratiſque reponunt.*
*At pius Æneas (quamquam [25] lenire dolentem*
*Solando cupit, & [26] dictis [27] avertere [28] curas,*
*[29] Multa gemens, magnoq; animum labefactus amore)*
*[30] Juſſa tamen [31] Divûm exequitur, [32] claſſemq; reviſit.*
*[33] Tùm verò Teucri [34] incumbunt, & littore celſas*
*Deducunt toto naves: natat [35] uncta [36] carina:*
*[37] Frondenteſque ferunt remos, & [38] robora ſylvis*
*Infabricata, [39] fugæ ſtudio.*

1 Refuto, inficias eo. 2 Ironica conceſſio, quâ id, quod minime vult, videtur permittere. 3 Maris. Arguit incerta eſſe ejus regna, cum id, quod quæramus, nondum ſit noſtri juris. 4 Qui ſunt inter Africam & Italiam tibi occurſuri, e quibus nulla ſit enavigandi ſpes. 5 Quæ pios reſpiciunt. 6 Perfidiæ pœnas te daturum, luiturum. Ovid. 2. Amor. eleg. 10. *Æquora perjuro naufragus ore bibat.* 7 Expreſſo. 8 Ego occidam me, & perſequar te ignibus infeſtis mortua. 9 Me frigidam factura. 10 Ab anima ſegregaverit. 11 Inter umbras deputata. 12 Ad te perſequendum. Ex opinione veterum: infeſtari vivos ab umbris eorum, quibus injuſtæ necis fuerint cauſæ. 13 Et tu improbande propter perfidiam puoleris. 14 Te mihi pœnas dediſſe. 15 Ad inferos mihi perferentur tuæ calamitates. Reſpicit ad infelicem ejus exitum in bello contra Rutulos, quo in Numicio flumine merſus dicitur. 16 Quia non exſpectat reſponſionem: vel, cum Æneas multa dicere pararet. 17 Præ iræ impotentia miſeræ delinquit anima. 18 Æneæ. 19 Didonis. 20 Æneam cum mora cogitantem. 21 Eam. 22 Didonis. 23 In marmoreum thalamum reportant. 24 Lectis tapetibus inſtratis. 25 Mitigare triſtem Didonem. 26 Verbis conſolatoriis. 27 A Didone. 28 Ægritudinem animi. 29 Multum. Nomen pro adverbio. 30 Amorem religione, dolorem ratione vincit. 31 Deorum, Jovis, Mercurii & Apollinis. 32 Quam inſtaurari juſſerat. 33 Ob regis præſentiam. 34 Claſſi parandæ. 35 Navis pice & reſina obducta, ad excludendas rimis undas. 36 Navis. Synecdoche. 37 Ligna frondentia in remorum uſum ad naves portant. 38 Truncos arborum robuſtos pro malis navium è ſylvis indolatos, non operatos. 39 Præ ſtudio ut citius fugerent.

1 Quilibet cernat Trojanos habitationem mutantes, & ſarcinulas colligentes. Secundam perſonam pro tertia poſuit. Sic Ter. *Fidelem haud fermè muliere invenias virum.*

2 Præcipitanter exeuntes, fugientes: ne ſc. à Pœnis opprimerentur. Metaphora.

*[1] Migrantes cernas, totâque ex urbe [2] ruentes.*
*Ac veluti ingentem [3] formica [4] farris acervum*
*Cùm [5] populant, [6] hyemis memores, [7] tectoq; reponunt,*
*[8] It nigrum campis [9] agmen, [10] prædamq; per herbas*
*[11] Convectant [12] calle anguſto: [13] pars grandia [14] trudunt*
*[15] Obnixæ frumenta humeris: pars agmina [16] cogunt,*
*Caſtigantque [17] moras: [18] opere omnis ſemita fervet.*
*[19] Quis tibi nunc, Dido, cernenti talia ſenſus?*
*Quos-ve dabas gemitus? cùm littora [20] fervere latè*
*Proſpiceres [21] arce ex ſummâ, totumq; videres*
*[22] Miſceri ante [23] oculos tantis clamoribus æquor?*
[24] Improbe amor, [25] quid non mortalia pectora cogis?
*[26] Ire iterùm in lachrymas, iterùm tentare precando*
*[27] Cogitur, & ſupplex animos [28] ſubmittere amori;*
*Ne quid [29] inexpertum fruſtrà moritura, relinquat.*
*[30] Anna, vides toto [31] properari littore circùm:*
*Undique [32] convenêre: [33] vocat jam carbaſus auras,*
*[34] Puppibus & læti nautæ impoſuêre coronas.*

3 Animalcula illa parva. 4 Frumenti aliorumque granorum cumulum. 5 Populantur. Enallage generis. A re militari ducta Metaphora. 6 Induſtriam ac prudentiam formicarum innuit, quæ æſtate ſibi provident de alimentis, ne hyeme egeant. 7 In tectum, id eſt, in cavernas ſuas. Metaphoricè. 8 Sc. *nunc* 9 Formicarum. Hæret in Metaphora à re militari. 10 Farris. 11 Formicæ. 12 Semita, quæ callo pedum induruit, via arcta, quaſi dimidia via. 13 Formicarum. 14 Impellunt, cum ferre nequeant. 15 Obnitentes. 16 Impellunt. 17 Moras tardantium, aut morantes. 18 Operatione & labore formicarum omnis brevis via ſit fervida: *ſic ſc. fervet omnis ſemita opere* Teucrorum migrantium, & ſarcinulas deferentium. 19 Pathos per Apoſtrophen, quâ torquet Poëta orationem ad Didonem, dicens: Qualis animus ſive affectus erat tunc tibi, ô Dido, cùm videres talia, qualia à Teucris & ab Ænea fiebant? Q. d. miſerrimus. 20 Ferventer frequentari à Teucris. 21 Ex ſpecula, quæ erat in arce tua. Mos regum fuit in arcibus habitare, quæ vim arcerent. 22 Turbari, confundi. 23 Tuos. Emphaſis eſt, quâ admirabilem animi dolorem ex aſpectu amplificat; nam *oculi* (ut Cic. l. 6. fam. Ep. 1.) *augent dolorem, qui ea, quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere à miſeriis cogitationem ſinunt.* 24 Epiphonema. 25 Ad quid, vel Ellipſis eſt verbi *Moliri*, aut ſimilis. 26 Deſcendere. 27 Dido. 28 Subjicere. 29 Intentatum, undè fecerit periculum, an poſſit Æneam vincere. Paſſive. 30 Suaſorii generis oratio, quâ à ſorore petit, ut legationem ſuam ad Æneam obeat. 31 Properationem fieri. Imperſonale eſt. 32 Trojani. 33 Demiſſa antennis vela exſpectant ventos ſecundos. Nonnullis placet Hypallage: auræ vocant carbaſa, id eſt, naves. Synecdochicè. 34 In ſignum lætæ profectionis. Cùm enim diſcedebant è portu, in quo hyematum erat, ſecundo flante vento, coronam navi imponebant. Redi ad ea, quæ ſuper hoc eodem verſu adnotantur. 1. Georg.

*Hunc*

Digitized by Google

*Hunc ego ſi* [1] *potui tantum* [2] *ſperare dolorem,*
*Et perferre, ſoror, potero. Miſeræ hoc tamen* [3] *unum*
[4] *Exſequere, Anna, mihi: ſolam nam* [5] *perfidus ille*
*Te* [6] *colere,* [7] *arcanos etiam tibi credere ſenſus:*
*Sola viri* [8] *molles aditus, &* [9] *tempora noras.*
*I, ſoror, atq;* [10] *hoſtem ſupplex affare ſuperbum.*
[11] *Non ego cum Danais Trojanam* [12] *exſcindere gentem*
[13] *Aulide juravi,* [14] *claſſem-ve ad Pergama miſi;*
*Nec* [15] *patris Anchiſæ cineres* [16] *manes-ve* [17] *revelli.*
*Cur mea dicta negat* [18] *duras dimittere in aures?*
*Quò ruit? extremum hoc miſeræ det* [19] *munus amanti:*
*Exſpectet* [20] *facilemq; fugam, ventoſq; ferentes.*
*Non jam conjugium* [21] *antiquum, quod* [22] *prodidit,* [23] *oro,*
*Nec* [24] *pulchro ut Latio careat,* [25] *regnumq; relinquat:*
[26] *Tempus inane peto, requiem,* [27] *ſpatiumque furori,*
[28] *Dum mea me* [29] *victam doceat* [30] *fortuna* [31] *dolere.*
*Extremam hanc oro* [32] *veniam (miſerere ſororis)*

1 [illegible] modi. Q. d. Facile hanc animi ægritudinem pertuliſſem, ſi paulo antè eum tam præcipitanter abiturum ſ[illegible] ille profecturus: ſed ne tam perditè quidem eum unquam amaſſem. 2 Timere hanc tantam animi ægritudinem quam haberem de profectione Æneæ, id eſt, ſi verita fuiſſem tantum mali ex amore oriturum, facile amorem tuliſſem: nunc autem ſpe decepta, perferre nequeo. 3 Quod dictura ſum. 4 Effice. Quod per ſe non potuit, per ſororem tentat: ſed fruſtra. 5 Æneas. 6 Colebat. A facili argumentum. 7 Et revelabat tibi etiam conſilia ſecreta. 8 Opportunos ac faciles modos adeundi viri. *Molliſſima fandi tempora:* ſuprà. 9 Opportunitatem, quâ facile ad eum patebat aditus. 10 Æneam vel, quod Didone invita & repugnante naviget: vel, cujus amor me hoſtiliter necat: vel *hoſtem*, id eſt, hoſpitem, ut ſupra: *cui me moribundam deſeris hoſpes? Hoc ſolum nomen quoniam de conjuge reſtat.* Cic. 1. Offic. *Hoſtis apud majores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum vocamus.* 11 Et dic ei: Neque enim ego illi rea ſum hoſtilitatis, neque impietatis. *Averſæ.* 12 Delere. 13 In Aulide, portu in Bœotiâ, claſſe & conjuratione principum Græcorum de Helena repetenda, c[illegible]. 14 Neque naves auxiliares miſi ad mœnia Trojana delenda. 15 Ejus. 16 Varro ait, Diomedem è Sicilia abſtuliſſe oſſa Anchiſæ: ob hoc multa perpeſſum, & coactum reſtituiſſe cum Palladio. 17 Poſt ſepulturam evelli. 18 Inexorabiles. 19 Beneficium. 20 Mitiùs diſcedendi tempus & ventos ſecundos, opportune flantes. 21 Carum. 22 Violavit. 23 Orando depoſco. 24 Præ quo cætera omnia illi ſordent: quodque tam pulchrum illi videtur, ut omnia illi poſtponat. 25 A fatis promiſſum. 26 Dilationem ſine alio effectu. *Nullus enim dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat, atque molliat.* 27 Quo deſæviat amoris mei impetus, atque ex furore tranſeat temporis beneficio in dolorem. Eadem Dido apud Ovid. in Ep. *Dùm freta miteſcunt, & amor dum temperat uſum. Fortiter ediſcam triſtia poſſe pati.* 28 Donec. 29 A ſpe & voto rejectam. 30 Adverſa. 31 Moderate ſc. 32 Gratiam, beneficium; ut protrahat diſceſſum ſuum donec diſcam dolere: cujus, cumulo priorum additi, memoriam & gratiam mors ſola mihi auferet.

1 Copioſè auctam tibi, dùm moriar. 2 Orationem faciebat Dido. 3 Verba cum fletu. 4 Ad Æneam. 5 Anna. 6 In hominem planè ſaxei capitis, atque inexorabilem hoc dici poteſt. 7 A naturâ, id eſt, nullas preces inexorabilis, & propè adamantinus admittit.

*Quam mihi cùm dederis, [1] cumulatam morte relinquam.*
*Talibus [2] orabat, taleſque miſerrima [3] fletus*
*[4] Fertque, refertque [5] ſoror: [6] ſed nullis ille movetur*
*Fletibus, aut voces [7] ullas tractabilis audit.*
*[8] Fata obſtant, [9] placidaſq; viri [10] Deus obſtruit aures.*
*Ac veluti [11] annoſam [12] valido cùm robore quercum*
*[13] Alpini [14] Borea, [15] nunc hinc, nunc flatibus illinc*
*Eruere inter ſe certant; [16] it ſtridor, & altè*
*[17] Conſternunt terram, [18] concuſſo ſtipite, [19] frondes:*
*[20] Ipſa [21] hæret ſcopulis, [22] & quantùm [23] vertice [24] ad auras*
*Æthereas, tantùm radice in Tartara tendit.*
*[25] Haud ſecùs aſſiduis [26] hinc atq; hinc vocibus [27] heros*
*[28] Tunditur, & [29] magno præſentit pectore [30] curas:*
*Mens [31] immota manet, lachrymæ [32] volvuntur inanes.*
*[33] Tùm verò infelix [34] fatis exterrita Dido.*
*[35] Mortem orat: tædet cœli [36] convexa tueri.*
*Quò magis [37] inceptum peragat, [38] lucemq; relinquat,*

8 Æneæ duritiem in fata rejicit. 9 Benignas. 10 Præceptum Dei, à quo per Mercurium Carthagine faceſſere juſſus erat, ſc. Jupiter ipſe. 11 Multorum annorum, veterem: quòd quercus inter arbores prodigioſæ vivacitatis ſit; quippe quæ centum aut ampliùs annos creſcat. 12 Habentem truncum potentem. 13 Tranſalpini, ex Alpibus in Italiam ſpirantes. Alpes autem cum Hyperboreis & Riphæis confundunt veteres. Comparatio autem ſumitur ex Iliad. 6. & 12. 14 Venti Septentrionales. 15 Aliquando ab hac parte. 16 Strepitus ventorum in frondibus diffunditur. Metaphora à cardinibus ad horrendum ventorum Septentrionalium latratum ducta amplificat ſummam vim ventorum. 17 Cooperiunt. 18 Vi ventorum agitato trunco. 19 Quia cadunt. 20 Annoſa quercus. 21 Adhæret ſaxis prominentibus, inter quæ radices egit. 22 Hos duos verſus habes etiam 2. Georg. 23 Cacumine ſuo. 24 Ad cœlum. 25 Non aliter, quàm illa quercus concutitur. Applicatio ſimilitudinis ſuperioris. 26 Utrimque expoſtulationibus Didonis & Annæ precibus. 27 Æneas heroicâ virtute præditus. 28 Concutitur. 29 Magnanimo & conſtanti. 30 Sollicitudines amoris & commiſerationis. 31 A firmo propoſito Deo obediendi. 32 Præcipitantur fruſtra: quia nihil apud Æneam obtinebant. 33 Sed tùm maxime, ubi vidit Æneam in ſententia perſeverare. 34 Portentis mortem portendentibus: vel, quòd fatali neceſſitate ex Africâ Æneas traheretur. 35 Malorum remedium. 36 Τὸ κυρτὸν ϗ τὸ κοῖλον convexum, & cavum, exterius & interius Poëtæ confundunt. 37 Conſilium, quod apud animum ſuum propoſuerat. 38 Vitalem ſc. id eſt, vitam: quia cœlum aſpicimus vivendi deſiderio.



Digitized by Google

[1] *Vidit*, [2] *thuricremis cùm* [3] *dona imponeret aris*,
(*Horrendum dictu*) [4] *latices nigreſcere* [4] *ſacros*,
[5] *Fuſaque in* [6] *obſcœnum ſe vertere vina cruorem.*
*Hoc viſum nulli, non ipſi effata* [7] *ſorori.*
[8] *Præterea, fuit in* [9] *tectis de marmore* [10] *templum*
[11] *Conjugis antiqui, miro quod honore* [12] *colebat*,
[13] *Velleribus niveis &* [14] *feſtâ fronde revinctum.*
[15] *Hinc exaudiri voces, &* [16] *verba* [17] *vocantis*
*Viſa viri, nox cùm terras obſcura* [18] *teneret:*
*Solaque* [19] *culminibus* [20] *ferali carmine* [21] *bubo*
*Sæpè queri, &*, [22] *longas in fletum ducere voces.*
[23] *Multaque præterea* [24] *vatum prædicta priorum*
*Terribili monitu* [25] *horrificant:* [26] *agit ipſe furentem*
*In ſomnis* [27] *ferus Æneas: ſemperque relinqui*
[28] *Sola ſibi, ſemper* [29] *longam incomitata videtur*
*Ire* [30] *viam, &* [31] *Tyrios deſertâ quærere terrâ.*
[32] *Eumenidum veluti demens videt agmina* [33] *Pentheus,*
*Et* [34] *ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas:*

1 Primum futuræ mortis præſagium, quòd in ſacris liquor effuſus in atrum cruorem mutatus apparuerit. 2 Thus incenſum cremantibus. Vide Macrob. l. 6. c. 5. 3 Libamina, ſacrificia, quibus parentabatur mortuis. 4 Vina ſacrificio adhibita. 5 Effuſa ſuper ſacrificium. 6 Mali ominis, tetrum, immundum. 7 Omnium conſiliorum alioqui participi. 8 Præter hoc portentum contigit aliud futuræ mortis præſagium, ſc. inſomnia ſeu phantaſmata, quæ ſibi audire videreque viſa fuit. 9 Regia Didonis. 10 Delubrum, ædicula ſacra, quam nos hodie *Sacellum* vocamus, eadem ſepulchrum Sichæi. 11 Mariti prioris & chari Sichæi. 12 Ante Æneæ adventum. 13 Tæniis, vittis, faſciis laneis, coronis, ramis, frondibus cinctum, ornatum: lana autem ramo circumvoluta στέμμα dicitur. Fuit autem moris, ut nubentes puellæ, priuſquam ingrederentur domum mariti, poſtes laneis vittis obnuberent & ornarent. 14 Ad feſtivitatem pertinentibus, divinis ramis frondibuſque, ut ſi numen coleret. 15 Ex hoc templo. 16 *Ipſe ſono tenui dixit, Eliſa veni.* Ovid. Epiſt. Didonis. 17 Didonem. 18 Occuparet. 19 In ſublimitatibus templi. Tertium præſagium. 20 Mortifero, aut feram mortem indicante. 21 Avis illa lucifuga. 22 Diuturnas. 23 Quartum omen. 24 Qui in principio dehortati ſunt eam à talibus nuptiis, ſed fruſtrà. Reſpicit illud: *Heu vatum ignara mentes! quid vota furentem, Quid delubra juvant?* 25 Horrorem faciunt. 26 Quintum omen. 27 Qui ferus Didoni videbatur. 28 Quæ ſolitudo principibus, qui ſatellitio & comitatu ſtipari ſolent, abominanda; & in ſomnis mali ominis. 29 Sextum omen. 30 Ad inferos ſc. *unde negant redire quenquam.* 31 Comites ſuos. 32 Furiarum, Megæræ, Alectus, & Tiſiphones. 33 Thebanorum rex, Echionis filius, in furias actus ob contemptum Bacchum, & à Bacchis diſcerptus. 34 Ὁρᾶν μοὶ δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, Διττὰς δὲ Θήβας. Euripid. Bacch.

[1] *Aut Agamemnonius* [2] *ſcenis agitatus Oreſtes,*
[3] *Armatam* [4] *facibus* [5] *matrem, &* [6] *ſerpentibus atris,*
*Cùm fugit;* [7] *ultriceſque* [8] *ſedent* [9] *in limine* [10] *Diræ.*
*Ergo ubi* [11] *concepit* [12] *furias,* [13] *evictá dolore,*
*Decrevitque mori: tempus ſecum ipſa, modumq;*
[14] *Exigit, &* [15] *mœſtam dictis aggreſſa* [16] *ſororem,*
[17] *Conſilium vultu* [18] *tegit,* [19] *ac ſpem fronte ſerenat.*
*Inveni, germana,* [20] *viam,* ([21] *gratare ſorori)*
*Quæ mihi reddat* [22] *eum, vel* [23] *eo me ſolvat amantem.*
[24] *Oceani finem juxta,* [25] *ſolemque cadentem,*
[26] *Ultimus Æthiopum locus eſt, ubi maximus* [27] *Atlas*
[28] *Axem humero* [29] *torquet, ſtellis ardentibus* [30] *aptum:*
[31] *Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos,*
[32] *Heſperidum templi cuſtos, epulaſque draconi*
*Quæ dabat, &* [33] *ſacros ſervabat in arbore ramos,*
[34] *Spargens humida mella,* [35] *ſoporiferumq; papaver.*
[36] *Hæc ſe* [37] *carminibus promittit* [38] *ſolvere mentes.*

1 Aut veluti cùm Oreſtes, Agamemnonis & Clytemneſtræ filius, fugit, &c. 2 In theatris ac ſcenis paſſim actus & ſæpè exhibitus in Tragœdiis: vel, in prætoriis & judiciis agitatus. Conſtat enim, Oreſtem Areopagitarum judicio ſubmiſſum, tandem ab iiſdem abſolutum fuiſſe omnium ferè ſententia. 3 Inſtructam. 4 Furiarum. 5 Clytemneſtram, quam cum Ægiſthino adultero propter necem patris Agamemnonis occiderat. 6 Talis enim illa viſa eſt in ſomnis: unde furore correptus eſt. 7 Necis maternæ. 8 In Æſchili Tragœdiâ, cui nomen Eumenides, Delphis in templo Apollinis à Furiis, in limine præſtolantibus eum, obſeſſus, egredi non auſus eſt, & contendere ad Minervæ templum, ubi erat expiandus. 9 Templi Apollinis. 10 Furiæ. 11 Dido. 12 Furias. 13 Superata. 14 Exactè diſquirit. 15 Quia Æneam reconciliare nequibat. 16 Annam. 17 Decretum ſuum. 18 Occulit. 19 Et fronte ſerena præ ſe fert ſpem remedii aut ſalutis. Sic 1. Æn. *Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.* 20 Modum & rationem. 21 Gratulare. 22 Qui caput mali noſtri eſt. 23 Ab eo. 24 Topographia populorum & montium Africæ Occidentalium, quibus alluit Oceanus, ubi horti ſunt Heſperidum. 25 Occidentem. 26 Remotiſſimus in Æthiopiâ. 27 Mons Africæ: ſuprà hoc l. 28 Septentrionalem polum. 29 Suſtinet, regit; ut ſuprà: *Cœlum & terras qui numine* torquet. 30 Ἀπτόμενον, ἅρμενον: diſtinctum, conſperſum ſtellis reſplendentibus. 31 Ab hoc loco, id eſt, ab hujus loci incolis. Exponit conſilium ſuum, quo pacto magicis artibus poſſit Æneam vel invitum retinere, vel amoris peſte liberari. 32 Quod in hortis filiarum Heſperi, qui frater Atlantis eſt: cuſtodiebant autem aurea poma in horto prope Lixum opp. Mauritaniæ, cui cuſtodiæ aderat una vigil draco, priuſquam ab Hercule occiſus erat, quem cibavit hæc ſacerdos. 33 Veneri. 34 In cibo quem dabat draconi; vel, porrigens, præbens. 35 Soporem gignens: quod erat mulcendæ truculentiæ accommodatum, & mitigandæ naturæ feræ. 36 Sacerdos Poëta nihil ipſe aſſerit: verùm ex perſona Magæ artem ſuam prædicantis. Operatur autem magia vel per motum localem; vel per cauſas naturales applicando activa paſſivis; vel ſenſibus illudendo: amores an valeat ſolvere aut impedire, an curſum naturæ mutare, procellas excitare, animas mortuorum evocare, vide Apulejum, Agrippam, &c. 37 Magicis ſc. id eſt, incantationibus. 38 Amore poſſe liberare.

Quas

*Quas velit: aſt [1] aliis [2] duras immittere [2] curas:*
*[3] Siſtere aquam [4] fluviis, & vertere ſidera [5] retrò:*
*[6] Nocturnoſque ciet manes: [7] mugire videbis*
*Sub pedibus terram, & deſcendere montibus ornos.*
*Teſtor, chara, Deos & te, germana, tuumque*
*Dulce caput, magicas [8] invitam [9] accingier [10] artes.*
*Tu [11] ſecreta [12] pyram [13] tecto interiore [14] ſub auras*
*Erige, & [15] arma viri, [16] thalamo quæ fixa reliquit*
*[17] Impius, [18] exuviaſque omnes, lectumq; [19] jugalem,*
*Quo perii, ſuperimponas: [20] abolere [21] nefandi*
*Cuncta viri [22] monumenta jubet, [23] monſtratq; [24] ſacerdos.*
*Hæc effata, ſilet: [25] pallor ſimul occupat [26] ora.*
*Non [27] tamen Anna novis [28] prætexere funera [29] ſacris*
*Germanam credit, nec [30] tantos [31] mente furores*
*[31] Concipit, [32] aut [33] graviora timet, [34] quam morte*
*[35] Sichæi.*
*Ergo [36] juſſa parat.*
*At regina, [37] pyrâ [38] penetrali in ſede [39] ſub auras*
*[37] Erectâ ingenti, [40] tædis, atque [41] ilice ſecta,*

1 Mentibus. 2 Vehementem amorem. 3 Facere ſtare. 4 In fluviis. 5 Retrorſum. 6 Et excitat umbras defunctorum, tempore nocturno. 7 Quaſi ſonitum taurinum edere, remota Metaphora à tauris ad brutam tellurem. 8 Coactam improbitate Æneæ. 9 Accingi, id eſt, parari. Paragoge. 10 Ad artes magicas. 11 Nemini revelatura. 12 Struem lignorum, ut fiat rogus. 13 Intra regiam noſtram. 14 Sub dio, cœlo aperto; *penetrali in ſede:* infrà: vel, in altum: quaſi ſacrificium eſſet factura. 15 Enſem Æneæ, cujus jam nomen quaſi ingratum horret. 16 Noſtro. 17 Æneam intelligit, qui epitheto *Pius* vocabatur. 18 Veſtes, quas exuit, aut quas ab eo habemus. 19 Matrimonialem, in quo pudorem amiſi, id eſt, imponas ſuper pyram, quicquid reliquerit, aut tetigerit ſpeciali uſu. 20 Igne penitus delere. 21 Perfidi. 22 Quæ memoriam faciant & admoneant viri. 23 Ex arte ſuâ. 24 Maſſyla. 25 Metûs præcipue atque iræ argumentum, & conſcientiæ crimini alicui obnoxiæ. 26 Vultum, faciem. Pars pro toto. 27 Quamvis ſigna impatientis amoris daret. 28 Prætextu ſacrorum diſſimulare: vel per Hypallagen prætexere, id eſt, prætendere ſacrum hoc funeri, quod intendebat, id eſt, non credebat Didonem velle ſe interimere. 29 Sacrificiis magicis. 30 Quanti in Didone erant. 31 Intelligere poteſt. 32 Sc. *non.* 33 Sc. *mala.* 34 Quàm quæ contigerant morte Sichæi. 35 Prioris conjugis. Q. d. Vidit ſororem multùm dolere morte Sichæi: credebat nunc, propter diſceſſum Æneæ ſimilem pati dolorem, nec Æneam amatorem plus amare, quàm Sichæum conjugem: ſed in morte viri ſe non occidit. 36 Parat peragere, quæ Dido juſſerat, id eſt, pyram extruit, & exuvias Æneæ adfert. 37 Rogo, id eſt, ſtrue lignorum in formam ignis, ut incendatur, extructa. 38 In penitiori ædium loco, quem paulo ante *interius tectum* vocavit. 39 Sub dio. 40 Ex tædis. 41 Robore ſiſſo. Nam ſiſſa ligna facillime; teretia & integra difficulter ignem concipiunt.

Digitized by Google

[1] *Intenditque locum ſertis, & [2] fronde coronas*
[3] *Funereâ: [4] ſuper [5] exuvias, enſemque relictum,*
[6] *Effigiemque [7] toro locat, [8] haud ignara futuri.*
*Stant [9] aræ circùm, & crines effuſa ſacerdos*
[10] *Tercentum tonat ore Deos, [11] Erebumq; [12] Chaoſq;*
[13] *Tergeminamque [14] Hecaten, [15] tria virginis ora Dianæ.*
[16] *Sparſerat & [17] latices ſimulatos fontis Averni,*
[18] *Falcibus & [19] meſſæ ad lunam [20] quæruntur ahenis*
[21] *Pubentes herbæ, nigri cum [22] lacte veneni:*
*Quæritur & [23] naſcentis equi de fronte [24] revulſus,*
*Et [25] matri [26] præreptus [27] amor.*
[28] *Ipſa [29] molâ, [30] manibuſque piis altaria juxta,*
[31] *Unum [32] exuta pedem vinclis, in veſte [33] recinctâ*

1 Intendit ſerta per locum illum. Hypallage. 2 Cupreſſo, quæ funerea eſt arbor, aut verbenis, quæ in ſacris nocturnis ſolent adhiberi tanquam funereæ. 3 Ad funus aptâ. 4 Inſuper. 5 Veſtes Æneæ, quas exuerat. 6 Effigiem Æneæ ceream incendio devotam. Vide Ecl. 8. & Hor. Sat. 8. l. 1. 7 Lecto conjugali. 8 Certa mori, ac reſervato tamen ſibi conſilio moriendi, ut ut ſpecie hac ſacrorum velato. 9 Ut funebri luctu fieri conſuevit. 10 Trecenta, id eſt, infinita Deorum nomina horrificè vocat, citat: quod in his Cocytiis ſacris fieri ſolet. Al. *Ter centum* ad verbum, *tonat*, referunt. 11 Infernos tenebrarum incolas. 12 Spiritus aërios. Cimos quidem vaſta illa vorago & moles indigeſta primæ materiæ: ſed tamen, Ariſtophani in avibus, eſt aër. 13 Tres poteſtates habentem. Nam Luna eſt in coelo: Diana in ſylvis, ubi venatrix eſt: Proſerpina, in inferno. Vide Cæl. Rhod. l. 20. 14 Proſerpinam, à *centum* poteſtatibus dictam: vel, quòd centum victimis placaretur ex inſtituto Menelai: vel, quòd inhumatos C. annos errare faciat. 15 Tres effigies aut perſonas: quòd ſc. triplex ſit Lunæ viciſſitudo: cùm ſurgit in cornua, & falcata dicitur; cumque dividua eſt, & cum plena eſt. 16 Sacerdos. 17 Aquas lacus ad introitum inferni pro veris habitas. Nam vera aqua Averni lacus (qui Plutoni ſacer eſt, ac per quem ad inferos deſcenſus eſſe credebatur) haberi non poterat: quare ficta ſupponenda erat, cujus aſperſione uteretur. 18 Ex horum ſacrorum ritu omnia. Herbæ ad Lunæ obſervationem, cujus ſpumantis ſaliva efficaciores creditæ, falcibus ahenis, utpote purioribus, quàm ferreis, præcidebantur; eæque pubeſcentes & ſucco venenoſo tumentes. 19 Deſectæ ſecundum opportunitatem Lunæ. 20 Ab iis, quibus id muneris ad magicum ſacrificium injunctum erat. 21 Pubeſcentes, teneræ, ſucci adhuc plenæ. 22 Succo nigro, qui exprimitur ex illis herbis. 23 Recens nati. 24 Sc. *ſtatim*, priuſquam lambente matre abſumeretur. 25 Equæ. 26 Priuſquam abſumere poſſet. 27 Hippomanes, caruncula in fronte recens nati pulli: quam ſi quis præripuerit equi matri, illa non admittit fœtum ad ubera. Hanc in philtris efficacem eſſe ferunt. Vide Corn. Agr. l. 2. de occultâ Phil. c. 41. igni vero mandata abolere amorem creditur. 28 Dido. A perſonâ veneficæ tranſit ad Didonem, & ejus ſuperſtitionem, ac ceremonias ſacrificaturæ. 29 Farre ſive hordeo ſale admiſto. 30 Quibus molam offerebat. 31 In Stygiis his Nudipedalibus ſiniſtrum pedem nudabant. 32 Nudata & ſoluta. 33 Diſſoluta, ac non ligatâ. In ſacris enim nihil eſſe ligatum decet, præcipue quæ amori fovendo fiunt.

I Te-

Digitized by Google

*[1] Teſtatur moritura Deos, & conſcia [2] fati*
*Sidera: tùm, [3] ſi quod [4] non æquo fœdere amantes* 520
*Curæ numen habet, [5] juſtumque, memorque, precatur.*
*[6] Nox erat, & [7] placidum carpebant [8] feſſa ſoporem*
*[9] Corpora per terras: [10] ſylvæque & ſæva quierant*
*Æquora: cùm [11] medio volvuntur ſidera lapſu,* 524
*[12] Cùm tacet omnis ager, pecudes, [13] pictæq; volucres,*
*[14] Quæq; lacus latè [15] liquidos, [16] quæq; aſpera dumis*
*Rura [17] tenent, [18] ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti*
*Lenibant curas, & [19] corda [20] oblita laborum.*
*At non infelix [21] animi [22] Phœniſſa, nec unquam*
*[23] Solvitur in ſomnos, oculis-ve aut pectore [24] noctem*
*Accipit: [25] ingeminant curæ, rurſuſq; [26] reſurgens* 531
*Sævit amor, magnoque irarum [27] fluctuat æſtu.*
*Sic [28] adeò inſiſtit, ſecumque ita corde [29] volutat:*
*[30] En, quid agam? [31] rurſus-ne procos irriſa priores*
*Experiar? [32] Nomadumq; petam [33] connubia ſupplex,*
*Quos ego ſum toties jam dedignata [34] maritos?*
*Iliacas igitur claſſes, atque [35] ultima Teucrûm (tos,*
*[35] Juſſa ſequar? [36] quia ne [37] auxilio [38] juvat antè leva-*
*Et benè apud memores veteris ſtat gratia facti?* 539

1 Certa mori Deos teſtes perjurii ac perfidiæ invocat, vindices olim ſceleris & acceptæ injuriæ.
2 Mortis ſuæ violentæ.
3 Si aliquod numen, id eſt, aliquis Deus curat, &c.
4 Non pari amore ſibi mutuo reſpondentes.
5 Ut illud ſit juſtum & memor, id eſt, precor illud quidem, ut perjurii memor eſſe velit, ac juſtè id ipſum ulciſci.
6 Perelegans Chronographia, quæ regionæ ægritudinem amplificat. 7 Quieſcebant. 8 Labore diurno. 9 Animalium. 10 Omnia quæ in ſylvis & in mari degunt, quieverant. Metonymia. 11 Medium eſt noctis. 12 Cùm omnia animalia, quæ in agris aut ſtabulis ſunt, quieſcunt. 13 Variis coloribus ornatæ. 14 Et quæcunque volucres, id eſt, piſces. 15 Aquoſas. 16 Feræ. 17 Occupant & habitant. 18 Hujuſmodi pecudes recubantes nocte quietâ mitigabant curas per ſomnum. 19 Earum. 20 Erant. 21 Animo, id eſt, quæ animum ſuum infelicem fecerat. 22 Dido, quæ erat de Phœnicia. 23 Dormit. 24 Requiem nocturnam. 25 Se: *vel*, ingeminantur, id eſt, multiplicantur. Enallage generis. 26 Creſcens rerum præteritarum memoriâ. 27 Agitatur. In eum, qui ſecum ſtomachatur. 28 Tandem inſtituit ſermonem. 29 Agitat. 30 Pathos, ab addubitatione, quam Græci ἀπόρησιν vocant: de quâ Macrob. Sat. l. 4. c. 6. Conſtat autem hæc tota oratio ex deliberationibus & dialogiſmis. 31 Rejectane & relicta ab Ænea, referam me viciſſim ad Hiarbam Ductoreſque alios, quos procos priùs aſpernata ſum? 32 Afrorum. 33 A rei indignitate. 34 Sc. *mihi acceptare?* 35 Abitum à Jove imperatum. An? reſponſa & imperia ultima, id eſt, ero igitur ancilla & contemptui omnibus Trojanis, coacta etiam ultimis eorum mandatis parère? 36 An quod ita gratos eos & auxilii memores experta ſum? *Ironicè.* 37 Quia juverim Teucros auxilio. 38 Delectat.

*1 Quis me autem ( 2 fac velle) ſinet? 3 ratibuſque ſuperbis*
*Irriſam accipiet? neſcis heu perdita, nec dum*
*4 Laomedonteæ ſentis perjuria gentis?*
*Quid tum? 5 ſola fugâ 6 nautas comitabor 7 ovantes?*
*An Tyriis, 8 omnique manu ſtipata meorum*
*9 Inſequar? & , quos 10 Sidonia 11 vix urbe revelli,*
*Rurſus 12 agam pelago? & ventis dare vela jubebo?*
*13 Quin morere, ut merita es, 14 ferroq; 15 averte dolorem.*
*16 Tu 17 lachrymis evicta meis, tu prima 18 furentem*
*His 19 germana malis oneras, atque objicis 20 hoſti.*
*21 Non licuit 22 thalami expertem ſine 23 crimine vitam*
*Degere, more feræ? 24 tales nec tangere 25 curas?*
*26 Non ſervata fides, cineri promiſſa 27 Sichæi.*
*28 Tantos illa ſuo 29 rumpebat pectore 30 queſtus.*
*Æneas celſâ in puppi, 31 jam certus eundi,*
*32 Carpebat ſomnos, 33 rebus jam 34 ritè paratis.*
*35 Huic ſe 36 forma Dei vultu redeuntis 37 eodem*

1 Quis permittet me ſequi Trojanos? 2 Pone ut velim. 3 Navibus ſuis. Synecdoche. Sunt enim *rates* propriè trabes inter ſe connexæ, quibus olim navigabatur. 4 Trojanorum: invidioſe à Laomedonte, quem ſuperbiâ, perfidiâ, & perjurio referunt: is autem Neptunum & Apollinem pactâ de condendis Trojæ mœnibus mercede fraudavit: & Herculi, filiæ ſuæ liberatori, fidem non ſervavit. Q. d. Si Deos fefellerunt Trojani, & te fallent. 5 Emphatica omnia. 6 Trojanos intelligit, quos per contemptum ita vocat. 7 Lætos: quaſi de me reportata victoria triumphantes. *Ovatio* autem propriè eſt minor triumphus, qui de hoſte non admodùm gravi agitur, uno equo, vel interdùm etiam pedibus urbem ingrediente triumphante. Al. *euntes.* 8 Et omni ſatellitio & copiis meorum denſè circumdata. 9 Al. *inferar*, ſc. *in naves?* 10 A Phœniciâ. 11 Cum difficultate: quia timore, aut odio Pygmalionis. 12 Sc. *eos.* 13 Potiùs moriaris. Concludit deliberationem. 14 Morte ferro illata. 15 Ab animo. 16 Transfert omnem totius rei culpam in ſororem, quæ & impultrix fuerit ad furtivas nuptias. 17 Nam dictum eſt in principio hujus l. 4. *Sic effata, ſinum lachrymis implevit obortis.* 18 Me inſano incenſam amore. 19 O ſoror Anna. 20 Crudeli viro Æneæ, & qui me ludibrio habuit, toro fideque violatis: vel *hoſti*, id eſt, hoſpiti peregrino, ut ſuprà, & mox *advena.* 21 Nonne licuit me vivere more ferarum quæ conjugium non curant? 22 Conjugii. 23 Læſione pudoris. 24 Quales nunc per illicitos amores ſuſtineo, more belluarum ferarum quæ propter feritatem conjugium vitant. 25 Amores. 26 Sc. *eſt.* 27 Conjugis; quia cùm ſepeliretur, juravit Dido, ſe nunquam alteri nupturam. 28 Epiphonema. 29 Exprimebat. 30 Querelas. 31 Qui decreverat omninò abire. 32 Dormiebat. Suprà: *Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem Corpora.* 33 Ad navigationem neceſſariis. 34 Decenter. 35 Æneæ. 36 Imago Mercurii, id eſt, Deus Mercurius in forma aſſumpta rediens. 37 Quo priùs ſe obtulerat & apparuerat Carthagine.

Obtu-

*Obtulit in ſomnis, rurſúſque ita viſa monere eſt,*
[1] *Omnia* [2] *Mercurio ſimilis, vocemque coloremque,*
*Et crines flavos, & membra* [3] *decora juventæ.*
*Nate Deâ,* potes hoc ſub [4] caſu [5] ducere ſomnos?
*Nec, quæ* [6] *circumſtent te deinde pericula, cernis*
*Demens? nec* [7] *Zephyros audis ſpirare* [8] *ſecundos?*
[9] *Illa dolos, dirumque* [10] *nefas in pectore verſat,*
*Certa mori, varioque irarum fluctuat* [11] *æſtu.*
*Non fugis* [12] *hinc* [13] *præceps, dùm* [14] *præcipitare poteſtas?*
*Jam mare turbari* [15] *trabibus, ſævaſque videbis*
*Collucere* [16] *faces, jam* [17] *fervere littora* [18] *flammis:*
[19] *Si te his attigerit terris aurora morantem.*
*Eja age, rumpe* [20] *moras:* [21] varium, & mutabile ſemper
Fœmina: *ſic* [22] *fatus, nocti ſe immiſcuit* [23] *atræ.*
[24] *Tùm verò Æneas* [25] *ſubitis exterritus umbris,*
[26] *Corripit è ſomno corpus, ſocioſque* [27] *fatigat.*
[28] *Præcipites vigilate viri, & conſidite* [29] *tranſtris,*
[30] *Solvite vela* [31] *citi.* [32] *Deus æthere miſſus ab alto,*
[33] *Feſtinare fugam,* [34] *tortoſq; incidere* [35] *funes*
*Ecce iterùm* [36] *ſtimulat: ſequimur te,* [37] *ſancte Deorum,*

1 Per, ſecundùm omnia, id eſt, omnibus corporis partibus. 2 Priùs viſo. 3 Convenientia juventuti. 4 Periculo, in quo verſaris. 5 Dormire? 6 Obſideant. Objurgatio à neceſſario. 7 Ventos. Synecd. 8 Proſperos. 9 Dido. 10 Scelus quia vult ſe interficere: quo comperto Tyrii in te irruent. 11 Fervore & incendio. 12 A littore Carthaginis. 13 Celer, feſtinus. 14 Præcipitanter abeundi. 15 Navibus. Metonymia. Silius. l. 13. Mercurium fingit à Jove mitti ad Annibalem apud Carthaginem novam in ſomnis, *Turpe duci totam ſomno conſumere noctem, O rector Libyæ; vigili ſtant bella magiſtro. Jam maria effuſas cernes turbare carinas. Et Latiam toto pubem volitare profundo, Dùm lentus cœpti terrâ cunctaris iberâ.* 16 Ad naves tuas comburendas, aut inſequendum te. 17 Fervida fieri, Metaphora. Sic l. 8. Fervere *Leucatem, auroque effulgere fluctus.* 18 Facularum. 19 Si ad craſtinam uſque auroram hic manſeris. 20 Cauſas morandi. 21 Res varia, & inconſtans. 22 Mercurius. 23 Caliginoſæ. 24 Monitu præſentis periculi. 25 Subitò apparentibus. 26 Violenter rapit. 27 Urget, excitat, ſurgere facit. 28 Præcipitanter ſurgentes evigilate. 29 Super tranſitus navium, ubi ſedent remiges. 30 Diſſolvite & pandite. 31 Feſtini, celeres. 32 Mercurius. 33 Feſtinanter agere profectionem noſtram. 34 Implicitos. Elegans epitheton. 35 Rudentes. 36 Impellit, hortatur nos. Metaphora. 37 Quidam diſtinguunt poſt *ſancte*, ut ſit ſententia: O ſancte, quicunque Deorum es. Alii malunt Poſitivum pro Superlativo poſitum eſſe.

I *Quiſ-*

Digitized by Google

1 Formula ex religione veterum, ne Deum alium pro alio nominarent. Agel. l. 2. c. 28. 2 Mandatis tuis. 3 Ut antè paruerant paratis omnibus ad fugam: ſic nunc celeri fuga ſecundò paret. 4 Læti. Metaphora ab iis, quibus minor triumphus, quæ *Ovatio* dicitur, conceſſus erat.

*1 Quiſquis es, 2 imperioque 3 iterùm paremus 4 ovantes.*
*5 Adſis ô, placiduſque juves, & 6 ſidera cœlo*
*Dextra 7 feras! Dixit, vaginâque 8 eripit enſem*
*9 Fulmineum, 10 ſtrictoque ſerit retinacula ferro.*
*11 Idem 12 omnes ſimul ardor 13 habet: 14 rápiuntque, 15 ruuntque,*
*16 Littora deſeruêre: latet ſub 17 claſſibus æquor:*
*18 Annixi torquent ſpumas, & cærula verrunt.*
*Et jam 19 prima 20 novo ſpargebat lumine terras*
*21 Tithoni 22 croceum linquens Aurora cubile.*
*Regina 23 è ſpeculis, ut primùm 24 albeſcere lucem*
*Vidit, & 25 æquatis claſſem 26 procedere velis,*
*Littoraque, & vacuos ſenſit ſine remige portus:*
*27 Terque, quaterq; manu pectus 28 percuſſa 29 decorum,*
*Flaventeſq; 30 abſciſſa comas: 31 Proh, Jupiter, ibit*
*Hic, (ait) & noſtris 32 illuſerit advena regnis?*
*Non arma 33 expedient? totâq; ex urbe 34 ſequentur?*
*Diripientque 35 rates 36 alii 37 navalibus? 38 ite,*
*39 Ferte citi flammas, date 40 vela, impellite remos.*

5 Auxilio ſis, faveas: Dii enim, quibus adſunt, favere dicuntur. 6 Ventos & navigationem proſperam ex ſiderum ortu vel occaſu. 7 Adferas profectioni. 8 Violenter extrahit. 9 Inſtar fulminis ſplendentem, radiantem, ferientem. 10 Et incîdit, reſcindit nauticos funes, quibus naves retinebantur ad littora ligatæ, gladio evaginato & undato. 11 Uniformis. 12 Trojanos. 13 Invadit. 14 Quæ erant adhuc in littore. 15 Et præcipites currunt. 16 Trepidationi & Brachyologiæ conciunnt dactyli accumulati. 17 Simul diſcedentibus. 18 Et annitentes torquendo aquas excitant ſpumas, & maria cærulei coloris gubernaculis navium verrunt. 19 Recens orta. 20 Illius diei. 21 Mariti ſui, regis in Oriente. Suprà: *Oceanum intereà ſurgens Aurora reliquit:* alluſum ad fabuloſum Tithoni & Auroræ conjugium. 22 Crocei coloris, 23 Ex altis feneſtris undè ſpeculari licebat. 24 Albam fieri. Hypallage: non enim albeſcit lux, ſed luce albeſcunt omnia. 25 Æqualiter pleno vento diſtentis, ſine motu aliquo. 26 Provehi. 27 Frequenter. 28 Ubi percuſſerat. 29 Pulchrum. 30 Doloris impatientia comas vellens. 31 Oratio affectuum varietate vehemens, nunc concitata, mox ſedata; furore, imprecationibus, vaticiniis ex interrupto miſta. 32 Ei conceſſum fuerit illudere cùm ſit advena. 33 Expeditè capient Tyrii ſive Carthaginenſes, ut injuriam, reginæ ſuæ illatam, ulciſcantur? 34 Eos. 35 Naves Trojanorum. 36 Aliqui ex iis. 37 E ſtationibus navium, ubi naves parantur & fiunt. 38 O Trojani. 39 Et vos inferte in naves Trojanorum. 40 Al. *tela*.

1 *Quid*

Digitized by Google

[1] *Quid loquor?* [2] *aut ubi ſum? quæ* [3] *mentem inſania mutat?*
*Infelix Dido, nunc te fata* [4] *impia tangunt.*
[5] *Tum decuit, cum* [6] *ſceptra dabas:* [7] *en* [8] *dextra fideſque,*
*Quem ſecum* [9] *patrios ajunt portare* [10] *Penates,*
[11] *Quem ſubiiſſe humeris* [12] *confectum ætate parentem.*
[13] *Non potui* [14] *abreptum* [15] *divellere* [16] *corpus?* & [17] *undis*
[18] *Spargere? non ſocios? non ipſum* [19] *abſumere ferro*
[20] *Aſcanium?* [21] *patriiſq; epulandum apponere menſis?*
[22] *Verum* [23] *anceps pugnæ fuerat fortuna:* [24] *fuiſſet,*
[25] *Quem metui moritura?* [26] *faces in* [27] *caſtra* [28] *tuliſſem,*
[29] *Implêſſemque* [30] *foros flammis:* [31] *natumque, patremque,*
*Cum genere extinxêm: memet* [32] *ſuper ipſa dediſſem.*
[33] *Sol, qui* [34] *terrarum* [35] *flammis opera omnia* [36] *luſtras;*
*Tuque* [37] *harum interpres curarum, &* [38] *conſcia Juno;*
[39] *Nocturniſque Hecate triviis ululata per urbes,*
*Et* [40] *Diræ* [41] *ultrices, & Dii* [42] *morientis Eliſæ:*

1 Abſentibus ſc. 2 Q. d. ſola ſum. 3 Tuam. 4 Mala: vel, illius impii Æneæ. Al. *facta impia.* 5 Talia loqui, aut naves incendiſſe. 6 Partem regni. Dixerat enim; *Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?* 7 Amara Ironia. 8 Virtus & fidelitas viri illius, quam dicunt, &c. 9 A patria Troja avectos. 10 Deos domeſticos. Hinc appellatur *pius Æneas*, quòd tulerit humeris patrem & Penates: improbat hoc. 11 Quem ajunt ſubeundo portaſſe. 12 Conſumptum ferè ſenio patrem Anchiſen. 13 Alluſum ad fabulas Penthei, Abſyrti, Ityos, Orphei, Baccharum, Atrei & Thyeſtæ: de quibus conſulendi Mythologi. 14 Ab aliis. 15 In diverſas partes vellere. 16 Æneæ. 17 Per undas: vel, in undis. 18 Ipſum Æneam. 19 Interficere. 20 Qui caput omnis mali eſt. 21 Quod Progne feciſſe dicitur, offerens Tereo Ityn filium. 22 Prolepſis, ſive præoccupatio ejus, quod alioqui objici poterat. 23 Alea pugnæ fuiſſet dubia, quia fortè Trojani nos viciſſent. 24 Conceſſio, ex deſperatione, animoque vindicabundo. 25 Quem oportebat me metuere, quæ decreveram mori? 26 Tædas, incendium. Metonymia. 27 Navalia, claſſem eorum: ut, *Nos caſtra movimus:* vel ſimpliciter *caſtra*. 28 Inferre potuiſſem. 29 Et impleviſſem. Syncope. 30 Navium tabulata, per quæ diſcurritur. 31 Aſcanium & Æneam cum totâ progenie exſtinxiſſem. 32 Exſtinctos. 33 Imprecatio, qua Æneam poſteritatemque ejus execratur. 34 Quæ fiunt in terris. 35 Radiis tuis, qui flammæ inſtar circumgyrando cuncta penetrant. 36 Purgas & circumis. 37 Mediatrix & conciliatrix hujuſmodi matrimonialium, aut mearum ſollicitudinum: quia nuptura ſacrificaverat *Junoni ante omnes, cui vincla jugalia curæ.* 38 Conciliatrix, & *pronuba Juno, & conſcius æther Connubii:* ſuprà h. lib. 39 Et ô Proſerpina cum ululatu à matre Cerere quæſita in triviis per urbes varias nocturnis temporibus. 40 Furiæ. 41 Scelerum. 42 In quorum poteſtatem ego Eliſa Dido ventura ſum per mortem.

1 *Accipite hæc*, 2 *meritumq; malis advertite numen*
*Et noſtras audite* 3 *preces: ſi tangere* 4 *portus*
5 *Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt:*
*Et, ſi fata Jovis* 6 *poſcunt*, 7 *hic terminus hæret:*
8 *At bello* 9 *audacis populi vexatus & armis*,
10 *Finibus extorris*, 11 *complexu avulſus Iüli*,
*Auxilium imploret, videatque* 12 *indigna ſuorum*
12 *Funera: nec, cùm ſe ſub leges pacis* 13 *iniquæ*
*Tradiderit, regno, aut* 14 *optatâ luce fruatur:*
*Sed cadat ante* 15 *diem*, 16 *mediaq;* 17 *inhumatus arenâ*,
18 *Hæc precor:* 19 *hanc vocem extremam* 20 *cum ſanguine fundo.*
*Tùm vos, ô* 21 *Tyrii*, 22 *ſtirpem, & genus omne futurum*
23 *Exercete odiis*, 24 *cinerique hæc mittite noſtro*
25 *Munera: nullus amor* 26 *populis, nec fœdera* 27 *ſunto.*

1 Intelligite & attendite ad has preces & imprecationes meas. 2 Advertite numen veſtrum ultorum perfidos hoſce, prout merentur. Al. *avertite*, id eſt, avertite numen inimicum meritum à malis, quod mali merentur habere infeſtum, in Trojanos. 3 Imprecationes. 4 Italiæ. 5 Deteſtabile, & indignum quod nominetur, ſc. Æneam. 6 Id fieri. 7 Et hæc extrema definitio fatorum confirmata, immutabilis eſt, & immota manere debet, ut termini agrorum immoti manent. 8 Saltem. 9 Rutulorum & Latinorum. 10 Et exul, & excluſus limitibus regni ſibi conceſſi. Evenit hoc ſtatim poſt Trojanorum in Italiam appulſum: nam cùm prædas ex agris agerent Latinus, Aboriginesque, ad arcendam advenarum vim, concurrebant. Deinde & affinitate cum Latino convinctus, à Turno bello petitus fuit, ob deſponſatam ſibi, ſed Æneæ traditam Laviniam. 11 Quod evenit, ubi, relictis cum Iülo caſtris, Evandrum Æneas adiit auxilium petiturus, indè Tarchonta. 8. Æn. 12 Miſerandam mortem: vidit autem Pallantis, Evandri filii; indignam mortem, aliorumque. Legimus enim Aborigines, Latinoſque, ob Æneam à Turno bello petitos, tantis animis utrimque commiſſos, ut neutra acies ex bello læta abiret, etſi Trojani Latinique, amiſſo rege Latino, victores extiterint. 13 Quæ votis ejus iniqua ſit; cùm non victor, ſed victus per eam videatur: quia linguam & nomen amittet. 14 Non fruatur regno, nec vita. Quod ſic evenit: Æneas enim pugnans cum Mezentio, Hetruſcorum rege, ſuperveniente nocte, nuſquam apparuit. Alii putant in Deos relatum; alii, ſubmerſum in Numico fluvio, Æneas poſt hoc prælium non ampliùs viſus eſt. 15 Vitæ terminum. 16 Nam in Numico fluvio ſubmerſus dicitur: ſublatuſque deinde, atque vi in vada projectus, medio corpore nudus jacuiſſe, reliquo aquis tecto: ſic, ut effectum ſortita credatur Didonis hæc imprecatio dira. 17 Inſepultus, humo non tectus. 18 Ut hæc dicta eveniant. 19 Clauſula imprecationis, quam ſuo ſe ſanguine confirmaturam ait. 20 Obſignatam meo ſanguine. 21 Carthaginenſes, Tyro profecti. 22 Æneæ poſteritatem, ſc. Romanos, continuis vexate bellis. 23 Fatigate. 24 Mihi mortuæ. 25 Inferias, parentalia, obſequia. 26 Trojanis & Carthaginenſibus: nunquam enim inter eos pax fuit. 27 In futurum. Et certe fuit huic genti poſteà hoc quaſi peculiare, nulla ſervare fœdera aut pacta. Quod ſatis probant Adagia, *Punica fides*, *Punica religio*.

1 *Exo-*

[1] *Exoriare* [2] *aliquis noſtris ex oſſibus ultor,*
*Qui face* [3] *Dardanios,* [4] *ferroque ſequare* [5] *colonos:*
[6] *Nunc, olim, quocunque dabunt ſe tempore* [7] *vires.*
[8] *Littora* [9] *littoribus* [10] *contraria, fluctibus* [11] *undas*
[12] *Imprecor, arma armis;* [13] *pugnent* [14] *ipſique nepotes.*
*Hæc* [15] *ait, & partes animum* [16] *verſabat in omnes,*
[17] *Inviſam quærens quamprimum abrumpere lucem.*
*Tùm breviter* [18] *Barcen nutricem* [19] *affata* [20] *Sichæi,*
*(Namque* [21] *ſuam* [22] *patriâ antiquâ cinis ater habebat)*
*Annam, chara mihi nutrix, huc* [23] *ſiſte ſororem:*
*Dic,* [24] *corpus properet fluviali* [25] *ſpargere* [26] *lymphâ,*
*Et pecudes ſecum, &* [27] *monſtrata piacula ducat:*
[28] *Sic veniat: tuque ipſa* [29] *piâ tege* [30] *tempora vitta.*
[31] *Sacra* [32] *Jovi Stygio, quæ ritè incepta paravi,*
*Perficere* [33] *eſt animus,* [34] *finemque imponere curis,*
*Dardaniique* [35] *rogum capitis permittere flammæ.*
*Sic* [36] *ait:* [37] *illa gradum* [38] *ſtudio celerabat* [38] *anili.*
*At* [39] *trepida, & cœptis immanibus effera Dido,*
[40] *Sanguineam volvens aciem,* [41] *maculiſque trementes*

1 Naſcaris. 2 Annibalem innuit, cujus bello etiam intra Italiæ viſcera res Romanorum graviter fuit afflicta. 3 A Dardaniâ in Italiam appulſos. 4 Crudeliſſimo bello, quo omnia igni & ſanguine contaminantur, perſequaris. 5 Non indigenas. 6 Ab hac horâ. Præſens futurumque tempus conjunxit. 7 Facultates bellandi. 8 Carthaginienſia. 9 Italicis ſive Romanis. 10 Inimica. 11 Sc. *contrarias.* 12 Per imprecationem opto. 13 Inter ſe. 14 Ipſi quoque poſteri. 15 Dido. 16 Frequenter vertebat, ut meditabundi, quærendi alicujus conſilii cauſa, facere ſolent. Suprà: *Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc, In parteſque rapit varias, perque omnia verſat.* 17 Odio habitam. 18 Annum. 19 Sc. *eſt.* 20 Mariti. 21 Ipſius Didonis nutricem. 22 In patria Sidonia chara aut priore cinis funeſtus aut aduſtus occupabat, id eſt, Didonis nutrix Sidone mortua & ſepulta erat. 23 Adduc, & conſtitue. 24 Suum. 25 Irrigare. Diis inferis ſacrificantes aſpergebantur aquâ; ſuperis abluebantur. 26 Aquâ. 27 Sacrificia expiatoria quibus placentur manes, indicata per ſacerdotem Maſſylæ gentis, abducat. 28 Levi aquæ fluvialis aſperſione cùm ſe, tùm me purgatura, & expiatoriis ſacrificiis inſtructa. 29 Religioſâ. 30 Capitis tui. 31 Sacrificia, quæ magna indicarat expiando & ſolvendo amori accommoda. 32 Plutoni. 33 Propoſui, conſtitui. 34 Et hoc ſacrificio auferre amorum curas: quod non intellexit anus; credebat enim Didonem remedium intelligere, cùm mortem intelligeret. 35 Pyram ac ſtruem lignorum, in qua Æneæ imago, enſis & exuviæ ſunt, incendere. 36 Dido. 37 Barce, nutrix Sichæi, celeriter abibat. 38 Teſtudineo conatu, qui anui congruebat. Congruet hoc incunctanciùs aliquid agentem. Tot mandata, tot moræ huc ſpectant, ut Didoni ſpacium ſit peragendi quod deſtinarat. 39 Feſtina ad mortem, metuens ne ſororis interventu conſilium præpediatur. 40 Sanguineos oculos. 41 Diverſis coloribus commotas.



Digitized by Google

1 Suprà; *pyram ſectis interiore erexerat & penetrali in ſede.* 2 Violenter intrat. Ardens moriendi ſtudium vehementiamque notat. 3 Ubi erant arma, exuviæ, & effigies Æneæ. 4 E vagina eripit gladium ab

*Interfuſa genas, & pallida morte futurâ,*
[1] *Interiora domus* [2] *irrumpit limina, & altos*
*Conſcendit furibunda* [3] *rogos,* [4] *enſemque recludit*
*Dardanium,* [5] *non hos quæſitum munus in uſus.*
[6] *Hîc poſtquam Iliacas veſtes,* [7] *notumque cubile*
*Conſpexit: paulùm lachrymis &* [8] *mente morata,*
[9] *Incubuitque toro, dixitq;* [10] *noviſſima verba:*
[11] *Dulces exuviæ, dùm fata Deuſque* [12] *ſinebant,*
*Accipite* [13] *hanc animam, meq; his* [14] *exolvite curis.*
[15] *Vixi, &,* [16] *quem dederat curſum fortuna, peregi:*
*Et nunc* [17] *magna mei ſub terras ibit* [18] *imago.*
[19] *Urbem præclaram ſtatui: mea mœnia vidi:*
*Ulta* [20] *virum,* [21] *pœnas inimico à fratre* [22] *recepi.*
[23] *Felix, heu nimium felix, ſi littora* [24] *tantum*
*Nunquam Dardaniæ* [25] *tetigiſſent noſtra* [26] *carinæ!*
*Dixit: & os impreſſa toro,* [27] *Moriemur inultæ?*
[28] *Sed moriamur, ait:* [29] *ſic? ſic juvat ire ſub umbras.*

Æneâ ſibi relictum. 5 Non relictum & comparatum ab Æneâ, quò ſibi mortem conſciſceret Dido. Alludit autem ad Ajacis enſem quem ab Hectore dono acceperat, quo poſteà ſe interfecit. 6 Super rogo. 7 Lectum matrimonialem, ſuper quem ab Æneâ cognita fuerat. 8 Ratione impedita. 9 Simul incubuit. 10 Ultima. 11 O veſtes, quas vir dulcis exuerat. Pathos, ex ſermone ad inanimata converſo. 12 Permittebant vos eſſe dulces. 13 Hunc ſanguinem, quem in vos effundam. 14 Liberate his ſollicitudinibus, cruciatibus ac doloribus. 15 Sc. *hactenùs.* 16 Non quem indulget Natura annorum 120. non quem Fatum, annorum 90. ſpacium: ſed quem fortuitus caſus: quia diutiùs potuiſſem vivere. Infrà, *Sed miſera ante diem, ſubitoque accenſa furore.* 17 An quia corporis anguſtiis exuta, latius ſe jam extendit aërea? an ex terrore eorum, quibus objectæ umbræ auguſtæ & uſitatis majores videbantur? De Creüſa 2. l. *& notâ major imago.* 18 Animæ idolum, vel umbra ibit ad inferos, *eſſe Acheruſia templa, Quò neque permanent animæ, neque corpora noſtra, Sed quædam ſimulachra modis pallentia miris.* Lucret. lib. 1. Ex Ennio. 1. Annal. Verùm de tribus animæ vehiculis, æthereo ſc. corpuſculo, id eſt, ſpiritu, animæ umbrâ, & animæ idolo, lege quæ Cæl. lib. 17. c. 16. 19 Præclara ſua opera commemorat, quibus ſe conſoletur. Ipſa in epiſt. apud Ovid. *Urbem conſtitui, lateque patentia fixi Mœnia, finitimis invidioſa locis.* 20 Sichæum, à Pygmalione fratre trucidatum. 21 Cives ſubducti, atque *aſportabantur avari Pygmalionis opes*, quarum cauſa Sichæum interfecerat. 1. Æn. Nulla enim avari pœna gravior, quàm amittere pecuniam, cujus cauſa ſcelus commiſerat. 22 Cepi, ſumpſi. 23 Sc. *fuiſſem.* 24 Tantummodò. 25 Catul. *Jupiter omnipotens utinam nec tempore primo Gnoſia Cecropiæ tetigiſſent littora puppes.* 26 Naves, Synecdoche. 27 Vide Macrob. l. 4. Sat. c. 2. 28 Licet inultæ. 29 Etiamſi inulta moriar. Hæc accipienda, ut, pectori enſe admoto, ea dixiſſe videatur.

Hau-

*[1] Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto*
*Dardanus, & noſtra ſecum ferat [2] omina mortis.*
*Dixerat: atque illam media inter [3] talia [4] ferro*
*Collapſam aſpiciunt [5] comites, enſemque cruore*
*Spumantem, [6] ſparſaſq; manus: [7] it clamor ad alta*
*Atria: concuſſam [8] bacchatur fama per urbem.*
*Lamentis, gemituque, & [9] fœmineo ululatu*
*Tecta [10] fremunt; reſonat magnis plangoribus [11] æther.*
*[12] Non aliter, quàm ſi immiſſis [13] ruat hoſtibus [14] omnis*
*Carthago, aut antiqua Tyros, flammæque furentes*
*[15] Culmina perque hominum volvantur, perq; Deorum.*
*[16] Audiit [17] exanimis, [18] trepidoq; exterrita [19] curſu,*
*Unguibus ora [20] ſoror [21] fœdans, & pectora pugnis,*
*[22] Per medios ruit, ac [23] morientem [24] nomine clamat.*
*[25] Hoc illud, germana, fuit? [26] me fraude petebas?*
*[27] Hoc [28] rogus iſte mihi, hoc ignes, araque parabant?*
*[29] Quid primùm deſerta querar? [30] comitem-ne ſororem*
*Spreviſti [31] moriens? [32] eadem me ad fata vocâſſes:*
*Idem [33] ambas [34] ferro dolor, atque eadem hora [35] tuliſſes.*
*[36] His etiam [37] ſtruxi manibus, [38] patrioſq; [39] vocavi*
*Voce Deos, ſic te ut [40] poſitâ, [41] crudelis abeſſem?*

1 Videat, hunc rogum, in quo comburar, Æneas ſævus ab alto mari. Sic l. 12. *Ille oculis poſtquam ſævi monumenta doloris Exuviaſque hauſit.* 2 Infelicitatem, quam meruit, compellendo nos ad mortem. 3 Sc. *verba.* 4 In ferrum, id eſt, in gladium. 5 Satellites aut miniſtræ. 6 Cruore: vel, *ſparſas*, id eſt, morientium more rejectas, morte ſolutas. 7 Ejulatus & planctus extenditur. 8 More bacchantium diſcurrit. 9 Fœminis proprio. 10 Metaphora Hyperbolica, ab animali ad non animal. 11 Aër. 12 Non minor fuit luctus, animorumque perturbatio ex unius Didonis morte, quàm ſi aut Carthago, aut Tyrus hoſtium manibus capta exciſaque fuiſſet. 13 Evertatur. 14 Tota. 15 Per tecta domorum & templorum. 16 Clamorem. 17 Exanimata metu. 18 Præ timore feſtino. 19 Concurſu populi. 20 Anna. 21 Dilacerans. 22 Per concurrentes populos. 23 Ad morientem clamorem dirigit. 24 Ut nomine citata rediret, ſi quid mentis aut vitalis ſpiritus interclusum ſupereſſet. 25 Quòd ſignificaſti te velle facere ſacrificium? Ter. *At, at, hoc illud eſt.* 26 An adoriebaris me fallaciâ, ut ſc. rogum ſacrorum prætextu, in quo tu perires, exſtruerem? 27 Hanc rem, ſc. necem tuam triſtem. 28 Quem tu juſſiſti me exſtruere. 29 Pathos, ab addubitatione: de quo Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 30 Me ſororem tuam ſociam mortis. 31 Cùm mori velles. 32 Ad ſimile genus mortis, ad eandem mortem me vocare debuiſſes. 33 Nos. 34 Enſe. 35 Abſtuliſſet me tecum, quæ non debebam tibi ſuperſtes eſſe. 36 Meis. 37 Rogos. 38 Saturnum & Junonem. 39 Invocavi. 40 Quaſi ad mortem compoſitâ vox funebris: vel, in tali furore verſante. 41 Crudeli ſimilis.

[1] Extinxti te, [2] meque ſoror, populumque, [3] patreſque
Sidonios, [4] urbemque tuam: [5] date, [6] vulnera lymphis
[7] Abluam &, extremus ſi quis ſuper [8] halitus [9] errat,
[10] Ore legam. Sic fata, [11] gradus evaſerat altos,
[12] Semianimemque ſinu germanam amplexa [13] fovebat
Cum gemitu, atque [14] atros ſiccabat [15] veſte [16] cruores.
[17] Illa [18] graves oculos conata [19] attollere, rurſus
[20] Deficit: [21] infixum ſtridet ſub pectore vulnus.
[22] Ter ſeſe attollens, cubitoq; [23] innixa, [24] levavit:
Ter revoluta [25] toro eſt, oculiſque [26] errantibus alto
Quæſivit [27] cœlo lucem, [28] ingemuitque [29] repertâ.
Tum [30] Juno [31] omnipotens, longum miſerata [32] dolorem,
[33] Difficileſq; [34] abitus, [35] Irim [36] demiſit Olympo,
[37] Quæ luctantem animam, [38] nexoſque reſolveret artus.

1 Extinxiſti Syncope. Al. *Extinxi.* ſc. conſilio meo.
2 Quæ peritura ſum.
3 Senatum Carthaginenſem.
4 Quæ imperfecta deſeretur, aut ab hoſtibus invadetur.
5 Aquam.
6 Sororis meæ.
7 Ut abluam.
8 Spiritus vitalis.

9 Supererrat in toto corpore. 10 Ore admoto excipiam & colligam, contrahamque ad ſedem vitæ. More veterum, apud quos parens, proximus, cognatus, aut amicus intimus exſpirantem deoſculatus, extremum halitum & fugientem ore animam excepit. 11 Per quos ad faſtigium pyræ aſcendebatur: hæc autem in conum ſurgebat, pro dignitate perſonæ celſior, aut humilior. 12 Semimortuam. 13 Eam. 14 Concretos. 15 Lineâ. 16 Effuſos. 17 Dido. Hypotypoſis morientis Didonis. 18 Morte gravatos. 19 Levare. 20 In conatu ſuo. 21 Quia vulnus, quod ſub pectore ſibi intulerat, crudeſcit, aut, reſpirante ipſa ſtridorem facit. 22 Servius exiſtimat, hic ad tria bella Punica alludi, quod ter rebellarint Carthaginenſes, & ter etiam devicti ſint. 23 Incumbens. 24 Ter levavit ſe. 25 Per torum. 26 Vagis & trementibus. 27 In alto cœlo claritatem, id eſt, appetiit adhuc videre lumen cœli. 28 Vel, quia vitam dudùm pertæſa etiamdum odit: vel, quia amiſſæ jam pœnitet: ut lib. 6. *Qui ſibi lethum Inſontes peperêre manu, lucemque peroſi, Projecêre animas, quam vellent æthere in alto Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.* 29 Luce, id eſt, poſtquam lucem oculis repetit, quam retinere non potuit, cùm vellet. Al. *repertam*, id eſt, reperiſſe. 30 Supera & pronuba. 31 Quòd aëri, quo vivimus, præſidere fingatur. 32 Laborem moriendi. 33 Quia non natura, non ferro, ſed caſu perierat. 34 Al. *obitus.* 35 Thaumantis filiam, quam Poëtæ Junonis, id eſt, aëris, nunciam appellant: propterea quòd Arcus cœleſtis, qui per hanc ſignificatur, pluvias denunciet. Cujus cauſa eſt radius ſolaris cavæ nubi immiſſus, qui repulſa acie in ſolem refrangitur. Plato Irim ἀπὸ τȣ̃ ἐρεῖν dictam putat, quod ſc. Deorum internuncia ſit, & ferè ad diſcordiam ſerendam mittatur. 36 De cœlo miſit. 37 Ideò ut. 38 Et compages corporis nexas è corpore Didonis revelleret.

Nam

*Nam, [1] quia nec fato, [2] meritâ nec morte peribat,*
*Sed miſera [3] ante diem, ſubitoque [4] accenſa [5] furore:*
*[6] Nondùm illi flavum [7] Proſerpina vertice crinem*
*Abſtulerat, [8] Stygioque caput damnaverat Orco.*
*Ergo Iris, [9] croceis per [10] cælum [11] roſcida pennis,*
*[12] Mille trahens varios [13] adverſo ſole colores,*
*[14] Devolat, & ſupra [15] caput aſtitit: [16] hunc ego [17] Diti*
*Sacrum [18] juſſa [19] fero, [20] teque [21] iſto corpore ſolvo.*
*Sic [22] ait, & dextrâ [23] crinem ſecat: omnis & [24] unà*
*[25] Dilapſus [26] calor, [27] atq; [28] in ventos vita receſſit.*

1 Quia nec fatalem adimpleſſet vitæ periodum (ſuprà ad verſum *Vixi, &* quem dederat curſum fortuna, peregi) nec ſcelus aliquod admiſiſſet morte adactâ dignum, ſed furore amoris impulſa. 2 Naturali, ut quidam volunt, ita ut præcedentis expoſitio ſit. Vide Cœl. Rhod. l. 21. c. 4. Gell. l. 13. c. 1. 3 A Diis conſtitutum, ordinatum, quem fatalem vocant, quemque violentâ morte occupavit. 4 Sc. *peribat*, aut *periit*. 5 Amoris. 6 Ex ſuperſtitione veterum, quibus perſuaſum, eos, qui morti eſſent proximi, à Proſerpinâ primùm tonderi, & his quaſi primitiis Orco auctorari. A ritu ſacrificiorum ſumptum, ubi victimis abſciſſæ capitis ſetæ in ignem projiciebantur. 7 Dea inferorum, Cereris filia, Plutonis ſive Ditis uxor. 8 Et nondùm morti deſtinaverat. Proſerpina, tanquam judex, cum tempus moriendi venit, morti nos damnat. 9 Crocei coloris. Rite omnia, & ex ratione Phyſicâ. Eſt enim Iris, arcus apparens varicolor à lumine Solis oppoſiti refracto in nube aquoſa, concava, & in pluviam reſolvi paratâ. 10 Aërem. 11 Quaſi rore cum nubibus procreata. 12 Innumeros. Numerus finitus pro infinito. 13 Oppoſito. 14 Deorſum volat. 15 Didonis ſc. propter crinem, quem ibi ablatura eſt. Sic l. 5. *Olli cæruleus* ſupra caput aſtitit *imber*. 16 Crinem flavum. 17 Plutoni in ſacrificium aut conſecratum. 18 A Junone. 19 Aufero. 20 O anima. 21 In quo hactenus clauſa fuiſti. 22 Iris. 23 Capillos Didonis reſecat. 24 Pariter. 25 Sc. *eſt*. 26 Vitalis ſive vitæ. Anima enim recedente, corpus friget. 27 Et anima vitalis efflata eſt ab exſpirante Didone. Perelegans exſtat Epigramma in mortem Didonis: *Infelix Dido, nulli benè nupta marito, Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.* 28 Ex opinione eorum, qui animam aërem eſſe dicunt, adeoque evaneſcere.



Digitized by Google

# P. VIRGILII MARONIS
# ÆNEIDOS
## LIBER V.

### ARGUMENTUM.

ÆNeas, relictâ Carthagine, in Italiam navigans, vi tempeſtatis in Siciliam defertur: ubi, ab Aceſte benignè exceptus, manibus Anchiſæ patris, quem ſuperiori anno, eodem die, apud Drepanum ſepeliverat, anniverſarium ſacrum facit, ludoſque apud tumulum ejus inſtituit: ſuaque victoribus præmia decernit. Navali certamine vincit Cloanthus. Euryalus, Niſi dolo, curſu ſuperat. Entellus ſenex Daretem juveniliter ſe jactantem cæſtu vincit. Sagittandi peritia ſuperat Eurytion, prima tamen præmia, ætatis dignitatiſque habitâ ratione, Aceſtæ decernuntur, cujus ſagitta in aërem emiſſa ſubitò exarſerat. Aſcanius in honorem Anchiſæ avi, cum primæ nobilitatis pueris, equeſtres ludos pugnamque imaginariam exhibet. Interea Trojanæ mulieres, hortatu Iridis, longæque navigationis tædio, ignem in claſſem conjiciunt, quatuorque naves exurunt: cæteræ, ſubitâ à Jove immiſſâ pluviâ, incendio ſunt ereptæ. Nocte ſequenti Anchiſes Æneæ filio in ſomnis apparens, Iovis verbis admonet, ut Nautæ conſilium ſequutus, mulieres, imbelleſque ſenes in Siciliâ relinquat: ipſe cum juventutis robore, integræque ætatis flore in Italiam naviget: Sibyllæque imprimis antrum adeat: illius enim ductu ſe in campos Elyſios eſſe venturum, ubi & poſteritatis ſuæ ſeriem omniumque inſtantium bellorum diſcat eventum. Monitis itaque paternis morem gerens, Æneas oppidum in Siciliâ condit, nomine Aceſtam; eò & matrum & ſenum bello inutilium coloniam tranſcribit: ipſe cum exercitus robore Italiam petit. Interim Neptunus Veneris precibus exoratus, naviganti Æneæ mare tutum præſtat. Palinurus in tanta ſecuritate ſomno ſuccumbens, unà cum gubernaculo in mare excutitur: ejuſque vicem ſupplet Æneas.

1 Dùm Dido ſe interemit, & civitas in luctu eſt, & funus reginæ

*1 INtereà 2 medium Æneas jam 3 claſſe tenebat*
*4 Certus 2 iter, fluctuſque 5 atros 6 Aquilone 7 ſecabat;*
*8 Mœnia 9 reſpiciens, quæ jam infelicis Eliſæ*

curatur, exſequiæque parantur, Æneas in alto mari in Siciliam navigabat. 2 Maris ſc. quod inter Africam & Siciliam erat. 3 Sua. 4 Indubitabiliter pergens navigauſque in fatalem terram: à qua multis magniſque tempeſtatibus ſeptem fere annos fuerat excluſus. 5 Caliginoſos, ingruente è Septentrione procella. 6 Illo vento nubes adferente, fluctuſque excitante. 7 Navigabat. 8 Ad mœnia Carthaginenſia. 9 Eorum more, qui dulcem aliquem locum relinquunt, quem nunquam amplius ſint reviſuri.

1 Col-

Digitized by Google

[1] *Collucent* [2] *flammis : quæ tantum accenderit ignem ,*
*Cauſa* [3] *latet :* [4] *duri magno ſed amore dolores*
*Polluto , notumque ,* [5] *ſurens quid ſœmina poſſit ,*
[6] *Triſte per* [7] *augurium Teucrorum pectora ducunt.*
[8] *Ut pelagus tenuêre rates , nec jam amplius ulla*
[9] *Occurrit tellus ,* [10] *maria undique, & undiq; cælum :*
[11] *Olli* [12] *cæruleus ſupra caput aſtitit imber ,*
[13] *Noctem , hyememque ferens : &* [14] *inhorruit unda tenebris.*
[15] *Ipſe* [16] *gubernator* [17] *puppi Palinurus ab alta :*
*Heu !* [18] *quia nam tanti* [19] *cinxerunt æthera* [20] *nimbi ?*
*Quid-ve ,* [21] *Pater Neptune ,* [22] *paras ? ſic deinde* [23] *locutus ,*
[24] *Colligere arma jubet ,* [25] *validiſq; incumbere remis :*
[26] *Obliquatque ſinus in ventum , ac talia fatur.*
*Magnanime Ænea,* [27] *non,* [28] *ſi mihi Juppiter* [29] *author*
[30] *Spondeat ,* [31] *hoc ſperem Italiam contingere cælo.*

1 Ex omni parte lucent. 2 Funebribus ſc. id eſt , incendio rogi , in quo Didonis corpus cremabatur. 3 Ignorabat Æneas & ſocii , unde tantus ignis in urbe Carthagine luceret : ſed cum apud ſe conſiderarent , quàm indignè regina Æneæ fugam tulerit , & quàm perditè eum adamarit , ſciebantque muliebrem ſexum eſſe fragilem , facili conjectura id , quod erat , opinabantur , nempe Didonem ſibi mortem conciviſſe. 4 Sed notum eſt Æneæ , quid duri amores , magno amore violato , poſſint. 5 Per impatientiam amoris. 6 Et pectora Teucrorum exiſtimant ita eſſe per infelicem conjecturam , id eſt , Æneas ſciebat quidem , & Teucri cæteri animo ducebant , latebat tamen cauſa , quia neſciebant Didonem tam impatienter amaſſe. Alii ſic conſtruunt : Sed duri dolores , magno amore polluto , notumque quid furens fœmina poſſit , ducunt pectora Teucrorum per triſte augurium *ignis.* 7 Conjecturam , ſiniſtri quippiam accidiſſe vitæ aut rebus Didonis. 8 Poſtquam naves conſcenderant altum mare. *Poſtquam altum tenuere rates* , eoſdem fere verſus quatuor v. l. 3. 9 Viſui nautarum. 10 Sed maria occurrunt , id eſt , nihil terræ videre poſſunt. 11 Illi tunc. 12 Cærulei coloris , aut ex marinis aquis collectus. 13 Tenebras & tempeſtatem adferens. 14 Valdè horrida facta eſt , horrorem navigantibus incuſſi obſcuritate nimbi. 15 Emphaſis. 16 Sc. *loquitur.* 17 Qui locus gubernatoris eſt , clavum tenentis. 18 Cur. Lege Erythræum in Indice aſſerentem hanc lectionem contra aliorum *quidnam* vel *quinam*. Sic l. 10. *Cælicolæ magni* , quia-nam *ſententia vobis Verſa retro ?* 19 Obſederunt cœlum , ita ut videri jam vix poſſit. 20 Nubes atræ , undè pluviæ oriuntur. 21 Maris , id eſt , ſumme rector aquarum. 22 Prætendis his nimbis ? 23 Palinurus. 24 Contrahere arma navigatoria , id eſt , vela , funes , rudentes , ὅπλα : non , omninò deponere : ſequitur enim *Obliquatque ſinus in ventum.* 25 Validis ſis remis. 26 Velorum ſc. id eſt , vela obliqua tendit. 27 Deſperationis plena oratio , qua ſignificat tali aëris conſtitutione ſe in Italiam pervenire non poſſe. 28 Tametſi. 29 Noſtræ navigationis. 30 Polliceatur mihi. 31 Hac diſpoſitione aëris ſtante.

*Mutati* [1] *tranſverſa fremunt, &* [2] *veſpere ab* [3] *atro*
*Conſurgunt venti, atque* [4] *in nubem cogitur aër:*
[5] *Nec nos obniti contrà, neque tendere tantùm*
*Sufficimus:* [6] ſuperat quoniam [7] fortuna, [8] ſequamur?
Quoque [9] vocat, vertamus iter: *nec littora* [10] *longe*
[11] *Fida reor* [12] *fraterna* [13] *Erycis, portuſq;* [14] *Sicanos:*
*Si* [15] *modò* [16] *ritè memor* [17] *ſervata remetior* [18] *aſtra,*
*Tùm pius* [19] *Æneas: Equidem* [20] *ſic poſcere ventos*
*Jamdudùm, & fruſtrà cerno te tendere* [21] *contrà.*
*Flecte* [22] *viam velis: an ſit mihi gratior ulla,*
*Quoque magis* [23] *feſſas optem dimittere naves,*
[24] *Quàm quæ* [25] *Dardanium* [26] *tellus mihi ſervat* [27] *Aceſten,*
*Et patris Anchiſæ* [28] *gremio complectitur oſſa?*
[29] *Hæc ubi dicta, petunt* [30] *portus, & vela* [31] *ſecundi*
[32] *Intendunt Zephyri; fertur* [33] *cita* [34] *gurgite claſſis,*
*Et* [35] *tandem læti* [36] *notæ advertuntur arenæ,*

1 Tranſverſe, in tranſverſum, hinc atque hinc Enallage partium orationis. Carthagine enim ſolventes, æquatis velis & vento ſecundo proceſſerant: ventus autem mutatus, tranſverſim ab Occaſu jam fremit. 2 Ab eâ regione, in quam tendimus, id eſt, ab Occidente, qui nobis contrarius eſt. 3 Ac proinde turbulento & tempeſtuoſo. 4 Aër extenuatus in ſublime fertur, concretus in nubem contrahitur & condenſatur. Cic. 2. de Nat. Deorum. 5 Non valemus, non ſatis ſumus obniti remis, neque tendere velis adverſus ventos & inſurgentem procellam tantùm, quantùm nos venti repellunt. Unde infert neceſſariò ſuperantis fortunæ arbitrio navem eſſe permittendam. 6 Vincit conatus noſtros. 7 Fortuita & repentina tempeſtas. 8 Spontè ſc. quo traheremur coacti: neque enim cum fortunâ pugnandum. 9 Nos fortuna ſc. 10 Ab his locis. 11 Propter Aceſtis affinitatem. 12 Fratris tui. 13 Qui Veneris & Butæ filius: cui in regno Siciliæ ſucceſſit Aceſtes. 14 Sicilienſes. 15 Solummodo. 16 Ut decet ſolertem gubernatorem. 17 Ante tempeſtatem obſervata. 18 Ad quorum obſervationem navigatur. 19 Inquit. 20 Ut in Siciliam propter occidentem ventum redeamus. Conſilium Palinuri approbat Æneas tribus de cauſis, quæ claræ ſunt. 21 Ventos, id eſt, cum adverſo vento obluctari. 22 Maris ſc. dando vela, quæ venti impellunt, id eſt, naviga obliquatis velis in Siciliam. 23 Nos feſſos, aut ſocios. Metonymia. 24 Sc. *ea*. 25 Troja oriundum. 26 Sicilia. 27 Amicum & affinem: filium Egeſtæ, Hippotis Trojani filiæ, ex Criniſo Siciliæ fl. 28 Sc. *ſuo*, id eſt, ſepulchro. 29 Poſtquam hæc dicta ſunt à Palinuro & Ænea. 30 Sicanos. 31 Inſequentes, & à tergo utiliter flantes, & jam à puppe adſpirantes divertentibus in Siciliam. 32 Inſtant occidentales venti, Euro oppoſiti. 33 Velox. 34 Mari profundo, id eſt, fluxu etiam ſecundante. 35 Poſt magna deſideria: quia tot nimbos inſtare viderant. 36 Ad notam arenam, id eſt, ad littus Sicilienſe, quod notum erat: nam ſuperiori anno in Siciliâ patrem Anchiſen ſepelierat Æneas.

*I At*

Digitized by Google

[1] *At procul* [2] *excelſo miratus vertice* [3] *montis.*
[4] *Adventum,* [5] *ſociaſque rates,* [6] *occurrit* [7] *Aceſtes,*
[8] *Horridus in jaculis, &* [9] *pelle* [10] *Libyſtidis urſæ:*
[11] *Troïca Criniſo conceptum flumine* [11] *mater*
[12] *Quem genuit:* [13] *veterum non immemor ille parentum*
*Gratatur reduces, &* [14] *gazâ lætus* [14] *agreſti*
*Excipit, ac* [15] *feſſos* [16] *opibus ſolatur* [17] *amicis,*
*Poſtera cùm* [18] *primo ſtellas oriente* [19] *fugârat*
*Clara dies,* [20] *ſocios in cœtum littore ab omni*
*Advocat Æneas,* [21] *tumulique ex aggere fatur:*
*Dardanidæ magni,* [22] *genus alto à ſanguine Divûm,*
[23] *Annuus exactis completur menſibus orbis,*
[24] *Ex quo relliquias,* [25] *divinique oſſa* [26] *parentis*
[27] *Condidimus terrâ,* [28] *mœſtaſque ſacravimus aras.*
*Jamque* [29] *dies (ni* [30] *fallor) adeſt, quem ſemper* [31] *acerbum,*

1 Sternit viam ad congreſſum Aceſtis & Æneæ: quorum illum venantem per occaſionem inducit: unde ab habitu venationis decorè eum circumſcribit. 2 De excelſo vertice. 3 Promontorii Drepani, quò appuliſſe Æneam ſcribit Dionyſius. 4 Æneæ. 5 Et naves ſociorum, id eſt, Trojanorum. 6 Illis. 7 Rex Siciliæ. 8 Admirandus, aut terribilis propter Jacula, quæ gerebat. 9 Solebant antiqui heroës ferarum pellibus, præcipueque leonum aut urſorum, delectari, iiſdemque amiciri ut apparerent horribiliores. Sic legimus l. 2. ſuprà, Æneam, cùm partem efferre decreviſſet, primùm ſe leonis pelle inſtraviſſe. Quin & Gen. 3. legimus, hujuſmodi tunicas, ex pellibus factas, protoplaſtis primùm datas, in uſum neceſſarium. Poſteà in delitiis, tum claris viris, tùm venatoribus, eſſe cœperunt pelles. 10 Libycæ: quòd urſis aliiſque feris abundaret Libya. *Lybiſtis*, Patronymicum eſt. 11 Trojana, id eſt, Egeſta: quæ poſita à patre in naviculâ fuit, ut ferretur, quò ſors impelleret; in Siciliam ergo delata, Criniſo regi nupſit, qui amni nomen dedit: & ex eo peperit Aceſtem. 12 Aceſtem. 13 Aceſtes memor ſe à Trojanis oriundum; aut memor eum eſſe Trojanorum morem, ut hoſpitales ſint, gratulatur eos incolumes reductos eſſe ad ſe, atque hilari vultu eos ad convivium accipit. Sic l. 4. *Inveni, germana, viam*, gratare *ſorori.* 14 Opibus ex agro collectis, apparatu tenui & plane ruſtico. 15 Ex reluctatione contra ventos. 16 Al. *dapibus.* 17 Quæ amicis gratæ ſunt. 18 In primo ortu ſolis. 19 Effecerat claritate ſuâ, ut abiiſſe viderentur: quæ tamen ſemper fixæ ſunt. 20 Militari more ſocios ſuos in concionem vocat, ut pronuntiaret, quibus ſtudiis aliquot dies eſſent tranſigendi. 21 Colliculi, aut ſepulchri Anchiſæ. 22 Oriundum à Dardano Jovis & Electræ filio. 23 Annua revolutio ſolis perficitur. Anni periphraſis, quia ex duodecim menſibus, in orbem revolutis, conſtat. 24 Poſtquam. 25 In Deorum numerum aſſumpti, Diis chari. 26 Anchiſæ. 27 Anchiſen alii in Sicilia obiiſſe ferunt, alii in Atho monte: indè oſſa & cineres in Siciliam delatos. 28 Nos mœſti, ob cariſſimi patris interitum, illi, ceu Deo, aras conſecravimus, ad quas ſacrificemus nunc. 29 Anniverſarius. 30 Ob confuſionem anni, quæ erat apud majores. 31 Ob amiſſi patris memoriam. Pietatis enim liberorum eſt, parentum mortem luctu proſequi.

1 Anniverſariâ memoria, quòd in numerum Deorum relatus ſit. 2 Diem. 3 In Getulicis. Libycis Syrtibus, id eſt, maximis periculis maris, qualia ſunt apud Syrtes, ſic ab attracta in cumulum arena dictas. Amplificatio à Majori,

Semper [1] honoratum (ſic Dii voluiſtis) habebo.
[2] Hunc ego, [3] Getulis [4] agerem ſi Syrtibus exul,
[5] Argolico-ve mari [6] deprenſus, & urbe [7] Mycenæ:
* Annua vota tamen, [8] ſolenneſque ordine * pompas
* Exequerer, [9] ſtrueremque * ſuis [10] altaria * donis.
Nunc [11] ultrò [12] ad cineres ipſius & oſſa parentis
([13] Haud equidem ſine mente, reor, ſine numine Divûm)
Adſumus, & portus [14] delati intramus [15] amicos,
[16] Ergo agite, & cuncti [17] lætum celebremus [18] honorem:
[19] Poſcamus [20] ventos, atq; hæc [21] mea ſacra quotannis
Urbe velit [22] poſitâ templis [23] ſibi [24] ferre [23] dicatis.
Bina boum vobis Trojâ generatus Aceſtes
Dat numero capita [25] in naves: adhibete Penates
[26] Et patrios [27] epulis, [28] & quos [29] colit [30] hoſpes Aceſtes,
[31] Prætereà, [32] ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiiſque retexerit orbem,
[33] Prima [34] citæ Teucris ponam [35] certamina claſſis:

ducta à loci circumſtantia. 4 Ducerem & viverem. 5 Ionio. 6 Ab ipſa tempeſtate occupatus. 7 Emphatice, ubi regnavit Agamemnon ipſe. Et *Mycenæ* in Singulari poſuit pro Mycenarum. Al. *Mycenis*, id eſt, etiamſi inter medios hoſtes eſſem, illum tamen diem feſtum, vel invitis hoſtibus, haberem. * Anniverſaria ſignate omnia ad *funera & exſequias*. 8 Pompas funebres quæ ſingulis annis exhiberi ſolent. Declarat enim, quæ vocet *Annua vota*. *Pompas* Græci *miſſiones* exponunt, à πέμπω, *mitto*. Latini autem hac voce ſignificant omnem ſolennem apparatum ad oſtentationem & triumphi ſpeciem. Unde *ludorum*, *ſpectaculorum*, *ſacrificiorum*, *ſolemnes pompæ* dicuntur, ἀπὸ τοῦ πομπεύειν, id eſt, *triumphare*. 9 Inſtruerem propriis donis, id eſt, ſacrificarem, & mactarem ad ejus altaria hoſtias, ut Divo. 10 Virorum honoratorum. Manes geminis aris conſecrabat antiquitas. 11 Præter conſilium noſtrum, cum iter eſſet in Italiam. 12 Juxta. 13 Cum animo & intentione, & voluntate Deorum, ut ſc. anniverſarium ſacrum, patri faceremus. 14 Impulſu ventorum. 15 Amicorum. 16 Epilogus conſtans exhortatione ad ſacra concelebranda. 17 Nos læti, cùm lætitiâ: vel, quo lætatus Anchiſes in Deos relatus, à quo, jam Deo, . . . . . 18 Exequias. 19 . . . . Poſcamus navigationem proſperam in Italiam, ubi urbe conſtitutâ & templis dicatis anniverſario honore numen illius colamus. 20 Opportunos. 21 Quæ nunc inſtituam. 22 In Siciliâ conditâ. 23 In honorem ſuum conſecratis. 24 Nos & noſtros poſteros. 25 In ſingulas naves, id eſt, ſingulis navibus duos boves ſua liberalitate donat. 26 Simul quos aveximus à patria noſtra, id eſt, Trojanos. 27 Epulo ſolenni. 28 Et Siculos. 29 Peculiariter. 30 Noſter. 31 Præter epulum datum. 32 Cùm primùm ſeptimus dies illuxerit nobis, & ſerenitatem oſtenderit. Cum reſpectu ad Rom. ritus: apud quos defunctus per ſeptem dies aſſervabatur domi poſitus, octavo cremabatur, nono reliquiæ ſepeliebantur. Hinc Novendiales feriæ, epulæ, ludi. 33 E quatuor. 34 Velocioris ac cito impellendæ navis: ut, quæ primam metam contigerit, victrix ſit. 35 Expreſſa hæc certamina ex Hom. Il. 23.

I Qui-

Digitized by Google

[1] *Quique pedum curſu valet, & qui [2] viribus audax;*
[3] *Seu [4] crudo fidit pugnam committere [4] cæſtu;*
*Aut [5] jaculo incedit [6] melior, [7] levibus-ve ſagittis:*
*Cuncti adſint, [8] meritaq; exſpectent præmia palmæ.*
[9] *Ore [10] favete omnes, & [11] cingite tempora [12] ramis.*
*Sic fatus, velat [13] materna [14] tempora myrto.*
[15] *Hoc [16] Helymus facit, hoc [17] ævi maturus Aceſtes,*
*Hoc puer Aſcanius: [18] ſequitur [19] quos cætera pubes.*
[20] *Ille è [21] concilio multis cum [22] millibus ibat*
*Ad [23] tumulum, magnâ medius [24] comitante catervâ.*
*Hic [25] duo [26] ritè [27] mero [28] libans [29] carcheſia [27] Baccho*
[30] *Fundit humi; [31] duo lacte novo, duo [32] ſanguine ſacro:*
*Purpureoſque [33] jacit [34] flores, ac talia fatur.*
*Salve, ſancte parens, [35] iterùm ſalvete, recepti*
[36] *Nequicquam [37] cineres, [38] animæque [39] umbræque paternæ.*

1 Et ponam certamina ei, qui valet, &c. 2 Confidit viribus ſuis & hoc ad cæſtus certamen refertur. 3 Sc. ei, qui. 4 Clavæ genere, ſive armatura manuum, à cadendo dicta, ex crudis ſeu duris boum tergoribus, pilas plumbeas inſutas habente, confecta. *Ceſtus*, ſine diphthongo, zonam illam virgineam, quam maritus prima nocte diſſolvere ſolet, apud veteres ſignificat. 5 Ex arcu emiſſo. 6 Præſtantior. 7 Id eſt, inſtituam quadruplicia certamina; ſc. navium, pedum, cæſtuum & arcuum. 8 Quam meruerint. 9 Sacro ſilentio hoc agite & tacitè oſtendite favorem, taciti precamini: nec minùs ſacerdotis præeuntis preces conceptis verbis iterari. Ovid. 15. Met. *Verba ſacerdotis referunt geminata, piumque Æneadæ præſtant & mente & voce favorem.* 10 Tacendi periphraſis. Propert. *Quiſquis ades, linguâ vir mulierque fave.* 11 Coronate capita frondibus aut corollis ex arborum ramis contextis. Ex more celebrantium ludos, feſta & ſacra. 12 Funebribus, id eſt, myrteis. 13 Veneri, matri ſuæ ſacra. 14 Sc. *ſua.* 15 Etiam velat ſua tempora myrto. 16 Anchiſæ filius nothus, qui cum Aceſte rege in Siciliam miſſus eſt comes Panopes. 17 Senex. 18 Imitatur, idem faciens. 19 Duces. 20 Princeps Æneas. 21 Cœtu. 22 Hominum. 23 Anchiſæ. 24 Eum. 25 Duæ enim poſitæ fuerant aræ: ſuprà. 26 Secundum ritum ſacrificii. 27 In quibus erat purum vinum, non dilutum. 28 Sacrificans. 29 Pocula anſata, & ad formam carcheſii, quæ ſumma pars mali. 30 Effundit in humum. 31 Carcheſia ſc. plena lacte recens mulſo: quo cœleſtis animæ puritas ſignificatur. 32 Victimarum mactatarum: quo homo aliquando mortalis fuiſſe ſignificatur. 33 Projicit in tumulum. 34 Roſas, qui Veneris flores; aut etiam alios. 35 Quos jam ſecundo reviſimus & ſalutamus. Niſi reſpicere videatur ad cineres Anchiſæ à Diomede ablatos, quos ab oraculo monitus poſtea reſtituit. 36 Rationem hujus vocis reddent duo ſeq. verſus. 37 Nonnulli pro oſſibus aut corpore accipiunt. 38 Ex opinione Platonicorum duas animas ſtatuentium, rationalem & ſenſitivam: vel etiam quatuor ſecundum alios, vegetativam, vitalem, ſenſualem, intellectualem. Cæl. l. 15. cap. 23. Vel, in quibus conjuncta aliquando fuit anima paterna, & umbra, quibus aſſociata fuit umbra paterna: & ita genitivi ſunt ſingulares, id eſt, cineres, qui fuiſtis aliquando receptacula animæ & umbræ paternæ. 39 Animas Heroum in aëre habitare, umbras in ſepulchris degere, idola ad inferos deſcendere credebat antiquitas.



Digitized by Google

[1] *Non* [2] *licuit fines Italos,* [3] *fataliaque arva,*
*Nec tecum* [4] *Auſonium, quicunque eſt,* [5] *quærere Tibrim.*
[6] *Dixerat hæc:* [7] *adytis cùm* [8] *lubricus anguis* [9] *ab imis*
*Septem ingens gyros,* [10] *ſeptena volumina traxit.*
*Amplexus* [11] *placidè tumulum,* [12] *lapſuſq; per* [13] *aras:*
[14] *Cæruleæ* [15] *cui terga* [14] *notæ, maculoſus &* [16] *auro*
[17] *Squamam incendebat fulgor:* [18] *ceu* [19] *nubibus* [20] *arcus*
[21] *Mille trahit varios* [22] *adverſo ſole colores.*
*Obſtupuit* [23] *viſu Æneas:* [24] *ille* [25] *agmine longo*
*Tandem inter pateras, &* [26] *lævia pocula, ſerpens,*
[27] *Libavitque* [28] *dapes, rurſuſque* [29] *innoxius* [30] *imo*
*Succeſſit tumulo, &* [31] *depaſta altaria liquit.*
*Hoc magis inceptos* [32] *genitori inſtaurat honores.*
[33] *Incertus,* [34] *genium-ne loci, famulum-ne parentis*
*Eſſe putet:* [35] *cadit quinas* [36] *de more bidentes,*
*Totque ſues, totidem* [37] *nigrantes terga juvencos:*
*Vinaque fundebat* [38] *pateris, animamque* [39] *vocabat*
*Anchiſæ* [40] *magni, maneſque* [41] *Acheronte remiſſos.*

1 Pathos ætiologia exornat. 2 Mihi. 3 A fatis nobis promiſſa. 4 Qui defluit per Auſoniam. 5 Quem ſeptem jam annos per maria & terras ſummo ſtudio quæſitum nondum invenire potuit. 6 Æneas. 7 A penitioribus ſepulchri locis: ex α priv. & δύω id eſt, *ingredior*: q. d. ἄδυτον, id eſt, inacceſſibilem locum. Undè pro ſecretiori loco templi, ad quem nulli erat aditus, præterquam ſacerdoti, accipitur. 8 Facilè elabens. 9 Serpens exivit è tumulo Anchiſæ, quod fauſti auſpicatique ominis fuiſſe arbitrantur. Sæpè è ſepulchris erupêre ſerpentes: ut è tumulo Murrhi apud Sil. l. 2. Ovidius, ex opinione Pythagoræ, credere videtur, ſerpentes naſci è ſpinæ humanæ medullâ putrefactâ. 10 Septem convolutiones, colligendo ſe in annulos ſuos. 11 Sine feritate, leniter. 12 Sc. *eſt*. 13 Anchiſæ jam exſtructas. 14 Maculæ cærulei coloris. 15 Angui. 16 Similis fulgori auri. 17 Squamas ejus reſplendere faciebat ſic, &c. 18 Veluti. De Iride, vide quæ ad lib. 4. ſub finem. 19 In nubibus. 20 Cœleſtis ſc. qui & Iris dicitur. 21 Innumeros. Numerus finitus pro infinito. 22 Oppoſito. 23 Cùm id videret. 24 Anguis. 25 Impetu, tractu, & volumine membrorum. Sic l. 2. *illi agmine certo Laocoonta petunt*. 26 Polita. 27 Et ſimul leviter guſtavit. Sic l. 1. *laticum libavit honorem*. 28 Anchiſæ oblatas. 29 Nulli nocens. 30 In imum tumulum irrepſit. 31 Et reliquit dapes, quas in altaribus depaſtus erat ſeu abſumpſerat ignis; vel, quas ipſe ſerpens depaſtus fit. 32 Patri ſuo Anchiſæ ſacrificia augmentat, renovat, id eſt, ab integro ſacrificare incipit. 33 Cauſa ab integro ſacra inſtaurandi. 34 Deum Topicum, ſive Deum generationis loci illius, ſeu an eſſet Deus loco illi præſidens, an Anchiſæ ſpecialiter in famulum addictus: quem regionibus, urbibus, locis omnibus Genium aſſignabat veterum ſuperſtitio. 35 Mactat quinque oves. 36 Sacrificantium. 37 Juniores boves habentes terga nigra. 38 Per pateras. 39 Ad ſepulchra ſc. ut propitia faveuſque præſentem benevolentiam & vota acciperet: vel, *vocabat*, id eſt, invocabat animam, tanquam in Deos relatam. 40 In Deorum numerum aſſumpti. 41 Ab inferis reverſos, id credebant propter viſum ſerpentem: ſerpens bonum eſt omen.

Nec

*Nec non & ſocii, [1] quæ cuique eſt copia, [2] læti*
*Dona [3] ferunt, [4] onerantq; aras, mactantq; [5] juvencos.*
*Ordine [6] ahena locant alii, [7] fuſique per herbam*
*Subjiciunt verubus [8] prunas, & [9] viſcera [10] torrent.*
*[11] Expectata dies aderat, nonamque ſerenâ*
*Auroram [12] Phaëtontis equi jam luce vehebant.*
*[13] Famaque [14] finitimos & [15] clari nomen Aceſtæ*
*[16] Exierat: læto complêrant littora [17] cœtu.*
*[18] Viſuri Æneadas; pars & [19] certare parati.*
*[20] Munera [21] principio ante [22] oculos, [23] circoq; locantur*
*[24] In medio: [25] ſacri [26] tripodes, [27] virideſq; coronæ,*
*Et [28] palmæ, [29] pretium victoribus, armaq; & [30] oſtro*

1 Secundùm facultatem, quæ cuique erat. 2 Lætitiâ affecti, alacres & lubentes. 3 Munera adferunt. 4 Sacrificia. 5 Partim in altaribus pro victimis concremandos, partim in epulis ſervandos. 6 Vaſa ſeu ollas æreas, quas Græci χύτρας vocant, ad aquam calefaciendam, & abluendas carnes. 7 Proſtrati. 8 Carbones ardentes. 9 Juvencorum. 10 Aſſant. 11 Deſiderata dies à Trojanis, avidis laudis & certaminis, id eſt, nona dies aderat. Perfectis ritè ſacris, tranſit Virgilius ad deſcriptionem temporis matutini ac diei, in quem certamina pronuntiata erant. 12 Quos Phaëton aliquando gubernaverat, cùm eſſet auriga Solis patris ſui. Vide Ovid. Met. 2. Q. d. equi Solis vehebant jam cum ſerenitate nonum diem præcedentem. 13 Trojanorum, aut certaminis. 14 Populos in confiniis habitantes. 15 Celebris, inclyti. 16 Excitaverat & evocaverat. 17 Conventu. 18 Ut videant Trojanos, Æneæ ſocios. 19 Ad certandum, Græca locutio. 20 Præmia, quæ ſc. virtutem excitare poſſent. 21 Primò, priuſquam certaretur. 22 Certaturorum. 23 Alludit ad Romanorum morem, qui ſuos circos ludis deſtinatos habebant. 24 Ut ab omnibus videri poſſent. 25 Digni, qui conſecrentur. Reſpicit ad Delphicum tripodem, in quem Phœbas vaticinatura deſcendebat. 26 *Tripodes* menſæ aut vaſa erant ut plurimum ahenea, anſata, & tribus innixa pedibus, alii ἐμπυριβῆται, ad aquam calefaciendam λοετροχόοι, balneatores: alii ἄπυροι, ad miſcendum vinum. Hi in certaminibus proponebantur *præmia fortium*, id eſt, victorum. Hor. 4. l. Od. 8. Hom. 23. Il. Erant & dona principum. Il. 9. Agamemnon Achilli promittit ſeptem tripodas. De tripode Pythio, vide quæ 3. l. diximus ad, *Quæ tripodas, Clarii lauros.* 27 Pulchræ. In ludis, quos inſtituit Hercules, data fuit corona ex oleaſtro: hic ex lauro. 28 Rami è palmâ locantur in medio circo. *Palma* initio diu commune omnium ſacrorum certaminum præmium erat, cùm poſteà ſinguli ludi peculiares arbores & herbas, quibus victores coronarentur, ſibi delegerint. Hæc ante laurum peculiariter Phœbo conſecrata fuit, & victoriæ in certaminibus verum ſymbolum habitum, undè *palma* ſæpius pro victoriâ ſumitur. Quod ideò inſtitutum conſtat, quoniam natura hujus ligni eſt, ut urgentibus prementibuſque non cedat. Namque ſi ſuper palmæ arboris lignum magna pondera imponantur, & adeò oneretur ligno, ut magnitudo oneris ſuſtineri non poſſit, non deorſum palma cedit, ut cæteræ arbores, ſed adverſus pondus ſurgit, & ſurſùm nititur, recurvaturque, ut pondus rejiciat. Vide quæ nos ad Ter. Eun. p. 180. 29 Ut ſint præmium: per Appoſitionem. 30 Purpura, id eſt, veſtes purpureæ.



Digitized by Google

*Perſuſæ veſtes, argenti aurique* [1] *talenta.*
*Et tuba* [2] *commiſſos medio* [3] *canit* [4] *aggere ludos.*
[5] *Prima* [6] *pares* [7] *ineunt* [8] *gravibus certamina remis,*
*Quattuor ex omni delectæ claſſe* [9] *carinæ.*
[10] *Velocem* [11] *Mneſtheus* [12] *agit acri remige* [13] *Priſtin:*
[14] *Mox Italus* [15] *Mneſtheus,* [16] *genus à quo nomine Memmi:*
*Ingentemque* [17] *Gyas ingenti* [18] *mole* [19] *Chimæram,*
[20] *Urbis opus:* [21] *triplici pubes quam Dardana verſu*
*Impellunt:* [21] *terno conſurgunt ordine remi:*
[22] *Sergeſtuſque,* [23] *domus tenet à quo* [23] *Sergia nomen.*
[24] *Centauro invehitur magnâ:* [25] *Scyllâq;* [26] *Cloanthus*
*Cæruleâ: genus undè tibi, Romane* [27] *Cluenti.*
[28] *Eſt* [29] *procul in pelago* [30] *ſaxum,* [31] *ſpumantia contra*
*Littora: quod* [32] *tumidis* [33] *ſubmerſum* [34] *tunditur olim*

1 Certa pondera. Al. *talentum.* 2 Inceptos, vel committendos, aut injunctos ut peragerentur. 3 Cantu indicat. 4 Ex, de aggere, id eſt, editiori loco, ut clangor ejus longius & melius audiatur.

5 Primum certamen, quod navale erat. Enallage numeri. 6 Utcunque mole aut pondere inter ſe impares, inſtruebantur tamen remis, ut eſſent pares. 7 Incipiunt. 8 Validis. 9 Naves. 10 Velociter actam. 11 Unus Æneæ comitum, qui ab Aſſaraco rege originem duxit. 12 Impellit. 13 Navem illam à forma, qua referebat marinam belluam ceu balenam, quæ *Petris* dicitur aut *Piſtrix.* Vel ab inſigni navis, ut in cæteris hiſce, & l. 10. Tritone, Tigiſtide, Apolline, &c. 14 Mox futurus habitator Italiæ, & progenitor Italorum. 15 Repetitio ejuſdem perſonæ, ut Memmiorum familia, quæ nobiliſſima fuit, antiquitate & origine à Poëta donaretur. 16 A quo nomine deducta eſt familia & progenies eorum, qui dicuntur Memmii. 17 Sc. *agit.* Hic fuit vir Trojanus nobilis, quem ſecunda navis ducem facit. 18 Motu. 19 Navem illam prodigioſæ vaſtitatis: quale eſt etiam monſtrum Chimæra, undè denominationem accepit, tribus capitibus terribilis, leonis, capræ & draconis. Lucret. *Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra.* 20 Inſtar urbis, id eſt, tam magnam, ut urbem putares. 21 Triplici ordine aut impulſu, quo æquora verrunt, id eſt, ipſa erat triremis. Triremem enim deſcribere videtur per Ἀναχρονισμὸν. Namque Corinthi diu poſt excidium Trojæ primam triremem invenit Aminocles. 22 Tertius dux cum Centauro ſua. 23 Familia Sergiorum nomen traxit. Hinc L. Sergius Catilina, hinc Serg. Galba Roman. Imper. reliquique Sergiæ gentis viri orti fuerunt. 24 Sc. *navis à Centauri* effigie, quam in puppi depictam habebat. Sic Ter. *eas ſe non negat tranſtuliſſe in* Eunuchum ſuam, refert ad *fabulam.* 25 Sc. *navi.* 26 Quartus dux. 27 Undè Cicero orationem habuit pro A. Cluentio. 28 Scopuli diſcriptio à ſitu, & habitu vario, & mergorum uſu. 29 A. littore. 30 Scopulus, interdum è fluctibus exſtans, nonnunquam ſub aqua cum navigantium periculo latens. 31 Ex oppoſito littorum ſpumantium. 32 Inflatis. 33 Obrutum percutitur ſub unde, interdum. Horat. l. 1. Sat. 1. Sat. *Ut pueris olim dant cruſtula blandi Doctores.* 34 Horat. Od. 17. Epod. *Non ſaxa nudis ſurdiora navitis Neptunus alto tundit hibernus ſalo.*

Flu-

*Fluctibus*, [1] *hyberni* [2] *condunt ubi ſidera* [3] *Cori*:
[4] *Tranquillo ſilet*, [5] *immotâque attollitur undâ*
*Campus*, *&* [6] *apricis* [7] *ſtatio gratiſſima mergis.*
[8] *Hîc viridem Æneas frondenti ex* [9] *ilice* [10] *metam*
*Conſtituit, ſignum nautis*, [11] *pater:* [12] *undè reverti*
[13] *Scirent*, *&* *longos ubi circumflectere curſus.*
[14] *Tùm* [15] *loca* [16] *ſorte legunt: ipſique in puppibus auro*
[17] *Ductores longè effulgent*, [18] *oſtroque* [19] *decori.*
*Cætera* [20] *populeâ velatur fronde* [21] *juventus*,
[22] *Nudatosq; humeros* [23] *oleo* [24] *perfuſa niteſcit.*
[25] *Conſidunt tranſtris*, [26] *intentaque brachia remis*
*Intenti expectant* [27] *ſignum:* [28] *exultantiaq;* [29] *haurit*
*Corda* [30] *pavor pulſans*, [31] *laudumq; arrecta cupido.*
[32] *Indè ubi clara dedit* [33] *ſonitum tuba*, [34] *finibus omnes*
(*Haud mora*) *proſiluêre ſuis: ferit æthera* [35] *clamor*
*Nauticus:* [36] *adductis* [37] *ſpumant freta verſa* [38] *lacertis.*
[39] *Infindunt pariter* [40] *ſulcos: totumque* [41] *dehiſcit*
[42] *Convulſum remis*, [43] *roſtriſq;* [44] *ſtridentibus*, *æquor.*

1 Hyberno tempore flantes. 2 Abſcondunt nubibus. 3 Venti. Species pro genere. *Corus* autem ventus eſt ab occaſu ſolſtitiali ſpirans (*Zephyros* Græci vocant) à quo proxime ab æquinoctiali flat Favonius. 4 Cùm tranquillitas eſt, cum mare tranquillum eſt. 5 Quando unda non movetur, ſed tranquillitas eſt, ita exſtat, ut procul conſpiciatur latitudo ſcopuli. 6 Apricantibus, id eſt ſoli ſe explicantibus, poſtquam ſeſe immerſerint. 7 Locus, in quo ſtare & requieſcere poſſunt aves aquaticæ: à *mergendo* dictæ. Metaphora petita à tranquillo loco, ubi naves conſiſtere ſolent in tuto. 8 In hoc campo, aut ſaxo. 9 Quercu. 10 Terminum & finem navigationis. 11 Princeps totius exercitus. 12 A quo ſigno. A cauſâ finali erectæ ilicis. 13 Duces certantes. 14 Deinde. 15 Undè exiliant. 16 Diſpertiuntur. 17 Domini navium, duces certaminis, & qui pro præmio contendebant. 18 Purpurâ. 19 Sc. *ſunt*. 20 Corollis populeis veſtitur, quòd ſc. victoria in hoc certamine magnis laboribus remigantium præcipuè parienda ſit. 21 Remigatura. 22 Ut ſic expeditiores ad remigandum eſſent. 23 Contra aquam & ſudorem: oleum enim membra recreat, firmatque contra algores. Solent & pugiles luctaturi oleo perfundi, ut firmiores redderentur. 24 Uncta. 25 Remiges ſimul locum capiunt in jugis, ſive tabulis, in quibus remigatur. 26 Habentes brachia intenta, & in ſtatione parata, remiges intenti exſpectant ſignum. Vel ſic: Brachia eorum ſunt intenta remis, & intenti, &c. 27 Quo dato, exilirent. 28 Novitate rei; & ſpe victoriæ. 29 Ferit timore ignominiæ. 30 Metus, ne ſc. in extremis ſint, pulſans corda eorum palpitantia, & inter ſpem metumque luctantia. 31 Aviditas obtinendæ victoriæ eſt attenta. 32 Deinde. 33 Signum ineundi certaminis, quod dat ſonando. 34 Carceribus, limitibus, id eſt, loco, unde excurſus fiebat. 35 Κέλευσμα. 36 Tentis. 37 Ex impetu præcipiti. 38 Brachiis remigum. 39 Remiges findendo incidunt, vel valdè fodunt. 40 Aquarum fiſſuras ſulcis ſimiles. 41 Aperit ſe. 42 Simul evulſum. Metaphora. 43 Al. *roſtriſque tridentibus*: propter antiquarum navium roſtra trifida. 44 Roſtris navium ſtridorem facientibus.

1 Non

1 Hæc cum Homericis Iliad. 23. comparat Macrob. lib. 5. Sat. cap. 9. Vide & extremos verſus lib. 1. Georg. 2 Tam veloces exiſtentes, feſtinantes, ut naves prædictæ. 3 In curuli certamine bijugo, id eſt, dùm, ut celerius agantur, binis jugis contenditur, circum ſimul rapuerunt.

*1 Non 2 tam præcipites, 3 bijugo certamine campum*
*Corripuêre; ruuntque effuſi 4 carcere 5 currus:*
*Nec 6 ſic 7 immiſſis auriga 8 undantia lora*
*Concuſſère 9 jugis, 10 proniquе in verbera pendent.*
*11 Tùm plauſu, fremituq; virûm, 12 ſtudiiſq; faventum*
*Conſonat 13 omne nemus, 14 vocemq; 15 incluſa 16 volutant*
*Littora: 17 pulſati colles clamore 18 reſultant.*
*Effugit ante 19 alios, 20 primuſque elabitur undis*
*21 Turbam inter fremitumque 22 Gyas: quem deinde Cloanthus*
*Conſequitur, 23 melior remis; ſed 24 pondere 25 pinus*
*Tarda 26 tenet: poſt 27 hos 28 æquo diſcrimine 29 Priſtis,*
*30 Centauruſq; locum 31 tendunt ſuperare 32 priorem*
*Et 33 nunc Priſtis 34 abit, nunc 35 victam præterit ingens*
*Centaurus: nunc unà ambæ, junctiſque feruntur*
*36 Frontibus, & longa 37 ſulcant vada ſalſa carina.*
*Jamq; propinquabant 38 ſcopulo, 39 metamq; 40 tenebant,*
*Cùm 41 princeps, medioq; Gyas in gurgite victor,*
*42 Rectorem navis compellat 43 voce Menœten:*

4 Carceribus, id eſt, locis, ubi, priuſquam emittantur equi curſuri, arcentur. 5 Currus tracti, aut equi currum trahentes. 6 Tam vehementer. 7 In campum ex carceribus. 8 Laxa, effuſa, fluitantia collis. 12. l. *manibuſque* undantes *flectit habenas.* Metaphora. 9 Equorum ſc. id eſt, equis jugalibus. 10 Et non pendent ſic inclinati ad verbera, aut ſc. remiges incumbunt remis. Elegans aurigæ, flagello equos urgentis ad curſum effuſum, hypotypoſis. 11 Deinde, poſtquam ſignum eſt datum. 12 Studioſis acclamationibus fautorum. 13 Tota ſylva vicina. Echo ſignificat, ut & ſequenti verſu. 14 Acclamantium. 15 Inter montes. 16 Frequenter evolvunt, magno ſono reddunt. 17 Ictu vocum. 18 Reboant, aut reſultare videntur propter vehementem clamorem, quem reſilire faciunt. 19 Alias naves. 20 Et celeriter percurrit per primas undas. 21 Inter turbæ ſtrepitum & faventium hinc inde clamores. 22 Navis Gyæ, ſc. Chimæra. Notandum eſt hic, Poëtam modò ipſos duces, modò pro ducibus navium nomina uſurpare. 23 Remigandi peritior; vel remis inſtructior. 24 Mole & magnitudine. 25 Navis ex pinu facta, ſc. Scylla. Materia pro materiato. 26 Moratur ipſum. 27 Gyan & Cloanthum. 28 Æquali diſtantiâ, interſtitio, intervallo, inter ſe contendentes, utra eſſet prior. 29 Mneſthei navis. 30 Navis Sergeſti. 31 Contendunt. 32 A prioribus occupatum. 33 Aliquando. 34 Præit: quia Centaurum poſt ſe relinquit. Al. *habet*, ſc. priorem locum. 35 Priſtin ſuperatam. 35 Roſtris, aut proris. Metaphora. 37 Findunt aquas marinas, id eſt, per mare navigans. Metaphora. *Sulcare* enim, eſt ſulcos facere, & terram proſcindere aratro. 38 Saxo, ubi Æneas metam conſtituerat. 39 Terminum navigationis. 40 Scilicet. 41 Primus, & ad tempus victor. 42 Gubernatorem navis Chimæræ. 43 Vehementi.

*Quò tantùm* [1] *mihi dexter abis?* [2] *hùc dirige curſum:*
[3] *Littus ama, &* [4] *lævas ſtringat ſine palmula cautes:*
[5] *Altum alii teneant.* [6] *Dixit: ſed* [7] *cæca Menœtes*
*Saxa timens,* [8] *proram pelagi* [9] *detorquet ad undas.*
*Quò* [10] *diverſus abis?* [11] *iterum, pete ſaxa, Menœte:*
*Cum clamore Gyas* [12] *revocabat: & ecce Cloanthum*
[13] *Reſpicit* [14] *inſtantem tergo, &* [15] *propiora tenentem.*
[16] *Ille inter* [17] *navemq; Gyæ, ſcopuloſq;* [18] *ſonantes,*
[19] *Radit iter lævum interior,* [20] *ſubituſq; priorem*
*Præterit, &* [21] *metis tenet æquora* [22] *tuta relictis.*
*Tùm verò exarſit* [23] *juveni dolor* [24] *oſſibus ingens,*
[25] *Nec lacrymis caruêre genæ: ſegnemque Menœten,*
*Oblitus* [26] *decoriſque ſui,* [27] *ſociûmque ſalutis,*
*In mare præcipitem puppi* [28] *deturbat ab altâ.*
[29] *Ipſe* [30] *gubernaclo rector ſubit, ipſe* [31] *magiſter:*
[32] *Hortaturq; viros,* [33] *clavumq; ad* [34] *littora* [35] *torquet.*
[36] *At gravis* [37] *ut fundo vix tandem redditus imo eſt*
*Jam ſenior, madidâque fluens in veſte Menœtes;*
*Summa* [38] *petit ſcopuli, ſiccâque in rupe reſedit.*
*Illum &* [39] *labentem Teucri, & riſêre* [40] *natantem;*

1 In damnum meum in dextrum tendens. 2 In hanc partem, ubi ego ſum. Digito commonſtrat quò torqueri navem velit Gyas. 3 Sequere, pete, tene ſaxum, in quo meta eſt. 4 Permitte ut extremæ remorum partes, formam protenſæ palmæ habentes, leviter radant ac contingant ſcopulos, quos vitavit Menœtes, in ſiniſtrâ exſtantes. 5 Alii gubernatores timidi profundum mare petant, cum victoriæ periculo. 6 Gyas. 7 Procurrentia & ſub aquis latentia. 8 Anteriorem partem navis. 9 Dirigit ad profundum, cum viæ diſpendio. 10 Ab eâ parte, in quam tendere volo. 11 Sc. *dico tibi*. 12 Iterum vocabat, vel, abducebat à ſcopulo, ſaxorum latentium metu exorbitantem Menœten à procurſu. 13 Gyas. 14 Urgentem, proximè à tergo hærentem. 15 Proxima loca. 16 Cloanthus. 17 Chimæram. 18 Concuſſione aquarum. 19 Molliter contingendo cautes pertranſit iter ſiniſtrum, à quo Menœtes diverterat. 20 Subitò eum, qui prior fuerat, ſc. Gyan antevertit. 21 Prætervectus ſcopulos, unde deberent reverti: & quia nondùm reverſus erat, nondum victor erat, licet metas primus contigiſſet. 22 Profunda, non periculoſa per ſaxa latentia. 23 Gyæ. 24 Ad medullas uſque. 25 Et ſimul lachrymavit. 26 Honeſtatis ſuæ: nam iratus erat. 27 Sociorum ſuorum, quorum ſalus hic & alibi periculum ſubitura erat, amiſſo gubernatore. 28 Cum turbâ dejicit. 29 Gyas. 30 Ad gubernaculum, fungens officio gubernatoris, quem deturbaverat. 31 Exiſtens princeps & gubernator. 32 Ad remigandum totis viribus. 33 Gubernaculum. 34 Metam ſive ſcopulum, quem vitaverat Menœtes. 35 Dirigit. 36 Suſpendet parumper narrationem; & per occaſionem Menœtæ fortunam refert. 37 Poſtquam è fundo emerſerat. 38 Conſcendit: erat enim prope ſcopulum quem vitaverat. 39 Quia ſciebant eum peritum eſſe, nec ſubmergi poſſe. 40 Ad ſcopulum.

Digitized by Google

*Et* [1] *ſalſos rident* [2] *removentem pectore fluctus.*
[3] *Hîc* [4] *læta extremis ſpes eſt accenſa duobus,*
*Sergeſto, Mneſteoque, Gyan ſuperare* [5] *morantem.*
*Sergeſtus capit* [6] *ante locum,* [7] *ſcopuloq; propinquat.*
[8] *Nec totâ tamen ille prior præeunte carinâ:*
[9] *Parte prior,* [10] *partem* [11] *roſtro premit æmula Priſtis.*
*At mediâ ſocios* [12] *incendens nave per ipſos,*
*Hortatur Mneſtheus:* [13] *Nunc nunc inſurgite remis,*
[14] *Hectorei ſocii, Trojæ quos* [15] *ſorte ſupremâ*
*Delegi* [16] *comites:* *nunc* [17] *illas* [18] *promite vires,*
*Nunc animos; quibus in* [19] *Getulis* [20] *Syrtibus uſi,*
[21] *Ionioque mari,* [22] *Maleæque* [23] *ſequacibus undis.*
*Non jam* [24] *prima peto* [25] *Mneſtheus, neq; vincere certo:*
*(*[26] *Quanquam ô) ſed ſuperent,* [27] *quibus hoc, Neptune, dediſti.*
[28] *Extremos* [29] *pudeat rediiſſe:* [30] *hoc vincite cives,*
*Et prohibete* [30] *nefas.* [31] *Olli certamine ſummo*
[32] *Procumbunt:* [33] *vaſtis tremit ictibus* [34] *aurea puppis,*
[35] *Subtrahiturque* [36] *ſolum.* [37] *Tùm* [38] *creber* [39] *anhelitus artus,*
[40] *Aridaq; ora quatit: ſudor fluit undiq;* [41] *rivis.*

1 Aquas marinas. 2 Jam frequenter vomentem è pectore. 3 Hoc loco, aut ex hoc eventu. Omiſſis præcurrentibus, ad reliquos duos tranſit, qui proximè ſequebantur. 4 Lætificans. 5 Quia gubernatorem amiſerat. 6 Quàm Mneſtheus. 7 Ubi meta erat conſtituta.

8 Nec tamen Sergeſtus præcedebat Mneſtheum totâ navi. 9 Sed prior erat tantummodo parte navis ſuæ, id eſt, prorâ. 10 Centauri ſc. quæ navis erat Sergeſti. 11 Anteriore parte ſuâ, id eſt, prorâ ferratâ urget inſecutrix & ad vincendum æmula navis Mneſthei. 12 Ingrediens. 13 Maxime nunc. 14 Fortiſſimi, qualis Hector erat; aut Hectoris quondam comites. 15 In excidio Trojæ. 16 Hujus profectionis. 17 Emphatice. 18 Proferte. 19 Getulis ſive Lybicis. 20 *In brevia & Syrtes urgebantur.* l. 1. 21 Juxta Charibdin, cùm navigarent: cujus *proni verrebant certantibus æquora remis.* l. 3. 22 Μάλεα vel Μάλεια Laconiæ eſt promontorium, cujus cautes in mare procurrunt par V. M. paſſuum. 23 Perſecutricibus, ac retrahentibus nautas in periculum ineluctabile, unde expedire non poſſint. 24 Primas partes ſeu victoriam ac præmium habere. 25 Quamvis Mneſtheus ſim, qui primas partes obtinere ſoleo. 26 Α᾽ποσιώπησις modeſta. Utinam victoria mihi jam contingeret. 27 Qui non tua virtute, ſed tuo numine freti, nunc ſuperant. 28 A turpi deterret ſuos. *Occupet extremum ſcabies, mihi turpe relinqui eſt.* Horat. 29 Sc. *vos ſaltem.* 30 Hoc dedecus, ne extremi redeatis. 31 Illi. 32 Toto pectore remis incumbunt. 33 Ampliſſimis. 34 Roſtro æreo armata: vel, firma, fortis. 35 Impulſu remorum. 36 Τὸ ὑποκείμενον; nam *ſolum* eſt, quod iis ſubjicitur, quæ aliquid ſuſtinent, & rei cuipiam, ceu fundamentum ſubjiciuntur. Sic navibus mare, ſolum eſt, ſtellis coelum. *Aſtra tenent cœleſte ſolum.* Ovid. 1. Met. 37 Inſuper. 38 Crebrò emiſſus, propter laborem remigandi. 39 Remigum. 40 Sicca, ſiti exhauſta. 41 Tanquam per rivos, in morem rivorum.

*Attulit*

*Attulit ipſe [1] viris optatum [2] caſus [3] honorem.*
*Namque furens [4] animi, dùm [5] proram ad [6] ſaxa [7] ſuburget*
*[8] Interior, [9] ſpatioque ſubit Sergeſtus iniquo;*
*Infelix ſaxis in [10] procurrentibus hæſit.*
*[11] Concuſſæ [12] cautes, & acuto in [13] murice remi*
*[14] Obnixi crepuêre, [15] illiſaque prora [16] pependit.*
*[17] Conſurgunt nautæ, & magno clamore [18] morantur:*
*[19] Ferrataſque ſudes, & acutâ cuſpide [20] contos*
*Expediunt, [21] fractoſque [22] legunt in gurgite remos.*
*At [23] lætus Mneſtheus, ſucceſſuq; [24] acrior ipſo,*
*[25] Agmine remorum celeri, ventiſque [26] vocatis,*
*[27] Prona petit maria, & pelago [28] decurrit [29] aperto.*
*[30] Qualis [31] ſpeluncâ ſubitò commota columba,*
*[32] Cui [33] domus, & [34] dulces latebroſo in [35] pumice [36] nidi,*
*[37] Fertur in arva volans, [38] planſumq; exterrita pennis*
*Dat tecto ingentem: [39] mox aëre [40] lapſa [41] quieto*
*[42] Radit iter liquidum, [43] celeres neq; commovet alas.*

1 Viriliter remigantibus Mneſtheo Cloanthoque. 2 Eventus, occaſio ipſa. 3 Sc. ut extremi non eſſent. 4 Animo. 5 Dum inter ſaxum & navem Sergeſtus tranſire contendit, quò brevioris curſus compendio ſaxum circumflecteret: ſuprà Gyas idem voluit.

6 A Menœte vitata. 7 Ab interiore urget. 8 Siniſterior; vel, qui breviore ad metam ſpatio tendebat. 9 Agitur in ſpatium ſcopuloſum, & non ſatis magnum pro captu Centauri. 10 Prominentibus, in mare è ſcopulo opinione longius porrectis ac latentibus. Parvum ſpatium erat inter littus & navem Mneſthei: Priſtin Sergeſtus conatus eſt ſummis remigum viribus anteire, & ſaxis illidit navem. 11 Sunt à remis. 12 Saxa latentia. 13 Saxo aſpero & acuto, cochleam marinam referente. 14 Illiſi remi verberando fragorem dederunt atque in partes diſſilierunt. 15 Partim læſa. 16 Hæſit in latentibus ſaxis, ſeu libramento pendens. 17 Simul contendunt, navem ſuſpenſam amovere conantes. 18 Retro agunt. 19 Perticas ferro munitas, quibus naves detrudere ſolent. 20 Baculos oblongos (quibus profunditatem explorare ſolent) expedite injiciunt. 21 Ad ſcopulum. 22 Colligunt. 23 Quod per infortunium Sergeſti eum præteriret. 24 Sc. *effectus*. 25 Impulſu, actu: vel multitudine remorum. 26 Optatis. 27 Declina & vicina littoribus, ac proinde expeditiora jam Mneſtheo, & à metâ, tanquam à monte deſcendenti tranſvolat maria. 28 Deorſum currit. 29 Patenti, ubi nulli ſcopuli, nullæ cautes erant. 30 Qualiter. Comparatione à columbæ natura, volatuſque ratione ſumpta, amplificat primùm poſt ſucceſſum ſuperati Sergeſti velocitatem: deinde æquabilem curſum ad prætervehendos Gyan & Cloanthum. 31 De caverna ſua deturbata. 32 Columbæ. 33 Columbaria. 34 Propter pullos. 35 Rupe foraminoſa inſtar pumicis: vel pumice à rupe. Species pro genere. 36 Sc. *ſunt*. 37 E ſpelunca. 38 Exterrita clamore aut ſtrepitu aliquo dat ingentem ſonitum alis ſuis: vel, *exterrita tecto*, id eſt, evolans ex tecto propter terrorem. 39 Paulo poſt. 40 Devolans. 41 Non concitato; vel, tuto, ſecuro, & à periculis libero. 42 Molliter ſeca: purum, ſerenum & clarum aërem. 43 Sed æqualis & immotis alis deſcendit.



Digitized by Google

1 Volat. 2 Quæ fuerat ultima trium navium de victoriâ certantium: nam Sergeſtus adhuc in cautibus luctabatur. 3 Iterum navigare fractis remis. 4 Saxis ſub aquæ ſuperficie ita latentibus, ut navigantibus non ſint conſpicua. 5 Neque enim ullus in medio

*Sic* [1] *Mneſtheus, ſic ipſa fugâ ſecat* [2] *ultima Priſtis*
*Æquora: ſic illam fert impetus ipſe volantem,*
*Et primùm in ſcopulo* [3] *luctantem deſerit alto*
*Sergeſtum,* [4] *brevibuſq; vadis,* [5] *fruſtràque vocantem*
*Auxilia, &* [6] *fractis diſcentem currere remis.*
*Indè Gyan, ipſamque* [7] *ingenti mole* [8] *Chimæram*
*Conſequitur:* [9] *cedit, quoniam ſpoliata* [10] *magiſtro eſt.*
*Solus jamque ipſo* [11] *ſupereſt in fine Cloanthus:*
*Quem* [12] *petit, & ſummis adnixus viribus* [13] *urget.*
*Tùm verò* [14] *ingeminat* [15] *clamor;* [16] *cunctiq;* [17] *ſequentem*
[18] *Inſtigant ſtudiis: reſonat clamoribus* [19] *æther,*
[20] *Hi* [21] *proprium decus, &* [22] *partum* [23] *indignantur honorem,*
*Ni teneant: vitamq; volunt pro laude* [24] *paciſci.*
[25] *Hos ſucceſſus* [26] *alit:* [27] *poſſunt,* [28] *quia poſſe videntur.*
[29] *Et fors* [30] *æquatis cœpiſſent præmia* [31] *roſtris,*
*Ni* [32] *palmas ponto tendens utraſque Cloanthus,*
*Fudiſſetque preces, Divoſque in vota vocâſſet.*
[33] *Dii, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,*

mari aderat, qui vellet in ipſo certaminis periculo auxiliari. 6 Tenui præſidio nitentis: nam magnæ artis eſt fractis remis navigare aut tendere quo velis. 7 Quæ maxima erat. 8 Navem Gyæ ductoris. 9 Et Chimæra occupatur à Mneſtheo ac Priſti. 10 Gubernatore Menœte, quem paulò antè è puppi præcipitem dederat. Nihil autem ſtabile, quod duce caret. 11 Reſtat vincendus juxta terminum. 12 Inſequitur, aggreditur, Mneſtheus. 13 Stimulat. 14 Sc. *ſe*: vel, *ingeminat*, id eſt, ingeminatur, multiplicatur. Enallage generis. 15 Spectatorum in littore collectorum. 16 Spectantes. 17 Mneſtheum. 18 Exſtimulant ſtudioſis cohortationibus ac favore. 19 Aër ſublimis. 20 Cloanthi ſocii, qui jam victoriam propè manu tenebant. 21 Quod ſibi jam proprium ac certum fecerant victoriâ partâ. 22 Acquiſitum. 23 Indignè ferunt, quòd victoriam, jam ferè partam, ſibi præripi paterentur. Vel ſic: Socii Cloanthi, illo ſucceſſu, quem adhùc habuerant, adeoque victoriâ ipſa, quam certò ſperare poterant, planè ſe indignos judicant, niſi teneant, & tueantur partum honorem. 24 Ex pacto vitam cum laude mutare, id eſt, malunt amittere vitam, quàm laudem, & dare vitam pro laude conſervandâ. l. 12. Turnus ad Latinum: *lethumque ſinas pro laude* paciſci. 25 Mneſthei ſocios ſequentes. 26 Fovet & accendit. 27 Cloanthum ſc. ſuperare. *Plus incipit habere poſſe, qui plus habet.* Seneca epiſt. 119. 28 Quia perſuaſerunt ſibi poſſe. 29 Et fortè intraſſent unà portum reverſi ad carceres, æquatis roſtris, ad æqua præmia, niſi divinam imploraſſet opem Cloanthus. 30 Æquali vicinitate & tempore in portum reducti. 31 Proris. 32 Manus conjunctas in pontum. 33 Dii maris.

*Vobis*

*Vobis lætus ego hoc [1] candentem in littore taurum*
*Conſtituam ante aras, [2] voti reus: [3] extaque ſalſos*
*[4] Porriciam [5] in fluctus, & vina [6] liquentia fundam.*
*[7] Dixit: eumque imis ſub fluctibus audiit omnis*
*[8] Nereïdum, [9] Phorciq; [10] chorus, [11] Panopeaq; virgo:*
*Et [12] pater ipſe manu magnâ [13] Portunus [14] euntem*
*Impulit: [15] illa Noto citiùs, volucrique ſagittâ,*
*Ad terram fugit, & [16] portu ſe condidit alto.*
*Tùm [17] ſatus Anchiſâ, cunctis ex [18] more vocatis,*
*Victorem [19] magnâ præconis voce [20] Cloanthum*
*[21] Declarat, viridique advelat [22] tempora [23] lauro:*
*Muneraque in naves [24] ternos [25] aptare juvencos,*
*Vinaque & [26] argenti [27] magnum dat [28] ferre [27] talentum.*
*Ipſis præcipuos [29] ductoribus addit [30] honores.*
*[31] Victori [32] chlamydem [33] auratam, quam plurima circùm*
*Purpura Mæandro dupliti [34] Melibœa cucurrit:*

1 Candidum, victorialem: alias, Neptuno immolandus erat niger taurus. 2 Debitor voti, obnoxius voto perſolvendo: unde vota ſolventes dicimus abſolutos. *Voti reus* eſt, qui ſuſcepto ſub conditione voto, ſe numini obligat, *damnatus*, qui ſuſcepta non ſolvit. 3 Tauri. 4 Porrigam. *Porricere*, verbum eſt ſacrificantibus ſolenne, ut annotat Macrob. Sat. l. 3. c. 2. 5 Diis ſc. marinis, ut aliis Diis in arâ, menſâ, foco, aut terrâ. 6 Fluida & pura. 7 Cloanthus finivit preces. 8 Nympharum marinarum filiarum Nerei & Doridis numero L. 9 Phorci (qui Neptuni & Theſeæ filius Deuſque marinus) chorus, hoc eſt Nymphæ marinæ. 10 Cœtus & multitudo Nympharum, quibus Phorcus præeſt. 11 Una filiarum Nerei. 12 Præcipuè in eâ re reverendus. 13 Idem, Melicerta, & Palæmon, portuum præſes; filius fuit Inus & Athamantis. 14 Navem. 15 Navis Cloanthi Scylla. 16 Penitus intravit portum uſque ad littus. 17 Genitus Anchiſâ, id eſt, Æneas. 18 Sacrorum certaminum. Præcones ludorum gymnicorum coronas impoſuerunt victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarunt. Cic. l. 5. epiſt. 12. 19 Clarâ, quæ ab omnibus exaudiri potuerit. 20 Ad Scyllam, Tyrrhenorum piratarum navim, cujus celeritatem memorat Palæphatus, reſpexiſſe Poëtam volunt. 21 Pronuntiat. 22 Caput ejus. Pars pro toto. 23 In ſignum victoriæ. 24 Non ſingulis navibus ternos, ſed ſingulos tribus, quæ redierant: ſive tres in ſingulas naves. 25 Advectare. 26 Hinc autumant legendum fuiſſe ſuprà: *argenti aurique talentum.* 27 Talentum majus Atticum fuit octingentorum coronatorum, noſtræ monetæ 250. l. minus autem ſexcentorum. 28 Ferendum, id eſt, auferendum, accipiendum. Horat. Od. 8. l. 4. *neque tu peſſima munerum* Ferres, Ep. 17. l. 1. *Coram rege ſuo de paupertate tacentes, Plus poſcente* ferent. 29 Cloantho, Mneſtheo, Gyæ & Sergeſto. 30 Munera honoraria ampliſſima, ac honorificentiſſima: cætera enim erant communia omnibus remigibus. 31 Cloantho, ſc. *addidit*. 32 Indumentum Imperatorium & militare, cujus erat gemina prætexta purpurea ſinuoſo, & in ſe remeabili flexu, ad inſtar Mæandri Cariæ fl. cinxit. 33 Aureo filo intextam. 34 Theſſalica: ab inſulâ, vel urbe Theſſaliæ cognomine, purpurâ celebri.

1 Et in qua chlamyde Ganymedis imago intexta, &c. 2 Ganymedes, Troïs, regis Trojanorum, filius, quem dùm in Ida monte venaretur, rapuit aquila ales *volucrumque potens & fulminis hæres Geſturus, ſummo tela triſulca Jovi.* Claudian. Præ. 3. l. &c. Raptum ipſum Ganymedis breviter exponit Ovid. Met. 10. *Rex ſuperum Phrygii quondam Ganymedis amore Arſit*, &c.

[1] *Intextuſque* [2] *puer* [3] *frondoſâ regius Idâ*
*Veloces* [4] *jaculo cervos, curſuque* [5] *fatigat,*
*Acer,* [6] *anhelanti ſimilis:* [7] *quem* [8] *præpes ab Idâ*
[9] *Sublimem pedibus* [9] *rapuit Jovis* [10] *armiger uncis.*
[11] *Longævi* [12] *palmas* [13] *nequicquam ad ſidera tendunt*
[11] *Cuſtodes,* [14] *ſævitque canum latratus in auras.*
[15] *At, qui* [16] *deinde locum tenuit virtute ſecundum,*
[17] *Lævibus* [18] *huic* [17] *hamis conſertam,* [19] *auroq; trilicem,*
[20] *Loricam (quam* [21] *Demoleo detraxerat* [22] *ipſe*
*Victor, apud* [23] *rapidum* [24] *Simoënta* [25] *ſub* [26] *Ilio alto,*
*Donat* [27] *habere* [28] *viro,* [29] *decus, & tutamen in armis.*
[30] *Vix* [31] *illam* [32] *famuli Phegeus, Sagariſq; ferebant*
[33] *Multiplicem,* [34] *connixi humeris:* [35] *indutus at olim*
*Demoleus, curſu* [36] *palantes Troas agebat.*
[37] *Tertia dona facit, geminos ex ære* [38] *lebetas,*
[39] *Cymbiaque argento perfecta, atq; aſpera ſignis.*

3 Sc. *in.* 4 Venatorio. 5 Inſequitur in venatione. 6 Hypotypoſis pueri à curſu fatigati. 7 Puerum. 8 Celeriter volans. 9 Raptim in ſublime vexit. Ter. Sublimem *hunc intro rape, quantum potes.* 10 Aquila, tela, id eſt fulmina gerens, quia altiſſimè volat, & ſolis radios viſu non formidat. Homerus autem canit eum à Diis ipſis raptum ad pocillandum. 11 Seniores pædagogi, qui ad cuſtodiam pueri venatum exierant. 12 Manus. 13 Fruſtra extendunt: quia juſſu Jovis raptus erat Ganymedes, ut eſſet pincerna Deorum, rejectâ Hebe, Junonis filia. 14 Quia aquilam inſequi non potuerunt canes, niſi ſolo latratu, quem ingeminaverunt. Ipſe quidem latratus in pictura non fuit auditus, ſed canum ſimulacra ita erant effigiata, ut, latrantibus eſſent ſimilia. 15 Docet, quæ cæteris præmia data ſunt. 16 Poſt primum, id eſt, poſt Cloanthum. 17 Subtilibus & politis annulis ſive circulis ferreis contextam. 18 Mneſthæo. 19 Et tribus liciis & triplici ordine nexam, quæ licia aut qui hami erant ex auro. 20 Tunicam armaturæ, quæ olim ex loris fiebat. 21 Hoſti Græco ad Ilium pugnanti. 22 Æneas. 23 Raptim profluentum. 24 Fluvium. 25 Ante Trojam. 26 Græcorum imitatione vocalem longam, alia ſequente, corripuit. Quemadmodum & l. 3. ſuprà, *Inſula Ionio in magno*, diphthongum finalem, ſequente finali, corripuit. 27 Ut habeat, ſive habendam illam loricam, δῶναι ἔχειν, Græcorum more. 28 Mneſtheo. 29 Ad ornamentum, & ad munimen, cùm in armis foret. 30 Cum difficultate. 31 Loricam. 32 Demolei, aut Æneæ. 33 Denſe, variè complicatam. 34 Simul nitentes. 35 Sc. *illam.* 36 In diverſum fugientes, ſine ductore errantes. 37 Æneas dat pro tertio dono ollas duas æreas. 38 Fortibus viris in præmia dari ſolitos, quos itaque & tripodas eſſe exiſtimant nonnulli. 39 Vaſa in formam cymbæ nauticæ, cælata & ſculpturis ornata, elaborata.

Jam-

*Jamque* [1] *adeò donati* [2] *omnes,* [3] *opibuſque ſuperbi,*
*Puniceis ibant* [4] *evincti tempora* [5] *tæniis:*
[6] *Cùm* [7] *ſævo è ſcopulo multâ* [8] *vix* [9] *arte revulſus,*
[10] *Amiſſis remis, atque* [11] *ordine debilis uno,*
*Irriſam ſine honore* [12] *ratem Sergeſtus* [13] *agebat.*
[14] *Qualis* [15] *ſæpè viæ deprenſus* [16] *in aggere ſerpens,*
[17] *Ærea* [18] *quem* [19] *obliquum rota tranſiit,* [20] *aut* [21] *gravis ictu*
[22] *Seminecem liquit* [23] *ſaxo, lacerumq; viator,*
*Nequicquam longos* [24] *fugiens dat* [25] *corpore* [26] *tortus,*
[27] *Parte ferox, ardenſque oculis, &* [28] *ſibila colla*
*Arduus* [29] *attollens,* [30] *pars* [31] *vulnere* [32] *clauda* [33] *retentat,*
[34] *Nexantem nodis, ſeq; in* [35] *ſua membra plicantem.*
[36] *Tali remigio* [37] *navis ſe* [38] *tarda* [39] *movebat.*
*Vela* [40] *facit* [41] *tamen,* [42] *plenis ſubit* [43] *oſtia velis.*
*Sergeſtum Æneas* [44] *promiſſo munere donat,*
*Servatam ob navem lætus,* [45] *ſocioſque reductos.*
[46] *Olli* [47] *ſerva datur,* [48] *operum* [49] *haud ignara Minervæ*
[50] *Creſſa genus,* [51] *Pholoë, geminiq; ſub* [52] *ubere* [53] *nati.*

1 Omnino præmiis affecti. 2 Qui in certamine vicerant. 3 Daris. 4 Habentes capita circumdata: quod ſignum erat victoriæ. 5 Vittis aut ſertis coronarum. *Tæniæ* propriè ſunt extremæ partes vittarum, quæ ab infulis vel coronis undantes pendent. 6 Tranſitio ad Sergeſtum in certamine ultimum. 7 Magno & aſpero. 8 Difficulter. 9 Virtute. 10 Pro parte. 11 Remigum: quia uno è tribus ordinibus ſpoliatus fuerat. 12 Navem Centaurum. 13 Tardè impellebat. Ter. *Quid tu, quò hinc te agis?* 14 Comparatio à ſerpentis, rotarum ictu fracti, natura. 15 Quod ſæpè fit. 16 In tumulo & editiore mediæ viæ loco, per quem vehicula aguntur. 17 Æreo vel ferreo armata cantho. 18 Serpentem. 19 Per obliquum: cum non ſervaret rectum curſum. 20 Sc. *quem.* 21 Infeſtus propter ictum. 22 Semimortuum. 23 Per ſaxum, quo ictum dederat. 24 Serpens deprenſus fugere tentans. 25 Contrahendo & extendendo corpus. 26 Volutiones, torſiones. 27 Illæſa, id eſt, priore: nam lingua & capite veneno armatus eſt. 28 Sibilantia. 29 Erigens. 30 Poſterior pars ſaucia. 31 Illato ſc. 32 Claudicans. Metaphora ab animantibus, quæ pedibus utuntur. 33 Impedit eum à fuga aut inſultu. 34 Se. 35 Suos annulos. 36 Quali volutione movetur ſerpens vulneratus. Eſt autem applicatio ſimilitudinis hujus. Q. d. Simili ratione, lentiùs propter remos fractos agebatur. 37 Sergeſti. 38 Tardata: quia colliſa & ſpoliata parte remorum. 39 Per remiges ſuos. 40 Expandit, ut ocius moveretur. 41 Quanquam confractione tardaretur. 42 Quia remis egebat. 43 Portum: *oſtia* proprie ſunt fluminum. 44 Uti juſſerat eos *merita expectare præmia palmæ*, ita victis ſolatia non neganda duxit, ut infrà, Dareti. 45 Ejus ſc. 46 Illi Sergeſto. 47 Ancilla. 48 Lanificii, telæ, texturæ: quæ Minerva invenit, & quibus Arachnen vicit. 49 Perita. 50 Cretenſis genere & natione. 51 Nomine ſc. 52 Ejus. 53 Dantur Sergeſto: habebat enim hæc ſerva duos filios.

Hos

*Hoc pius Æneas* [1] *miſſo certamine, tendit*
[2] *Gramineum in campum, quem* [3] *collibus undiq; curvis*
*Cingebant ſylvæ; mediâque in valle* [4] *theatri*
[5] *Circus erat:* [6] *quò ſe multis cùm* [7] *millibus* [8] *heros*
[9] *Conſeſſu* [10] *medium tulit,* [11] *extructoq; reſedit.*
[12] *Hìc, qui fortè velint rapido contendere curſu,*
*Invitat* [13] *pretiis* [14] *animos, & præmia* [15] *ponit.*
*Undique conveniunt Teucri, miſtique* [16] *Sicani:*
[17] *Niſus, & Euryalus* [18] *primi.*
*Euryalus formâ* [19] *inſignis,* [20] *viridique juventâ,*
[21] *Niſus amore* [22] *pio* [23] *pueri:* [24] *quos deinde* [25] *ſecutus*
[26] *Regius egregiâ Priami de ſtirpe Diores.*
[27] *Hunc Salius, ſimul & Patron:* [28] *quorum alter Acarnan,*
[29] *Alter ab Arcadiâ,* [30] *Tegeæ de ſanguine gentis.*
[31] *Tùm duo* [32] *Trinacrii juvenes, Helymus, Panopeſque.*
[33] *Aſſueti* [34] *ſylvis, comites ſenioris Aceſtæ.*
[35] *Multi prætereà, quos fama obſcura* [36] *recondit.*
*Æneas* [37] *quibus in mediis ſic* [38] *deinde locutus:*
[39] *Accipite hæc animis, lætaſque advertite mentes.*
*Nemo ex hoc numero mihi non* [40] *donatus abibit.*
[41] *Gnoſia* [42] *bina dabo* [43] *lævato* [44] *lucida ferro*

1 Dimiſſo, omiſſo. Simplex pro compoſito. 2 Graminoſum, ut aptum propter ſoli æqualitatem certaturis curſu. 3 Quæ erant in collibus. 4 Spectaculi. 5 Locus aptus curſui, circum quem in coronæ formam ſederent ſpectatores, ut in Circenſibus ſolent. Forma ſpatii *Circi* Romani erat oblonga: in circuitu ſpectacula erant, in quibus equites & patres ſpectabant; in ſummo *Circi* Carceres erant, unde equi juncti curribus proſiliebant. 6 Ad quem circum aut campum. 7 Ipſum ſtipantibus. 8 Æneas. 9 In conſeſſu, id eſt, loco ad conſidendum apto, vel concilio hominum in uno loco ſedentium. 10 Qui locus in inceſſu regum ac principum eſt. 11 Paulò ante. 12 In hoc circo inter nobiles Trojanos ſedens Æneas. 13 Præmiis. 14 Eorum. 15 Conſtituit illis. 16 Siculi. 17 Trojani: quorum res geſtæ deſcribuntur l. 9. 18 Sc. *conveniunt.* 19 Decoratus. 20 Adhùc florente. 21 Sc. *inſignis* aut *convenit.* 22 Caſto & honeſto, Attico & Lacedæmonio, inquit Plutarchus lib. de educat. non Thebano aut Cretenſi. 23 Euryali. 24 Quos duos, Euryalum ſc. & Niſum. 25 Sc. *eſt.* 26 De regali proſapia. 27 Diorem ſecuti ſunt. 28 Quorum duorum prior Salius erat de Acarnania, id eſt, Epirota. *Acarnania* enim pars Epiri eſt. 29 Erat. 30 Arcadiæ oppidi: cujus incolæ aliquando Spartanos prælio vicerunt, & ad unum omnes occiderunt. 31 Poſteà ſecuti ſunt. 32 Sicilienſes. *Trinacria* enim, ut ſuprà diximus, Sicilia dicebatur, à tribus ſuis promontoriis. 33 Venatores & nobiles. 34 Venationi. 35 Alii convenêre. 36 Occulit, & innominatos tenet. 37 Inter quos medius Æneas, vel in quorum medio. 38 Poſtquam convenerant. 39 Intelligite, id eſt, advertite animos ad ea, quæ dicturus ſum. 40 Aliquo dono auctus. 41 Cretenſia. Species pro genere. *Gnoſſus* enim civitas Cretæ, quæ ſagittariis clara, & Minois regia fuit. 42 Singulis duo optimi pariter ac nobiliſſimi generis haſtilia, ſive tela miſſilia. 43 Lævigato, nitido, ac candefacto. 44 Reſplendentia.

*Spicula,* [1] *cælatamque argento* [2] *ferro* [3] *bipennem.*
*Omnibus hîc erit* [4] *unus honos:* [5] *tres* [6] *præmia* [5] *primi*
*Accipient, flavâque* [7] *caput nectentur* [8] *olivâ.*
*Primus equum* [9] *phaleris inſignem victor habeto:* 310
*Alter* [10] *Amazoniam pharetram, plenamque ſagittis*
[11] *Threïciis; lato quam circùm amplectitur* [12] *auro*
[13] *Balteus, & tereti* [14] *ſubnectit* [15] *fibula* [16] *gemmâ.*
*Tertius* [17] *Argolicâ hac galeâ* [18] *contentus abito.* 314
*Hæc ubi* [19] *dicta,* [20] *locum* [21] *capiunt:* [22] *ſignoq; repente*
[23] *Corripiunt ſpatia audito,* [24] *limenque relinquunt*
[25] *Effuſi,* [26] *nimbo ſimiles, ſimul* [27] *ultima ſignant.*
*Primus abit, longèque ante omnia* [28] *corpora Niſus*
*Emicat, & ventis, &* [29] *fulminis* [30] *ocyor alis.*
*Proximus* [31] *huic,* [32] *longo* [33] *ſed proximus* [32] *intervallo,*
*Inſequitur Salius:* [34] *ſpatio poſt deinde relicto,* 321
[35] *Tertius* [36] *Euryalus.*
*Euryalumq; Helymus ſequitur: quo deinde* [37] *ſub ipſo*
*Ecce volat,* [38] *calcemque terit jam* [39] *calce Diores,*

1 Inſculptam. 2 Reportandam à me. 3 Securim ancipitem, manubrio & argento cælato inſtructam. 4 Æqualis. Q. d. Singuli, ſive in primis, ſive in poſtremis ſint, duo ſpicula; unamque ſecurim, ſeu bipennem accipiunt. 5 Victores ſc. qui primi ad metam percurrerint. 6 Merita. 7 Habebunt caput nexum. 8 Alludit ad Olympia, in quibus victor oleâ coronabatur, quia olea neque cariem ſentit, neque vetuſtatem, volentes eos ſignificare pugiles, aut curſu certaturos indefeſſum ac conſtantem animum habere debere. 9 Ornamentis equinis inſigniter ornatum. 10 Thecam ſagittariam, quali utuntur Amazones, quæ habiles ad arcum ſunt, & celeres ad curſum: *vel*, ſuperſtitem ex ſpoliis Amazonum, quæ populabundæ Phrygiam invaſerant, vel etiam ex iis, quæ auxilio Priamo venerant, duce Penthesilea. 11 Thraciis. 12 Ex lato auro. 13 Cingulum militare. 14 Subnexam tenet. 15 Ornamentum cinguli ad veſtem ſubligandam. 16 Lapillo pellucido, aut unione. *Gemma* quoque eſt oculus vitis, quem primò emittit. Virg. *Turgent in palmite gemmæ.* 17 A Græcis fortè, in fugam verſis, ablata. 18 Innuit tertium præmium ſecundo & primo vilius eſſe. 19 Sunt ab Ænea. 20 Carceres, lineam, aut locum, undè curſus initium fit. 21 Curſores. 22 Ad proſiliendum: hoc enim ſignum dabatur, ne priùs excurrerent. 23 Raptim tranſeunt, invadunt. Georg. 1. de equis. *Addunt ſe in ſpatia.* 24 Carceres è quibus proſiliebant, lineam, aut ſignum creta factum. 25 Effundentes ſe. Elegans Metaphora, qua admirabilem curſus celeritatem velocitatemque indicat. 26 Ventis pluvioſis, qui, *Quà data porta ruunt.* Hyperbole. 27 Metam oculis directè intuentur ac deſignant aviditate vincendi, ut ad eam directo tramite, & ita breviore ſpatio, percurrant. 28 Reliqua ſc. 29 Quibus fulmen videtur deferri. Ab avium ſimilitudine, quarum in volatu ſita eſt pernicitas. 30 Velocior. 31 Niſo. 32 Longa diſtantia. 33 Sc. *tamen*: quia nemo erat propior, licet ipſe non eſſet prope. 34 Intervallo. 35 In ordine. 36 Sequitur. 37 Poſt quem ipſum. 38 Poſtremam partem pedis ejus. 39 Pede ſuo.

Inenti-

*Incumbens* [1] *humeris:* [2] *ſpatio & ſi plura* [3] *ſuperſint,*
*Tranſeat* [4] *elapſus* [5] *prior,* [6] *ambiguumq; relinquat.*
*Jamque fere ſpatio extremo, feſſique* [7] *ſub ipſum*
*Finem adventabant; lævi cùm* [8] *ſanguine Niſus*
*Labitur infelix:* [9] *cæſis* [10] *ut fortè juvencis*
[11] *Fuſus humum, virideſq;* [11] *ſuper madefecerat herbas.*
*Hîc* [12] *juvenis, jam victor, ovans veſtigia preſſo*
*Haud tenuit* [13] *titubata ſolo: ſed pronus in ipſo*
*Concidit,* [14] *immundoque fimo,* [14] *ſacroque cruore,*
*Non* [15] *tamen* [16] *Euryali, non* [17] *ille oblitus* [18] *amorum:*
*Nam ſeſe* [19] *oppoſuit Salio, per* [20] *lubrica ſurgens:*
[21] *Ille autem* [22] *ſpiſſa* [23] *jacuit revolutus arenâ.*
[24] *Emicat Euryalus, &* [25] *munere victor* [26] *amici*
[27] *Prima tenet,* [28] *plauſuq; volat, fremituq;* [29] *ſecundo.*
*Poſt Helymus ſubit, & nunc* [30] *tertia palma Diores.*
[31] *Hîc* [32] *totum caveæ conſeſſum ingentis, & ora*
[33] *Prima* [34] *patrum magnis Salius* [35] *clamoribus implet,*
[36] *Ereptumque* [37] *dolo reddi ſibi poſcit honorem.*
[38] *Tutatur favor Euryalum,* [39] *lachrymæque decoræ,*

1 Helymi. 2 Quod ſi plus ſpatii ad metam ſuperfuiſſet, id eſt, niſi Helymus tramitem directum occupaſſet, Diores Helymum in curſu jam æquum & ambiguum, præverſus, à tergo reliquiſſet. 3 Ergo haud procul à meta aberant. 4 Diores. 5 Quàm Helymus.

6 Incertum victoriæ. 7 Paulum circa ipſam metam conſtitutam. 8 Hoſtiarum, quæ, pro more, ante Agonalia ſive certamina cædebantur: ut Iliad. 23. 9 A Cloantho, aut ab aliis curſoribus. 10 Secundum quod. 11 Erat fuſus ſuper humum. Tmeſis ergo hic eſt: q. d. *ſuperfuſus.* 12 Niſus. 13 Titubantia, vacillantia, trepidantia. Enallage generis. 14 Qui erat ejectus ex extis. 15 Licet lapſus eſſet. 16 Amici ſui. 17 Niſus. 18 Erga Euryalum. Nam cùm cecidit Niſus, oppoſuit ſe Salio, ut Euryalus haberet palmam. 19 Niſus. Sic apud Homerum Palladis favore ſuperat Ulyſſes. 20 Pingui perfuſa, & labi facientia. 21 Salius, qui proximus Niſo hæſerat in excurſu. 22 Sanguine vitulino concreta. 23 Dolo Niſi. 24 Proſilit prioribus jacentibus. Namque beneficio Niſi prolapſi, qui pedem Salio objecerat, primus ad metam procurrit. 25 Beneficio. 26 Niſi. 27 Spatia, aut loca: τὰ πρῶτα. 28 Favore ſpectatorum. 29 Favorabili. 30 Tertius victor, tertiæ palmæ aſſecutor. *Et certamen erat Choridon cum Thyrſide magnum.* 31 Ex hoc facto. 32 Omnes ſpectatores cònſidentes in ingenti circo cavo: quia in medio ejus currebatur. *Cavea* propriè eſt locus in theatro, velis opertus, ex quo populus ludos ſpectabat. 33 Primùm, præcipuè. 34 Æneæ & procerum Trojanorum ſpectantium. Alludit ad Romanorum Senatum, in quo *Patres* vocabantur centum illi Senatores, quos Romulus ad Reip. curam elegerat. 35 Quia ab illis exſpectavit potius ſubſidium, quam à junioribus, ſciens quod tutetur favor Euryalum. 36 Sibi. 37 Niſi ſc. qui ſe ei currenti oppoſuerat. 38 Favor totius juventutis protegit cauſam Euryali. 39 Quas emiſerat timore, quod tanto & tam inſperato honore fraudaretur.

Gra-

*Gratior & pulchro* [1] *veniens in corpore* [2] *virtus.*
[3] *Adjuvat, & magnâ* [4] *proclamat voce Diores,*
[5] *Qui* [6] *ſubiit palmæ,* [7] *fruſtràque ad præmia* [8] *venit*
[9] *Ultima,* [10] *ſi primi Saliæ reddantur honores.*
*Tùm pater Æneas, Veſtra, inquit, munera vobis*
[11] *Certa manent,* [12] *pueri, &* [13] *palmam movet* [14] *ordine nemo.*
*Me liceat* [15] *caſum miſerari* [16] *inſontis amici.*
*Sic fatus,* [17] *tergum* [18] *Getuli* [17] *immane leonis*
*Dat Salio,* [19] *villis oneroſum, atq;* [20] *unguibus aureis.*
[21] *Hîc Niſus,* [22] *Si tanta, inquit, ſunt præmia victis,*
*Et te lapſorum miſeret: quæ munera* [23] *Niſo*
*Digna dabis? primam merui qui* [24] *laude coronam:*
*Ni me, quæ Salium,* [25] *fortuna inimica* [26] *tuliſſet.*
*Et ſimul his dictis faciem* [27] *oſtentabat, & udo*
[28] *Turpia membra* [29] *fimo.* [30] *Riſit pater optimus illi:*
*Et clypeum* [31] *efferri juſſit,* [32] *Didymaonis* [33] *artes,*
*Neptuni ſacro* [34] *Danais de poſte refixum.*
*Hoc* [35] *juvenem egregium præſtanti munere donat.*
*Poſt, ubi* [36] *confecti curſus, & dona* [37] *peregit:*

1 Proveniens, creſcens. 2 Et ſc. præmium affert. 3 Juvat Diores cauſam Euryali excludendus ſc. à tribus primis præmiis, ſi modo Salio ſiet primus locus. 4 Pro eo clamat. 5 Diores. 6 In locum proximum victoriæ venit, ſi Euryalo primus locus contingat.

7 Neque enim tùm tertius, ſed quartus fuiſſet victor: & nil, niſi bipennem cum duobus ſpiculis, habuiſſet. 8 Venerit, aut veniſſet. 9 Quarta. 10 Quia tunc ſecundi redderentur Euryalo, & tertii Helymo. 11 Indubitata. 12 O Juvenes. Eadem ratione juvenes patres appellant *ſenes*. 13 Victoriam. Metonymia ſigni pro re ſignificata 14 Sc. *ſuo*, id eſt, conſtituto. 15 Infortunium ex lapſu miſericordia proſequi. 16 Salii, qui citra culpam ſuam dolo Niſi lapſus eſt, atque ita ultimus ad metam pervenit. 17 Corium tergi, id eſt, tergus ſive pellem ingentem & horrendam. 18 Getulici. 19 Denſitate pilorum, & floccis, quales in jubis leonum videmus, valdè grave, quod oneri erat, & gravabat portantem. 20 Habens ungues aureos. 21 Poſt hoc factum. 22 A minori ad majus: Si Salio, qui in ſecundo curſu adhuc circa metam, priuſquam fraude Niſi prolaberetur, proximas partes à primo tantum tenebat, tam luculentum præmium detur: quantum Niſo debetur, qui primus emicuiſſet ad metam, niſi fortunæ iniquitate per lubricum in terram corruiſſet? 23 Id eſt, mihi: loquitur enim de ſe. 24 Laudis, aut laudabili virtute in curſu, licet caſu amiſerim. Conſequens pro antecedente. 25 Infortunium. 26 Abſtuliſſet in præmio. 27 Frequenter oſtendebat, ut Æneæ ſimul affectus erga ſe concitaret: alioqui *oſtentare* inſolenter & arroganter oſtendere ſignificat. 28 Obſcœna. 29 Limo. 30 Æneas arriſit illi. 31 Ex armamentario in medium proferri. 32 Ab artifice munus laudat. 33 Opus artificioſum. 34 A Danais, templa in Trojano excidio profanantibus, detractum, diſſolutum, ſublatum & ab Heleno donatum Æneæ. 35 Niſum, qui alioqui in curſu primas tenuiſſet. 36 Conſummati ſunt. 37 Diſtribuit Æneas. Eſt autem Ellipſis, ſc. ſic, *dicit*.



*Nunc*

*Nunc, ſi cui virtus, animuſque in pectore* 1 *præſens,*
*Adſit, &* 2 *evinctis* 3 *attollat brachia* 4 *palmis.*
*Sic ait, &* 5 *geminum* 6 *pugnæ proponit* 5 *honorem:*
7 *Victori velatum* 8 *auro* 9 *vittiſque juvencum;*
*Enſem, atque inſignem galeam,* 10 *ſolatia* 11 *victo.*
*Nec* 12 *mora: continuò* 13 *vaſtis cum viribus* 14 *effert*
*Ora Dares,* 15 *magnoque virûm ſe murmure tollit:*
16 *Solus qui* 17 *Paridem* 18 *ſolitus contendere* 19 *contra:*
*Idemque* 20 *ad tumulum, quo* 21 *maximus* 22 *occubat Hector,*
23 *Victorem* 24 *Buten* 25 *immani corpore (*26 *qui ſe*
27 *Bebryciâ veniens* 28 *Amyci de gente* 29 *ferebat)*
30 *Perculit, & fulvâ* 31 *moribundum extendit* 32 *arenâ.*
33 *Talis* 34 *prima Dares caput* 35 *altum in prælia tollit:*
*Oſtenditque humeros latos,* 36 *alternaque* 37 *jactat*
*Brachia* 38 *protendens, & verberat* 39 *ictibus auras.*

1 Præſtans, promptus eſt, id eſt, ſi cui inſit prompta animi alacritas. 2 Extra manicas vinctis cæſtibus. 3 Erigat. 4 Manibus. Synecdoche. 5 Duo diverſa præmia honorifica, quorum unum victori, alterum victo cedat. 6 Cæſtuum pugna erat è pugillatus genere, ubi pugnis res agebatur, ſed armatis: tanquam ſi qui chirothecis è corio bubulo iiſque ferro & plumbo affixo gravibus, quæ loris alligabantur brachiis & cubitis, ne exciderent, armati inter ſe decertarent. 7 Sc. *proponit.* 8 Auratis cornibus. 9 Sc. *infulis*, id eſt, ſertis caput cingentibus. 10 Quæ habeat pro ſolatio. 11 Sc. *proponit.* 12 Sc. *fit.* 13 Ingentibus. 14 Synecdochice, id eſt, ſe extollit. 15 Et magna admiratione & ſtupore Trojanorum & Siculorum ſpectantium erigit atque effert ſe. 16 A ſignis invicti roboris, & exercitati ingenii in pugillatu, quòd cum Paride, & ſtrenuo pugile olim ſe committi conſueverit. 17 Qui, utcunque propter Helenam raptam imputetur illi mollities, erat tamen ſtrenuus & fortis: namque expoſitus propter Hecubæ ſomnium in ſylvis (ſomniaverat enim facem ſe, qua poſtea Troja combureretur, in utero geſtare) & inter paſtores educatus pugillatu claruit, adeoque in ſolemnibus Ludis cum Hectore cæſtuum pugnâ certans, à fratre agnitus eſt. 18 Sc. *erat.* 19 Anaſtrophe. 20 In ludis funebribus, ad Sigæum, ubi conditus erat Hector. Non ſolùm enim Priamus Hectori filio juſta perſolvit in Sigæo, ſed etiam ludos in ejuſdem honorem ad ſepulchrum illius inſtituit: quibus Dares Buten vicit. 21 Bellatorum. 22 Sepultus jacet: vel *occubat*, id eſt, occubuit. Enallage temporis. 23 Aliorum. 24 Filium Amyci, qui Neptuni filius, rex Bebryciorum, à Polluce victus cæſuſque, pugil tamen ſtrenuus, ut & Butes fil. 25 Ingenti. 26 Butes. 27 De gente Bithinianâ ortus. 28 Bithiniæ regis. 29 Extollebat, prædicabat. Erat enim filius Amyci: ex quo poſteà Eryx in Siciliâ procreatus. 30 Percuſſit. 31 Buten ſeminecem, morienti ſimilem, vel morti proximum. 32 In qua certabant. 33 Tali famâ celebratus, tali gloria elatus, quod ſc. Paridis Antagoniſta fuerit, & Buten exercitatiſſimum pugilem ſuperavit. 34 Primus præliaturus. 35 Altum. 36 Viciſſim, nunc hoc, nunc illud. 37 Sc. *cæterus.* 38 Longe extendens, ventilans. 39 Inanibus ſc. ad oſtentationem, & ut cæteris terrorem incuteret.

Quaritur

*Quæritur* [1] *huic* [2] *alius: nec quiſquam ex agmine tanto*
*Audet* [3] *adire virum, manibuſque inducere* [4] *caſtus.*
*Ergo* [5] *alacris, cunctoſque putans* [6] *excedere* [7] *pugnâ,*
[8] *Æneæ ſtetit ante pedes: nec plura* [9] *moratus,*
*Tùm lævâ taurum cornu tenet, atque ita fatur:*
*Nate* [10] *Deâ, ſi nemo audet ſe* [11] *credere pugnæ,*
[12] *Quæ finis ſtandi?* [13] *quò me decet uſque* [14] *teneri?*
[15] *Ducere dona jube. Cuncti ſimul* [16] *ore fremebant*
*Dardanidæ, reddique* [17] *viro* [18] *promiſſa jubebant.*
[19] *Hîc* [20] *gravis* [21] *Entellum dictis* [22] *caſtigat Aceſtes,*
*Proximus* [23] *ut* [24] *viridante* [25] *toro conſederat* [26] *herbæ:*
*Entelle,* [27] *heroum quondam fortiſſime* [28] *fruſtrà,*
*Tantane* [29] *tam patiens nullo* [30] *certamine* [31] *tolli*
[32] *Dona ſines? ubi nunc nobis* [33] *Deus ille magiſter*
[34] *Nequicquam memoratus* [35] *Eryx? ubi* [36] *fama per omnem*
[37] *Trinacriam? &* [38] *ſpolia illa tuis* [39] *pendentia tectis?*
[40] *Ille ſub hæc:* [41] *Non laudis amor, nec gloria* [42] *ceſſit*
*Pulſa metu: ſed* [43] *enim gelidus* [44] *tardante ſenectâ*

1 Contra hunc. 2 Alter competitor qui ſecum certet. 3 Congredi cum Darete. 4 Armaturas, quibus illum induat. 5 Lætus & exultans. 6 Se ſuperare arte & virtute pugilum, ſive omnes pugnam detrectare ratus. 7 Al. palmâ. 8 Ingens faſtus ex hoc innuitur, nimiùm ſc. elatus, neminem ſibi antagoniſtam conſtitui, ac ob id ferocior. 9 Exſpectans, ſive non ampliùs moratus. 10 Venere. 11 Committere pugnæ, id eſt, mecum in arenam deſcendere. 12 Quis modus eſt ſtandi, id eſt, quamdiu aut cur hîc ſtamus otioſi? 13 Quouſque. Tmeſis. 14 Morari. 15 Abducere taurum. 16 Magno clamore Daretis verbis applaudebant. Metaphora. 17 Dareti, quicum nemo congredi auderet. 18 Præmia, quaſi debita. 19 Ex hoc Daretis dicto. 20 Magnæ autoritatis vir, ob majeſtatem regiam. 21 Pugilem præſtantem, ſed ſeniorem. 22 Graviter objurgat. 23 Secundum quod. 24 Vireſcente. 25 In toro. 26 Aggeſto ex herbis. 27 Commemoratione priſtinæ virtutis Entellum ad certamen adhortatur. 28 Si tàm patiens ſinas præmia hæc abire, & ſi nunc certamen detrectes inire cum ferociente illo juvene, tantoperè ſe præ omnibus efferente. 29 Puſillanimus. 30 Commiſſo. 31 Auferri, abduci. 32 Præmia. 33 Heros, divinas laudes in pugillatu conſecutus. 34 Fruſtra nominatus & clarus, ſi nulla ejus in diſcipulis relicta eſt peritia. 35 Filius Butæ, modò dicti, & Veneris (aliis, Lycaſtes) frater Æneæ: rex Siciliæ, magiſter Entelli. 36 Memorata ſc. A nominis celebritate & ſignis veterum victoriarum exh[illegible]tatio. 37 Siciliam: à tribus promontoriis. 38 Et ubi ſunt ill[illegible] ſpolia, &c. 39 Ex more & honore athletarum, qui liminibus ſuis ſpo[illegible], devictis antagoniſtis detracta, ſuſpendebant, ut ſe ipſi celebrarent, & alios item ad virtutem excitarent. 40 Entellus reſpondit poſt hæc. 41 Removet à ſe ſuſpicionem ignaviæ & metus: transfertque detrectationis cauſam in ſenilis ætatis tarditatem. 42 E pectore meo. 43 Certè. 44 Tardum faciente.

1 Id eſt, vigor pigreſcit propter ſenectutem Metaphora à ferro ad ſanguinem.
2 Omnem foeturam enixæ, id eſt, quæ nullam vim retinuerunt.
3 Improbandus Dares, propter jactantiam.
4 Confidens.
5 Emphaticè: audacem fortemque ſe fuiſſe indicat.

*[1] Sanguis hebet, frigentque [2] effœta in corpore vires.*
*Si mihi, quæ quondam fuerat, quâque [3] improbus iſte*
*Exſultat [4] fidens, ſi nunc foret [5] illa juventa:*
*Haud equidem [6] pretio inductus, [7] pulchroque juvenco*
*[8] Veniſſem: nec dona moror. Sic deinde locutus,*
*In medium [9] geminos immani pondere [9] cæſtus*
*Projecit: quibus [10] acer [11] Eryx in prælia [12] ſuetus*
*[13] Ferre manum, duroque [14] intendere brachia tergo.*
*[15] Obſtupuêre [16] animi: tantorum ingentia ſeptem*
*[17] Terga boum, plumbo inſuto, ferroq; [18] rigebant.*
*[19] Ante omnes [20] ſtupet ipſe Dares, [21] longèque recuſat:*
*Magnanimuſque [22] Anchiſiades, & pondus, & ipſa*
*Hùc illùc [23] vinclorum immenſa volumina [24] verſat.*
*Tùm [25] ſenior tales referebat pectore voces:*
*[26] Quid, ſi quid cæſtus, [27] ipſius & Herculis arma*
*[28] Vidiſſet, [29] triſtemq; [30] hoc ipſo in littore [31] pugnam?*
*Hæc [32] germanus Eryx quondam [33] tuus [34] arma gerebat:*
*Sanguine [35] cernis adhùc, ſparſoq; infecta [36] cerebro.*
*[37] His magnum [38] Alcidem contra [39] ſtetit: his ego [40] ſuetus,*

6 Non præmio, ſed gloriâ. 7 Quantumvis pulchro. 8 In certamen. 9 Binas & æqualis magnitudinis armaturas manuum. 10 Strenuus. 11 Filius Veneris. A perſonæ dignitate cæſtuum præſtantiam arguit. 12 Aſſuetus; ſolitus erat. 13 Conferre. Simplex pro compoſito. 14 Innectere ſeu ligare brachia cæſtuum loris ſive zonis è tergore boum. 15 Cum ſtupore admirati ſunt pondus cæſtuum. 16 Spectantium. 17 Tergora. 18 Rigida ſtabant. 19 Præcipuè. 20 Cum ſtupore miratur hujuſmodi cæſtus Erycis. 21 Et valdè negat ſe tam gravibus cæſtibus pugnaturum eſſe. 22 Anchiſæ filius Æneas. 23 Cæſtuum lora, faſcias, quibus brachia & manus vincirentur. 24 Frequenter vertit & jactat. 25 Entellus, ſenex miles. 26 Sc. *diceret*. 27 Emphaticè, à minori ad majus: q. d. Hi cæſtus vobis graves & magni videntur: ſed nihil ad Herculis cæſtus, quibus ille Erycem vicit & occidit. 28 Tùm demum fuiſſet, quod obſtupeſceret Dares, reliquique. 29 Cruentam, in quâ Eryx occiſus eſt. 30 Quæ hìc inter Herculem & Erycem commiſſa eſt. 31 Boum ex Hiſpania ab Hercule actorum unus ex Rhegio Italiæ in Siciliam tranavit: repetebat Hercules; Erycem abnegantem cæſtuum pugnâ interfecit. 32 Ὁμομήτριος, Butæ fil. ex Venere, vel, Lycaſte potius, nobili ſcorto, quæ ob formam eximiam *Venus* dicta. 33 Apoſtrophe ad Æneam, cujus frater erat Eryx. 34 Cæſtus. 35 Hæc arma. 36 Erycis ab Hercule occiſi. 37 Cæſtibus ſc. quos recuſat Dares. 38 Herculem, ab Alcæo avo, Amphytrionis patre. 39 Eryx. 40 Ego ſolitus ſum his cæſtibus pugnare tunc.

Dùm

*Dùm [1] melior vires ſanguis dabat; [2] æmula necdùm*
*Temporibus [3] geminis [4] canebat ſparſa ſenectus.* 416
*Sed, ſi [5] noſtra Dares hæc Troïus arma recuſat,*
*Idque pio [6] ſedet Æneæ; [7] probat [8] author Aceſtes:*
*[9] Æquemus pugnas: [10] Erycis tibi [11] terga remitto:*
*Solve metus, & tu [12] Trojanos [13] exue ceſtus.* 420
*Hæc [14] fatus, [15] duplicem ex humeris rejecit [15] amictum;*
*Et magnos membrorum artus, magna oſſa, [16] lacertoſq;*
*[17] Exuit, atque ingens mediâ [18] conſiſtit [19] arenâ.*
*Tùm [20] ſatus [21] Anchiſâ ceſtus [22] pater [23] extulit [24] æquos,*
*Et [25] paribus [26] palmas [27] amborum [28] innexuit armis.*
*Conſtitit [29] in digitos [30] extemplò arrectus uterque,* 426
*[31] Brachiaque ad ſuperas [32] interritus extulit auras.*
*[33] Abduxêre retrò longè capita [34] ardua ab ictu:*
*Immiſcentque [35] manus manibus, [36] pugnamque [37] laceſſunt.*
*[38] Ille pedum melior [39] motu, fretuſque juventâ:* 430
*[40] Hic membris, & [41] mole valens: ſed tarda [42] trementi*
*Genua [43] labant: [44] vaſtos quatit [45] æger anhelitus artus.*
*Multa [46] viri [47] nequicquam inter ſe [48] vulnera jactant:*

1 Fortior. Periphraſis eſt virilis & robuſtæ ætatis, quâ nec vi & robur adhùc vigebant.
2 Ætati vi illi invidens, viriſque ejus protrudens, viribus priſtinis inimica, contraria.
3 Ambobus.
4 Caneſcebat, cana erat. Periphraſis ſenii.
5 Noſtratia, id eſt, Sicilienſia arma.

6 Placet. Æn. 2. *Et ſedet hoc animo.* Æn. 4. *Si mihi non animo fixum, immotumque ſederet.* 7 Et approbat. 8 Hujus certaminis, qui inſtigavit. 9 Æquales faciamus cæſtus, ſeu inſtrumenta pugnandi, & paribus armis pugnemus. 10 Quibus Eryx contra Herculem ſteterat, id eſt, Erycis cæſtibus & jure meo cedo, tu tuos, ego meos; æquos induemus. 11 Tergora boum, plumbo & ferro inſuto. 12 Quibus vos Trojani aſſueti eſtis. 13 Abjice, depone. 14 Locutus Entellus. 15 Abollam; quæ duplex veſtis eſt, ut chlamys. 16 Hypermeter verſus. 17 Denudavit. 18 Firmiter ſtat. 19 Sc. *in.* 20 Proceatus. 21 Et Venere. 22 Æneas. 23 In medium tulit. 24 Æqualis ponderis. 25 Conformibus, æqualibus. 26 Manus & brachia, quibus adnectebantur cæſtus. 27 Daretis & Entelli. 28 Vinxit cæſtibus. 29 Sc. *pedum*, quod tantò facilius & fortius percutit adverſarium, quantò fuerit corporis proceritate ſublimior. 30 Illicò. 31 Ventilat uterque, præluditque. 32 Uterque non territus. 33 Ambo. 34 Erecta & ſublimia. 35 Χερσὶ χεῖρας. 36 Futuram. 37 Irritant, provocant lentiùs; ſicut tauri immiſcendo cornua cornibus. 38 Dares laceſſit pugnam. Addit enim obiter perſonarum deſcriptiones: Daretis ab agilitate & motu corporis, ætateque juvenili: Entelli verò, à vaſtitate corporis robuſti & ſenectæ. 39 Agilitate in occurſu recurſuque. 40 Entellus laceſſit pugnam. 41 Membrorum mole præſtans. 42 Sc. *ſenio.* 43 Titubant, labanti ſimilia. 44 Magnos. 45 Moleſte editus. 46 Viriliter concertantes. 47 Fruſtrà; quia neuter proſterni, nec vinci potuit. 48 Ictus.



Digitized by Google

[1] *Multa* [2] *cavo lateri* [3] *ingeminant, & pectore vaſtos*
*Dant ſonitus,* [4] *erratque aures, & tempora circùm*
*Crebra manus: duro crepitant ſub* [5] *vulnere* [6] *malæ.*
*Stat gravis Entellus,* [7] *niſuque immotus eodem,*
[8] *Corpore* [9] *tela* [10] *modò atque oculis* [11] *vigilantibus* [12] *exit.*
[13] *Ille,* [14] *velut celſam oppugnat qui* [15] *molibus urbem,*
*Aut* [16] *montana* [17] *ſedet circùm caſtella* [18] *ſub armis.*
*Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque* [19] *pererrat*
*Arte locum, & variis* [20] *aſſultibus* [21] *irritus urget.*
[22] *Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & altè*
*Extulit:* [23] *ille ictum venientem* [24] *à vertice velox*
*Prævidit, celerique elapſus corpore* [25] *ceſſit.*
*Entellus vires* [26] *in ventum effudit: &* [27] *ultrò*
*Ipſe gravis, graviterque ad terram* [28] *pondere vaſto*
*Concidit: ut* [29] *quondam* [30] *cava concidit, aut* [31] *Erymantho,*
*Aut* [32] *Idâ in magnâ* [33] *radicibus eruta pinus.*
*Conſurgunt* [34] *ſtudiis Teucri, &* [35] *Trinacria pubes:*
[36] *It clamor* [37] *cælo: primuſque accurrit Aceſtes,*
[38] *Æquævumque ab humo* [39] *miſerans* [40] *attollit amicum.*
*At non tardatus caſu neque territus* [41] *heros,*

1 Vulnera, id eſt, multos ictus. Anaphora.
2 Per latus brachiis detectum.
3 Alios poſt alios ictus ingerunt.
4 Vagatur, incerte percutiendo.
5 Ictu.
6 Maxillæ,
7 Conatu ſive agitatione membrorum.
8 Corporis declinatione ictus eludit: & ab ictus lineâ ſe ſubducit: adeoque exit.
9 Ictus cæſtus Daretis, longè venientes, quia gravius lædunt. 10 Solummodò. 11 Proſpicientibus. Curam attentiſſimam in avertendis declinandiſque ictibus innuit. 12 Vitat, declinat, effugit. 13 Dares. 14 Sicut is. 15 Magnis machinis. 16 In montibus ſita. 17 Circumſidet, obſidet. 18 In armis. 19 Circumvagatur artificioſe. 20 Oppugnationibus. 21 Fruſtratus à primo conatu, operamque ludens Dares. 22 Inſurgens (ut deſuper incutiat) attollit dexteram, ictum graviorem minatus. 23 Dares, qui Entelli geſtus notat. 24 Deſuper. 25 Locum dedit dextræ, ita ut non pertingeretur. 26 Quia nihil obſtaculi invenit. Proverbiali forma ſignificat Entellum aberrare à corpore Daretis. 27 A nemine alio impulſus. 28 Corpore valde magno. 29 Aliquando. 30 Vetuſtate, carie & annis exeſa atque excavata, annoſa. 31 Nemoroſo Arcadiæ monte: in quo Hercules aprum prodigioſæ magnitudinis, omnia circumcirca vaſtantem, interfecit; qui & inde *Erymanthius aper* dictus fuit. Species pro genere, ut & in *Ida*. 32 Phrygiæ monte: ut & Cretæ altero cognomine. 33 A radice evulſa. 34 Studioſis officiis, favoribus & commiſeratione Entelli. 35 Sicilienſis juventus. 36 Diffunditur. 37 Ad coelum uſque, Hyperbolice. 38 Æqualis ævi. 39 Caſum ejus deplorans. 40 Idque ex æqua pugillatus lege, ut caſu collapſus elevetur: alioqui caſui non virtuti ceſſerit victoria. 41 Vir magnanimus & Heroïca virtute præditus Entellus.

1 *Acrior*

*[1] Acrior ad pugnam redit, & [2] vim ſuſcitat ira.*
*Tùm pudor [3] incendit vires, & [4] conſcia virtus:*
*[5] Præcipitemque Daren [6] ardens agit [7] æquore toto,*
*Nunc dextrâ ingeminans ictus, nunc [8] ille ſiniſtrâ.*
*[9] Nec mora, nec [10] requies: quàm multa grandine [11] nimbi*
*Culminibus crepitant: [12] ſic denſis ictibus [13] heros*
*[14] Creber utraque manu pulſat, verſatque Dareta.*
*[15] Tùm pater Æneas, procedere [16] longiùs [17] iras,*
*Et ſævire animis Entellum haud [18] paſſus acerbis:*
*Sed finem [19] impoſuit pugnæ, [20] feſſumque Dareta*
*Eripuit, [21] mulcens dictis, ac talia fatur:*
*Infelix, quæ tanta [22] animum dementia [23] cepit?*
*[24] Non vires [25] alias, converſaque numina ſentis?*
*[26] Cede Deo: dixitque & prælia [27] voce diremit.*
*Aſt [28] illum fidi [29] æquales, genua [30] ægra trahentem,*
*[31] Jactantemque [32] utroque caput, [33] craſſumque cruorem*
*Ore [34] ejectantem, miſtoſque in ſanguine dentes,*
*Ducunt [35] ad naves: galeamque, enſemque [36] vocati*
*Accipiunt: [37] palmam Entello, [38] taurumq; relinquunt.*
*Hîc [39] victor, ſuperans animis, tauroque ſuperbus,*

1 Quam priùs fuerat. 2 Robur. Unde Peripatetici iram fortitudinis cotem eſſe dixerunt. 3 Auget. 4 Quam ſibi ineſſe nôrat; ſciebat enim ſe contra Dareta ſtare poſſe. 5 Præcipitantem fugientem. 6 Irâ excandeſcens. 7 Per totam planitiem. 8 Quem juventa ſuperbum fecerat;

Ille, qui pedum melior fuerat motu, ſic cedebat Entello, ut inſequentis ſenis ictus vitare non poſſet. 9 Fit in Entello. 10 In Darete, aut in utroque. 11 Nubes grandinoſæ per tecta crepitum edunt, dùm grando decidit. 12 Tam. 13 Entellus. 14 Crebrò. 15 Cùm neuter pugilum in arenam deſcenderit injuriam internecina pugna ulturus; ſed laude & præmio invitatus: munerario licet prælium dirimere, atque alterutrum ſubtrahere. 16 Ad gravius malum. 17 Entelli. 18 Eſt. 19 Dato ſigno. 20 Curſu & ictibus cæſtuum. 21 Mitigans & conſolans verbis conſolatoriis. 22 Tuum. 23 Invaſit? 24 An non advertis ab illo ſtare vires pluſquam mortales, pugnæ fortunam & Deos? cede itaque tempori, fortunæ, Deo. Mulcet Dareta Æneas, in Deos mutatos, converſaque numina iniquum quaſi pugnæ exitum conferens, ut l. 2. Æneam Venus: *Verùm inclementia Divûm has evertit opes.* 25 Quam humanas, aut Entelli. 26 Da locum numini, quod nunc in Entello eſt. 27 Sermone ſuo dirupit. 28 Dareta. 29 Convivæ ejus. 30 Saucia & defatigata. 31 Præ dolore. 32 In utramque partem, modò in dextram, modo in ſiniſtram, mortuo ſimilis: *ἐπέρωσε*. 33 Spiſſum, concretum. 34 Evomentem. 35 Extra conſpectum populi. 36 Ab Æneâ, ad recipienda ſolatia victo. Neque enim per verecundiam Daretis victi ſponte erant poſtulaturi. Macrob. 4. Sat. 1. c & tamen luculentiore munere auctus eſt victus quàm victor, quippe ſibi virtus pulcherrima merces, ſibi vel indotatæ pretium. 37 Victoriam, commune omnium certaminum præmium, utcunque nulla mentio ejus priùs facta ſit. 38 Alluſum ad Rom. morem, immolandi bovis poſt certamina. 39 Entellus exſultans ſpiritus ferocia, ex victoria.

[1] *Nate Deâ, voſq; hæc, inquit,* [2] *cognoſcite, Teucri,*
*Et mihi quæ* [3] *fuerint juvenili in corpore vires,*
[4] *Et quâ ſervetis* [5] *revocatum à morte Dareta.*
[6] *Dixit: &* [7] *adverſi contra ſtetit ora juvenci.*
[8] *Qui* [9] *donum aſtabat pugnæ:* [10] *duroſq; reductâ*
[11] *Libravit dextrâ media inter* [12] *cornua,* [13] *caſtus,*
[14] *Arduus,* [15] *effractoq;* [16] *illiſit in oſſa cerebro.*
*Sternitur,* [17] *exanimiſq; tremens procumbit* [18] *humi bos.*
[19] *Ille* [20] *ſuper tales effudit pectore* [21] *voces:*
[22] *Hanc tibi, Eryx, meliorem* [23] *animam* [24] *pro morte* [25] *Daretis*
*Perſolvo:* [26] *hîc victor cæſtus, artemque* [27] *repono.*
[28] *Protinùs Æneas* [29] *celeri certare ſagittâ*
[30] *Invitat,* [31] *qui fortè velint, & præmia ponit:*
[32] *Ingentique manu malum de nave Sereſti*
*Erigit, &* [33] *volucrem* [34] *trajecto in fune columbam,*
[35] *Quò tendant ferrum, malo ſuſpendit ab alto.*
[36] *Convenêre viri,* [37] *dejectamq;* [38] *ærea* [39] *ſortem*
*Accepit* [40] *galea: & primus clamore* [41] *ſecundo*
[42] *Hyrtacidæ ante omnes* [43] *exit locus Hippocoontis.*
[44] *Quem* [45] *modò navali* [46] *Mneſtheus certamine* [47] *victor*

1 O Ænea, 2 Obſervato ſenum decreto, quibus res ſuas geſtas prædicare conceditur. Undè Horatius de ſenibus ſic canit: *Difficilis, querulus, laudator temporis acti Se puero, cenſor, caſtigatorque minorum.* 3 Amplificatio Majoris à Minori. 4 Cognoſcite, quòd Dareta occidere potuiſſem, ſi voluiſſem.

5 Æneæ beneficio jam cædi ſubtractum. 6 Entellus. 7 Ex adverſo ſtantis. 8 Juvencus. 9 Præmium victori. Per appoſitionem. 10 Plumbo oppletos. 11 Librando incuſſit, quaſi collimans nè ictus falleret, ſed certus foret. 12 Juvenci. 13 Cæſtum. Enallage numeri. 14 Entellus ingens. 15 Fractis oſſibus, illiſit cæſtum in cerebrum. Hypallage. 16 Illidendo intruſit cæſtum. 17 Mortuus. 18 Super humum. 19 Entellus. 20 Super cæſum Eryci taurum. 21 Verba dedicativa. 22 Taurum, gratiorem Eryci magiſtro & meo Heroi hoſtiam futuram, quàm ſi humanum libarem ſanguinem. Alluſum ſimul ad ſuccidaneam, ſicubi prior non litaret hoſtia. 23 Bovis. 24 Loco mortis. 25 Quia ſuffeciſti vires, ut Daretam occidere potuiſſem. 26 Ad poſtem Herculis. 27 Sepono, colloco. Gladiatores, nec non artifices alii, ſi ætate graves, vulneribus invalidi, conſilio artem improbantes, victoriis ſaturi, aut alia de cauſâ valedicerent arti ſuæ, tanquam emeriti & rude donati, artis ſuæ inſtrumenta Deo alicui, ad templi parietem ſuſpenſa, conſecrabant. 28 Statim, peracto cæſtuali certamine. 29 Celeriter emittenda. 30 Eos. 31 Contendere. 32 Magnâ ſuorum multitudine. 33 Velocem 34 Per foramen, quod erat in ſummitate mali. 35 Ad quam columbam dirigant ſagittam. 36 Ad ſortes faciendas, ut ſcirent quo ordine ſagittas emittant. 37 Deorsùm in fundum ejus jactam. 38 Ex ære facta. 39 Singulorum. 40 Poſitæ in galeâ ſortes erant, cum nominibus ſagittariorum. 41 Subſequenti aut favorabili. 42 De genere Hyrtaci. 43 Exeundo fit. 44 Hippocoonta. 45 Paulò antè. 46 Sors aut locus Mneſthei exſilit è galeâ. 47 Duorum.

Con-

Digitized by Google

*Conſequitur; viridi Mneſtheus evinctus* [1] *olivâ.*
*Tertius* [2] *Eurytion, tuus ô* [3] *clariſſime frater*
[4] *Pandare:* [5] *qui* [6] *quondam juſſus* [7] *confundere* [8] *fœdus,*
*In medios* [9] *telum torſiſti primus Achivos.*
[10] *Extremus,* [11] *galeaque ima* [12] *ſubſedit* [10] *Aceſtes,*
*Auſus & * [13] *ipſe manu juvenum tentare* [14] *laborem.*
[15] *Tùm validis* [16] *flexos* [17] *incurvant viribus arcus*
[18] *Pro ſe quiſq;* [19] *viri, &* [20] *depromunt tela* [21] *pharetris.*
[22] *Primaq; per cœlum,* [23] *nervo ſtridente, ſagitta*
[24] *Hyrtacidæ juvenis* [25] *volucres* [26] *diverberat auras:*
*Et venit,* [27] *adverſique infigitur arbore mali.*
[28] *Intremuit* [29] *malus, timuitq;* [30] *exterrita pennis*
[31] *Ales, & ingenti ſonuerunt* [32] *omnia* [33] *plauſu.*
[34] *Pòſt acer Mneſtheus* [35] *adducto conſtitit arcu,*
[36] *Alta* [37] *petens, pariterq; oculos telumq;* [38] *tetendit.*
*Aſt ipſam* [39] *miſerandus* [40] *avem contingere* [41] *ferro*
*Non valuit: nodos &* [42] *vincula linea rupit,*
*Queis* [43] *innexa pedem malo pendebat ab alto.*
[44] *Illa* [45] *Notos, atque atra volans in nubila fugit.*
*Tùm* [46] *rapidus jamdudum arcu* [47] *contenta parato.*

1 Olea, ſupremæ victoriæ ſigno.
2 Conſequitur.
3 Trojanorum. Nam ob virtutem pro Deo habitus eſt.
4 Fuit hic Lycaonis filius, qui emiſſa ſagitta vulneravit Menelaum congreſſum Paridi.
5 Qui juſſu Minervæ in certamine Menelai & Paridis ſagitta miſſa fœdera certaminis diſturbaſti. Iliad. 4.
6 Aliquando, in primo aggreſſu Græcorum.
7 Violare.
8 Ictum ſc. inter Græcos & Trojanos.
9 Sagittam.
10 Sors Aceſtæ regis ultimò extura.
11 In infima parte galeæ, in quam ſortes conjecerant.
12 In fundo adhæſit. Neque enim neceſſe erat ſortem Aceſtis educi, qui ultimus erat.
13 Quamvis eſſet ſenior.
14 Exercitium laborioſum, id eſt, certamen ſagittariorum, quod ſolis juvenibus relinqui oportet.
15 Poſtquam ſortiti erant loca
16 Incurvos flectunt. Hyppallage, flectendo incurvant: vel *flexos*, id eſt flexibiles.
17 Intendunt.
18 Pro virili ſuâ.
19 Ad virtutem & vim, non ad ſexum reſpicit.
20 Eximunt.
21 Thecis ſuis.
22 Ordine certamen ſagittis avem petentium aggreditur.
23 Arcu nervato, id eſt, nervis munito.
24 Hippocoontis.
25 Velociter cedentes.
26 Fruſtrà emittitur: cùm nec funem, nec columbam tangeret, quamvis malo infixa fuerit.
27 Oppoſiti, & ex adverſo erecti.
28 Ab effectu violentiam jactus arguit.
29 Arbor, quæ in navi velum ferre ſolet.
30 Terrore em ſignificans concuſſione alarum.
31 Columba.
32 Loca.
33 Clamore populi, putantis columbam eſſe percuſſam.
34 Poſteà, id eſt, ſecundo loco.
35 Hypotypoſis collimantis ſagittam ſuam in columbam.
36 Locum columbæ
37 Oculis & telo.
38 Direxit.
39 Miſeratione dignus, quod à propoſita meta aberraret, & victoria careret.
40 Columbam.
41 Teli.
42 Funem, cui alligata erat avis.
43 Habens pedem innexum.
44 Avis diſſoluta.
45 In ventos.
46 Celer.
47 Tenens tela parata in arcu contento, id eſt, intento ad ejaculandum. Hypallage.

*Tela tenens, 1 fratrem Eurytion 2 in vota vocavit:*
*Jam 3 vacuo lætam cœlo 4 ſpeculatus, & alis*
*Plaudentem nigra figit ſub nube columbam.*
*Decidit 5 exanimis, 6 vitamque reliquit in aſtris*
*7 Aëriis, 8 fixamque refert delapſa ſagitam.*
*9 Amiſſâ ſolus 10 palmâ 11 ſuperabat Aceſtes,*
*Qui tamen 12 æthereas telum contorſit in auras,*
*Oſtentans artem pariter, 13 arcumque ſonantem,*
*14 Hîc 15 oculis 16 ſubitò 17 objicitur, magnoque futurum*
*18 Augurio 19 monſtrum: docuit poſt 20 exitus 21 ingens:*
*22 Seraque 23 terrifici cecinerunt omina vates.*
*Namq; volans 24 liquidis in nubibus arſit 25 arundo,*
*Signavitq; 26 viam 27 flammis, tenueſq; 28 receſſit*
*Conſumpta in ventos; 29 cœlo 30 ceu ſæpè refixa*
*Tranſcurrunt, 31 crinemque volantia ſidera ducunt.*
*32 Attonitis hæsêre animis, ſuperoſque 33 precati*
*34 Trinacrii Teucrique viri: 35 nec 36 maximus omen*
*37 Abnuit Æneas, ſed 38 lætum amplexus Aceſtem*
*Muneribus 39 cumulat magnis, ac talia fatur:*

1 Pandarum, qui in vivis peritiſſimus ſagittandi, à Liciis pro Heroë colebatur: hujus itaque divinam quaſi opem invocat. 2 Ad ſuſcipienda vota. 3 In aperto & patenti aëre. 4 Poſtquam conſpexerat. 5 Mortua & ſine animâ. 6 Cùm ſtellis ac aſtris aves ritè immolentur, laudat Macrobius Sat. l. 3. c. 8. Poëtæ ſcientiam & judicium, qui volucrem in ſtellis animam reliquiſſe dixerit. 7 Altis. 8 In ſe, id eſt, in corpore ſuo. 9 Quia Eurytion eam meruerat. 10 Victoria. Signum victoriæ pro ſignato, Metonym. 11 Supererat, qui nondum ſagittaverat. Cic. *Deque eo, quod ipſis ſuperat, aliis gratificare volunt.* 12 Sublimes. 13 Per artificioſam emiſſionem teli, in quo ſumma ſagittandi ars conſiſtit. 14 Tùm. 15 Spectantium. 16 Repentè ortum. 17 Ex occaſione conjecti teli in vacuas auras, tranſit ad objecti prodigii narrationem. 18 Prodigio. 19 Portentum inſolitum, aliquid futurum monſtrans. Eſt enim *monſtrum à monſtrando* dictum, quod ſc. aliquid ante eventurum *monſtret* ac denuntiet: ac omne id, quod contra rerum naturam fit, aut naſcitur, ſignificat. 20 Claſſis incenſa, quod poſtea ex hac ſagittâ accenſa ſignificari, ſerò intellexerunt agnoveruntque vates. 21 Ingentis rei: quando naves per Irim, à Junone miſſam, incenſæ ſunt. 22 Sero credita, vel futura ac poſtea eventura. 23 Terrorem incutientes. 24 In liquido aëre. 25 Sagitta Aceſtis arundinea. Materia pro materiato, Solebant enim ex arundine præſtantiſſimæ ſagittæ fieri. 26 Qua ferebatur. 27 Flammeo tractu, claritate flammarum: ut 2. l. *Signantemque vias*: in eadem re. 28 Evanuit. 29 Ex vulgi, putantis revulſas è cœlo ſtellas cadere, opinione de meteoro ſtellæ cadentis, *Quæ ſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.* 30 Quemadmodum impreſſiones ſeu exhalationes, quæ à vulgo creduntur eſſe ſidera, diſſolutæ à firmamento tranſcurrunt ſæpe per aërem. 31 Caudam incenſam, in formam capillorum. 32 Suſpenſi erant. 33 Sunt. 34 Siculi. 35 Nec pro diro omine abhorruit, ſed lætum interpretabatur. 36 Maximi animi. 37 Imo ſuſcepit. 38 Quia putavit boni exitus indicium eſſe. 39 Auget eum, largiterque donat.

[1] *Sume, pater, (nam te voluit [2] rex magnus [3] Olympi*
*Talibus [4] auſpiciis [5] exſortem ducere [5] honorem)*
[6] *Ipſius [7] Anchiſæ longævi hoc munus habebis:*
[8] *Cratera impreſſum ſignis, [9] quem Thracius olim*
*Anchiſæ genitori in magno munere [10] Ciſſeus*
[11] *Ferre ſui dederat [12] monumentum & pignus amoris.*
*Sic fatus, [13] cingit [14] viridanti tempora [15] lauro,*
*Et [16] primùm ante omnes victorem [17] appellat Aceſtem.*
*Nec bonus Eurytion [18] prælato invidit honori:*
*Quamvis [19] ſolus avem [20] cælo dejecit ab alto.*
[21] *Proximus ingreditur [22] donis, qui [23] vincula rupit:*
[24] *Extremus, [25] volucri qui [26] fixit [27] arundine malum.*
[28] *At pater Æneas, nondum [29] certamine [30] miſſo,*
[31] *Cuſtodem ad ſeſe, comitemque [32] impubis [33] Iüli*
[34] *Epytiden vocat, & fidam ſic fatur ad aurem:*
[35] *Vade age, & Aſcanio, ſi jam puerile paratum*
[36] *Agmen habet ſecum, [37] curſuſq; inſtruxit equorum;*
[38] *Ducat [39] avo [40] turmas, & ſeſe oſtendat in armis:*
[41] *Dic, ait: ipſe omnem [42] longo [43] decedere circo.*

1 Ultro quæſitum caſe. Contra vatum prædictiones fingit omen ad Aceſten pertinere, & illud ſuo arbitrio interpretatur. 2 Jupiter. 3 Cœli. 4 Portentis & ſignis bonis, ſuadentibus aliquid fieri ſc. prodigio ardentis ſagittæ. 5 Præmium, extra ſortis & pacti ordinem, amplisſimum: cui & pretium ponit à prioribus dominis & artificio, vel, *exſortem*, id eſt, te exortem, id eſt, qui privatus es ſorte. *Conſors* verò, eſt ejuſdem ſortis. 6 Quod fuit ipſius, &c. 7 Laus poculi, à perſonæ qualitate. 8 Poculum cui imagines inſculptæ ſunt. 9 Cratera. 10 Pater Hecubæ, rex Thraciæ. 11 Aſportare. 12 In memoriam ſui, quod Anchiſen illius admoneret. 13 Quoniam victorem in hoc certamine Aceſten declaraturus eſt. 14 Viridi, perpetuo virenti: quod illi arbori nunquam decidant folia. 15 Alludit ad Pythia, in quibus victor corona laurea coronabatur. 16 Primò. 17 Præconis voce pronunciat, declarat. 18 Prælato Aceſti honorem. 19 Et ſic primum illi præmium deberetur. 20 Aëre. 21 Proximè Eurytiona, donis inſignis & gloriabundus incedit Mneſtheus. 22 Ad dona. 23 Funem diverberavit. 24 Ingreditur donis is. 25 Hippocoon Hyrtacides. 26 Confixit. 27 Sagitta arundinea. Metonymia. 28 Tranſitio ad puerorum ludum. 29 Cœtu certare volentium. 30 Dimiſſo. Simplex pro compoſito. 31 Pædagogum, rectorem. 32 Adhuc impuberis. Innuit, ad pubertatem uſque ſub tutela & imperio pædagogorum pueros olim fuiſſe: deinde ſui juris fieri ſolitos. 33 Aſcanii, filii Æneæ. 34 Epyti filium, Periphantem. Patronymicum. 35 Ito: Mandat Epytidi, ut ſuo juſſu Aſcanius puerorum agmen inſtructum in circum ſecum producat. 36 Multitudinem militum: ab agendo dictum, quòd perindè ut labentis aquæ curſus agatur. 37 Et inſtruxit eques ad curſum. 38 Sc. ut. 39 In honorem avi ſui paterni Anchiſæ, in ipſius ſc. parentalibus, ludiſque funebribus. 40 Juvenes turmatim equitantes, ad præludia belli. *Turma* equitum proprie eſt, & 32. equites complectitur: cui qui præerat, *Decurio* dicebatur. 41 Al. *Sic ait*, ſc. Æneas. 42 Ita ut longus ſit futurus circus ad equitationem futuram. 43 Al. *diſcedere*.

1 In circum. 2 Equitationi, & equorum curſui. 3 Ornatè intrant campum. 4 Quos Aſcanius inſtruxerat. 5 In conſpectu. 6 Ut eos frænis coërceant. 7 Armis ſplendeſcentibus. 8 Applauſu ac favore proſequitur pueros in equis procedentes in circum.

*[1] Infuſum populum, & campos jubet eſſe [2] patentes.*
*[3] Incedunt [4] pueri pariterque [5] ante ora parentum*
*[6] Frænatis [7] lucent in equis: quos omnis euntes*
*Trinacriæ mirata [8] fremit, Trojæque juventus,*
*[9] Omnibus in morem tonſa [10] coma preſſa corona:*
*[11] Cornea bina ferunt præfixa haſtilia ferro:*
*[12] Pars [13] læves humero pharetras; [14] it [15] pectore ſummo*
*[16] Flexilis [17] obtorti [18] per collum [16] circulus auri.*
*[19] Tres equitum numero [20] turmæ, terniq; [21] vagantur*
*[22] Ductores: pueri [23] biſſeni [24] quemque ſecuti,*
*[25] Agmine partito fulgent, paribuſque [26] magiſtris.*
*[27] Una [28] acies juvenum, ducit quam parvus [29] ovantem*
*(Nomen [30] avi referens) Priamus, tua [31] clara [32] Polite,*
*Progenies, [33] auctura Italos, [34] quem [35] Thracius albis*
*Portat equus [36] bicolor maculis; [37] veſtigia primi*
*Alba [38] pedis, frontemq; oſtentans [39] arduus albam.*
*[40] Alter, Atys, [41] genus [42] undè Atyi [43] duxere Latini:*
*Parvus Atys, pueroque puer dilectus Iülo.*
*[44] Extremus, formaque ante omnes pulcher Iülus*
*[45] Sidonio eſt invectus equo; quem [46] candida Dido*
*Eſſe ſui dederat monimentum, & pignus amoris.*

9 Omnibus in morem unum ac eundem comam premebat galea, quam cinxit tonſa corona; vel inſignivit criſta in ſpeciem coronæ tonſa. Namque in ſeq. *Aſcanius galeam ante pedes projecit inanem, Qua ludo indutus belli ſimulacra ciebat.* 10 Sc. *erat.* 11 E corno, ligno duriſſimo, facta. *Et bona bello Cornus.* Georg. 2. 12 Sc. *ferunt.* 13 Levigatas. 14 Dependet. 15 Pectoris & colli confinio. 16 Flexibilis, id eſt, torquis aureus. 17 Ex auro obtorto. 18 Quia circuit collum, & deſcendit in pectus. 19 Alluſum volunt ad tres centurias à Romulo inſtitutas, Rhamnenſium, à Romulo, Tatienſium, à T. Tatio, Sabinorum rege, Lucerum, à Lucumone. 20 Sc. *erant.* Turmà proprie eſt 32. equitum, ut paulò antè diximus. 21 Circum turmas, nunc hos, nunc illos inſtruendo. 22 Decuriones. 23 Duodecim. 24 Ductorum. 25 Ita ut diſcretio ſit inter agmina & turbas. 26 Cum reſpectu ad *magiſtros equitum* Romæ. 27 Acierum à ducibus, qui præerant, diviſio. 28 Sc. *erat.* 29 Lætam & quaſi triumphantem. 30 Avi ſui paterni. 31 Inclyta. 32 Apoſtrophe ad Politen, Priami filium: quem Poëta Æn. 2. oſtendit in patris conſpectu à Pyrrho fuiſſe interfectum. 33 Quia Politorium ab eo conditum eſt, ac de patris Politis nomine ſic appellatum. 34 Priamum juniorem. 35 De Turni equo in 9. *maculis quem Thracius albis Portat equus.* 36 Duorum colorum. 37 Sc. *erant*, id eſt, habuit anteriores pedes albos. 38 Equi. 39 Erecta cervice. 40 Secundus ductor erat. 41 Hoc in gratiam Auguſti, & familiæ maternæ Atiæ, è quâ erat Atia Auguſti mater. 42 A quo Atii. 43 Denominavêre. 44 Ordine. 45 Sidone nato, quem Dido ſecum ex Tyro & Sidone adduxerat, Aſcanioque donarat. 46 Pulchra.

[1] *Cætera Trinacriis* [2] *pubes ſenioris Aceſtæ*
*Fertur equis.*
*Excipiunt* [3] *plauſu* [4] *pavidos, gaudentq;* [5] *tuentes*
*Dardanidæ,* [6] *veterumq; agnoſcunt* [7] *ora* [6] *parentum.*
[8] *Poſtquàm* [9] *omnem* [10] *læti* [9] *conſeſſum, oculoſque* [11] *ſuorum*
[12] *Luſtravêre in equis: ſignum clamore* [13] *paratis*
*Epytides* [14] *longè dedit,* [15] *inſonuitque flagello,*
[16] *Olli diſcurrêre pares, atque agmina* [17] *terni*
[18] *Diductis ſolvêre choris: rurſuſque* [19] *vocati*
*Convertêre* [20] *vias,* [21] *infeſtaque tela tulêre.*
*Indè alios* [22] *ineunt curſus, alioſque recurſus*
[23] *Adverſis ſpatiis:* [24] *alternoſque orbibus orbes*
*Impediunt,* [25] *pugnæque cient* [26] *ſimulacra ſub armis:*
*Et* [27] *nunc terga* [28] *fuga nudant; nunc ſpicula vertunt*
[29] *Infenſi;* [30] *factâ pariter nunc* [30] *pace feruntur.*
*Ut quondam* [31] *Cretâ fertur* [32] *Labyrinthus in* [33] *altâ,*
*Parietibus* [34] *textum* [35] *cæcis iter, ancipitemque*
[36] *Mille viis habuiſſe* [37] *dolum:* [38] *quâ* [39] *ſigna ſequendi*

1 Cæteri pueri vehebantur Siculis equis: ex equitibus ſenioris Aceſtæ. 2 Juventus. Metonymia: nam ſignum pro re ſignificata ponitur. 3 Cum plauſu. 4 Hinc inde obequitantes: ut de equitibus Æn. 4. *Dùm trepidant alæ.* Et de apibus. 4. Georg. *Dùm trepidæ inter ſe coëunt penniſque coruſcant.* Alii exponunt, gloriæ cupiditate ſollicitos, aut per ætatem meticuloſos. 5 Intuentes, inſpicientes eos. Simplex pro compoſito. 6 Avorum, priſcorum Trojanorum, quos ore referunt. 7 Effigies, vultus. Synecdoche. 8 Docet quomodo pueri equitatum exercuerint. 9 Omnes circumſidentes. 10 Pueri, ſic inſtructi, hilares ſpe victoriæ, aut propter exercitationem. 11 Majorum. 12 Circumierunt. 13 Ad excurſum. 14 Procul. 15 Sonitum dedit. 16 Tunc illi, ſigno dato, in diverſas partes excurſus ſuos fecerunt, pares numero atque diſtantia. 17 Ductores. 18 Segregaverunt agmina ſua aciebus, in formam chori priùs diſpoſitis, in diverſa ductis, & ſeparatim in aciem collocatis. 19 Signo ſive ictu flagelli, id eſt, virgæ in morem flagelli ſonantis. 20 Excurſus ſuos, undè exierant, relegentes. 21 Haſtilia ſua tanquam vim illatura obſtantibus. 22 Inceperant. 23 Ex adverſo ſumptis, ita ut ſibi invicem obviarent. 24 Et implicant circuitus ſuos alternatim factos orbibus ternis. 25 Veræ gerendæ. 26 Prælium fingunt, ac ſpecimen belli præbent. Sic infrà: *Aſcanius galeam ante pedes projecit inanem, Quâ ludo indutus belli* ſimulacra ciebat. 27 Aliquando. 28 Ad fugam, vel tanquam fugerent, nudata præbent. 29 Tanquam vellent vim inferre. 30 Ac ſi pacem fecerint. 31 In Creta Inſula. Theſeus devicto Minotauro redux, inſtituit ſaltationem ad ſpeciem Labyrinthi erroribus flexuoſi: neque enim Labyrinthus fabula eſt, ſed etiam nunc exſtat & in Creta viſitur. 32 Domus à Dædalo variis circuitibus, ut exitus inveniri non poſſet, & delineata. 33 Sublimi. 34 Contextum. 35 Inextricabilibus, & inter quos exitus inveniri nequeunt. 36 Propter multas vias. Numerus certus pro incerto. 37 Errorem, vel ambages & anfractus, qui in errorem inducunt. 38 Quâ ratione. 39 Falſa ſigna ſequendi exitum daret.

Falle-

Falleret [1] indeprenſus, & irremeabilis error:
[2] Haud aliter Teucrûm nati [3] veſtigia curſu
[4] Impediunt, [5] texuntque fugas, & prælia [6] ludo:
[7] Delphinûm ſimiles, qui per maria humida [8] nando,
[9] Carpathium, [10] Libycumque [11] ſecant, luduntque per undas.
[12] Hunc morem, hos curſus, atq; hæc [13] certamina, primus
Aſcanius, longam muris cùm cingeret Albam,
[14] Rettulit, & [15] priſcos docuit [16] celebrare Latinos:
[17] Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troïa pubes,
Albani [18] docuere [19] ſuos: [20] hinc maxima porrò
Accepit Roma, & [21] patrium ſervavit honorem:
[22] Trojaque nunc, pueri Trojanum dicitur agmen.
[23] Hac celebrata [23] tenus [24] ſancto [25] certamina [26] patri.
[27] Hîc primùm fortuna [28] fidem [29] mutata [30] novavit.
Dum variis [31] tumulo [32] referunt [33] ſolennia ludis,
[34] Irim de cœlo miſit [35] Saturnia Juno
[36] Iliacam ad claſſem, [37] ventoſque [38] aſpirat eunti,
Multa movens, [39] nec dùm antiquum ſaturata [40] dolorem.
[41] Illa [42] viam celerans, per [43] mille coloribus arcum,

1 Difficulter comprehenſibilis.
2 Eodem modo. Applicatio ſimilitudinis.
3 Mutua ſc.
4 Implicant.
5 Et implicant veſtigia fugientium ſimilia.
6 Ludendo, id eſt, faciunt præludia & ſimulacra ludorum.
7 Delphinorum. Delphini enim mille gyros faciunt nando.

8 Natando. 9 Sc. mare; quod à Carpatho, inſulâ inter Ægyptum & Rhodum ſita, nomen habet. 10 Mare Africum. 11 Dividunt. 12 Excurrendi equis. 13 Simulacra certaminum. 14 Renovavit. 15 Veteres, qui ea loca tenuerant, ubi Alba poſteà fuit condita, multò ante Romam conditam. 16 Hunc morem. 17 Eo modo, quo ipſe Aſcanius, & pubes Trojana cum eo docti ſunt. 18 Hunc morem. 19 Liberos, incolas. 20 Ex Albâ, vel ab Albanis acceperunt longè poſt Romani. 21 A progenitoribus inſtitutum. 22 Et dicitur nunc nomine Trojæ, & pueri, ſic ludentes, Trojanum agmen dicitur (per Zeugma cum propiori genere convenit) quia talis ludus à Trojanis inſtitutus eſt & denominatus. 23 Hactenus, huc-uſque. Tmeſis. Epilogus certaminum anniverſariorum ad Anchiſæ tumulum. 24 In Deos relato. 25 Sc. ſunt. 26 Anchiſæ. 27 In celebratione hujus ludi. 28 Fidelitatem, quam Trojanis, toties afflictis, ſervare debuit. 29 A gaudio in triſte infortunium. Sequitur enim Palinuri mors. 30 Mutavit. 31 Ad tumulum Anchiſæ. 32 Trojani. 33 Anniverſaria ſacra. 34 Nunciam Junonis, & Jovis l. 4. & 9. quòd pluviam præſagiat, quæ in aëre gignitur, cui præſidet Juno. 35 Saturni filia, Trojanis inimica. 36 Trojanam. 37 Ut celerius deſcendat. 38 Afflat deſcendenti. 39 Nondùm ſaturata pœnis, quas dolor ejus jam ſumpſerat. 40 Dolore, quem de injuriâ Trojanorum ſibi illata acceperat. 41 Ut arcus via ſit & vehiculum, Iris numen quod deſcendit. 42 Celeriter per arcum abiens. 43 Habentem mille colores.



Digitized by Google

[1] *Nulli viſa*, [2] *cito* [3] *decurrit tramite virgo:*
[4] *Conſpicit ingentem* [5] *concurſum, & littora* [6] *luſtrat,*
[7] *Deſertoſque videt portus,* [8] *claſſemque relictam.*
*At* [9] *procul in* [10] *ſolâ* [11] *ſecretæ Troades* [12] *actâ*
[13] *Amiſſum Anchiſen flebant, cunctaque profundum*
[14] *Pontum aſpectabant flentes. Heu, tot vada* [15] *feſſis,*
*Et tantum ſupereſſe maris!* [16] *vox omnibus una.*
[17] *Urbem orant,* [18] *tædet* [19] *pelagi perferre laborem.*
*Ergo* [20] *inter medias ſeſe,* [21] *haud ignara nocendi,*
*Conjicit, & faciemque Deæ, veſtemque* [22] *reponit.*
[23] *Fit Beroë,* [24] *Iſmarii conjux* [25] *longæva Dorycli:*
*Cui genus, &* [26] *quondam* [27] *nomen,* [28] *natiq; fuiſſent:*
*Ac* [29] *ſic* [30] *Dardanidûm mediam ſe* [31] *matribus infert.*
[32] *O miſeræ, quas non* [33] *manus,* [34] *inquit, Achaica* [35] *bello*
*Traxerit ad lethum* [36] *patriæ ſub mœnibus! O* [37] *gens*
*Infelix, cui te* [38] *exitio fortuna reſervat!*
[39] *Septima poſt Trojæ excidium jam vertitur æſtas,*
*Cùm* [40] *freta, cùm terras omnes, tot* [41] *inhoſpita ſaxa,*

1 Non viſa ab ullo, ſive, quod Dea introducatur, quæ ſpecie mortalibus conſpicua non fuit; ſive, quod per celeritatem à nemine viſa fuerit. 2 Celeriter tranſcurſo. 3 Deorſum currit. 4 Poſtquam deſcenderat. 5 Trojanorum ac Siculorum ad tumulum Anchiſæ, qui haud procul à littore aberat. 6 Circumſpicit. 7 A nautis, & reliquis Trojanis, qui ſimul omnes, relicta claſſe, ad ludos ſolennes Anchiſæ confluxerant. 8 Æneæ. 9 A viris. 10 Deſerta à viris ludos ſolennes alibi celebrantibus. Ter. *Venis meditatus alicunde è ſolo loco.* 11 Separatæ. 12 Littore, ἀκτῇ. *In actâ cum mulierculis jacebas ebrius.* Cic. Ver. 13 Per mortem. 14 Mare. Species pro genere. 15 Longa navigatione. 16 Omnes idem pariter conquerebantur, tamdiu ſc. ſe terra marique jactari, nec quietem habere poſſe. 17 In quâ maneant. 18 Eas. 19 Navigationis per pelagus. 20 In medium illarum. 21 Iris fraudum peritiſſima. 22 Deponit, ut ſc. aliam faciem & veſtem accipiat. 23 Apparet. 24 Thracii. Al. *Tmarii*: à *Tmaro*, monte Epiri, ubi benigne excepti ab Heleno Troës: probabiliuſque eſt hic contracta matrimonia, quam in Thraciâ, à quo littore avaro feſtini ſe expediebant. 25 Grandæva, annoſa. 26 Aliquando. 27 Familiæ. 28 Liberti, ab eo denominati. 29 Facta Beroë, id eſt, ſumpta facie habituque Beroes. 30 Dardanidarum. 31 Inter matres. 32 Exhortatoria Iridis ſub Beroes perſona oratio, ad inducendum ſc. mulieres Trojanas, ut naves incendant. 33 Græcorum exercitus ad Trojam oppugnandum miſſus. 34 Iris. 35 Per bellum. 36 Trojæ. Pathos à loco. 37 Non exclamantis, ſed dolentis eſt. 38 Morti. 39 In primo lib. dictum, *Nam te jam ſeptima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas.* Atque hîc jam poſt tantum temporis intervallum *Septima vertitur æſtas. Portat* ergo, æſtatem incipientem ſignat, *vertitur*, finitam vel deſinentem. 40 Omnia ſc. 41 Nullum præbentia hoſpitium.

*1 Sideraque emenſa 2 ferimur: dùm per 3 mare magnum*
*Italiam ſequimur 4 fugientem, & volvimur 5 undis.*
*Hîc 6 Erycis fines fraterni, atq; 7 hoſpes 8 Aceſtes:*
*Quis prohibet 9 muros jacere, & dare civibus urbem?*
*O 10 patria, & rapti 11 nequicquam ex 12 hoſte Penates;*
*Nulla-ne jam Trojæ dicentur mœnia? nuſquam*
*13 Hectoreos amnes, 14 Xanthum, & Simoënta videbo?*
*Quin agite, & mecum 15 infauſtas exurite 16 puppes.*
*Nam mihi Caſſandræ per ſomnum vatis imago*
*Ardentes dare viſa faces. Hîc quærite 17 Trojam: (res;*
*Hîc 18 domus eſt, inquit, vobis: 19 nunc tempus 20 agi*
*Nec tantis 21 mora 22 prodigiis: en quatuor 23 aræ*
*Neptuno: 24 Deus ipſe 25 faces, 26 animumq; miniſtrat.*
*Hæc 27 memorans, prima 28 infenſum vi corripit ignem,*
*Sublatâque procul dextrâ 29 connixa coruſcat,*
*Et 30 jacit: 31 arrectæ mentes, ſtupefactaque 32 corda*
*33 Illiadum. 34 Hic una è multis, quæ maxima natu,*
*35 Pyrgo, 36 tot Priami natorum regia nutrix:*
*Non Beroë vobis, non hæc 37 Rhetëia, matres,*
*Eſt Dorycli conjux: divini ſigna decôris,*

1 Quibus terræ peragratæ ſubjacent. 2 Trahimur adhùc. 3 Mediterraneum, inter Africam & Europam medium, non Oceanum, quod mare magnum, propriè. 4 Nolentem inveniri, vel viſam retrocedere nobis poſt tot annos exactos tot maria emenſis. *Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.* lib. 6. quia adhuc ſemel in Sicilia fuerant, & viciniores Italiæ, quàm nunc ſint. 5 Per undas & tempeſtates maris. 6 Erycis montis limites, à fratre ducis noſtri Æneæ *Eryce* denominati. 7 Qui nos libenter hoſpitio excipit. 8 Eſt hic. Ab opportuno ſuadet in Sicilia manendum eſſe. 9 Fundamenta murorum. 10 Troja. 11 Siquidem nulla nobis eſt ea ope reperta ſedes, neque adeò vobis ipſis. 12 Græco. 13 Trojanos ad quos Hector Trojanus tam viriliter pugnavit. 14 Qui Trojam perfluebant, & quorum ſimulacra Helenus in Epiro fecerat. 15 Infortunium nobis adferentes. 16 Naves. Synecdoche. 17 Quam in Italia quæritis. 18 Perpetua manſio. 19 Cùm Trojani omnes & Siculi ad ludorum ſpectacula abierint. 20 Agendi res dictas, id eſt, nunc exurendæ ſunt naves. 21 Sit. 22 Non eſt cunctandum obſequi his viſis, & Caſſandræ monitis. 23 Exſtructæ & paratæ ſunt, quæ à Cloantho victore & cæteris poſitæ ex voto; vel illæ, in quibus ſacra fiebant anniverſaria Anchiſæ, igne nondum exſtincto. 24 Neptunus, navigantium Deus; cujus hæ aræ. 25 Ad incendendum naves: quia in aris ejus relictus erat ignis à ſacrificantibus. 26 Rei perpetrandæ: cùm autor ejus eſſe videatur & adjutor. 27 Iris in forma Beroës. 28 Valdè offenſurum naves. 29 Connitens injicere ignem reſplendet. 30 Injicit ignem. 31 Arrectæ ſunt admiratione. 32 Earum 33 Trojanarum. 34 Tunc. 35 Inquit. 36 Quinquaginta ſc. *Quinquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum*, Æn. 2. 37 Trojana, à Rhæteo, promontorio Trojæ.



Digitized by Google

[1] *Ardenteſque notate oculos:* [2] *qui* [3] *ſpiritus illi,*
*Qui* [4] *vultus, vociſque ſonus, vel* [5] *greſſus* [6] *eunti.*
*Ipſa egomet* [7] *dudùm* [8] *Beroën* [9] *digreſſa reliqui* 650
*Ægram,* [10] *indignantem* [11] *tali quòd ſola careret*
*Munere, nec* [12] *meritos Anchiſæ inferret honores.*
*Hæc* [13] *effata.*
*At matres* [14] *primò* [15] *ancipites, oculiſq;* [16] *malignis*
*Ambiguæ,* [17] *ſpectare* [18] *rates,* [19] *miſerum inter* [20] *amorem*
[21] *Præſentis terræ, fatiſque vocantia* [22] *regna:* 656
*Cùm* [23] *Dea ſe paribus per cœlum ſuſtulit alis,*
*Ingentemque fugâ ſecuit ſub nubibus* [24] *arcum.*
*Tùm* [25] *verò attonitæ* [26] *monſtris,* [27] *actæq;* [28] *furore*
[29] *Conclamant, rapiuntq; focis* [30] *penetralibus ignem.*
*Pars ſpoliant aras;* [31] *frondem, ac virgulta, faceſq;* 661
[32] *Conjiciunt:* [33] *furit* [34] *immiſſis Vulcanus* [35] *habenis*
[36] *Tranſtra per, &* [37] *remos,* [38] *& pictas abjete puppes.*
*Nuncius Anchiſæ ad tumulum,* [39] *cuneoſque theatri,*

1 Ardentes reſplendentes.
2 Qualis.
3 Vivida virtus animi, ferocia, & animoſum pectus ſit illi.
4 Namque haud ſibi *vultus Mortalis, nec vox hominem ſonat:* 8 *Dea certè.* 1. Æn.
5 *Et vera inceſſu patuit Dea.*
6 Incedenti.

7 Paulò antè. 8 Quam hæc repræſentat. 9 Digrediens ab eâ. 10 Iratam, indignè ferentem. 11 Quod per valetudinem non poſſit intereſſe huic anniverſario officio. 12 Dùm viveret. 13 Pyrgo anus locuta eſt. 14 In principio, ante cognitum numen. 15 Dubiæ, quid facerent, ſed ferè perſuaſæ. Nam, (ut Ter. Act. 1. ſc. 5. ait:) *Dùm in dubio eſt animus paulo momento huc illuc impellitur.* 16 Malevolis. 17 Spectabant. Enallage modi. 18 Naves, quas incendere juſſerat Iris. 19 Magnum, vel quo efficiebantur indies miſeriores. 20 Nam amor præſentis terræ ſuadebat: contrà fatalis terræ exſpectatio diſſuadebat incendi naves. 21 Siciliæ ſc. in quâ Anchiſen ſuperiori anno ſepellerant. 22 Italica ſc. ex Deorum voluntate ſibi promiſſa. 23 Iris, quæ paulò antè Beroës formam & habitum aſſumpſerat. 24 Cœleſtem ſc. qui Iridis ſignificator eſt. 25 Maximè matronæ perculſæ ſunt. 26 Miraculis ac prodigiis Deæ viſæ. 27 Impulſæ. 28 Ab Iride, Junonis nunciâ, immiſſo. Infrà, *Excuſſaque pectore Juno eſt.* 29 Caſtrenſe verbum, quaſi ad arma cum hoſte conferenda, aut oppugnandam urbem, aut caſtra movenda. 30 Sacris, puris, à profano uſu remotis, ab aris ſc. quæ plerumque in partibus ædium penitioribus. 31 Arborum. 32 In naves. 33 Licenter graſſatur, ampliter diffunditur ignis. 34 Igni, ut liberè vagetur. 35 Metaphora à retinaculis, quibus equi reguntur. 36 Per loca in navibus, per quæ tranſitur, & in quibus ſedent remiges. 37 In tranſtris repoſitos. 38 Et per naves abiegnas ſeu ex abiete factas, ſimulacris figuriſque animantium, aut Deorum Tutelarium, ornatas. 39 Ordines ſedilium in theatris ad formam cunei per gradus aſcendentium ab imo acuto in latum. *Cuneus* propriè eſt multitudo peditum, quæ cum acie conjuncta, principio fronte anguſtior, deinde paulatim procedit latior, atque hoſtium ordines perrumpit.

1 In-

Digitized by Google

[1] *Incenſas perfert naves Eumelus : & [2] ipſi*
*Reſpiciunt [3] atram in [4] nimbo volitare favillam.*
*[5] Primus & Aſcanius, curſus ad latus equeſtres*
*Ducebat : ſic [6] acer [7] equo [8] turbata petivit*
*[8] Caſtra : nec [9] exanimes poſſunt [10] retinere [11] magiſtri.*
*[12] Quis furor iſte [13] novus ? [14] quò nunc, [15] quò tenditis, inquit,*
*Heu, miſeræ cives? non [16] hoſtem, [17] inimicaq; [18] caſtra*
*[17] Argivûm ; [19] veſtras ſpes uritis : en ego [20] veſter*
*Aſcanius: [21] galeam ante [22] pedes [23] projecit [24] inanem,*
*Quâ [25] ludo indutus [26] belli ſimulacra ciebat.*
*[27] Accelerat ſimul [28] Æneas ; ſimul [29] agmina Teucrum.*
*Aſt [30] illa diverſa metu per littora paſſim*
*Diffugiunt : ſylvaſque, & ſicubi concava [31] furtim*
*[32] Saxa petunt : [33] piget incepti, [34] lucíſque [35] ſuóſque*
*[36] Mutatæ agnoſcunt, [37] excuſſaque pectore Juno eſt.*
*Sed non idcircò flamma, atque incendia vires*
*[38] Indomitas [39] poſuêre : [40] udo ſub robore vivit*
*Stuppa [41] vomens [42] tardum fumum : lentuſq; [43] carinas*
*[44] Eſt vapor, & toto deſcendit [45] corpore [46] peſtis :*
*Nec vires heroum, infuſaque [47] flumina [48] proſunt.*

1 Eſſe. 2 Ludo intenti. 3 Piceam flammam ignis. 4 In formâ nubis atræ. 5 Primus accurrit Aſcanius, quòd commodùm ejus interciperetur. Navibus enim exuſtis in fatalem terram ſibi debitam navigare non poterat. 6 Strenuus. 7 In equo. 8 Incenſam claſſem : ut l. 3. *Nos caſtra movemus.* Vel *turbata*, id eſt, ipſe turbatus. 9 Sollicitì ſuper Aſcanii ſalute; putantes naves ab hoſtibus aut piratis incenſas. 10 Aſcanium. 11 Cuſtodes, pædagogi. 12 Qualis. 13 Magnus & inſolitus, quòd ſc. naves veſtras ipſæ incendatis. 14 Sc. *tenditis?* 15 Quid habetis intentionis? 16 Sc. *repellitis.* 17 Inimicorum Argivorum. 18 Sc. *uritis.* 19 Naves, in quibus ſpes veſtra poſita eſt, ſc. perveniendi ad regna & ſedes quietas. 20 Non hoſtis. 21 Ut agnoſci ab illis poſſet. 22 Mulierum. 23 Procul abjecit: id quod indignantis eſt. 24 Quia capiti detractam. 25 Ad ludum aut dùm luderet. 26 Imaginarias & umbratiles pugnas, id eſt, pugnas contra umbras. Suprà hoc libro, *pugnæque cient ſimulacra ſub armis.* 27 Tùm celeriter accurrit. 28 Qui pedes erat. 29 Sc. *accelerant.* 30 Matronæ, quæ naves incenderant. 31 Clanculùm. 32 Sc. *erant.* 33 Eas. 34 Vitæ. 35 Cives populares. 36 A furore, & ad mentem ſaniorem reverſæ. 37 Excuſſus eſt pectore earum furor ille à Junone immiſſus. 38 Difficulter domabiles. 39 Depoſuerunt. 40 Stupa picata, quâ tabularum rimæ ſtipantur, incenſa eſt ſub ligno navium extrinſecus aquis vicino. 41 Emittens. 42 Denſum & tarde aſcendentem, non citò emicantem, utpote ex materia uda. 43 Ventres navium. 44 Edit, conſumit ignis. 45 Navium. 46 Incendium, vis incendii. 47 Aquæ impensè infuſæ, *vel*, aquæ fluvialis, cùm marina non tam extinguat, quam accendatur propter pinguedinem. 48 Quia non poſſunt extinguere incendium.

Tùm

Digitized by Google

Tum pius Æneas [1] humeris abſcindere veſtem,
[2] Auxilioque vocare Deos, & [3] tendere [4] palmas:
Juppiter omnipotens, ſi nondum [5] exoſus [6] ad unum
Trojanos; [7] ſi quid pietas antiqua labores
Reſpicit humanos: da flammam evadere claſſi
Nunc, pater, & [8] tenues Teucrum res eripe [9] letho.
[10] Vel tu, quod [11] ſupereſt, [12] infeſto fulmine [13] morti,
Si mereor, [14] demitte, [15] tuâque hic obrue dextra,
Vix hæc [16] ediderat, cùm effuſis imbribus, [17] atra
Tempeſtas [18] ſine more furit, tonitruque tremiſcunt
[19] Ardua terrarum, & campi: [20] ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, [21] denſiſque nigerrimus Auſtris,
Implenturque [22] ſuper puppes, ſemiuſta madeſcunt
[23] Robora: [24] reſtinctus donec vapor omnis, & omnes,
[25] Quattuor amiſſis, [26] ſervatæ [27] à peſte carinæ.
At pater Æneas, [28] caſu [29] concuſſus acerbo,
[30] Nunc huc ingentes, nunc illùc pectore curas
[31] Mutabat: [32] verſans, Siculiſne [33] reſideret arvis,
[34] Oblitus fatorum, [35] Italaſne capeſſeret oras.
[36] Tum [37] ſenior [38] Nautes [39] unum [40] Tritonia
[41] Pallas

1 Sc. ſibi. Pro more uſitato, in luctu & dolore, ut paterent humeri & pectora ad planctum. Paras pectus, jam nuda vocant pectora dextras. Seneca. Troad. 1. Chorus; quem morem teſtantur & Sacræ literæ.
2 In auxilium.
3 Extendere ad Deos. Simplex pro compoſito.

4 Manus complicatas. 5 Sc. es, id eſt, odiſti. 6 Omnino. 7 Si pia numina reſpiciunt pietatem humanam. 8 Modicas, acciſas bello, incendio urbis, captivitate & naufragio. 9 Deletioni, internecioni. 10 *Summe Deûm, liceat peritura viribus ignis, Igne perire tuo, cladem̃que auctore levare.* Ovid. 2. Met. 11 Quod reliquum eſt Trojanorum. 12 Vim inferente. 13 Morti. 14 Ut ſupra l. 2. *Demiſere neci, nunc caſſum lumine lugent.* 15 Id eſt, extingue nos penitus, ſi nihil nobis ſalvum eſſe permittis. 16 Æneas elocutus erat. 17 Ex denſa nube producta. 18 Sine modo, præter ſolitum morem præcipitatur. 19 Montes. 20 Præceps decidit. 21 Immixtis. 22 Uſque ad ſuperfluitatem. 23 Naves. 24 Erat. 25 Quatuor tantum per incendium abſumptis. 26 Erant. 27 Ab incendio. 28 Amiſſarum navium damno, & quòd poſt longam jactationem, amiſſis navibus, Italiâ arceri videretur. 29 Perculſus, perturbatus. Infrà: *Multa gemens, caſuque animum concuſſus amici.* 30 Aliquando in hanc ſententiam, aliquando in illam. Sic l. 4. *Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.* 31 Verſabat. 32 Agitans ſecum, dubius. 33 Sedem caperet. 34 Similis obliti & immemoris oraculorum ac promiſſorum, quæ voluntates Deorum indicaverant. 35 Italiam. 36 Cùm ſic dubius eſſet. 37 Provectioris ætatis. 38 Vir Trojanus: cujus operâ Palladium recuperatum à Diomede ajunt. 39 Præcipuè. 40 A Tritone palude denominata. Vide ſuprà. 41 Dea ſapientiæ.

Quem

Digitized by Google

*Quem* [1] *docuit, multâque* [2] *inſignem reddidit* [3] *arte,*
*Hæc reſponſa dabat:* [4] *vel quæ* [5] *portenderet* [6] *ira*
*Magna Deûm, vel quæ fatorum poſceret ordo.*
[7] *Iſque his Æneam* [8] *ſolatus vocibus* [9] *infit:*
*Nate Deâ*, quò fata trahunt retrahuntque ſequamur,
Quicquid [10] erit, ſuperanda omnis fortuna [11] ferendo eſt.
*Eſt tibi* [12] *Dardanius divinæ ſtirpis Aceſtes:*
*Hunc cape* [13] *conſiliis ſocium, & conjunge* [14] *volentem*
*Huic* [15] *trade,* [16] *amiſſis* [17] *ſuperant qui navibus, & quos*
*Pertæſum* [18] *magni incepti, rerumque tuarum eſt;*
*Longævoſque ſenes, ac feſſas* [19] *æquore matres;*
*Et quicquid tecum* [20] *invalidum,* [21] *metuenſq; pericli eſt,*
*Delige: & his habeant* [22] *terris ſine* [23] *mœnia feſſi:*
*Urbem appellabunt,* [24] *permiſſo nomine,* [25] *Aceſtam.*
*Talibus* [26] *incenſus dictis ſenioris amici:*
*Tùm verò in curas animus* [27] *diducitur omnes:*
*Et nox* [28] *atra polum* [29] *bigis ſubvecta* [30] *tenebat.*
*Viſa dehinc* [31] *cælo* [32] *facies delapſa parentis*
*Anchiſæ, ſubitò tales effundere voces:*
*Nate, mihi vita* [33] *quondam, dùm vita* [34] *manebat,*
*Chare magis, nate* [35] *Iliacis exercite fatis:*
[36] *Imperio Jovis huc venio,* [37] *qui claſſibus ignem*
*Depulit, & cælo tandem miſeratus ab alto eſt.*

1 Inſtituit. 2 Eminentem effecit. 3 Prudentia & divinatione adeò ut quaſi ex oraculo reſponſa daret. *Ille Deo plenus, tacita quem mente gerebat, Effudit dignas adytis è pectore voces.* Lucan. 9. 4 Docens etiam ea, quæ, &c. 5 Porrò intenderet, denuntiaret. 6 Ut claſſis incendium ortum fuit à Junonis irâ in Trojanos, quæ ſemper Trojanis infeſta fuit, ne ſc. in fatalem terram veherentur. 7 Nautes. 8 Conſolaturus. Enallage temporis. 9 Incipit. 10 Obvenerit. 11 Patiendo. 12 Trojanus, Criniſo fl. & Egeſta, Trojani Hippotæ filia: *divinæ* ergo *ſtirpis*, à fluvio ortus, vel cum reſpectu ad Dardanum Trojæ autorem, qui Jovis ex Electra filius. 13 In conſiliis tuis. 14 Voluntarium & benevolum. 15 Eos. 16 Exuſtis quatuor navibus. 17 Superſunt. 18 Regni conſtituendi in Italia. 19 Longa navigatione. 20 Quoad corpus. 21 Quoad animum. 22 Siciliæ. 23 Oppidum. 24 Ab Aceſte ipſo. 25 Quæ poſtea dicta eſt *Segeſta*. 26 Æneas. 27 Temperatè dirigitur. 28 Obſcura. Tranſitio ducta à deſcriptione temporis nocturni ad oraculum Anchiſæ. 29 Bigas dant Lunæ, quadrigas Soli, trigas Inferis, ſejuges Jovi, deſultores Lucifero, ratione Phyſica. 30 Occupabat. 31 Heroum enim animæ cœlum incolunt, ſimulacra inferos: *vel*, à Jove demiſſa, ut quarto abhinc verſu. 32 Imago. 33 Aliquando. 34 Mihi. 35 Trojanis debitis. 36 Ex mandato Jovis. 37 Quia invocaverat eum Æneas, dicens: *Jupiter omnipotens*, &c.

Con-

*Conſiliis pare, quæ nunc pulcherrima Nautes*
*Dat ſenior: lectos juvenes, fortiſſima corda,*
*Defer in Italiam: [2] gens dura, atq; [3] aſpera cultu*
[4] *Debellanda tibi Latio eſt: [5] Ditis tamen [6] antè*
[7] *Infernas accede domos, & [8] Averna per alta*
[9] *Congreſſus pete, nate, meos: non me [10] impia namque*
*Tartara habent, [11] triſteſq; umbræ: ſed amœna piorum*
[12] *Concilia, [13] Elyſiumque colo: [14] huc [15] caſta Sybylla*
[16] *Nigrantum multo pecudum te ſanguine ducet.*
[17] *Tum genus omne [18] tuum, & quæ [19] dentur mœnia, diſces.*
[20] *Jamque vale: [21] torquet medios nox humida curſus,*
*Et me [22] ſævus equis [23] oriens afflavit [24] anhelis.*
[25] *Dixerat: & tenues [26] fugit [27] ceu fumus in auras.*
*Æneas, quò deinde [28] ruis? quò [29] proripis? inquit:*
*Quem fugis? aut quis te noſtris complexibus arcet?*
*Hæc memorans, cinerem & [30] ſopitos ſuſcitat [31] ignes,*

1 Decentiſſima. 2 Rutuli, Aborigines, Tyrrheni: adverſus quos bellum illi gerendum ſuerat. 3 Rigida exercitio. Unde l. 9. *Natos ad flumina primum Deferimus, ſævoque gelu duramus & undis.* 4 In Italiâ bello tibi vincenda eſt: quo verbo certiſſimam victoriam promittit. 5 Plutonis: qui ob id *Dis* appellatur, quod opes è terrâ effodiantur, vel quòd in terram redeant. 6 Priuſquam debellare Italos incipias. 7 Infernales. 8 Per atrum & profundum locum Averni, per quem deſcenſus patet ad inferos. 9 Congrediendo petes; vel, *congreſſus*, id eſt, colloquium. 10 Impiorum receptacula. 11 Triſtitiam adferentes. 12 Conventicula. 13 Campos fortunatos, beatarum animarum domicilium, quò corpore ſolutæ migrare dicuntur, inhabito. 14 Ad has noſtras ſedes. Docet, quomodo in ea loca penetraturus ſit. 15 Quia virgo. 16 Mactatis multis nigris ovibus. Furvæ enim hoſtiæ Diis inferis debentur. 17 Cùm illic fueris. 18 A teorterum. 19 Deſtinentur tibi à fatis. 20 Neque enim luceſcente die dæmoniis umbriſve permiſſum vagari. *Sed me imperioſa trahit Proſerpina, vive, valeque.* Tireſias apud Horat. Sat. 5. l. 2. Solis quippe adventu intereunt umbræ. 21 Medium eſt noctis veſtræ. 22 Infeſtus umbris: quia, veniente die, umbræ evaneſcunt. 23 Sc. *ſol.* 24 Anhelantibus ex fatigatione, ſpiritum præ nimio labore trahentibus, id eſt, offendam lumen ſolis, niſi præceps abiero, priuſquam ad inferos rediero. Periphraſis eſt adventantis diei. Solem enim quadrigis vehi Poëtæ fabulantur, à quatuor equis, qui ſunt Pyrois, Eoüs, Æthon & Phlegon. 25 Anchiſes. 26 Evaneſcit. 27 Veluti. 28 Præceps abis? Quomodo hic patrem, ſic ſuprà l. 1. matrem fugientem incuſat? *Quid natum toties crudelis tu quoque falſis Ludis imaginibus? cur dextræ jungere dextram Non datur?* 29 Aufers te? 30 Coopertos cinere. Translatum ab animali ad non animal, ad ignem Veſtæ ſc. qui ſacer erat, & cineribus conditus quodammodò dormire poteſt videri. 31 Quibus adoleat far & thus, expiando ſomno. Neque intereà aliud eſt Lar Trojanus & Veſta, quàm ignis ἄσβεστος: ut dictum à nobis ad illud 2. l. *Veſtamque potentem, Æternumque adytis effert penetralibus ignem:* adi locum.

*1 Per-*

1 Ignem perpetuum, quem Trojani colebant, id eſt, Veſtam. 2 Antiquæ, aut ob favillas caneſcentis. 3 Molâ ſalſa ſacrificiis debitâ, quâ Veſta & Ceres, quæ anima terræ habita eſt, placanda, undè fruges & herba, quibus victitamus, enaſcuntur.

*[1] Pergameumq; larem, & [2] canæ penetralia Veſtæ,*
*[3] Farre pia, & [4] plena ſupplex veneratur [5] acerra.*
*[6] Extemplò [7] ſocios [8] primumque [9] accerſit Aceſten:*
*Et Jovis [10] imperium, & chari præcepta parentis*
*[11] Edocet, & [12] quæ nunc animo ſententia [13] conſtet.*
*[14] Haud mora conſiliis: nec [15] juſſa recuſat Aceſtes.*
*[16] Tranſcribunt [17] urbi matres, populumque, [18] volentem*
*[19] Deponunt: animos [20] nil magnæ laudis egentes.*
*[21] Ipſi [22] tranſtra [23] novant, [24] flammiſque ambeſa reponunt*
*Robora navigiis: aptant remoſque, rudenteſque,*
*[25] Exigui numero, ſed [26] bello vivida virtus.*
*[27] Intereà Æneas urbem [28] deſignat [29] aratro,*
*[30] Sortiturq; domos, [31] hoc [32] Ilium, & hæc loca Trojæ*
*Eſſe jubet: gaudet [33] regno Trojanus Aceſtes:*
*[34] Indicitque forum, & patribus dat [35] jura [36] vocatis.*

4 Thuris. 5 Arcula, thuribulo, in quo thus reponi ſolet. 6 Illicò, peracto ſacrificio. 7 Profectionis. 8 Præcipue. 9 Vocari curat. Cic. *Pompeius ſe comparat, homines ex agris* accerſit. 10 Significatum per Anchiſen, qui ſe imperio Jovis advenisse dixerat. 11 Eos. 12 Velle ſc. ſe urbem ſtatuere in Sicilia, in qua aliquam Trojanorum partem fato relinquat. 13 Firma ſit. 14 Mora non ſit deliberationi, id eſt, non capitur longa deliberatio. 15 Imperia Jovis, & præcepta Anchiſæ. 16 Reſpexit ad colonias Rom. in quas tranſcripti deducebantur. 17 Ad inhabitandam urbem Trojanas mulieres, diuturna navigatione fractas. 18 Manere. 19 Quaſi onera de navibus. Quidam diſtinguunt poſt *Volentem*: ut ſcilicet dicerentur *deponere animos*, id eſt, ſubmittere ſeminertim. 20 Ingloriosos utique, nec laudis & honoris ambitioſos. 21 Qui abituri ſunt. 22 Semiuſta igni. 23 Renovant. 24 Eximunt & ſeponunt aſſeres roboreos ambuſtos, novos aptant. 25 Exiſtentes pauci. 26 Ad bellum gerendum idonea. Explicat enim, quos dixerit occupatos eſſe in reficiendis navibus, paucos quidem, ſed delectos ad bellum juvenes. 27 Dùm reliqui navibus reſarciendis eſſent intenti. 28 Pro more deſignandi mœnia urbis condendæ; ubi quis tenens ſtivam aratri, in quo taurus à dextra, & vacca à ſiniſtra juncti, obliquo vomere glebas invertebant, ut intrinſecùs caderent; ſuſpendebat verò aratrum, ubi futuræ erant portæ. 29 Quo mœnia deſignabant. 30 Sorte cuique domos partitur & diſtribuit. 31 Ad formam & repræſentationem veteris Trojæ: ut ſuprà, & l. 3. de Heleni urbe: unde & delectatio regi Aceſtæ. 32 Arcem Trojanam. 33 Juriſdictione civitatis à Trojanis in modum Trojæ conditæ. 34 Indicit forum rebus agendis, & leges, ad quas Senatores, quos evocaverat, Remp. adminiſtrarent. Sic & Liv. Judici *finitimis ſpectaculum jubet*. Fori autem triplex eſt uſus. *I.* Ibi tribunal juri dicundo. *II.* Cibaria habentur venalia. *III.* Statis diei horis conveniunt negotiatores, *de Court, de Marckt, de Beurs*. 35 Civitatis novæ. 36 Ad concionem.

1 Tunc

*[1] Tunc vicina aſtris [2] Erycino in vertice [3] ſedes*
*[4] Fundatur Veneri [5] Idaliæ: [6] tumuloque ſacerdos,*
*Et lucus latè [7] ſacer additur [6] Anchiſeo.*
*Jamque dies [8] epulata novem gens [9] omnis, & [10] aris*
*Factus honos; placidi [11] ſtráverunt æquora venti,*
*[12] Creber & [13] aſpirans rurſus vocat Auſter in [14] altum.*
*[15] Exoritur procurva ingens per littora fletus:*
*Complexi inter ſe [16] noctemque diemque morantur.*
*Ipſæ jam matres, [17] ipſi, quibus aſpera quondam*
*Viſa maris [18] facies, & [19] non tolerabile [20] numen,*
*[21] Ire volunt, omnemque [22] fugæ [23] perferre laborem.*
*[24] Quos [25] bonus Æneas dictis ſolatur [26] amicis,*
*Et conſanguineo lacbrymans [27] commendat Aceſtæ.*
*Tres [28] Eryci [29] vitulos, & Tempeſtatibus agnam*
*[30] Cædere [31] deinde jubet [32] ſolvique ex [33] ordine [34] funes.*
*[35] Ipſe caput [36] tonſæ foliis evinctus oliva,*
*Stans procul in prora, pateram tenet, [37] extaq; [38] ſalſos*
*[39] Porricit in fluctus, ac vina [40] liquentia fundit.*
*Proſequitur ſurgens à puppi ventus [41] euntes:*
*[42] Certatim ſocii feriunt mare, & æquora [43] verrunt.*
*At Venus [44] intereà [45] Neptunum, [46] exercita curis,*
*Alloquitur, taleſq; effundit [47] pectore [48] queſtus:*

1 Educta quaſi ad aſtra. 2 Erycis montis, ab Eryce, Veneris filio, dicti. 3 Templi. 4 Corroboratur, ſi priùs erat extructa; aut extruitur. 5 Quæ in Idalio loco præcipuè colitur. 6 Sepulchro, in quo Anchiſes ſepultus fuerat. 7 Conſecratus. 8 Erat. Alludit ad novendiale ſacrum. 9 Utraque, Trojana & Sicula, tam abitura, quàm permanſura. 10 Ad aras religioſe ſacrificatum fuit. 11 Tranquillum fecerunt, æquaverunt mare. 12 Crebrò. 13 Ab opportuno. Mare tranquillum, & ventus ſecundus è Sicilia Italiam petentibus, ad navigandum invitant. 14 Mare. 15 Dum alii ab aliis diſcederent. 16 Quia diſcedere nequibant. 17 Viri ignaviores. 18 Species, aſpectus. 19 Quia toties pericula paſſi fuerant. 20 Quod mari præerant. 21 Proficiſci cum aliis. 22 Profectionis, celeris curſus. Sic l. 1. *volucremque fugâ prævertitur Hebrum.* 23 Ad finem uſque ferre. 24 Flentes & abire volentes. 25 Clemens. 26 Amabilibus. 27 Ejus. 28 Fratri ſuo, Veneris filio. 29 Antiquis mos erat, ut oram ſoluturi, vel Tempeſtati, vel Diis maris ſacrificarent. 30 Mactare. 31 Poſtquam eos conſolatus fuerat. 32 Sacrificio peracto. 33 Quo littus prætexebant, ad cavendum tumultum ſolventibus. 34 Nauticos. 35 Æneas. 36 Compta minutis foliis. 37 Vitulorum. 38 In mare projicit. 39 Vide ſuprà in voto Cloanthi, quæ ad illa, *extaque ſalſos Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.* 40 Pura. 41 Procedentes jam in navigatione. 42 Cum certamine laudis. 43 Remis ſc. id eſt; remis & ventis operam navant. 44 Dùm ſic proſperè navigarent Trojani. 45 Deum maris. 46 Sollicita pro Trojanis. 47 Ex intima affectione. 48 Querelas.



Digitized by Google

*Junonis gravis ira, & 1 inexſaturabile pectus,*
*Cogunt me, Neptune, preces deſcendere in omnes:*
*2 Quam nec 3 longa dies 4 pietas nec 5 mitigat ulla;*
*Nec 6 Jovis imperio, fatis-ve, 7 infracta, quieſcit.*
*Non media de gente Phrygum 8 exedisſe nefandis*
*9 Urbem odiis, 10 ſatis eſt: 11 pœnam traxiſſe 12 per omnem*
*Relliquias Trojæ: 13 cineres, atque 14 oſſa 15 peremptæ*
*Inſequitur: 16 cauſas tanti ſciat illa 17 furoris.*
*18 Ipſa mihi 19 nuper 20 Lybicis (tu teſtis) in undis*
*21 Quam molem ſubitò excierit: maria omnia 22 cælo*
*Miſcuit, 23 Æoliis 24 nequicquam freta procellis:*
*In regnis 25 hoc auſa tuis.*
*Prô ſcelus! ecce etiam Trojanis 26 matribus 27 actis*
*28 Exuſſit 29 fœdè puppes, & 30 claſſe ſubegit*
*Amiſſa ſocios 31 ignotæ 32 linquere terræ.*
*33 Quod ſupereſt, oro: 34 liceat dare tuta per undas*
*Vela 35 tibi! liceat 36 Laurentem 37 attingere Tibrim!*
*Si 38 conceſſa peto, ſi dant ea mœnia 39 Parcæ.*
*Tùm 40 Saturnius hæc domitor maris edidit alti:*

1 Quod exſaturari nequit odiis. Suprà, necdum antiquum exſaturata dolorem. 2 Junonem. 3 Longa tempeſtas, quæ adimit ægritudinem hominibus. Amplificatio odii à tempore & pietate Æneæ. 4 Ut ut illi ab Heleno *juſſos adolemus honores*, lib. 3. 5 Mitem facit ac placat.

6 Licet Jupiter imperaverit Æneam in Italiam proficiſci. 7 Valdè fracta: quia ſcit fata id velle, ut in Italia imperium conſtituat. 8 Quod exederit. 9 Trojam. 10 Junoni viſum. 11 Nec ſatis eſt pœnam, &c. 12 Per omne genus pœnarum & afflictionum. 13 Qui poſt exuſta corpora remanent, id eſt, quicquid adhuc ſupereſt poſt incendium Trojæ, Æneam ſc. ejuſque ſocios, indeſinenter perſequitur. 14 Quæ colligi conſueverunt, & ſepulchro mandari. 15 Everſæ Trojæ. 16 Ego certè cauſas neſcio, inquit Venus: enumerat tamen Juno l. . . & 10. 17 Doloris, iracundiæ conceptæ in Trojanos. 18 Juno. 19 Cum ad Carthaginem repulſus eſt Æneas. 20 Carthaginenſibus. 21 Quantam molem aquarum & ventorum, id eſt, tempeſtatem in mari excitaverit. 22 Ad cœlum uſque confudit & commovit. 23 Ab Æoli ventis excitatis. 24 Quia non conſecuta eſt per hoc ſcopum ſuum: Æneas enim incolumis evaſit, perlevi accepto damno. 25 Tantum facinus. 26 Matronis. 27 In furorem impulſis, adactis. 28 Exurendas curavit per Iridem, Beroes habitum mentitam. 29 Turpi dolo. 30 Coëgit nos, navibus quatuor incendio amiſſis, relinquere partem civium in terrâ peregrina: quorum auxilio nobis opus fuerat ad debellandas gentes duras in terra nobis fatis debita. 31 Ignobili: vel, ignotæ manentibus. 32 Relinquere. 33 Petitionis propoſitio. 34 Trojanis. 35 Per te. 36 Per agros Laurentium defluentem. 37 Pervenire ad Tibrim, id eſt, in Italiam, cujus Tibris fluvius eſt. 38 Permiſſa à Diis ac licita, & debita hæc Trojanis ſit terra. A poſſibili. 39 Deæ fatales, quæ vitas hominum diſpenſare finguntur, per Antiphraſin ſic dictæ, quod nemini parcant. 40 Neptunus Saturni filius.



Digitized by Google

[1] *Fas omne eſt*, [2] *Cytherea, meis te fidere regnis*,
[3] *Undè* [4] *genus ducis:* [5] *merui quoque: ſæpè* [6] *furores*
*Compreſſi, & rabiem tantam* [7] *cœlique, mariſque.*
*Nec minor* [8] *in terris* ([9] *Xanthum, Simoëntaque teſtor*)
*Æneæ mihi cura* [10] *tui:* [11] *cum* [12] *Troïa Achilles*
[13] *Exanimata* [14] *ſequens* [15] *impingeret agmina* [16] *muris;*
[17] *Millia multa* [18] *daret letho*, [19] *gemerentq;* [20] *repleti*
[21] *Amnes; nec reperire viam*, [22] *atque evolvere poſſet*
*In mare ſe Xanthus:* [23] *Pelidæ tunc ego forti*
*Congreſſum Æneam*, [24] *nec Diis, nec viribus* [25] *æquis*,
[26] *Nube cavâ eripui;* [27] *cuperem cum* [28] *vertere ab imo*
*Structa meis manibus* [29] *perjuræ mœnia Trojæ.*
*Nunc quoque* [30] *mens eadem perſtat mihi, pelle timores;*
[31] *Tutus*, [32] *quos optas, portus accedet* [33] *Averni.*
[34] *Unus erit tantùm, amiſſum quem* [35] *gurgite quæret:*
*Unum* [36] *pro multis* [37] *dabitur caput.*
*His ubi læta* [38] *Deæ* [39] *permulſit pectora dictis,*
*Jungit* [40] *equos* [41] *curru* [42] *genitor*, [43] *ſpumantiaq; addit*
*Fræna* [44] *feris, manibuſque omnes effundit* [45] *habenas.*

1 Omnino licitum eſt. 2 O Venus, quæ in Cythera coleris. 3 Nata è ſpuma maris, orta ex teſticulis Cœli à Saturno exſectis & in mare projectis: unde Ἀφροδίτη, ab ἀφρὸς, ob ſimilitudinem ſeminis, vel, propter humoris ſalſi vim animalem & fœcundam. 4 Originem trahis. 5 Ut confideres mihi. 6 Fluctus ventorum atrocitate turbatos: vel, *furores*, id eſt, Junonis atrox nocendi ſtudium. 7 Aëris. 8 Quam in mari. 9 Trojæ fluvios. 10 Filii tui. 11 Deeſt *nam*. 12 Trojana. 13 Metu perculſa. 14 Inſequens. 15 Ea. 16 Ad muros. 17 Trojanorum. 18 Et cùm daret. 19 Sub mole cadaverum. Metaphora ab animali ad non animal. 20 Cadaveribus. 21 Xanthus & Simoïs. 22 Id eſt, cùm impediretur curſus ejus multitudine cadaverum. 23 Cum Achille, Pelei filio. 24 Nec Diis æque faventibus, ſed adverſis, quia conſtituerant Dii Trojam evertere. 25 Non æquæ potentibus, ſed imparibus. 26 Per nubem cavam, quam circumjecit. 27 Utcunque pœnas ſumere cuperem de Troja, cujus rex Laomedon me pacta conditæ urbis mercede deſtituerat. 28 Funditus evertere. 29 Perjuri Laomedontis. 30 Liberandi Æneam. 31 Protectus auxilio meô. 32 Eum accedere. 33 Quod ſic evenit. Nam circa Cumas, quæ vicinæ ſunt Lucino & Averno lacubus, claſſis Æneæ apparuit. 34 Palinurus: quem præcipitem cum clavo à Somno dejectum, ut mox, deſideravit Æneas, & in gurgite quæſivit. Alii de Miſeno intelligunt, qui ſoſpes in Italiam vectus in littore periit. 6. l. 35 In gurgite Averni. 36 Pro ſalute multorum. 37 Sacrificii loco. Nam ſubmergetur in mari, antequam ad Avernum perveniet. 38 Veneris. 39 Dulcedine quadam affecit. 40 Vitulos marinos, & ſimilia animalia, quibus Neptunus inequitare fingitur. 41 Ad currum. 42 Neptunus: ſive, quod Oceanus omnia flumina gignat ac recipiat: ſive, quod aqua, ut elementorum præſtantiſſimum, omnia producat. 43 Spumis perfuſa ex celeri impetu. 44 Equis marinis animoſis ἱπποκάμποις. 45 Quibus equi haberi, id eſt, retineri poſſunt, id eſt, laxat habenas.



Digitized by Google

*[1] Cæruleo per ſumma [2] levis volat æquora curru.*
*[3] Subſidunt undæ; [4] tumidumque ſub [5] axe [6] tonanti*
*[7] Sternitur æquor aquis: fugiunt [8] vaſto æthere [9] nimbi.*
*Tùm variæ [10] comitum [11] facies: [12] immania cete,*
*Et ſenior [13] Glauci chorus, [14] Inouſque Palæmon,*
*[15] Tritoneſq; [16] citi, [17] Phorciq; exercitus omnis.*
*[18] Læva tenent [19] Thetis, & Melite, Panopæaque virgo,*
*Niſæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.*
*[20] Hîc patris Æneæ [21] ſuſpenſam [22] blanda [23] viciſſim*
*Gaudia [24] pertentant mentem: jubet [25] ociùs omnes*
*[26] Attolli malos, intendi [27] brachia velis.*
*Unà [28] omnes fecêre [29] pedem; pariterq; ſiniſtros,*
*[30] Nunc dextros ſolvêre [31] ſinus: [32] unà [33] ardua torquent*
*Cornua, [34] detorquentq;: ferunt [35] ſua flamina claſſem.*
*[36] Princeps ante omnes denſum Palinurus [37] agebat*
*Agmen: ad [38] hunc alii curſum contendere [39] juſſi.*
*[40] Jamque ferè [41] mediam cœli nox humida [41] metam*
*Contigerat: [42] placidâ laxarant membra quiete*
*Sub remis, [43] fuſi per dura ſedilia nautæ:*
*Cùm [44] levis æthereis delapſus Somnus ab aſtris*

1 Marino. 2 Leviter. 3 Ad fundum deſcendunt, nec moventur. 4 Inflatum. 5 Currus Neptuni. 6 Stridenti in ipſo curru ex celeri impetu; aut, ſub axe cœli tonantis. Al. *Sonanti.* 7 Æquatur, tranquillum redditur. Paulò ſupra: *Placidi ſtraverunt æquora venti.*

8 Per totum aërem. 9 Nubes ventoſæ. 10 Neptuni. 11 Figuræ. 12 Ingentia, maximæ ſtaturæ. 13 E piſcatore Dei marini facti, cum guſtaſſet herbam, qua piſces revocati erant ad vitam, & in mare proſiluiſſet. Ovid. Met. 13. fab. ult. 14 Filius Inûs, Melicerta dictus & Portunus. 15 Monſtra marina à vertice ad ambilicum humanà effigie, infrà piſces: Neptuni & Amphitrites proles. 16 Præcipites in natando, ſc. *apparent à dextris.* 17 Cui Phorcus præeſt. 18 Siniſtram tenent ſequioris ſexus numina marina, & Nymphæ. 19 Dea maris. 20 Hoc tempore, dùm tantam maris tranquillitatem videt. 21 Anxiam anteà & ſollicitam, verſantem ſc. *Siculiſ-ne reſideret arvis Oblitus fatorum, Italas-ne capeſſeret oras.* 22 Permulcentia. 23 Per vices. 24 Titillant & voluptate afficiunt. Sic l. 1. *Latonæ tacitum* pertentant *gaudia pectus.* 25 Ne ſc. oblatæ occaſioni ipſe deſit. 26 Erigi vela malorum, aut etiam antennas. 27 Antennas, quibus expanſa carbaſorum cornua, brachiorum ſpeciem habent. 28 Nautæ. 29 Funem, quo velum tenditur. 30 Pro auræ mutabilitate. 31 Velorum ſc. quibus ventos capiunt. 32 Extremitates antennarum unà cum pede veli torquent detorquentque. 33 In altum erecta. 34 Deorſum torquent. 35 Venti ferentes, proſperi. 36 Nautarum. 37 Gubernabat agmen velorum, id eſt, claſſem, præcurrens aliis ſuâ nave, ſecundùm quam alii nautæ curſum ſuum dirigere jubebantur. 38 Palinurum. 39 Sunt. 40 Et jam ferè medium erat noctis. 41 Lineam meridionalem, quam cùm Sol ſub terra contigit, apud nos media nox eſt. 42 Placide dormiebant. 43 Proſtrati. 44 Agilis.

*Aëra*

*Aëra dimovit tenebroſum, & [1] diſpulit umbras,*
*Te, Palinure, [2] petens; tibi [3] triſtia [4] ſomnia portans*
*[5] Inſonti: puppique Deus [6] conſedit in altâ,*
*[7] Phorbanti ſimilis, funditque has ore loquelas:*
*[8] Jâſide Palinure, ferunt [9] ipſa æquora claſſem:*
*[10] Æquatæ ſpirant auræ: datur hora quieti:*
*[11] Pone caput, feſſoſque oculos [12] furare labori:*
*Ipſe ego paulisper pro te tua munera [13] inibo.*
*[14] Cui [15] vix attollens Palinurus [16] lumina [17] fatur:*
*[18] Me-ne [19] ſalis placidi vultum, fluctuſque [20] quietos*
*Ignorare jubes? me-ne huic confidere [21] monſtro?*
*[22] Æneam [23] credam quid enim fallacibus Auſtris,*
*Et cœli toties deceptus fraude ſereni?*
*Talia dicta [24] dabat; clavumque affixus & [25] hærens*
*Nuſquam amittebat, oculoſque ſub [26] aſtra tenebat.*
*Ecce [27] Deus ramum [28] Lethæo rore madentem,*
*Vique [29] ſoporatum [30] Stygiâ, ſuper utraque [31] quaſſat*
*[32] Tempora, [33] cunctantique [34] natantia lumina*
*[35] ſolvit.*
*[36] Vix primos [37] inopina quies laxaverat artus,*

1 Ut faceret ſerenitatem, atque ita Palinurus placide ad ſomnum ſe componeret. 2 Fallacias ſtruens, aſtute aggrediens, adoriens. 3 Præſentem mortem allatura, in quibus ſubmergatur. 4 Soporem. 5 Innocenti, citra ſuum aliquod meritum. 6 Sedem accepit.

7 Priami filio. 8 Jaſii filii aut nepos, vel potius de gente Jaſii, Dardani fratris. 9 Sine adminiculo tuo, id eſt, ſecundo mari & vento naves aguntur. A tuto. 10 Æqualiter flantes, proſperè. 11 Repone caput tuum. Sic l. 11. de Camillâ: *Et captum letho* poſuit caput. 12 Furtim, clanculum oculos feſſos ſubtrahe labori & vigiliis. 13 Ingrediar, id eſt, gubernabo pro te. 14 Deo Somno. 15 A ſomni vicinia gravedo oculos invaſerat, atque hinc abruptum reſponſum & ſomnolentum. 16 Oculos ſomno gravatos. 17 Reſpondet. 18 Toties deceptum. 19 Maris tranquilli. 20 Tranquillos: quia ſæpe proxima eſt tempeſtas. 21 Mari infido, cujus monſtroſa eſt mutabilitas, & ventis fallacibus? 22 Tantum virum. 23 Cur enim committam Æneam huic monſtro, ventis mutabilibus & inſtabilibus, & quibus nihil incertius, nihil inconſtantius, toties deceptus? 24 Palinurus Somno. 25 Inhærens & innitens. 26 Aſtra verſus, quorum obſervatione curſum dirigeret. 27 Somnus. 28 Lethes, fluvii infernalis, oblivionem ſignificantis, quod ſc. omnium obliviſcantur mortui, id eſt, triſtiſſimo liquore ac mortem allaturo. 29 Profunde imbutum. 30 Stygis, paludis infernalis, mortem inducentis ac triſtitiam ſempiternam. 31 Frequenter concutit. 32 Palinuri ſc. in quibus eſt ſedes quietis. 33 Reluctanti & moranti. 34 Inter ſomnum & vigiliam fluitantia: vel, per ſimilitudinem, natantes ſeu errantes in ſpeculandis ſtellis oculos. 35 Reſolvit. 36 Vix primum dormierat Palinurus. 37 Præter opinionem inducta Palinuro à Somno.



Digitized by Google

*Et [1] ſuper [2] incumbens, cum puppis [3] parte revulſâ,*
*Cumque [4] gubernaclo liquidas [5] projecit in undas*
*Præcipitem, ac ſocios [6] nequicquam ſæpè [7] vocantem.*
*[8] Ipſe [9] volans tenues [10] ſe ſuſtulit [11] ales in auras.*
*Currit iter [12] tutum [13] non ſeciùs æquore [14] claſſis,*
*[15] Promiſſiſque [16] patris Neptuni [17] interrita [18] fertur.*
*Jamque adeò [19] ſcopulos [20] Sirenum [21] advecta ſubibat,*
*[22] Difficiles quondam, multorumque [23] oſſibus albos.*
*Tum [24] rauca aſſiduo longè [25] ſale ſaxa ſonabant:*
*Cum [26] pater amiſſo fluitantem errare [27] magiſtro*
*Senſit, & ipſe ratem [28] nocturnis rexit in [29] undis,*
*[30] Multa gemens, [31] caſuque animum concuſſus [32] amici.*
*[33] O nimium cœlo, & pelago [34] confiſe ſereno,*
*[35] Nudus in [36] ignotâ, Palinure, jacebis [37] arenâ!*

1 Deſuper. 2 Somnus ſc. 3 Cui affixus erat clavus. 4 Gubernaculo. 5 Porrò aut procul jecit Palinurum. 6 Fruſtrà: quia nemo ei ſubvenire poterat. 7 In auxilium. 8 Somnus.

9 Avolans, ſc. poſt demerſum Palinurum. 10 Evanuit. 11 In avem transformatus. 12 Neptuni præſidio. 13 Nihilo aliter per mare tranquillum, quàm ſi à Palinuro regeretur. 14 Æneæ. 15 Suprà, *Tutus, quos optas, portus accedet Averni.* 16 Quæ Veneri fecerat Neptunus, Æneæ omnia tuta ſe præſtiturum, dummodò unius morte omnium ſalûs redimeretur. 17 Non territa, imperterrita. 18 Vento ſecundo, tutis itineribus agitur. 19 Saxoſas inſulas prope Capreas, Σειρηνούσας dictas, à Sirenum fabula celebres: nec minùs naufragis, qui perierint attracti ſcopulorum harmoniâ ex undarum hauſtu reciproco: an meretrices illæ fuerint, an adulatores, aut voluptates, ut alii. 20 Quos Sirenes olim habitare ſolebant: quæ tres fuerunt, Acheloï amnis & Calliopes Muſæ filiæ, quarum natu maxima Parthenio, & poſteà Parthenope dicta fuit: undè poſteà urbs ea nomen ſortita eſt, quæ nunc *Neapolis* dicitur. Una ex his voce, altera tibiis, tertia lyra canebat. 21 Claſſis. Ad eas pervenit Ulyſſes. 22 Aliquando periculoſos, quamdiu ſc. Sirenes viverent, quæ prætereuntes nautas in ſcopulos dulcedine cantus illiciebant: ſed ab Ulyſſe ſpretæ, ad mortem ab eodem compulſæ ſunt ex dolore. 23 Naufragorum, qui ibi perierint: quorum oſſa à mari in ſcopulos rejecta, abſumpta carne, quæ frequenti aquarum alluvie veriſimile eſt alba fuiſſe; unde & ſcopulos, quos operiebant, albos reddebant. 24 Raucè. 25 Impulſu maris, & illiſione in ſcopulos. 26 Æneas. 27 Gubernatore ſeu nauclero. 28 Nocturno tempore, per noctem. 29 Mari. 30 Multùm. Nomen pro Adverbio, per Enallagen partium orationis. 31 Ruinâ & præcipitio. 32 Palinuri, qui diu & fideliter navem ejus gubernaverat. 33 Et ait: *O nimium*, &c. Ex perſonâ Æneæ deflentis Palinuri jacturam. 34 Qui confiſus es. 35 Inhumatus, inſepultus. 36 Peregrina. 37 Pathos, à loco & habitu.

# P. VIRGILII MARONIS
# ÆNEIDOS
## LIBER VI.

### ARGUMENTUM.

CUmas advectus Æneas, antrum Sibyllæ petit, peractoque de more ſacrificio, Phœbi oraculum conſulit. Ibi & inſtantia pericula, & futuri belli eventum diſcit. Miſeni cadaver in littore inventum exurit, reliquiaſque ſub proximo monte ſepelit, qui Miſeni nomen ab illo obtinuit. Indè columbarum ductu ad aureum ramum pervenit: quo decerpto, mactatiſque hoſtiis, Deos Inferos veneratus, Sibylla duce, per Averni fauces ad inferos tendit. Palinurum, quod ſepulchri honore careret, circa Stygiam paludem oberrantem invenit, eumque unà in ulteriorem ripam trajicere cupientem Sibylla prohibet, cenotaphiſque, & exſequiarum ſpe conſolatur. Poſt hæc Stygem trajectus Æneas, Cerberoque medicatis offis ſopito, per loca infantium, eorumque, qui falſo crimine damnati capite ſupplicium luerant, iter faciens, pervenit ad ſedem eorum, qui amoris impatientiâ manus ſibi conſciverant. Ibi Eliſam conſpicatus, cùm ei ſe purgare vellet, illa indignabunda conſpectum ejus effugit: indè progreſſus Deiphobum in ſedibus eorum, qui bello aliquando claruerant, multis vulneribus lacerum conſpicit, neciſque ejus indignum modum ab ipſo edocetur. Relicto deinde ad lævam Tartaro, ſceleratorumque pœnas à Sibyllâ edoctus, ad Ditis ipſius mœnia contendit, aureumque ramum in ipſo regiæ limine defigit. Poſt hæc ad fortunatorum ſedes iter inſtituit, & à Muſæo ad patrem ſuum perducitur. Ibi Anchiſes Æneæ filio Albanorum Romanorumque regum catalogum recenſet, nobiliumque aliquot Romanorum nomina percurrens, ad Julii Cæſaris, & Auguſti laudes deſcendit, Marcellumque Octaviæ filium immatura morte præreptum, miris in cœlum laudibus effert. Inde per eburneam portam ad ſuperos egreſſus, ſocios reviſit, relictiſque Cumis Cajetam petit.

*SIc* [1] *fatur* [2] *lachrymans, claſsique immittit* [3] *habenas;*

1 Æneas. 2 Miſeratus ſc. caſum inſontis amici Palinuri libri præcedentis ult. v. 3 Funes nauticos, anchoris innexos, quibus naves littoribus aut ripis adhærebant, ne in altum aquarum vi abripiantur: id eſt, liberam facit navigationem navibus. Metaph. ab equis, ad naves: nam *habenæ* propriè equorum retinaculum eſt, quo equi conſtringuntur, & quodammodo habentur. Sunt qui de novo clavo ſubſtituto intelligant.



Digitized by Google

*Et [1] tandem [2] Euboïcis Cumarum allabitur oris.*
*[3] Obvertunt pelago proras; tùm [4] dente tenaci*
*[5] Anchora [6] fundabat naves, & littora [7] curvæ*
*[8] Prætexunt puppes. [9] Juvenum [10] manus emicat [11] ardens*
*Littus in [12] Heſperium: quærit [13] pars [14] ſemina flammæ*
*[15] Abſtruſa in [16] venis [17] ſilicis: pars denſa ferarum*
*[18] Tecta rapit, [19] ſylvas, [20] inventaque flumina monſtrat.*
*At pius Æneas [21] arces, quibus altus Apollo*
*Præſidet, [22] horrendæque procul [23] ſecreta [24] Sibyllæ,*
*Antrum [25] immane, [26] petit: magnam cui [27] mentem animumque*
*[28] Delius inſpirat vates, [29] aperitque futura.*

1 Poſt longam exſpectationem, & tot annorum jactationem, venit Cumas. Ad Æneæ deſiderium retulit, cupientis ad Italiam pervenire. 2 Pervenit ad regiones ab Euboïcis excultas, qui illic Cumas exſtruxerunt, id eſt, ad eam regionem, ubi ſunt Cumæ, à populis Euboïcis exſtructæ, id eſt, pervenit in Italiam. 3 Contravertunt pelagus verſus anteriores partes navium, quæ prorumpunt aquas. 4 Morſu: ut, *unco non alligat ancora morſu.* 1. Æn. 5 Inſtrumentum eſt navale ferreum, quo naves in littore, aut mari fundamus retinemuſque, ne vento vel tempeſtate hùc & illùc ferantur. 6 Ad fundum figebat aut retinebat. *Fundare* propriè de ædificiorum fundamentis, vel de iis rebus, quæ in terram immittuntur, & infiguntur, ut firmiùs ſolidiùſque ſtent, dicitur. 7 Reflexæ, id eſt, curva littora. Hypallage. 8 Tegunt, & à conſpectu movent. Sic Ecl. 7. *Hic viridis tenera prætexit arundine ripas Mincius.* 9 Quia ſeniores ac debiliores relicti erant ferè in Siciliâ. 10 Tota multitudo emittitur ſeu proſilit velociter. 11 Italiæ deſiderio flagrans. 12 Italicum. Italia autem *Heſperia* ab *Heſpero*, Atlantis fratre, qui patriâ pulſus, in Italiam trajecit, dicta putatur. 13 Juvenum, 14 Scintillas ignis. Σπέρματα πυρὸς. Odyſſ. 5. 15 Occulta. 16 Meatibus. Metaphora ab animali ad non animal. 17 Lapidis duriſſimi, undè ignis excutitur. 18 Definitio ſylvæ. 19 Folia, ramos arborum. 20 Aquas inventas à ſe. 21 Templum Apollinis in editiore loco poſitum: vel reſpicit ſimulachri Apollinis altitudinem xv. pedum: ſed infrà, *Teucros vocat alta in templa ſacerdos.* 22 Ubi vates numine afflata *Horrendas canit ambages:* infrà. Al. venerandæ, cum horrore quodam adiri ſolitæ. 23 Penetralia ſemota à vulgo. Memor ejus, quod juſſerat Helenus l. 3. v. 441. ut ſc. poſt primum ſtatim in Italiam appulſum, ad Sibyllam properaret, ut, quæ fata Italica habiturus eſſet, ex eâ poſſet cognoſcere. 24 Vatis Cumanæ, divinam mentem & conſilium ſcientis. 25 Valdè magnum & horrendum. 26 Aggreditur. 27 Reminiſcendi & diſquirendi virtutem & rationem. Erudite *Mentem* ab *Animo* diſtinguit: cùm *Mens* ſit cogitationis conſiliique ſubtilitas quædam, certæ rationi conſentanea (unde *Amentes* & *Dementes* dicimus, qui nullo conſilio utuntur) *Animus* vero vitæ & voluntatis fundamentum. Ter. *Mala mens, malus animus.* 28 In Delo inſula natus. 29 Revelat.

Jam

*Jam* [1] *ſubeunt* [2] *Triviæ lucos, atque aurea* [3] *tecta.*
[4] *Dædalus (ut fama eſt) fugiens* [5] *Minoïa regna,*
[6] *Præpetibus pennis auſus ſe* [7] *credere cœlo,*
[8] *Inſuetum per* [9] *iter* [10] *gelidas enavit ad Arctos;*
[11] *Chalcidicâque levis tandem ſuperaſtitit* [11] *arce.*
*Redditus* [12] *his primùm terris, tibi, Phœbe,* [13] *ſacravit*
[14] *Remigium alarum, poſuitque* [15] *immania templa,*
*In foribus,* [16] *lethum* [17] *Androgeo:* [18] *tùm* [19] *pendere pœnas*
[20] *Cecropidæ* [21] *juſſi (miſerùm)* [22] *ſeptena* [23] *quotannis*
*Corpora* [24] *natorum:* [25] *ſtat* [26] *ductis ſortibus urna.*
[27] *Contrà elata* [28] *mari reſpondet* [29] *Gnoſia tellus.*
[30] *Hîc* [31] *crudelis amor Tauri,* [32] *ſuppoſtaque furto*
[33] *Paſiphaë:* [34] *miſtumq; genus, proleſq;* [35] *biformis,*

1 Æneas & comites ſui. 2 Dianæ lucum, in quo templum hoc illi cum Phœbo commune: mox, *Phœbi Triviæque ſacerdos.* 3 Laquearia Phœbi. 4 Pater ille ſubtiliſſimus, Eupalami, vel Euphemi filius, atque à Minervâ architecturam edoctus. 5 Cretenſia, id eſt, Cretam, ubi regnavit Minos. v. Ov. 8. Met. & 2. Art. 6 Velociter ferentibus, patulis & porrectis alis, cera conglutinatis. 7 Committere aëri. 8 Homini negatum: volare ſe. 9 Aërem. Horat. Od. 3. l. 1. *Expertus vacuum Dædalus aëra Pennis non homini datis.* 10 Evolavit ad polum Arcticum, vicinum gelidæ Zonæ Septentrionali. 11 A Chalcidenſibus exſtructâ, id eſt, Cumarum urbe. 12 In quibus Euboïci Apollini arcem exſtruxerunt. 13 Dedicavit, quaſi non amplius volaturus. Ex more veterum; qui inſtrumenta artis, vel rerum, quæ illi uſui fuiſſent, Deo alicui ſuſpendebant. 14 Alas, quibus volaverat, aut *remigium alarum*, id eſt, velorum & antennarum, quibus quaſi evolaverat, ut volucres alis. 15 Ingentia. 16 Mortem in cælaturis & ſtatuis poſuit. 17 Androgei, filii Minois: quem in certaminibus victorem per invidiam interfecerunt Athenienſes: hos itaque bello attritos coëgit Minos quotannis (ut alii, nono quovis anno) mittere ſeptem mares & totidem fœminas Minotauro devorandos, atque hos ſorte ductos. Lege Ovid. 8. Met. 18 Deindè. 19 Perſolvere. 20 Athenienſes, à *Cecrope* eorum rege. 21 Sunt à Minoë, qui eum numerum illis imperaverat. 22 Septem paria, id eſt, utriuſque ſexus ſeptem: nam pepigerat Minos ſeptem mares, & totidem fœminas ſibi mitti. 23 Singulis annis. 24 Liberorum, tam maſculorum, quam fœmellarum. 25 Effricta eſt ſtare. 26 Poſtquam ſortes eſſent ductæ ab Athenienſibus; ut ſcirent, quinam deberent ad Minotaurum in Cretam mitti, ut ab eo devorentur: undè & Theſeus miſſus eſt, quamvis regis filius. 27 In foribus, ab aliâ parte oppoſitè ſculpta eſt à Dædalo Creta altius exſtans è mari, taurus à Paſiphaë amatus; Minotaurus, Labyrinthus, Theſeo ab Ariadne datum filum, cujus ductu è Labyrintho rediret, cæſo Minotauro. 28 Super mare: quia altior videtur. 29 Cretenſis. Synecdoche. *Gnoſus* enim una celeberrimarum urbium Cretæ erat. 30 In hac civitate Cretenſi, in Gnoſo, regiâ Minois. 31 Crudeliter amantis. 32 Submiſſa, ut coïret, clanculùm arte Dædali, qui eam in ligneam vaccam incluſit. 33 Filia Solis & uxor Minoïs. 34 Partim homo, & partim taurus, quia ex tauro conceptum. 35 Mixtæ formæ, ſc. humanæ cum taurinâ.

[1] Teſtimonia coitus abominabilis: quia mulieris cum tauro. 2 Sc. ineſt. 3 Dædali artificis: vel, *labor*, id eſt, laborioſus exitus. 4 Emphaſis declarat, non vulgare opus fuiſſe. 5 Labyrinthi: de quo Plin. l. 35. c. 13. 6 Cujus tricæ, id eſt, implicitates explicari nequeunt.

*Minotaurus ineſt, [1] Veneris monumenta nefandæ.*
*[2] Hîc [3] labor [4] ille [5] domus, & [6] inextricabilis error.*
*Magnum [7] reginæ ſed [8] enim [9] miſeratus amorem*
*[10] Dædalus, ipſe [11] dolos tecti, ambageſque reſolvit,*
*[12] Cæca [13] regens [14] filo veſtigia: tu quoq; magnam*
*Partem opere in [15] tanto ([16] ſineret dolor) [17] Icare, haberes.*
*[18] Bis conatus [19] erat [20] caſus effingere in [21] auro:*
*[18] Bis [22] patriæ cecidêre manus: quin protinùs [23] omnia*
*[24] Perlegerent oculis: ni jam [25] præmiſſus Achates*
*[26] Afforet, atque unà Phœbi, Triviæque ſacerdos,*
*[27] Deïphobe [28] Glauci: fatur quæ talia [29] regi:*
*[30] Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit:*
*Nunc [31] grege de intacto ſeptem [32] mactare juvencos*
*Præſtiterit, totidem lectas [33] de more [34] bidentes.*
*Talibus [35] affata Æneam, (nec [36] ſacra morantur*
*[37] Juſſa viri) Teucros vocat alta in [38] templa [39] ſacerdos.*
*[40] Exciſum [41] Euboïcæ latus ingens rupis [42] in antrum,*

Erat enim *Labyrinthus* humani ingenii opus portentoſum, itinerum ambages quamplurimas, occurſus, recurſuſque inexplicabiles continens, crebris foribus ad fallendos exitus, ut ſubinde in eoſdem errores redeundum eſſet. 7 Ariadnes, filiæ regis Minois, Theſea miſere amantis. 8 Certè. 9 Permotus Ariadnes in Theſeum amore maximo, miſericordiaque inductus, quod ſc. illa hujus amore peritura videretur, niſi ipſe accurreret. 10 Ipſe extructor. 11 Dubios meatus Labyrinthi fili ductu explicavit, expedivit. 12 Incerta, dubia, errabunda. 13 Dirigens. 14 In glomere implicito. 15 Quantum fecit in foribus. 16 Si permiſiſſet dolor patris Dædali. 17 Fili Dædali. 18 Anaphora. 19 Dædalus. 20 Ruinam Icari. 21 Cælatura aurea. 22 Patris Dædali. 23 Omnem picturam aut ſculpturam. 24 Perlegiſſent Æneas, & qui cum illo erant. 25 Ad indagandam Sibyllam, ſacerdotem templi. 26 Affuiſſet. 27 Quod proprium huic Sibyllæ nomen: Glauci filia, Dei marini. 28 Sc. *filia*: ut l. 3. *Hectoris Andromache*, ſc. uxor. 29 Æneæ regi Trojano. 30 Non eſt nunc tempus hujuſmodi inania & rege indigna ſpectandi. 31 Ex armento eximios, injuges, qui nunquam jugum traxerunt, numeri item perfecti. Septenarii perfectionem docebit Macrob. 6. c. l. 1. de Somnio Scipionis. 32 Sacrificare. 33 Secundum morem ſacrificantium. 34 Oves biennes, bimas. 35 Allocuta eſt Sibylla. 36 Differunt ſacrificia. 37 Sc. *offerri*, id eſt, quæ juſſi erant offerre, ſc. ſeptem juvencos intactos, & totidem bidentes lectas. 38 Apollinis ſc. quæ erant illic in arce. 39 Sibylla. 40 Deſcribit antrum Sibyllæ à forma, ſitu, & credita divinitate. 41 Cumanæ, ut ſuprà, ab Euboicis colonis habitatæ. 42 In formam antri. *In* enim hic ſimilitudinis vim habet.

Quò

Digitized by Google

*Quò lati* [1] *ducunt* [2] *aditus* [3] *centum*, [4] *oſtia centum*:
[5] *Undè ruunt* [6] *totidem voces*, [7] *reſponſa Sibyllæ.*
[8] *Ventum erat ad* [9] *limen, cùm* [10] *virgo,* [11] *Poſcere* [12] *fata*
*Tempus, ait:* [13] *Deus ecce, Deus:* [14] *Cui talia fanti,*
*Ante fores ſubitò, non vultus, non color* [15] *unus,*
*Non* [16] *comptæ manſêre comæ; ſed pectus* [17] *anhelum,*
*Et* [18] *rabie* [19] *fera corda tument, majorque* [20] *videri,*
[21] *Nec mortale ſonans, afflata eſt numine* [22] *quando*
*Jam* [23] *propiore* [24] *Dei.* [25] *Ceſſas in vota, preceſque*
*Tros (ait) Ænea?* [25] *ceſſas? neque enim* [26] *antè* [27] *dehiſcent*
[28] *Attonitæ magna* [29] *ora domus: & talia* [30] *fata*
[31] *Conticuit:* [32] *gelidus Teucris per dura cucurrit*
*Oſſa tremor: fuditque preces rex* [33] *pectore ab imo.*
*Phœbe, graves Trojæ* [34] *ſemper miſerate labores,*
*Dardana qui Paridis* [35] *direxti tela, manuſque*
[36] *Corpus in* [37] *Æacidæ: magnas* [38] *obeuntia* [39] *terras*
*Tot maria intravi,* [40] *duce te; penituſque* [41] *repoſtas*

1 Dirigunt adire volentes. 2 Acceſſus. 3 Multi. Numerus certus pro incerto. 4 Valvæ, quæ aditus intercludunt. 5 E quibus oſtiis, ubi reſerata ſunt, præcipitanter educuntur. 6 Etiam centum. 7 Oracula per Sibyllam pronuntiata. 8 Ab Æneâ, & Teucris reliquis, & Sibyllâ. 9 Templi. 10 Sibylla. 11 Poſcendi. Græciſmus. 12 Reſponſa, oracula de fatis. 13 Apollo invadit me, adeſt mihi. Sibylla enim cùm vellet vaticinari, numine replebatur, ideò ſenſit nunc Deum. 14 Sibyllæ. 15 Idem. 16 Ornatæ: 17 Frequenter anhelans, & ægrè ſpiritum ducens. 18 Vaticinandi deſiderio. 19 Efferum cor Sibyllæ, numinis plenæ. 20 Videbatur major, quam erat, propter ingreſſum numinis. Enallage modi. 21 Nec ſono indicans mortale quippiam aut mortalitatem. Sic l. 1. *nec vox hominem ſonat.* 22 Quandoquidem. 23 Viciniore menti ejus. 24 Apollinis 25 Negligens ne es ad facienda vota & preces? Ter. *Ceſſo pulſare oſtium vicini?* 26 Priuſquàm vota preceſque feceris. 27 Aperientur, patefient ſponte tibi. Sic 4. Æn. *Sed mihi vel tellus optem priùs ima* dehiſcat, id eſt, aperiens me abſorbeat. 28 Facientis attonitos, ἐμβροντήτου, quod ſc. numinis ſint plenæ. 29 Oſtia antri, per quæ, ut primùm patuerint, feruntur, *vatis reſponſa per auras*; infrà. Metaphora eſt. 30 Effata, locuta. 31 Quia non permittebatur plura loqui, priuſquàm Teucri vota preceſque fuderint. 32 Reddens corpus gelidum & tremulum: ſanguis enim tunc ab omnibus partibus ad cor ſe confert. 33 Ex intimo corde. 34 Qui ſemper miſeratus es. Captat benevolentiam ab officio & meritis Phœbi in Trojanos, & maximè recentibus beneficiis. 35 Direxiſti. Syncope. 36 In eam partem corporis, quæ erat vulnerabilis, calcaneum ſc. quem tenuit mater, eum in Stygiâ palude tingens. In templo autem Apollinis, quò invitatus ab Hecubâ fuerat Achilles ad nuptias Polyxenæ, interfectus eſt ſagittâ à Paride poſt ſimulacrum latente. 37 Achillis, Æaci nepotis, Pelei filii. 38 Circumdantia. 39 Inſulas & continentes. 40 Te ducente, ductu tuo. 41 Repoſitas & à cæteris ſecluſas, id eſt, extremos populos Maſſylorum.



Digitized by Google

[1] *Maſſylûm gentes,* [2] *prætentaque Syrtibus arva.*
[3] *Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.*
[4] *Hac Trojana tenùs fuerit fortuna ſecuta,*
*Vos, quoque,* [5] *Pergameæ jam fas eſt parcere genti,*
[6] *Diique,* [7] *Deæque omnes,* [8] *quibus obſtitit* [9] *Ilium, & ingens*
*Gloria* [10] *Dardaniæ: tuque, ô ſanctiſſima* [11] *vates,*
*Præſcia venturi,* [12] *da (non indebita poſco*
*Regna meis fatis)* [13] *Latio conſidere Teucros,*
[14] *Erranteſque Deos,* [15] *agitataque numina Trojæ.*
*Tùm* [16] *Phœbo & Triviæ* [17] *ſolido de marmore templa*
[18] *Inſtituam,* [19] *feſtoſque dies de nomine Phœbi.*
[20] *Te quoque magna* [21] *manent* [22] *regnis* [23] *penetralia noſtris.*
*Hîc ego namque tuas* [24] *ſortes,* [25] *arcanaque fata*
*Dicta meæ genti* [26] *ponam,* [27] *lectoſque ſacrabo*

1 Africam ſc. cujus in mediterraneâ parte ſunt Maſſyli. Species pro genere. 2 Circumfuſa, oppoſita. Carthaginem innuit, cujus mari, ab Oriente, prætenditur Syrtis minor, exinde major. 3 Poſt multorum annorum jactationem Italiam, ſemper retrò fugere viſam, conſecuti ſumus. 4 Hactenus fortuna adverſa qualem Trojani experti ſunt, fuerit perſecuta nos, id eſt, hîc ſit finis calamitatis Trojanæ. 5 Trojanæ. 6 Dii Trojanis infenſi erant, Apollo & Neptunus, quod à Laomedonte promiſſa mercede, poſtquam urbem Trojam mœnibus cinxiſſent, defraudati eſſent. Hos porrò, ut ſibi propitii ſint, ſuppliciter rogat. 7 Juno & Pallas ſc. quæ ob formæ palmam, ſibi abjudicatam, diu Trojanis adverſatæ erant. 8 Quæ voluiſtis Ilium deleri, & gloriam ejus. 9 Arx præcipua in Trojâ. 10 Trojæ, à *Dardano* rege. 11 Sibylla. 12 Concede & deſigna ſecundum [illegible] oracula mihi dare: vel, *da*, id eſt, dic: pronuntia, vaticinare. 13 In Italia, ubi Saturnus latuit, ſedem capere. 14 Et Penates nobiſcum profugos. 15 Profugata conſidere Latio. 16 In honorem Apollinis & Dianæ. 17 Non admixto alio lapide, aut non fracto. 18 Conſtituam. 19 Ludos Apollinares. 20 Apoſtrophe ad Sibyllam, cui viciſſim pro beneficio promittit ſe in adytis ſcripta ejus repoſiturum, quorum inſpiciendorum cauſâ Decemviri creentur. 21 Exſpectant. 22 In regnis. 23 Locum ſecretum, in quem non niſi certo alicui acceſſus patet, in quo libros Sibyllinos aſſervaret. Græci *adyta* dicunt. 24 Libros in quibus continebantur *ſortes*, id eſt, reſponſa Deorum. Horat. *Dicta per carmina* ſortes. 25 Oracula ſecreta reticenda vaticinata populo Romano meis poſteris. 26 Reponam, reſervabo in intimis penetralibus ſacrorum. Conſtat autem Romæ poſteà Sibyllinos libros aſſervatos fuiſſe in ſacrario, qui *Sibyllini* dicti ſunt, quod anus illa, quæ Tarquinium Superbum adiiſſe fertur, Sibylla credita eſſet. Servati autem Romæ fuiſſe traduntur, donec ſive caſu aliquo, ſive fraude humana incenſo Capitolio igne conſumerentur, quod poſt bellum Marſicum accidiſſe ferunt. Vide quæ nos ad Sal. p. 148. & Val. Max. p. 484. 27 Electos, qui ſc. iis libris cuſtodiendis & interpretandis præeſſent.



Digitized by Google

[1] *Alma,* [2] *viros:* [3] *foliis* [4] *tantùm ne carmina manda,*
[5] *Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.*
*Ipſa* [6] *canas, oro: finem* [7] *dedit ore loquendi.*
*At* [8] *Phœbi nondùm patiens:* [9] *immanis in antro,*
[10] *Bacchatur vates, magnum* [11] *ſi pectore poſſit*
[12] *Excuſſiſſe Deum:* [13] *tantò magis* [14] *ille fatigat*
*Os* [15] *rabidum,* [16] *fera corda domans,* [17] *fingitque premendo.*
*Oſtia* [18] *jamque domus patuêre ingentia* [19] *centum*
[20] *Sponte ſuâ,* [21] *vatiſque* [22] *ferunt reſponſa per* [23] *auras.*
*O* [24] *tandem magnis pelagi* [25] *defuncte periclis,*
*Sed* [26] *terrâ* [27] *graviora* [28] *manent: in regna* [29] *Lavini*
*Dardanidæ venient; (*[30] *mitte hanc de pectore curam)*
*Sed non &* [31] *veniſſe volent:* [32] *bella, horrida bella,*
*Et* [33] *Tibrim multo ſpumantem* [34] *ſanguine* [35] *cerno.*
*Non* [36] *Simoïs tibi, nec Xanthus, nec* [37] *Dorica caſtra*

1 Altrix & nutrix imperii. 2 Viros quindecim, quorum munus erat libros Sibyllinos conſulere. 3 Palmæ ſc. in quibus ſcribebat hæc Sibylla: non enim oracula ſua ore reddebat, ſed palmarum foliis inſcripta ad oſtium antri ponebat, quæ ſi vento agitata conturbari contigiſſet, nunquam poſtea induci poterat, ut de integro caneret, aut eadem in ordinem redigeret: atque ita incertiores abibant homines, quam venerant. Locum hunc interpretatur Heleni admonitio: reperitur l. 3. 4 Tantum modò rogo, ne ſcribas in foliis palmæ. 5 Ne folia & nomina iis inſcripta volent per ventos rapidos commota, exiſtentia ut res ludibrio habitæ. 6 Ore edas oracula. 7 Æneas ſignificavit ore ſuo ſe jam facere finem loquendi. 8 Quæ nondùm tolerare poterat Phœbum, intrantem in eam. 9 Terribilis, & inſana. 10 Bacchantium more furit Sibylla. 11 Tentando an poſſit quaſi equitem inſidentem pectore ſuo excutere Phœbum, qui in oraculis magnus eſt. 12 Ut ſupra l. 5. v. 679. *Excuſſaque pectore Juno eſt.* 13 Quantò magis illa reluctabatur. 14 Deus laſſitudine affatim eam gravat. 15 Furens. Metaphora ab animantibus, quorum propriè eſt *rabies.* 16 Indomita. 17 Pro arbitrio ſuo mentem ejus format imbuitque iis, quæ ſit reſponſura. 18 Poſt vota preceſque, cùm Deus plene in eam deſcendiſſet. 19 Numerus certus pro incerto. 20 Propter preces & ſacrificia. 21 Sibyllæ. 22 Efferunt. 23 Ubi conſultores erant. 24 Poſt ſeptennales errores. 25 O Ænea qui perfunctus es, & non ampliùs paſſurus pericula. 26 In terris, id eſt, cum perveneris ad terram: quia in mari non potuit ſubmergi. 27 Sc. pericula. 28 Exſpectant te. 29 Al. *Latini.* 30 Omitte, depone curam, id eſt, ne ſis ſollicitus de hac re: quia venies in Italiam, ut cupis. 31 Quod in Italiam non venerint. 32 Æneæ cum Turno. 33 Italiæ fluvium. 34 Propter cædem Latinorum & Rutulorum. 35 Prævideo. 36 Pro Simoënte & Xantho fluentibus ſanguine, obſtructis cæſorum cadaveribus erunt tibi de novo Tibris & Numicius, in quem cecidit Æneas. 37 Græca. Alii reſpici ad Turnum volunt origine Grajum, ut interpretatur Amata reſponſum l. 7. Alii ad Haleſum, Agamemnonis ex Briſeide filium: quem tradunt cum magnis copiis Turno adverſus Æneam auxilio veniſſe.

[1] Defuerint: alius [2] Latio jam partus [3] Achilles,
Natus [4] & ipſe [5] Deâ: nec Teucris [6] addita Juno
Uſquam [7] aberit: cùm tu ſupplex in rebus [8] egenis,
Quas gentes [9] Italûm, aut quas non [10] oraveris urbes?
Cauſa [11] mali tanti [12] conjux [13] iterùm hoſpita Teucris,
Externique [13] iterùm thalami.
[14] Tu ne cede [15] malis: [16] ſed contra audentior ito,
[17] Quàm tua te fortuna ſinet: [18] via prima ſalutis,
Quod minimè reris, [19] Grajâ [20] pandetur ab [19] urbe.
Talibus ex [21] adyto dictis [22] Cumæa Sibylla
[23] Horrendas canit [24] ambages, [25] antroque remugit,
[26] Obſcuris vera involvens: [27] ea fræna furenti
Concutit, & [28] ſtimulos ſub [29] pectore [30] vertit Apollo.
[31] Ut primùm ceſſit furor, & rabida ora quiêrunt;
[32] Incipit Æneas heros: Non ulla laborum,
O Virgo, nova [33] mi [34] facies, [35] inopina-ve [36] ſurgit.

1 Id eſt, Trojanorum cadaveribus opplebuntur Tyberis & Numicius, ut oppleti ſunt Simois & Xanthus; & tam ſævos inimicos offendet in Italia, quàm experti ſunt Græcos in Troja. 2 In Latio. 3 Turnus, Achilli ſimilis, cui diva Venilia mater l. 10. Daunus pater. 4 Non ſolùm Achilles. 5 Venilia. 6 Quæ ſemel quaſi dedit nomen ad inſequendum Trojanos, nunquam deſiſtet. Aliis *addita* eſt infeſta, affixa. 7 Ab eis. 8 Tenuibus & modicis. 9 Italorum. Syncope. 10 Orabis, ut tibi auxilientur? Interrogatio hæc vim univerſalem habet: q. d. omnes populos externos. 11 Tam pernicioſi belli. 12 Filia hoſpitis Lavinia, Latini filia, Turno, Rutulorum regi, à matre Laviniæ deſponſata: quàm tamen Latinus pater, diverſis territus prodigiis, Æneæ extero genero dare coactus fuit. Quod ægrè ferens Turnus, Æneam Latinumque bello petiit, in quo ipſe ſingulari certamine ab Ænea occiſus fuit. 13 Sicut Helena cauſa belli Trojani fuit: ſic Lavinia erit cauſa belli Rutuli & Latini. Helena hoſpitio excepit Paridem: Laviniæ pater Latinus excipiet te. 14 Sed tu. Epilogus oraculi Apollinis. 15 Adverſitatibus. 15 Obviam. 17 Id eſt, magnanimitate ſupera fortunam tuam. 18 Primus modus acquirendæ ſalutis. 19 A Græcis habitata ſc. Pallanteo, dùm per Evandrum Arcadem illic habitantem, ubi nunc Roma eſt, ad Tarchontem in Thuſciam mitteris. 20 Aperietur tibi, proficiſcetur. 21 Loco ſecretiore templi, quem ſoli ſacerdoti adire licebat. 22 Quæ apud Cumas oracula dabat. 23 Horrorem incutientes. 24 Ambiguos & obſcuros ſermones. 25 Et cum reflexione vocis quaſi mugitum efferit ex antro. 26 Dictis non ſatis intellectis, quæ futura erant vera, implicans. 27 Ejuſmodi fræna, id eſt, ſic mentem & organa vocis ejus regit, ut, quæ ipſe volvit, non quæ ipſa præmeditata ſit, loqueretur. 28 Vim illam divinam, quæ animum Sibyllæ, & impetum fatidici ſpiritus excitavit. Metaphora. 29 Sibyllæ. 30 Dirigit. 31 Poſtquam rabies Sibyllæ ſedata eſt. 32 Incipit Sibyllam alloqui in hunc modum. 33 Mihi. 34 Species. 35 Vel inopinata. Nam partim ab Heleno, partim à patre acceperat, quæ gerenda ſibi forent. 36 Oritur, prædicitur.



Digitized by Google

*[1] Omnia [2] præcepi, atque animo mecum [3] ante [4] peregi.*
*[5] Unum oro, ([6] quando [7] hîc [8] inferni janua [9] regis*
*Dicitur, & tenebroſa palus [10] Acheronte [11] refuſo)*
*Ire ad conſpectum chari [12] genitoris & ora*
*[13] Contingat: [14] doceas iter, & [15] ſacra oſtia [16] pandas.*
*[17] Illum ego per flammas, & [18] mille ſequentia tela,*
*Eripui his humeris, [19] medioque ex hoſte recepi:*
*Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,*
*Atque omnes pelagique [20] minas [21] cœlique ferebat*
*Invalidus, [22] vires ultra, ſortemque [23] ſenectæ.*
*[24] Quin, [25] ut te ſupplex [26] peterem, & tua [27] limina adirem,*
*Idem orans mandata dabat. Natique, patriſque,*
*[28] Alma, precor, miſerere; [29] potes namq; omnia; nec te*
*Nequicquam [30] lucis [31] Hecate præfecit [30] Avernis.*
*Si potuit [32] manes arceſſere [33] conjugis [34] Orpheus,*
*Threïcia fretus citharâ, fidibuſque [35] canoris:*
*Si [36] fratrem Pollux [37] alternâ morte redemit,*
*Itque [38] reditque viam toties: quid [39] Theſea [40] magnum*

1 Quæ ad bella pertineant, vel quæ ex te audio. 2 Prævidi, antecepi, cogitatione præveni. Al. *Percepi.* 3 Priuſquam hæc diceres. 4 Præmeditatus ſum, revolvi, perpendi, id eſt, jamdudum ad omnes caſus præparatus ſum. 5 Id ſolum. 6 Quandoquidem.

7 In Campania, 8 Inferis dominantis. 9 Plutonis. 10 Lacu illo infernali. 11 Refluente & reſtagnante. 12 Anchiſæ. 13 Detur mihi. 14 Viam eundi mihi commonſtres. 15 Diti ſacra vel execranda. 16 Aperies. 17 Patrem. Dicit cauſam, quare eat ad genitorem. 18 Numerus certus pro incerto. 19 Ex mediis hoſtibus in locum tutum perduxi, liberavi. Sic l. 1. *frugeſque* receptas. 20 Tempeſtates & procellas, quæ navigantibus toties extrema minatæ fuerant. 21 Aëris. 22 Ultra vires. Anaſtrophe. 23 Quæ quietem & otium efflagitat. 24 Quinetiam. 25 Lib. 5. *Ditis tamen antè infernas accede domos, &c. hùc caſta Sibylla.* 26 Adirem. 27 Domum aut antrum. 28 O ſalutis noſtræ altrix, ſancta & veneranda virgo. 29 A facili. 30 Sylvis, quæ ſunt circa Avernum & Acherontem, aliaque loca, per quæ ad inferos deſcenſus eſſe exiſtimatur. 31 Proſerpina. Vide ſuprà. 32 Umbras. A diſpari cauſa. 33 Eurydices. Orpheus enim cantilena & pulſu lyræ deſcendit ad inferos, ut abduceret conjugem ſuam: & abduxerat, ni illa per imprudentiam reſpexiſſet. 34 De Orpheo abunde 4. l. Georg. & Ovid. 10. Met. 35 Dulciter reſonantibus. 36 Caſtora, gemellum è Leda matre & Tyndaro, communicata cum illo immortalitate ut alterni viverent. Adi Mythologos hoc de Geminorum ſidere exponentes. 37 Quam alternatim pro illo obit, ut ille viciſſim pro Polluce. 38 Ab inferis ad ſuperos. 39 Qui ad inferos deſcendit cum Pirithoo, rapturi Proſerpinam. 40 Fortem, quippe qui nullis laboribus ſuperari potuerit. Vide quæ nos ad Sal. p. 327. &c.

Quid

*Quid memorem* [1] *Alciden?* & [2] *mî* [3] *genus ab Jove* 4 *ſummo.*
*Talibus* 5 *orabat dictis,* [6] *araſque tenebat:*
*Tunc ſic orſa loqui* 7 *vates:* [8] *Sate ſanguine Divûm*
9 *Tros Anchiſiade:* [10] facilis deſcenſus [11] Averni:
[12] Noctes atque dies patet [13] atri janua Ditis:
Sed [14] revocare gradum, ſuperaſque [15] evadere ad auras,
16 Hoc opus, hic labor eſt; [17] *pauci, quos* [18] *æquus amavit*
*Juppiter, aut* [19] *ardens* [20] *evexit ad* [21] *æthera virtus,*
*Diis geniti,* [22] *potuêre:* [23] *tenent media omnia ſylvæ,*
24 *Cocytuſque ſinu labens* 25 *circumfluit* [26] *atro.*
*Quod ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido eſt,*
27 *Bis* [28] *Stygios innare lacus, bis* [29] *nigra videre*
*Tartara,* & [30] *inſano juvat indulgere labori:*
[31] *Accipe quæ* [32] *peragēda* 33 *priùs:* 34 *latet arbore* 35 *opacâ*

1 Herculem filium Jovis & Alcmenæ, qui deſcendit Cerberum ab inferis tracturus, ac Theſeum liberaturus: ab *Alceo* avo ſic dictum, vel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt, à fortitudine. 2 Mihi. Applicatio narrationis ad ſuam perſonam, quâ ſe illis dignitate generis parem facit, quare non minus id ſibi licere arbitratur, quam iis licuerit. Q. d. Et mihi idem concedatur, cui perinde, ut Herculi & Polluci, eſt genus ab Jove ſummo. 3 Genus idem, cauſa mihi melior. 4 Deorum. 5 Æneas. 6 Pio more precantium, jurantium, vota concipientium. 7 Sibylla. 8 Progenite. 9 O Trojane Ænea, Anchiſæ fili. 10 Si Ethice hanc fab. interpretari velimus, immane vitiorum præcipitium, è quorum barathro non facile emergitur, intelligemus. Si myſticè & Platonicè: pleriſque gravari divinam animi particulam terrena illa corporea mole, opprimi à ſenſu rationem, ita ut ad virtutem, rerum cognitionem, & veritatis indagationem adſpirent pauci; quibus, vel benignitate Deorum, vel eximia virtute, vel divino ingenio, datum eſt aureum ſtudii ramum carpere, & prudentia duce ad ſumma contendere: mox, *ramum hunc Lucus & obſcuræ claudunt convallibus umbræ.* 11 Qui per Avernum fit ad inferos. Eſt enim *Avernus* lacus apud inferos, in quem Acheron reſtagnare creditur. 12 Semper. 13 Obſcuri, qui apud atros regnat, cui inferorum imperium ſorte obvenit in Saturni patris poſſeſſionum diviſione. 14 Regredi ab inferis. 15 Penitus evadere. 16 Hoc eſt opus difficile. 17 Tria hominum genera tangit, dilectos à Jove, præditos virtute, Diis genitos. 18 Non rigoroſus judex. 19 Vehemens virtus, id eſt, juſtitia, cujus nomen omnes Ethicas virtutes complectitur. 20 Ex his ærumnis. 21 Coelum. 22 Sc. *ſuperas evadere ad auras.* 23 Dehortatio à difficili. 24 Lacus infernalis. Quid Cocytus, Styx, Acheron, Inferi ſint ſecundùm veteres Theologos, docet Macrob. l. 1. de Somnio Scipionis c. 10. 25 Circumdat exire volentes. Al. *circumvenit.* 26 Obſcuro: quia profundo. 27 In vita ſemel, ſecundò in morte gloriam in vivis conſequi, æternam, poſt mortem. 28 Stygis, lacus infernalis, triſtitiam ſignificantis. 29 Tenebroſa, profunda. 30 Vehementi. 31 Intellige. Tranſit ad præcepta. 32 Sc. *ſunt tibi.* 33 Quàm ad inferos deſcendere poſſis. 34 Difficultatem innuit, cùm latere ramum, & quidem in umbroſâ arbore ſubjicit. 35 Denſâ foliis, & ramis aliis.

1 *Aureus*

Digitized by Google

[1] *Aureus, & foliis, & [2] lento vimine ramus,*
[3] *Junoni infernæ dictus ſacer: [4] hunc [5] tegit [6] omnis*
*Lucus, & obſcuris [7] claudunt convallibus umbræ.*
*Sed non antè [8] datur telluris [9] operta ſubire,*
[10] *Auricomos quàm quis decerpſerit [11] arbore [12] fœtus.*
*Hoc [12] ſibi [13] pulchra [14] ſuum ferri [15] Proſerpina munus*
*Inſtituit: [16] primo avulſo [17] non deficit alter*
[18] *Aureus, & ſimili frondeſcit [19] virga metallo.*
*Ergo [20] altè [21] veſtiga oculis, & [22] ritè repertum*
*Carpe manu; namque ipſe [23] volens, faciliſque ſequetur,*
[24] *Si te fata vocant: [25] aliter, non viribus ullis*
[26] *Vincere, nec duro poteris convellere ferro.*
*Præterea, [27] jacet [28] exanimum tibi corpus [29] amici*
*(Heu neſcis) totamque [30] inceſtat funere claſſem.*
*Dùm [31] conſulta petis, noſtroque in [32] limine [33] pendes:*
[34] *Sedibus [35] hunc refer [36] antè ſuis, & conde ſepulchro.*
[37] *Duc [38] nigras pecudes: ea prima [39] piacula ſunto.*
*Sic [40] demùm lucos [41] Stygios, regna [42] invia [43] vivis*
*Aſpicies. [44] Dixit, [45] preſſoque [46] obmutuit ore.*
*Æneas mœſto [47] defixus lumina vultu*

1 A materia & qualitate. Per quam prudentiam intellige, quâ nihil non, quantumvis arduum confici poteſt. 2 Flexibili. 3 Proſerpinæ, quæ apud inferos eſt, conſecratus, dicatus. 4 Ramum. 5 Alluſum ad Bonæ Deæ, quæ eadem Tellus eſt, ſacra; quæ non niſi in operto fiebant. 6 Tota ſylva. 7 Circumdant eum. 8 Conceditur à Diis. 9 Occulta terræ, id eſt, ſubterranea loca. 10 Ramum habentem folia aurea pro comis. Metaphora ab animali ſumpta. 11 Illa opaca. 12 Ad ſe, aut in honorem ſuum. 13 In conſpectu Plutonis, qui eam rapuit. 14 Proprium, ſibi carum. 15 Regina inferorum. 16 Poſtquam primus ramus avulſus eſt ab eo, qui inferos petere vult. 17 Non deeſt, imo ſtatim ſubnaſcitur, & in locum ſublati ſufficitur. 18 Sc. *Ramus*. 19 Ramale. 20 Deum cœlumque ſuſpice. 21 Inquire. 22 Ut decet, carpe, ſc. manu, non falce, non cultro. 23 Volenti & obſecundanti ſimilis. 24 Si prædeſtinatum eſt te per eum ad inferos deſcendere atque redire. 25 Alioqui, repugnantibus Deorum diſpoſitionibus. Abſque ſit gratia & auxilium divinum, incaſſum, intercidunt humani conatus. 26 Confringere & abrumpere eum. 27 Inſepultum. 28 Mortuum. 29 Miſeni, ut infrà, à Tritone intercepti, quem tamen nonnulli ab Æneâ interfectum autumant; ut in hac necromantia ſuppeteret cadaver & animum. 30 Polluit. 31 Oracula. 32 Antro. Synecdoche. 33 Moraris, vel ſollicitus hæres. 34 Terræ & inhumationi. 35 Amicum exſtinctum. 36 Quam ad inferos deſcendas. 37 Ad ſacrificium funebre. 38 Furvis hoſtiis placandi Dii Inferi, ad quos tibi luſtrata ſternenda via: *hùc caſta Sibylla Nigrarum multo pecudum te ſanguine ducet.* l. 5. 39 Sacrificia expiatoria quibus animæ expurgari credebantur. 40 Poſt longam exſpectationem tuam. 41 Infernales. 42 Quæ nullam præbent viam. 43 Nam mortuis duntaxat. 44 Sibylla. 45 Ab Apolline, qui non permiſit eam ulterius loqui. 46 Dicendi finem fecit. 47 Habens oculos in terram defixos.

1 Ad claſſem & ſocios, Sibyllæ præcepta executurus. 2 Sibyllæ. 3 Incertos, ignotos. 4 Æneæ. 5 Ἀπὸ τοῦ ἄχους: à *ſollicitudine*, quæ ſummatum & principum comes. 6 Q. d. comes eſt, ut itineris, ita & curarum, 7 Siſtit, greſſum, ut cogitabundi ſolent. 8 Modò hoc, modò illud aſſerentes.

*1 Ingreditur, linquens 2 antrum, 3 cæcoſque volutat*
*Eventus animo ſecum: 4 cui fidus 5 Achates*
*It comes, & 6 paribus curis 7 veſtigia figit.*
*Multa inter ſeſe 8 vario ſermone 9 ferebant,*
*Quem ſocium 10 exanimem 11 vates, quod corpus 12 humandum*
*Diceret: atque 13 illi Miſenum in littore ſicco,*
*Ut 14 venêre, 15 vident 15 indigna morte peremptum:*
*Miſenum 16 Æoliden, quo 17 non 18 præſtantior alter*
*19 Ære 20 ciêre viros, 21 Martemq; accendere 22 cantu.*
*23 Hectoris hic 24 magni fuerat comes: Hectora circum*
*Et 25 lituo pugnas inſignis 26 obibat, & haſtâ.*
*Poſtquam 27 illum 28 victor vitâ ſpoliavit Achilles,*
*Dardanio Æneæ ſeſe fortiſſimus 29 heros*
*Addiderat ſocium, 30* non inferiora ſecutus.
*Sed 31 tùm forte cavâ dùm 32 perſonat æquora 33 conchâ*
*Demens, & cantu vocat in certamina 34 Divos,*
*35 Æmulus 36 exceptum 37 Triton (ſi credere dignum eſt)*
*Inter 38 ſaxa 39 virum ſpumoſâ immerſerat undâ.*

9 Al. *ferebant*. Alludit ad Etymon vocis *Sermo*. 10 Mortuum. 11 Sibylla. 12 Sepeliendum. 13 Sic dubitantes. 14 Ad littus. 15 Viro forti, & non reſpondente meritis, arti & virtuti ejus; aut quia exceptus inſidiis à Tritone, Neptuni tibicine, quem æmulabatur: aut quia anima in aquis extinguebatur, quod genus mortis abominabantur veteres. 16 Æoli nepotem. 17 Sc. *fuit*. 18 Peritior. 19 Lituo, aut tuba ærea. Materia pro Materiato. 20 Excitare, id eſt, excitabat viros fortes & generoſos, Enallage modi. 21 Inflammare furorem bellicum ſeu prælium. 22 Tubæ, aut litui. 23 Digreditur in proſopographiam Miſeni mortui. 24 Trojanorum fortiſſimi. 25 Tuba incurva: à cujus ſimilitudine poſteà Baculus ille auguralis, quo templa deſignabantur, *Lituus* dictus eſt. 26 Perficiebat pugnas, verſabatur in pugnis. 27 Hectorem. 28 Hectoris. 29 Miſenus Æolides. 30 Virum nequaquam Hectori ſecundum neque virtute, neque laude; ſatis etiam ſuperiorem. 31 Paulò antè. 32 Perſonare facit, vel, ſonat per æquora. 33 Tubâ & buccinâ, quæ Tritoni concha. *Cæruleum Tritona vocat, conchaque ſonanti Inſpirare jubet: deinde cava buccina ſumitur illi.* 34 Tritones. 35 Ὁμότεχνος, ejuſdem artis cum invidia ſtud oſus, vel, ex provocatione adverſarius. 36 Inſidiis oppreſſum: quaſi virtute vinci non poſſet. 37 Oceani & Tethyos filius, Neptuni tubicen, unus Deorum marinorum. 38 Scopulos. 39 Miſenum.



Digitized by Google

[1] *Ergo* [2] *omnes magno* [3] *circùm* [4] *clamore fremebant;*
*Præcipuè pius* [5] *Æneas. Tùm* [6] *juſſa Sibyllæ,*
*Haud mora,* [7] *feſtinant flentes:* [8] *aramque ſepulchri*
[9] *Congerere* [10] *arboribus,* [11] *cœloque educere certant.*
[12] *Itur in antiquam ſylvam, ſtabula alta ferarum:*
[13] *Procumbunt* [14] *piceæ; ſonat icta ſecuribus ilex,*
*Fraxineæque trabes, cuneis &* [15] *fiſſile robur*
*Scinditur: advolvunt ingentes* [16] *montibus ornos.*
*Nec non Æneas, opera inter talia* [17] *primus*
*Hortatur ſocios, paribuſque* [18] *accingitur armis.*
*Atque* [19] *hæc ipſe ſuo triſti dùm corde volutat*
*Aſpectans ſylvam immenſam, & ſic ore precatur:*
[20] *Si nunc ſe nobis ille aureus* [21] *arbore* [22] *ramus*
*Oſtendat nemore in tanto!* [23] *quando omnia verè*
*Heu* [24] *nimiùm de te vates, Miſene, locuta eſt.*
*Vix* [25] *ea fatus* [26] *erat,* [27] *geminæ cùm* [28] *fortè* [29] *columbæ*
*Ipſa* [30] *ſub ora viri cœlo venêre volantes,*
*Et* [31] *viridi ſedêre ſolo: tùm maximus* [32] *heros*
[33] *Maternas agnoſcit aves, lætuſque precatur:*
*Eſte duces,* [34] *ô ſi qua* [35] *via eſt, curſumque per auras*
*Dirigite in* [36] *lucos, ubi* [37] *pinguem* [38] *dives* [39] *opacat*

1 Docet, quomodo officium funebre perſolutum ſit Miſeno juxta præceptum Sibyllæ. 2 Trojani. 3 Cadaver Miſeni. 4 Quaſi iraſcentes Diis marinis, quod tantum virum morte abſumpſerant. 5 Sc. fremebat. 6 Quibus juſſerat: *Sedibus hunc refer antè ſuis.* 7 Feſtinanter exſequuntur. *Feſtinare* ergo hic activè ſumitur: ut l. 4. *Deus æthere miſſus ab alto* Feſtinare fugam, *tortoſque incidere funes Ecce iterùm ſtimulat.* 8 Pyram in altum exſtructam, in aræ formam. 9 Congerendo exſtruere. 10 Ex arboribus. 11 Ad cœlum uſque attollere aram ſepulchri. Hyperbole. 12 A ſociis Æneæ ſc. ad excidendas arbores pro rogo. 13 In humum. 14 Piceæ tedæque reſinâ pingues arbores, fraxini ornique funeribus adhibitæ, quò clarius & luculentius arderent rogi. 15 Quòd facile finditur. 15 A montibus. 17 Exemplo ſuo prælucens aliis. 18 Aptatur inſtrumentis, quibus alii ligna ſcindebant ſc. ſecuri, cuneis, ligone, & ſimilibus ad rogum erigendum neceſſariis. 19 Quæ ſequuntur cogitat ſecum. 20 Utinam. 21 Opacâ. 22 Quem Sibylla nobis habendum docuit. 23 Quandoquidem. 24 Quia utilius fuiſſet, ſi mentita eſſet, dùm dixit Miſenum jacere in littore. 25 Eas preces. 26 Æneas. 27 Duæ & pares. 28 Præter opinionem ejus. Oblativum ergo augurium. 29 Quæ & Veneris aves & felix regibus augurium: per geminas columbas myſtice duas animæ alas deſignari volunt. Contemplativam Moralemque virtutem, quæ ad aureum Sapientiæ ramum à divinarum rerum amore mittuntur. 30 Ante conſpectum Æneæ. 31 Gramineo. 32 Æneas. 33 Quæ ſunt in tutelâ Veneris, propter amorem, quem inter ſe ſervant. 34 O aves. 35 Quæ ducat ad aureum ramum. 36 Sylvas ſacras. 37 Opimam quia talis rami feracem. 38 Quia aureus. 39 Inumbrat, quod propriè eſt arborum.

*Ramus*

Digitized by Google

1 Ne mihi deſis, ne me deſeras. 2 Subſtitit. Captantes autem auguria & obſervantes ſtare immobiles aut ſedere ſolebant. 3 Animadvertens. 4 Perſeverent. 5 Alluſum ad pullare augurium, quod felix habitum, ſi pulli paſcerent. 6 Columbæ. 7 Prodibant, præcedebant.

*Ramus aureus: tuque ô dubiis 1 ne deſice rebus,*
*Alma parens. Sic effatus, 2 veſtigia preſſit,*
*3 Obſervans, quæ ſigna ferant, quò tendere 4 pergant.*
*5 Paſcentes 6 illæ tantùm 7 prodire volando,*
*Quantum 8 acie poſſent oculi 9 ſervare 10 ſequentum.*
*11 Indè ubi 12 venêre ad fauces 13 graveolentis Averni.*
*14 Tollunt ſe celeres, 15 liquidumque per aëra 16 lapſæ,*
*Sedibus 17 optatis 18 geminâ ſuper arbore 19 ſidunt:*
*20 Diſcolor 21 undè auri per ramos 22 aura refulſit.*
*23 Quale ſolet 24 ſylvis 25 brumali frigore 26 viſcum*
*Fronde virere 27 novâ, 28 quod non 29 ſua 30 ſeminat arbos.*
*Et 31 croceo fœtu 32 teretes circumdare truncos:*
*Talis erat ſpecies auri frondentis opacâ.*
*33 Ilice: ſic leni 34 crepitabat 35 bractea vento.*
*36 Corripit 37 extemplò Æneas: aviduſq; refringit*
*38 Cunctantem, & 39 vatis 40 portat ſub tecta Sibyllæ.*
*41 Nec minùs intereà Miſenum in littore Teucri*
*Flebant, & 42 cineri 43 ingrato 44 ſuprema ferebant.*
*Principio pinguem 45 tædis, & robore 46 ſecto.*

Enallage modi. 8 Acumine viſus ſui, id eſt, viſu. 9 Obſervare. 10 Æneam & Achatem. 11 Deinde. 12 Columbæ. 13 Lacus illius in Campaniâ, per quem dicitur deſcenſus ad inferos, graviter olentis propter aquam ſulphuream. 14 Erigunt. 15 Purum. 16 Poſtquam celeriter volaverant. 17 Ab Æneâ. 18 Geminæ naturæ: quia aureum ramum habebat. Al. *gemina*, ſc. columbæ. 19 Locum ſedendi capiunt, ad ſedendum ſe demittunt. 20 Alio à viridi arbore colore, diverſi coloris. 21 A quâ arbore. 22 Splendor. Cic. pro Sextio, *Quem neque periculi tempeſtas, neque honoris aura potuit unquam de ſuo curſu dimovere.* A'ὐρὸς vetus vox Græca *auram* ſignificat. 23 Qualiter. A ſimili narrationem dilatat. 24 In ſylvis. 25 Quia tunc maturum eſt. 26 Gluten. 27 Inſolitâ. 28 Viſcum. 29 Ipſi propria. 30 Quia ex ſtercore turdi, ſuper arborum ramis delapſo, naſcitur. 31 Virgulto & glutino crocei coloris. 32 Oblongos & rotundos. Ecl. 8. *Incumbens tereti Damon, ſic cœpit, oliva.* 33 Sc. *in*. 34 An non videris audire bracteari rami à ventis agitati crepitantem ſonum ex literarum aſpera conflictatione? 35 Aurea ac tenuis lamina, id eſt, aureæ frondes. 36 Celeriter rapit. Vehementiam & ſedulitatem Æneæ in diffringendo ramo ex voto, oſtendit hoc verbo Virgilius. 37 Illico. 38 Ramum viſum remorari pondere ſuo deſiderium avidi Æneæ licet facilis ſequeretur. 39 Vaticinantis. 40 Ramum. 41 Nihilominùs, quamvis Æneas abeſſet. Tranſit ad ſtudia Trojanorum circa juſta Miſeni. 42 Cadaveri. 43 Minùs grato amicis triſte hoc miniſterium exequentibus. 44 Ultima officia, quæ exequiæ dicuntur, exhibebant mortuo Miſeno. 45 Arboribus reſinæ plenis. 46 Fiſſo, ac in partes diſſecto.



Digitized by Google

*Ingentem ſtruxêre* [1] *pyram :* [2] *cui frondibus* [3] *atris*
*Intexunt latera , &* [4] *ferales* [5] *antè cupreſſos*
*Conſtituunt :* [6] *decorantque ſuper* [7] *fulgentibus armis.*
*Pars* [8] *calidos* [9] *latices , &* [10] *ahena* [11] *undantia flammis*
[12] *Expediunt ,* [13] *corpuſque lavant* [14] *frigentis , &*
[15] *ungunt.*
*Fit gemitus :* [16] *tùm membra* [17] *toro* [18] *defleta reponunt,*
[19] *Purpureaſque* [20] *ſuper veſtes, velamina* [21] *nota,*
*Conjiciunt : pars ingenti ſubiêre* [22] *feretro ,*
*Triſte miniſterium , &* [23] *ſubjectam more* [24] *parentum*
[25] *Averſi tenuêre* [26] *facem : congeſta* [27] *cremantur*
[28] *Thurea dona,* [29] *dapes,* [30] *fuſo crateres* [31] *olivo.*
*Poſtquam collapſi cineres , & flamma* [32] *quievit :*
[33] *Reliquias vino , &* [34] *bibulam lavêre* [35] *favillam ;*

1 Strues lignorum ad rogum inſtruendum. Apparatus mortuorum, funus dicitur, exſtructio lignorum rogus; ſubjectio ignis, pyra; crematio cadaveris, buſtum; locus, uſtrina; operis conſtructio, ſepulchrum; inſcriptum nomen & memoria, monumentum. 2 Pyræ ſeu rogo. 3 Funereis, feralibus, viroris in atrum vergentis. 4 Triſtes & funebres. 5 In anteriori parte, ut videantur. 6 Et exornant ad decus deſuper. 7 In ſignum, quod eis egregie uſus fuerat. Cum viris magnis unà cremabantur, arma, veſtes, equi, canes, & quæ in vitâ erant chariſſima. Apud Indos & uxor amantiſſima. Cic. 5. Tuſc. quæſt. & 11. Æn. *galeas, enſeſque decoros*, &c. 8 Calida ablui & per intervalla inclamari ſolebant pro mortuis compoſiti, ne forte lateret vitalis ſpiritus obſtructus, adeòque vivi cremarentur. 9 Aquas calefactas. Omnem autem humorem generali vocabulo *Laticem* appellari tradunt, ab eo, quòd intra aliquid *latent*. 10 Ærea. 11 Ebullientia. 12 Expedite parant, proferunt. 13 Ex Ennii verſu: *Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit*. 14 Mortui. Calore enim vitali pulſo, qui ſpiritus ſedes habetur, friget corpus. 15 Ut faciliùs cremaretur. 16 Deinde. 17 Funebri, qui una cum cadavere cremabatur, id eſt, feretro 18 Supremo fletu affecta. 19 Quas in vita in pretio habuerat. Viris illuſtribus veſtes, quibus vivi utebantur, injectæ: purpureæ, prætextæ, paludamenta: vide Pallantis funus lib. 11. Æn. 20 Corpus exanime. 21 Quia ipſe ferebat. 22 Capulo, quo effertur corpus. *Feretrum* enim id omne dicimus, quo aliquid in pompa portatur. 23 Cadaveri. 24 Qui liberos ſuos inurunt. 25 Teſtati dolorem & ſe invitos id facere. 26 Tædam. 27 Cum cadavere. 28 Thura data. 29 Epulæ, quibus mortuo parentatum erat. 30 Quia infundebant oleum cum crateribus. 31 Oleo ex oliva expreſſo. 32 Cum non eſſet amplius, quod urat. 33 Cineres, & ſi qua exſtabant oſſa. Reſpicit ad ritum oſſa componendi, qui talis erat: primò buſtum vino extinguebant, manes vocabant, lotis deinde manibus oſſa legebant, lecta vino perfundebant & lacte, mox vento ſiccanda exponebant, ſiccata aromatibus & odoribus miſta in urnam reponebant, reliquiis lachrymas ſuperfundebant. 34 Lambentem quod adhuc ſupererat, aut exſorbentem ſeu imbibentem vinum, quod infundebatur. Ignita enim ac calida humorem omnem imbibunt, abſumuntque. 35 Modicam flammam.

1 Oſſa

1 Miſeni. 2 Collecta. 3 Vaſculo, aut urna ærea: quandoque aurea condebantur cineres. 4 Chorineus. 5 Purgavit pollutos funere aqua ſacrata ab aſpergillo felicis olivæ: namque oleaſter infelix. 6 Conſpergens eos. 7 Oleæ ad

*[1] Oſſaque [2] lecta [3] cado texit Chorineus [3] aheno.*
*[4] Idem ter ſocios [5] purâ circumtulit undâ,*
*[6] Spargens rore levi, & ramo [7] felicis olivæ:*
*[8] Luſtravitque viros, dixitque [9] noviſſima verba.*
*At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum*
*[10] Imponit, [11] ſuaque arma viro, [12] remumque, [12] tubamque,*
*[13] Monte ſub [14] aërio, [15] qui nunc Miſenus ab [16] illo*
*Dicitur, æternumque tenet per ſæcula nomen.*
*His actis, properè [17] exequitur [18] præcepta Sibyllæ.*
*Spelunca [19] alta fuit, vaſtoque [20] immanis [21] hiatu,*
*[22] Scrupea, [23] tuta lacu [24] nigro, nemorumq; tenebris:*
*[25] Quam ſuper haud ullæ poterant [26] impunè [27] volantes*
*[28] Tendere iter pennis: [29] talis ſeſe [30] halitus atris*
*Faucibus effundens, ſupera ad [31] convexa ferebat.*
*[32] Undè locum [33] Graji dixerunt nomine [34] Avernum.*
*Quattuor [35] hîc primùm [36] nigrantes terga juvencos*
*Conſtituit: [37] frontique [38] invergit vina ſacerdos:*

felicitatem facientis: quia pacem ſignificat, & ſaucia conſolidat. 8 Adſperſit, aut purgavit circumeundo Trojanos. 9 Ultima, id eſt, conclamavit. I licet & vale, vale, vale. Æn. 11. lib. 10 Exſtruit cumulum Miſeno. 11 Propria inſtrumenta. 12 Inſignia remigis & tubicinis: quia peritus erat remex, & optimus tubicen. 13 Qui etiam ad hunc diem retinet nomen, & vulgò dicitur *Monte Miſeno*, & *Capo Miſeno*. 14 Alto: ut ſuprà, *aërias Alpes*. 15 Mons. 16 Miſeno, qui illîc ſepultus eſt. 17 Æneas. 18 Quæ hæc erant: *Duc nigras pecudes, ea prima piacula ſunto*. 19 Profunda. 20 Terribilis. 21 Aperturâ, quaſi ad devorandum parata. 22 Scruposa, ſeu aſperis lapillis plena. Sunt enim *ſcrupuli* lapilli minuti, qui ambulantibus in calceos inſiliunt: qui, quòd pedibus moleſti ſunt, pro curâ & ſollicitudine frequenter uſurpantur. 23 Cincta lacu & ſylvâ. 24 Ex profunditate & umbris. 25 Super quam ſpeluncam. Anaſtrophe. 26 Citra noxam. Fœtore enim & ſulphureo halitu enecabantur. 27 Volucres, aves. 28 Volare. 29 Tam vehemens. Cauſa, cur aves ea loca adire non conſueverint. 30 Odor & exhalatio. 31 Ad cœli curvitatem, ad aëra. 32 De quâ re, quia ſine avibus eſſet. 33 Græci. 34 Ἄορνον, avium expertem: ex α priv. & ὄρνις, ὄρνιθος, avis. Al. *Aornium*. 35 Ad introitum ſpeluncæ ſeu Averni. 36 Habentes terga nigra. Diti patri de nigrâ pecude ſacrificabant, eidemque pocula miſta mero & lacte libabant. Tibul. *Intereà nigras pecudes promittite Diti, Et nivei lactis pocula miſta mero.* 37 In frontem, media inter cornua fundit. 38 Inverſa patera: contrà in ſacris ſupernis ſupina manu libatum. 4. lib. *media inter cornua fundit:* Hoc autem ad probationem victimarum, ſi non ſtupuiſſent, gratarum.

Et

*Et ſummas carpens media inter cornua* [1] *ſetas,*
*Ignibus imponit* [2] *ſacris* [3] *libamina prima;*
[4] *Voce vocans* [5] *Hecaten,* [6] *cœloque,* [7] *Ereboque potentem.*
[8] *Supponunt* [9] *alii cultros, tepidumque cruorem*
*Suſcipiunt* [10] *pateris: ipſe* [11] *atri velleris agnam*
[12] *Æneas* [13] *matri Eumenidum,* [14] *magnæq; ſorori*
*Enſe* [15] *ferit;* [16] *ſterilemq; tibi,* [17] *Proſerpina, vaccam.*
[18] *Tùm* [19] *Stygio regi* [20] *nocturnas* [21] *inchoat aras;*
*Et* [22] *ſolida imponit taurorum viſcera flammis,*
*Pingue* [23] *ſuperq; oleum* [23] *fundens* [24] *ardentibus extis.*
[25] *Ecce autem* [26] *primi ſub lumina Solis, & ortus,*
*Sub* [27] *pedibus* [28] *mugire ſolum, &* [29] *juga cœpta moveri*
[29] *Sylvarum: viſaque* [30] *canes* [31] *ululare per umbram,*
*Adventante* [32] *Deâ.* [33] *Procul, ô, procul eſte,* [34] *profani,*
*Conclamat* [35] *vates, totoque abſiſtite* [36] *luco.*

1 Duros pilos. *Setæ* propriè duriores illi craſſioreſque qui in ſuum dorſis erecti ſtant, pili ſunt; hîc pro pilis boum uſurpat Poëta. 2 Qui ad ſacrificium ibi parati, inſtructique erant. 3 Appoſitive. 4 Cum clamore valido invocant. 5 Deam. 6 Apud ſuperos (ubi *Luna* dicitur, & in terris, ubi *Diana*) poteſtatem habentem, quamdiu ſupra noſtrum Horizontem conſpicua eſt Luna. 7 Apud tenebras inferorum (ubi *Proſerpina* appellatur) quando ſub terra demerſa Antipodibus noſtris lumen præbet. *Erebus* propriè infernalis fluvius eſt. 8 Clanculum ponunt, ut ultrò ineant mortem. 9 Sacrificuli. 10 In vaſa patentia. 11 Concolorem agnam. 12 Quia Sibylla cætera curaverat. 13 Matri Furiarum, id eſt, Nocti, quæ furias parit fovetque. Nocte autem Furias natas volunt, quæ per Antiphraſin Græcè Εὐμενίδες dicuntur, quòd *immites* ſint, & *implacabiles*, terreantque & petant ſemper mortalium animos: ut ſuprà diximus. 14 Terræ, quæ noctis ſoror fingitur, quia ex umbra ejus nox viciſſim nata eſt. 15 Cædit, mactatque. *Feriri* enim, cùm occiduntur, animalia dicuntur. 16 Στεῖραν βοῦν, Odyſſ. κ. Junoni infernæ propriam; infœcundam infœcundæ; ſterilem illi, quæ nunquam enixa eſt; taurum Proſerpinæ, ut Plutoni taurum. 17 Quæ inferorum Dea es. 18 Deinde. 19 Regi infernali Plutoni, qui Stygi, Acheronti, & reliquis inferorum fluviis dominatur. 20 Quæ totâ nocte arderent, in quibus noctu ſacrificaretur: *vel*, nocturnas, id eſt, inferis dicatas. 21 Inſtituit. 22 Holocauſtum. 23 Superfundens. Tmeſis. 24 Dùm exta arderent. 25 Exactis ſacris, horrenda ſigna, adventus Proſerpinæ prænuntia, aptis tranſlationibus narrat. 26 Paulò antè, priuſquàm Sol oriretur. 27 Sibyllæ & Æneæ. 28 Cœpit quaſi ſonitum taurinum edere. Remota Metaphora, à bobus ſumpta ad terram; ut l. 4. Æn. v. 490. 29 Colles montium ſylvoſorum. 30 Stygiæ canes, Furiæ. Lucan. *Stygiaſque canes in luce ſuperna Deſtituam.* 31 Lugubrem vocem emittere. 32 Proſerpina. 33 Quod in ſacris fieri ſolet, *profanos arcet*, heroa ſuum *hoc agere* monet. 34 Sacris non initiati. 35 Sibylla. 36 Dianæ ſacro.

[1] *Tuque*

Digitized by Google

[1] *Tuque* [2] *invade viam, vaginâque eripe* [3] *ferrum:*
*Nunc* [4] *animis opus, Ænea, nunc pectore* [5] *firmo.*
[6] *Tantum effata, furens antro ſe immiſit aperto.*
[7] *Ille ducem haud timidis vadentem paſſibus æquat.*
[8] *Dii, quibus imperium eſt animarum, umbræque* [9] *ſilentes,*
*Et* [10] *Chaos, &* [11] *Phlegeton, loca* [12] *nocte ſilentia* [12] *latè.*
*Sit mihi fas* [13] *audita loqui:* [14] *ſit* [15] *numine veſtro*
[16] *Pandere res,* [17] *altâ terrâ & caligine merſas.*
[18] *Ibant obſcurâ ſoli ſub nocte per* [19] *umbras,*
*Perque Domos Ditis* [20] *vacuas, &* [21] *inania regna.*
*Quale per* [22] *incertam lunam ſub luce* [23] *malignâ*
*Eſt iter in ſylvis,* [24] *ubi cœlum* [25] *condidit* [26] *umbrâ*
*Juppiter, & rebus nox abſtulit* [27] *atra* [28] *colorem.*
[29] *Veſtibulum ante ipſum, primiſque in* [30] *faucibus Orci,*

1 Sacris initiare. 2 Audacter ingredere. 3 Quo mactaſti agnam. Dæmones an ſentiant dolorem, lædantur, enſem horreant, differit Coel. Rhod. l. 2. c. 8. hæc noſter ex opinione Platonicorum, infrà ſanior; *fruſtra ferro diverberat umbras.* 4 Audacia & animoſitate adverſus terrores & mortuorum ſpectra obvia. 5 Egregiè confirmato contra quævis pericula iis virtutibus quibus animoſum pectus fultum eſſe decet. 6 Sic non pluribus Sibylla Æneam allocuta projicit ſe in Averni fauces, comite Ænea. 7 Æneas Sibyllam vatem, cujus ductu per ſingula inferorum loca penetrat, vadentem paſſibus audacibus æquis conſequitur, id eſt, audacter ingredientem animoſè conſequitur. 8 Piè, nec niſi veniam præfatus, accedit ad inferorum arcana retegenda. Plutonem & Proſerpinam precatus, mox umbras, inde vaſtam voraginem & indigeſtam primæ materiæ molem, hinc loca ipſa & lacus. 9 Quoniam umbræ ſubſtantiæ ſunt incorporeæ, quæ vocem emittere nequeunt, *ſilentes* à Poëtis vocantur. 10 Origo rerum confuſa. 11 Inferorum fluvius, qui flammis æſtuantibus rapidus fingitur. 12 Nocte perpetua. 13 Quæ de inferis audiverim. 14 Sc. *fas.* 15 Veſtro nutu & benevolentia. 16 Aperire & manifeſtare. 17 Profunda terræ caligine. Eſt autem inferorum periphraſis. Q. d. liceat inferorum res mortalibus aperire. 18 Æneas & Sibylla. 19 Sylvarum & terræ, id eſt, per profundi ſpecus caliginem. 20 Corporibus ſc. ubi umbræ tantùm & ſimulacra. 21 Simulacra enim illic ſunt, quæ inania ſunt. 22 Dubiam, & per ſubjectas nubes interceptam neque apparentem. 23 Exigua, obſcura, non præbente ſui copiam. Metaphora, cùm propriè *Malignus* idem ſit quod aſper, difficilis & invidus. 24 Poſtquam. 25 Abſcondit. 26 Sc. *terræ*, id eſt, nocte, quæ nihil aliud quàm terræ umbra eſt. 27 Caliginoſa, quâ nihil per noctis tenebras in oculos incurrit. 28 Diſcretionem colorum. 29 Primum inferorum aditum. Quoniam autem mos fuit veteribus Romanis veſtibula & atria ſignis & tabulis exornare, ut ſc. eſſent, quæ exſpatiantium oculos delectarent: ita Poëta monſtrorum formis, quæ mortalibus peſtes ſunt, veſtibulum tribuit. 30 Anguſtiis vel ingreſſu inferni.



Digitized by Google

*Luctus, & [1] ultrices [2] poſuêre cubilia curæ:*
*[3] Pallenteſq; [4] habitant morbi, [5] triſtiſq; ſenectus:*
*Et Metus, & [6] maleſuada Fames, & [7] turpis Egeſtas,*
*([8] Terribiles viſu formæ) Lethumque, Laborque:*
*[9] Tùm [10] conſanguineus Lethi Sopor: & [11] mala mentis*
*Gaudia, [12] mortiferumq; [13] adverſo in limine Bellum:*
*[14] Ferreique Eumenidum [14] thalami, & [15] Diſcordia [16] demens,*
*Vipereum crinem vittis innexa cruentis.*
*In [17] medio ramos, [18] annoſaque brachia [19] pandit*
*[20] Ulmus [21] opaca [22] ingens: quam ſedem Somnia vulgò*
*[23] Vana [24] tenere ferunt, [25] foliiſque ſub omnibus hærent.*
*Multaque præterea variarum monſtra ferarum:*
*[26] Centauri in [27] foribus [28] ſtabulant, [29] Scyllaque [30] biformes,*

1 Quæ animum excarnificant & ſtimulis fodiunt. 2 Domicilium, ſedem ceperunt. 3 Homines pallidos reddentes. 4 Sc. hic. 5 Moroſa, querula, difficilis. 6 Per egeſtatem miſeros mortales ad furta, cædes, rapinas, injurias aliaſque malas artes impellens. 7 Per quam homines rebus turpibus ſeſe dant, atque ita malis artibus victum quærunt. 8 *Non terribiles, ſed viſu*, inquit Seneca 104. Epiſt. quem adi. 9 Præterea. 10 Germanus Mortis. Κασίγνητος θανάτοιο. Heſiodus. 11 Ex ſceleribus provenientia, ſeu ex flagitiis perpetratis concepta: cùm admiſſa ſcelera pœnitudo & luctus ſequi debeat. Illud verò male perditorum hominum eſt, quos nulla pravi conſcientia remordet, neque ſupplicia futura terrent. 12 Mortem adferens, ſeu exitiale, quod pacis & concordiæ artibus adverſetur, illiſque ſe medium opponat. 13 Contra enim ſtat, atque è regione pugnat. 14 Cubilia dura Furiarum, id eſt, in quibus Furiæ natæ eſſe, & habitare dicuntur. Virgines enim Furiæ non norunt thalamos. 15 *Et ſciſſâ gaudens vadit Diſcordia palla*, l. 8. Æn. 16 Reddens homines dementes. 17 Veſtibulo. Namque illa ante veſtibulum. 18 Ramos annis ac temporis diuturnitate mirè augmentatos, & patulos brachiorum inſtar. Metaphora. 19 Extendit. 20 Hæc arbor ſterilis eſt, quam proinde rectè Somniorum fecit ſedem, quòd ſc. ſterilia ſint ſomnia & vana, quæ per ſomnum videmus, niſi divinum habeant teſtimonium. 21 Frondibus ſc. quia ramis patulis & effuſis erat. 22 Valdè magna. 23 Quibus fides adhibenda non eſt, eò quòd dubiam nimis habeant interpretationem. 24 Occupare dicunt Poëtæ. 25 Ulmi. 26 Ixionis & Nubis filii; ſupernè humana forma, infernè equina; ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, id eſt, *à ſtimulando*, quod primi equos aſcendiſſe, eoſque ſtimulis propuliſſe dicantur. 27 Orci. 28 Stabulum & ſedem habent. Aptè, quia inferna parte equi. 29 Una Niſi, Megarenſium regis, filia, quæ ob ademptos patri capillos aureos eoſdemque fatales in alaudam converſa eſt. Ovid. Met. 8. altera Phorci filia, quam cùm Glaucus, Circe ſpreta, amaret, illa veneficiis, dùm ſe in fonte lavaret, in monſtrum canibus inguina ſuccincta mutavit: eſtque in mari Siculo ad promontorium Pelorum humanâ figurâ ſaxum cavernoſum, ad quod maris æſtuoſi fluctus refracti latratum canum repræſentant. Ovid. Met. l. 14. & Virg. Æn. 5. 30 Geminam formam habentes: nam una in alaudam, altera in marinum monſtrum mutata eſt.

*Et*

Digitized by Google

Et [1] centum gemini Briareus, ac [2] bellua [3] Lernæ
[4] Horrendùm ſtridens, [5] flammiſq; armata [6] Chimæra,
[7] Gorgones, [8] Harpyiæque, & forma [9] tricorporis umbræ.
Corripit [10] hîc ſubita trepidus formidine [11] ferrum
Æneas, [12] ſtrictamque aciem venientibus offert,
Et, ni [13] docta [14] comes [15] tenues ſine corpore [16] vitas
[17] Admoneat volitare [18] cavâ ſub imagine formæ,
[17] Irruat, & [19] fruſtra ferro [17] diverberet umbras.
[20] Hinc via, [21] Tartarei quæ [22] fert [23] Acherontis ad undas.
Turbidus hîc [24] cœno, [25] vaſtâque voragine gurges
[26] Æſtuat, atque omnem [27] Cocyto eructat arenam.
[28] Portitor has horrendus aquas, & flumina ſervat
Terribili [29] ſqualore Charon: [30] cui plurima [31] mento
[32] Canities inculta jacet: [33] ſtant lumina flammâ:
Sordidus ex humeris [34] nodo dependet amictus.
[35] Ipſe [36] ratem conto ſubigit, [37] veliſque miniſtrat,
Et [38] ferrugineâ ſubvectat [39] corpora cymbâ,

1 Centimanus, & (ſecundum quoſdam) etiam centiceps. 2 Hydra multiceps. 3 Paludis ſc. id eſt, quæ interempta fuit ab Hercule in Lerna palude. Hoc monſtrum alii C. alii LXX. nonnulli VII. capitum fuiſſe tradunt, & inter ea unum immortale. Hoc amplius, uno ejus reciſo capite, tria renaſcebantur. 4 Horrendè. Enallage partis. 5 Πνεῦσαν πῦρ. Heſiod. Et Hom. Iliad. 9. Lucret. l. 6. *Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra.* 6 Mons Lyciæ, qui flammas evomit inſtar Ætnæ Siculi, Poëtæ finxêre eſſe monſtrum, cujus prima pars leo; media capra; poſtrema Draco. 7 Meduſa, Sthenyo, Euryale, filiæ Phorci. 8 De his dictum 3. l. Æn. 9 Geryonis & Herili. 10 Ubi nunc ſunt monſtra. 11 Gladium, quem vagina eripere juſſerat ſuprà Sibylla. 12 Acumen gladii evaginatum ad ſe properantibus objicit. 13 Perita rerum infernarum. 14 Sibylla. 15 Umbras, εἴδωλα, quippe quæ nec carnem, nec oſſa habeant; unde priùs *inania regna* dixit. 16 Animas. 17 Admonuiſſet, irruiſſet in ea monſtra, & diverberaſſet. Enallage temporis. 18 Inani, non habente corpora, ſed umbras tantùm. 19 Cùm ſubſtantiæ ſint planè incorporeæ, quæ nec tangi, nec lædi poſſint: quare & à Græcis σκιαὶ dicuntur. 20 Sc. *eſt.* 21 Qui ex inferiore Tartaro emanat & profluit. 22 Inducit. 23 Fluminis infernalis. De fluviis infernis quid opinati veteres, lege Macrob. c. 10. l. 1. de Somnio Scipionis, qui Acheron, Lethe, Phlegethon, Cocytus & Styx. 24 Luto. 25 Profunda ingurgitatione vertex aquarum abſorbens & ingurgitans ea, quæ incidunt in eum. 26 Æſtum & fervorem ſuum exercet, id eſt, ebullit, agitatur. Metaphora à colore ad maris æſtum. 27 In Cocytum. 28 Tranſvector umbrarum in ulteriorem fluminis ripam, & magiſter portus. *Portitor* proprie is dicitur, qui portorium, id eſt, fructus pecuniarios ex portu conduxit: ſic à *portu* dictus. 29 Immunditia. 30 Charonti. 31 Per mentum. 32 Incana barba. 33 Et cui oculi horrent & arrecti ſunt igni emicanti. 34 Per nodum, quo connexus eſt. 35 Charon. 36 Scapham, qua animas traducit, ſude propellit, gubernat. 37 Per vela, aut miniſterio fungitur circa vela. 38 Navicula fuſci coloris, nigra, triſti. *Cymba* propriè, navis piſcatoriæ genus eſt. Hic autem pro portitorum navicula accipitur, qua lacus aut amnes tranſjiciuntur. 39 Simulacra corporum.

*Jam*

Digitized by Google

*Jam ſenior: ſed cruda* [1] *Deo*, [2] *viridiſq;* [3] *ſenectus.*
[4] *Huc omnis turba ad* [5] *ripas* [6] *effuſa ruebat,*
[7] *Matres, atque viri,* [8] *defunctaque corpora vita*
[9] *Magnanimûm heroum, pueri, innuptæque puellæ,*
[10] *Impoſitique rogis juvenes ante ora parentum.*
[11] *Quàm multa in ſylvis autumni frigore primo*
[12] *Lapſa cadunt folia;* [13] *aut ad terram* [14] *gurgite ab alto*
[15] *Quàm multæ* [16] *glomerantur aves, ubi* [17] *frigidus annus*
*Trans* [18] *pontum* [19] *fugat, & terris immittit* [20] *apricis:*
[21] *Stabant orantes, primi* [22] *tranſmittere curſum,*
[23] *Tendebantque manus* [24] *ripæ ulterioris amore.*
[25] *Navita ſed* [26] *triſtis, nunc hos, nunc accipit illos.*
*Aſt* [27] *alios longè* [28] *ſummotos* [29] *arcet arenâ.*
*Æneas (*[30] *miratus enim, motuſque* [31] *tumultu)*
*Dic, ait, ô virgo, quid* [32] *vult* [33] *concurſus ad amnem?*
*Quid-ve petunt animæ? vel quo diſcrimine ripas*
[34] *Hæ* [35] *linquunt;* [36] *illæ remis* [37] *vada* [38] *livida* [39] *verrunt?*
*Illi ſic breviter fata eſt* [40] *longæva* [41] *ſacerdos:*

1 Charonti, Deorum miniſtro. 2 Perpetua, quia Deus eſt. 3 Sc. *eſt*. 4 Ad hunc. 5 Acherontis. 6 E corporibus. 7 Fœmellæ & maſculi. A ſexu. 8 Quæ jam expleverant officium vitæ, id eſt, ſimulacra eorum. 9 A generis ſplendore. 10 Filii à parentibus terra conditi.

11 Quantum. Duplici comparatione umbrarum ad amnem venientium vim proponit. 12 Labentia 13 Altera collatio ab avibus, gregatim ſub tempus vernum tepidius cœlum petentibus. 14 Mari. 15 Ὄρνιθες ὥς Αἴτ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον. Iliad. 3. 16 Confertim volant, in modum glomeris advolvuntur. *Glomerare* proprie eſt implicare, & in globi figuram inducere filum. 17 Hyems. Totum pro parte. 18 Mare, ad quærendum aërem temperatiorem. Species pro genere: cùm propriè *Pontus* ſit interior maris pars inter Cherſoneſum & Euxinum. 19 Aves. 20 Soli expoſitis, ſine frigore in Africa. 21 Tam multi certatim orabant Charontem. 22 Ut primi trajicerentur. 23 Extendebant, ſupplicantium more. 24 Quia volebant tranſmitti ad locum ipſis debitum. 25 Portitor Charon. 26 Aſper, acerbus. 27 Inhumatos & inſepultos. 28 Submotos à cymba. 29 Tenet in littore arenoſo. 30 Sc. *erat*. 31 Multitudine animarum, tumultuoſe ad ſcapham properantium. 32 Prætendit. 33 Animarum. 34 Quædam ex illis. 35 Quia vident ſe non poſſe tranſmitti. 36 Aliæ. 37 Stygem & Cocytum inferorum amnes. *Vadum* propriè eſt fluminis fundum ſolidum, quòd in eo ſine periculo *vadatur*. 38 Subnigra: fortaſſis à morte, quam nonnunquam *lividam* dicimus, quòd ea vada non niſi mortui trajiciant. Proprie enim *lividum* dicimus colorem carnis ſubnigræ ex ictu baculi aut fuſtis. A quo deinceps invidos ſolemus *lividos* appellare, quòd in eorum vultibus illum colorem communiter videamus. 39 Tranſmittunt, navigant. Metaphora à purgantibus pavimenta ſcopis, quod propriè eſt *verrere*. 40 Πολυχρονωτάτη παρθένος: quæ ſæcula ſeptem ſeu 700. annos vixerat, Ovid. 14. Met. 41 Sibylla.

[1] *Anchiſâ generate, Deûm* [2] *certiſſima proles,*
[3] *Cocyti ſtagna* [4] *alta vides, Stygiamque paludem,*
*Dii cujus jurare timent, &* [5] *fallere numen.*
[6] *Hæc* [7] *omnis, quam cernis,* [8] *inops,* [9] *inhumataque turba eſt:*
[10] *Portitor ille, Charon: hi, quos vehit unda,* [11] *ſepulti.*
*Nec ripas* [12] *datur horrendas, nec* [13] *rauca fluenta*
[14] *Tranſportare priùs, quàm* [15] *ſedibus oſſa quierunt.*
*Centum* [16] *errant* [17] *annos,* [18] *volitantque hæc littora circum.*
[19] *Tùm demùm* [20] *admiſſi* [21] *ſtagna exoptata* [22] *reviſunt.*
[23] *Conſtitit Anchiſâ* [24] *ſatus, & veſtigia preſſit,*
*Multa* [25] *putans,* [26] *ſortemque animo miſeratus* [27] *iniquam.*
*Cernit ibi mœſtos, &* [28] *mortis honore carentes,*
[29] *Leucaſpim, & Lyciæ* [30] *ductorem* [31] *claſſis* [29] *Orontem,*
*Quos* [32] *ſimul à Trojâ ventoſa per æquora vectos*
*Obruit* [33] *Auſter, aquâ involvens navemque viroſque.*
[34] *Ecce* [35] *gubernator ſeſe Palinurus* [36] *agebat,*
*Qui* [37] *Libyco* [38] *nuper* [37] *curſu,* [39] *dùm ſidera ſervat,*

1 Æneæ periphraſis. 2 Cui vivo inferos adire datur. 3 Fluvii infernalis. 4 Profunda. 5 Pejerare. Qui autem pejerabat, annum unum & dies novem, nectare & ambroſia interdictus, Deorum epulis arcebatur. Hic verò honos Stygi habitus propter auxilium, quod Jovi adverſus Titanas tulerunt Stygis filiæ Vis, Robur, Victoria. Apollo ſive Sol apud Ovid. 2. Met. Phaëtontem filium, cui quidvis daturum promiſerat, quod ille petiviſſet (petivit autem adoleſcens temerarius ad unum diem moderamen currus ejus) ſic alloquitur. *Quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis? Ne dubites, dabitur (Stygias juravimus undas) Quodcunque optaris: ſed tu ſapientius opta.* 6 Reſpondet ad id, quod rogarat Æneas, *Quid vult concurſus ad amnem?* 7 Tota. 8 Sine terrâ, aut ſine ope & auxilio, id eſt, paupercula. 9 Inſepulta. 10 Portus obſervator & tranſvector. 11 Sc. *ſunt*. 12 Permittitur Charonti. 13 Raucè reſonantia ob fluctus. 14 Sc. *alios*. 15 Sc. *ſuis*, id eſt, ſepulchris. 16 Inſepulti. 17 Continuos. 18 Præcipitanter volvuntur: quippe umbræ & ſubſtantiæ incorporeæ. 19 Deinde tandem, centum annis exactis. 20 In cymbam. 21 Lethes ſc. per quam oblivionem malorum imbibunt. 22 Navigant. 23 Cogitabundus. 24 Progenitus. Æneæ periphraſis. Ut ſupra; *Anchiſâ generate.* 25 Reputans animo. Simplex pro compoſito. 26 Eorum ſc. qui ob carentiam ſepulchri illic vagabantur. 27 Ubi hæ admittuntur, illæ arcentur: *vel*, ubi mortui plectuntur ob peccatum vivorum, qui funera exſequi neglexerunt. 28 Sepultura. 29 De his lib. 1. Æneid. 30 Gubernatorem, nauclerum. 31 Navis. Ut l. 1. *Unam, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem*, &c. 32 Cum Æneâ. 33 Ventus. Species pro genere. 34 Attentionis particula ad congreſſum Palinuri & Æneæ narrandum ſe accingit. 35 Olim, dum vita manebat. 36 Errabundus obibat, impellebat, ibat. Terent. Andr. *Quò hinc te agis?* 37 In trajectu è Sicilia in Italiam per mare Libycum ſeu Tyrrhenum. 38 Paulò ante. 39 Obſervat. Quia dictum eſt l. 5. *Oculoſque ſub aſtra tenebat.*



Digitized by Google

[1] *Exciderat puppi,* [2] *mediis effuſus in undis.*
[3] *Hunc ubi vix multâ* [4] *mœſtum cognovit in* [5] *umbrâ,*
*Sic* [6] *prior alloquitur: Quis te, Palinure, Deorum*
*Eripuit nobis, medioque* [7] *ſub æquore* [7] *merſit?*
*Dic age. Namque mihi* [8] *fallax haud antè repertus,*
*Hoc uno reſponſo animum deluſit Apollo:*
*Qui fore te* [9] *ponto incolumem,* [10] *fineſq; canebat*
*Venturum* [11] *Auſonios: en hæc promiſſa* [12] *fides eſt?*
[13] *Ille autem: Neque te* [14] *Phœbi cortina fefellit,*
*Dux* [15] *Anchiſiade, nec me Deus æquore merſit.*
*Namque gubernaclum multâ vi fortè revulſum,*
*Cui datus hærebam cuſtos,* [16] *curſuſq; regebam,*
[17] *Præcipitans traxi mecum:* [18] *maria aſpera juro,*
*Non ullum pro* [19] *me tantum* [20] *cepiſſe timorem,*
[21] *Quam tua ne ſpoliata* [22] *armis,* [23] *excuſſa magiſtro,*
[24] *Deficeret* [25] *tantis navis ſurgentibus undis.*
*Tres* [26] *Notus* [27] *hybernas immenſa per æquora noctes*
*Vexit me violentus aquâ.* [28] *vix* [29] *lumine quarto*
*Proſpexi Italiam, ſummâ ſublimis ab undâ.*
[30] *Paulatim adnabam* [31] *terræ; & jam* [32] *tuta tenebam:*
*Ni* [33] *gens crudelis madida cum veſte* [34] *gravatum,*
[35] *Prenſantemque* [36] *uncis manibus capita aſpera* [37] *montis,*
[38] *Ferro invaſiſſet,* [39] *prædamque ignara putaſſet.*

1 Ut ſ. lib. ſub exitu. 2 Projectus in mare, dum eſſet in medio undarum. 3 Palinurum. 4 Quod honore ſepulturæ defraudato, trajectus negatus eſſet. 5 Inferorum caligine. 6 Quàm ille loqueretur. 7 Submerſit, Tmeſis. 8 Mendax, deceptorius. 9 Mari ſalvum & ſuperſtitem. 10 Sc. *ad* vel. *in*. 11 Italicos.

12 Al. *fideſque*. 13 Palinurus reſpondit. 14 Locus ſecretior, unde Phœbus reſponſa ſeu oracula dabat. Hîc autem pro ipſo oraculo ponitur. Vide l. 3. 15 Ab Anchiſâ genite. 16 Navium. 17 Præcipitans gubernaculum; aut me, id eſt, præcipitatus, præceps cadens. 18 Per maria. 19 Salute meâ. 20 Sc. *me*. 21 Quantum ceperim, ne navis tua, &c. 22 Clavo, gubernaculo. 23 Cui excuſſus magiſter ſive gubernator eſt. Hypallage. 24 Periret, periclitaretur. 25 Quantas Palinurus exiſtimaverat orituras: unde nuſquam amittebat oculos, quia noluit *confidere monſtro*, ut dictum eſt in 5. ſed ſerenitas inducta erat per Neptunum precibus Veneris, quod neſcivit Palinurus. 26 Ventus, ſpecies pro genere. 27 Procelloſas, aſperas. 28 Cum difficultate. 29 Die. Cic. pro Rab. *Si te ſecundo lumine* hîc *offendero, moriere.* 30 Quia fretus erat gubernaculo. 31 Ad terram. 32 Sc. *loca*, aut *littora*, ubi ſalvus eſſe poteram: & ita verus erat Apollo, nec ſubmerſus erat; ſed, ut dicetur, à Velienſibus occiſus. 33 Velienſium in Lucaniâ. 34 Sc. *me*. 35 Identidem apprehendere conantem. 36 Incurvis, quæ in modum humanarum manuum ferro fabricantur, aduncis velut digitis, & in undas mittuntur. 37 Saxoſi ſc. id eſt, ſaxum. 38 Enſe. 39 Habere corpus meum, quod prædaretur: *vel*, prædonem è navi dejectum.



Digitized by Google

*Nunc [1] me fluctus habet, verſantque in [2] littore venti.*
*[3] Quod te per cœli [4] jucundum lumen, & [5] auras,*
*Per genitorem oro, per ſpem [6] ſurgentis [7] Iuli,*
*Eripe me his, [8] invicte, [9] malis: aut tu mihi [10] terram*
*Injice, namque potes, [11] portuſque require [12] Velinos:*
*Aut tu, ſi qua [13] via eſt, ſi quam tibi Diva [14] creatrix*
*Oſtendit, (neque enim, credo, ſine [15] numine Divum*
*Flumina tanta [16] paras, Stygiamq; [17] innare paludem)*
*[18] Da dextram miſero, & tecum me tolle per undas:*
*[19] Sedibus ut ſaltem [19] placidis [20] in morte quieſcam.*
*Talia fatus [21] erat; [22] cœpit cùm talia [23] vates:*
*[24] Undè hæc, ô Palinure: tibi tam [25] dira cupido?*
*[26] Tu Stygias [27] inhumatus aquas amnemq; [28] ſeverum*
*[29] Eumenidum aſpicies? [30] ripam-ve [31] injuſſus [32] abibis?*
*[33] Deſine fata Deûm flecti ſperare precando:*
*Sed cape dicta memor, [34] duri ſolatia caſus.*
*Nam tua [35] finitimi, longè latèque per urbes*
*[36] Prodigiis acti cœleſtibus, oſſa [37] piabunt,*

1 Corpus meum inſepultum: nam in umbrâ nunc loquebatur. 2 Ad quod cadaver appulſum erat. 3 Quocirca. Epilogus conſtans obteſtatione, ut humo mandetur corpus, & juſta funebria ſibi præſtentur. 4 Ad differentiam triſtis illius & injucundæ auræ, quæ apud inferos eſſe dicitur. 5 Vitales ſc. quas adhuc carpis. 6 Creſcentis in annos & virtutes. 7 Aſcanii. 8 Voti tui ubique compos, qui etiam ad inferos deſcenderis. 9 Quæ vides me pati & paſſurum. 10 Hinc dicebantur *humati*, quos humus ſeu terra injecta contegeret. Leviſſimum ſaltem ſepulturæ genus poſtulat. Si quis enim in cadaver inſepultum incidiſſet, nefas erat præterire, terræ gleba non injecta, aut pulvere, aut arena; quod præcidanea porca expiandum erat. 11 Invenies autem cadaver meum in portu Velino. Monſtrat locum, ut demat laborem ſciſcitandi & quærendi cadaveris. 12 Qui poſteà Velini dicentur. *Velia* Lucaniæ oppidum eſt. 13 Ratio aut modus faciendi eſt. 14 Rerum ſc. id eſt, mater tua Venus. 15 Nutu & voluntate Deorum, οὐκ ἄνευ Θεῶν: dicitur de his, qui citra humanam induſtriam magni aliquid conſequuntur. 16 Tentas. 17 Navigare. 18 Præſta auxilium mihi miſero. Eſt enim *dextra* virtuti, fidei, auxilio, & omnibus rebus auſpicatis conſecrata. 19 In campis Elyſiis. 20 Qui in vita nunquam quievi. 21 Palinurus. 22 Sc. *fari*. 23 Sibylla. 24 Orta eſt tibi? 25 Execrabilis cupiditas tranſmittendi Stygem. 26 Qui non es de genere Deorum. 27 Inſepultus. 28 Triſtem, Styga ſc. aut Cocytum, undè Furiæ accendunt faces. 29 Circa quem habitant Eumenides, id eſt, Furiæ. 30 Ad ripam ulteriorem. 31 Sine juſſu Deorum. 32 A loco tibi deſtinato per centum annos. 33 Concludit fatum immutabile eſſe, ſc. ut inſepulto trajectus concederetur: proinde non eſſe, cur precando ſe fatiget. 34 Immutabilis. 35 Ejus loci ſc. id eſt, Campani & Lucani, ubi corpus tuum inſepultum jacet. 36 Oſtentis de cœlo venientibus (unde peſtis immitteretur) territi, impulſi. Lucanis enim oraculum de ſedanda gravi peſtilentia, quæ apud eos graſſabatur, conſulentibus, reſpondit oraculum placandos eſſe manes Palinuri, à Velienſibus interfecti, illi itaque lucum prope Veliam dicatum & erectum cenotaphium. 37 Purgabunt.



Digitized by Google

*Et [1] ſtatuent tumulum, & tumulo [2] ſolennia mittent,*
*[3] Æternumque locus Palinuri nomen habebit.*
*His [4] dictis [5] curæ [6] emotæ, pulſuſque parumper*
*[7] Corde dolor triſti: gaudet [8] cognomine terrâ.*
*[9] Ergo iter inceptum [10] peragunt, fluvioque propinquant.*
*[11] Navita [12] quos jam inde ut Stygiâ proſpexit ab undâ*
*Per [13] tacitum nemus ire, pedemque advertere ripæ,*
*Sic prior aggreditur dictis, atque [14] increpat [15] ultrò:*
*Quiſquis es, armatus qui [16] noſtra ad flumina tendis,*
*Fare age, quid venias: jamq; iſtinc comprime greſſum.*
*Umbrarum hic locus eſt, Somni, noctiſq; [17] ſoporæ:*
*Corpora [18] viva [19] nefas Stygia vectare [20] carina.*
*Nec [21] verò [22] Alciden me ſum [23] lætatus [24] euntem*
*Accepiſſe [25] lacu, nec Theſea, [26] Pirithoumque,*
*[27] Diis quanquam geniti, atque invicti viribus eſſent.*
*[28] Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petivit,*
*Ipſius à ſolio [29] regis [30] traxitque [31] trementem:*
*[32] Hi [33] dominam [34] Ditis thalamo deducere adorti.*
*Quem contra breviter fata eſt [35] Amphryſia vates:*
*[36] Nulla [37] hîc inſidiæ tales (abſiſte [38] moveri)*

1 Conſtituent ſepulchrum condito corpore, aut κενοτάφιον.
2 Sacra funebria perſolvent.
3 In æternum Adverbium eſt.
4 Verbis Sibyllæ.
5 Palinuri.
6 Emotæ ſunt à præcordiis.
7 De corde.
8 Quòd habiturus ſit terram ſibi cognominem.

9 Quia utcunque placatus erat Palinurus. 10 Pergunt ire ad fluvium, qui ipſis trajiciendus erat. 11 Nauta ſeu portitor Charon. 12 Sibyllam & Æneam. 13 Ubi ſunt alta ſilentia, ubi nullus neque cantus, neque garritus volucrum auditur: vel, ipſos tacitos & ſilentio accedere ad ripam Stygis. 14 Immani ſono reprehendit & incuſat. Metaphora. *Increpare* enim propriè eſt, crepitum quacunque ratione reddere. 15 Prior, non compellatus, aut offenſus. 16 Infernalia & mortuis duntaxat pervia. 17 Soporiferæ, quæ ſoporem adfert. 18 Viventium. 19 Sc. *eſt*. Ab illicito. 20 Navi. 21 Certe. 22 Herculem. Vide ſuprà v. 123. 23 Anno enim integro in compedibus fuit Charon, quòd Herculem trajeciſſet. 24 Tranſeuntem vi ſuâ ad inferos. 25 Stygio. 26 Socium Theſei. 27 Hercules & Pirithous Jove ſati, Theſeus Ægeo, ut alii, Neptuno. 28 Cerberum Hercules petivit, ut vinciret manu ſua. Hercules enim juſſu Euriſthei, perpurgato jam Augiæ ſtabulo, confectaque hydra, ad inferos deſcendiſſe fertur, Cerberumque, canem tricipitem, ab inferis ad ſuperos traxiſſe. 29 Plutonis. 30 Eum ad ſuperos ab inferis. 31 Præ timore. 32 Theſeus & Pirithous deſcendebant rapturi Proſerpinam. 33 Inferorum. 34 De thalamo Plutonis rapere per inſidias conati ſunt. Ab illicito. 35 Apollinea: ab *Amphryſo* fl. Theſſaliæ, juxta quem Apollo pavit Admeti armenta, & Sibyllam de concubitu ſollicitavit. Vide Ov. 14. Met. 36 Reſpondet Sibylla ad impietatis exempla poſterius enumerata, ut, priuſquàm ad priora veniat, periculorum ſecurum reddat Charontem. 37 In nobis. 38 Commoveri.



Digitized by Google

Nec vim [1] tela ferunt: [2] licet ingens janitor antro
Æternùm latrans [3] exſangues terreat umbras:
[4] Caſta licet [5] patrui ſervet [6] Proſerpina [7] limen.
Troïus Æneas, pietate inſignis, & armis,
Ad [8] genitorem, [9] imas [10] Erebi deſcendit ad umbras.
Si te [11] nulla movet [12] tantæ pietatis imago,
[13] At [14] ramum hunc ([15] aperit ramum, qui veſte latebat)
Agnoſcas: [16] tumida ex ira [17] tùm [18] corda [19] reſidunt.
[20] Nec plura his: [21] ille admirans [22] venerabile donum
Fatalis [23] virgæ, [24] longo pòſt tempore viſum,
Cæruleam [25] advertit [26] puppim, [27] ripæq; propinquat.
Indè alias [28] animas, quæ per [29] juga longa [30] ſedebant,
[31] Deturbat, [32] laxatque foros: ſimul accipit [33] alveo
[34] Ingentem Æneam: [35] gemuit ſub [36] pondere cymba
[37] Sutilis, & [38] multam accepit rimoſa [39] paludem.
Tandem trans fluvium incolumes, [40] vatemque, virumque,
[41] Informi limo, [42] glaucaque [43] exponit in [44] ulvâ.

1 Arma noſtra invaſiva. Reſpondet ad id, quod Charon de armis objecerat.
2 Cerberus, per nos, antro tutus manebat.
3 Sine ſanguine, id eſt, ſimulacra mortuorum.
4 Quia ſterilis: ideò ei caſta juvenca ſacrificabatur.
5 Fratris patris ſui Plutonis, qui eam rapuit, Jovis ex Cerere filiam.
6 Jovis & Cereris filia, quæ in Sicilia à Plutone patruo ſuo rapta fuit. Vide Claud. & Ovid. Faſt. 4. Cic. Ver. 4. 7 Domum. Synecdoche. 8 Patrem ſuum Anchiſen viſendum. 9 Ad intimas umbras inferni. 10 Pars eſt inferorum Erebus, ubi ſedes eorum, qui benè vixerunt. 11 Nullo modo commiſeratione afficit. 12 Quanta eſt in Æneâ. Pietate enim motus ad inferos deſcendit Æneas. 13 Saltem. 14 Aureum & fatalem (quem qui habent, liberè ad inferos accedere poſſunt. 15 Et hoc dicens, profert, aut detegit ramum, qui ſub veſte Æneæ occultatus erat. 16 Rabida. 17 Viſo ramo. 18 Charontis. 19 Sedantur. 20 Sc. *dixit*, aut *fecit*. 21 Charon. 22 Veneratione dignum, quod ſibi Proſerpina adferri volebat. 23 Rami. 24 Tandem poſt multos annos conſpectum. 25 Ad Æneam & Sybillam. 26 Navem. Synecdoche. 27 Ad ripam. 28 Defunctorum. 29 Remigum in navibus ſedilia, tranſtra. 30 Ut tranſmitterentur. 31 Dejicit. 32 Evacuat navium tabulata, vel loca in navi apertiora, inter quæ perambulatur. Multitudine enim remotâ, quaſi laxantur ſpatia. 33 In cymbam, naviculam. Propert. *Aut quid nam fractâ gaudes, Neptune, carinâ Portabat ſanctos alveus ille viros.* 34 Gravem ſecundùm modum alvei, quo non niſi umbræ transferri ſolebant. 35 Sonitum dedit. Metaphora. 36 Æneæ inſilientis. 37 Conſuta, & parum compacta. 38 Rimas agens, ſive rimis plena hauſit multum aquæ paludis Stygiæ. 39 Partem paluſtris aquæ. Synecdoche. 40 Sibyllam, & Æneam. 41 In limo ſine formâ ſeu pulchritudine. 42 Marini coloris, ſive ex albo & viridi mixta. 43 Charon. 44 Herbâ paluſtri.

*[1] Cerberus [2] hæc ingens latratu regna [3] trifauci*
*Perſonat, [4] adverſo recubans immanis in antro.*
*Cui vates, [5] horrere videns jam [6] colla [7] colubris,*
*Melle [8] ſoporatam, & [9] medicatis frugibus [10] offam*
*Objecit: [11] ille fame [12] rabidâ [13] tria guttura [14] pandens,*
*Corripit [15] objectam, atq; [16] immania terga [17] reſolvit,*
*[18] Fuſus humi, [19] totoque ingens extenditur antro.*
*[20] Occupat Æneas [21] aditum, [22] cuſtode ſepulto,*
*[23] Evaditque celer [24] ripam [25] irremeabilis undæ.*
*[26] Continuò auditæ [27] voces, [28] vagitus & ingens,*
*[29] Infantumque animæ flentes [30] in limine primo,*
*Quos dulcis vitæ [31] exſortes, & [32] ab ubere raptos*
*[33] Abſtulit [34] atra dies, & funere [35] merſit [36] acerbo:*
*[37] Hos juxta [38] falſo [39] damnati crimine mortis.*
*Nec [40] verò hæ ſinè ſorte [41] datæ, ſine [42] judice, ſedes.*

1 Dicto triceps canis; ut ſignet mortem genitu æ, caſu, fati. Hor 13. Od. l. 2. *belluam centicipem* appellat, propter varia mortis genera. Terram alii exponunt, alii ſepulchrum. 2 In quæ pervenerant. 3 Ex tribus ejus faucibus prodeunte ſive edito. 4 Oppoſito, objecto, atque è regione ſito. Cic. *Eodem equo adverſam ripam conſcendit.* 5 Hiſpida, aſpera atque terribilia eſſe. Pilos enim ſerpentinos habebat Cerberus. 6 Ejus. 7 Serpentibus infernalibus, qui illi pro pilis. 8 Quæ ſoporem inducat: ut 4. Æn. *humida mella, ſoporiferumque papaver* dicatur pro cibo data. 9 Medica arte paratis. 10 Fruſtum edulii, cibarium ex fruſtis panis. *Offa* alioquin eſt maſſa ex porcinis carnibus confecta. 11 Cerberus. 12 Ad rabiem inducente. 13 Tot enim, cum triceps eſſet, habebat. 14 Aperiens. 15 Offam ſc. 16 Terribilia. 17 Reclinando. 18 Proſtratus ſuper humum. 19 Per totum antrum. 20 Prior invadit. 21 Ingreſſum regni. 22 Cane profundè quieſcente more ſepultorum, ſopito & dormiente ſine pulſu, id eſt, motu. 23 Evadendo pertingit. 24 Fluvii, per quem nulli ad ſuperos patet reditus. 25 In ripam. 26 Illicò, ut illùc pervenerat. Diſtinguit umbrarum apud inferos loca, in quibus pro vitæ cujuſque ratione & meritis diverſa animarum genera diſſeminat. 27 Lachrymabiles ſc. 28 Ploratus infantium. 29 Hos, qui interierant primo limine & ingreſſu vitæ, rectè ſtatuit in limine primo: qui etiam ante Solis exortum efferebantur ad funus. 30 In introitu inferni. 31 Sine ſorte & munere, expertes. 32 Cum adhuc lactarent. 33 E medio viventium. 34 Funeſta dies, triſtis mors. 35 Abſcondit. 36 Immiti ac immaturo. Tranſlatio à pomo immaturo. 37 Secundo loco ſtatuit falſo crimine damnatos: eò quod proximè ad infantium innocentiam accedant. 38 Ob crimen eis falſò impoſitum & intentatum. 39 Sc. *ſunt auditi*, vel *viſi*. 40 Certè. 41 Aſſignatæ. 42 Judicio certo.



Digitized by Google

[1] *Quæſitor* [2] *Minos* [3] *urnam movet:* [4] *ille* [5] *ſilentum*
[6] *Conciliumque vocat,* [7] *vitaſque &* [8] *crimina* [9] *diſcit.*
[10] *Proxima deindè tenent mæſti loca, qui ſibi lethum*
[11] *Inſontes peperêre* [12] *manu, lucemque peroſi* 435
[13] *Projecêre animas: quàm vellent* [14] *æthere in alto*
*Nunc & pauperiem, & duros perferre labores!*
[15] *Fata obſtant,* [16] *triſtique* [17] *palus* [18] *innabilis undâ*
[19] *Alligat, &* [20] *novies* [21] *Styx interfuſa* [22] *coërcet.* 439
[23] *Nec procul hinc partem fuſi* [24] *monſtrantur in omnem*
[25] *Lugentes campi:* [26] *ſic illos nomine dicunt.*
[27] *Hîc, quos* [28] *durus amor crudeli* [29] *tabe* [30] *peredit,*

1 Inquiſitor. Qui judiciis publicis apud veteres Romanos præerat, *Quæſitor* dicebatur, & per Syncopen *Quæſtor*, à verbo *quærere*, quod erat, diligenter de crimine inquirere curare. Hic *Quæſitor* aliquando *Prætor*, aliquando quæſtionis judex appellatur: à quo judicibus Romanis in ſubſelliis ſedentibus ternæ tabellæ dabantur: quarum una, A literâ notatæ, abſolutionem; alteræ, C, condemnationem; tertiæ, quibus, N, L, inſcriptæ erant, id eſt, non liquere ampliationem, id eſt [illegible]lationem cauſæ, ſignificabant. Quemadmodum apud Græcos, Θ, condemnationis; T, abſolutionis; Δ, ampliationis fuit nota. In gravibus cauſis hæ tabellæ, vel in ciſtam, vel in urnam mittebantur: à quarum numero vel ſalus rei, vel capitis periculum pendebat. Unde & hæ ſententiæ, quòd voce non ferebantur, ſed tabellis in urnam conjectis, *Tabellariæ* dicebantur. 2 Jovis filius, rex Cretæ, dùm in vivis erat, juſtiſſimus unus: ideòque eum umbrarum apud inferos judicem conſtituit Pluto, Rhadamantho quoque & Æaco additis, quòd ſummâ juſtitiâ in terris ſua quiſque regna gubernaſſent. 3 Vas, in quo ſortes ſunt. *Urna* propriè eſt vas, quo aqua è puteis, fluminibuſve hauritur. 4 Minos. 5 Umbrarum in ſilentio exeuntium, ad cognoſcendum & teſtandum de vitiis & criminibus mortuorum. 6 Cœtum. 7 Omnis anteactæ vitæ delicta. 8 Quæ in vita commiſerunt. 9 Examinando diſquirit, cognoſcit. 10 Tertium locum aſſignat iis, qui non ſcelere adacti, ſed miſeriis preſſi & vitam perteſi mortem ſibi conſciverant. Adi Ariſtot. lib. 3. Ethic. cap. 7. & Macrob. de Somnio Scip. lib. 1. cap. 13. 11 Innocentes acquiſiverunt. 12 Sc. *ſuâ*. 13 Abjecêre ceu vile quiddam. Oblique notat Catonem Uticenſem, Brutum, Lucretium, & ſi qui alii vitam abjicere, quàm ignominia deformati vivere maluerunt. 14 In vita, qua prius fruebantur, utcunque miſera & ærumnoſa. 15 Quæ negant reditum. 16 Triſtitiam adferente. 17 Styx. 18 Irremeabilis. Al. *inamabilis*. ςυγερὰ, id eſt, *non amanda*. 19 Obſtringit, impedit, arcet. 20 Per novem circulos. Alii alluſum autumant ad Novendialia mortuorum. Alii ad novem orbes cœleſtes. Alii ad perfectionem numeri novenarii, qui conſtat ex tribus trinitatibus. Alii ad novem inferorum regiones; I. *Infantium*. II. *Falſo damnatorum*. III. Αὐτοχείρων. IV. *Amantium*. V. *Bellatorum*. VI. *Nocentum*. VII. *Animarum purgatarum*. VIII. *Rediturarum in vitam*. IX. *Elyſii*. 21 Palus triſtitiæ. 22 Ne exeant ſemel recepti. 23 Quarum locum aſſignat iis, qui amoris æſtu & impatientia mortem ſibi conſciverunt. 24 Quia ex omni genere mortalium reperiuntur amoribus confecti. 25 Lugentium: quia miſerorum amantium. 26 Lugentes. 27 Quarto loco. 28 Intolerabilis, immedicabilis, inexorabilis. Propert. *Durius in terris nihil eſt, quod vivat, amante*, ſc. propter duritiem amoris. 29 Infectione ſanguinem corrumpente. Metaphora à corpore ad animum. 30 Abſumpſit. Al. *peremit*.

1 *Secretè*

[1] *Secreti celant* [2] *calles, &* [3] *myrtea circùm*
*Sylva* [4] *tegit;* [5] *curæ non ipſa in morte* [6] *relinquunt.*
[7] *His* [8] *Phædram,* [9] *Procrinque locis,* [10] *mæſtamque* [11] *Eriphylen*
[12] *Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit:*
[13] *Evadnenque, &* [14] *Paſiphaën:* [15] *his* [16] *Laodamia*
*It comes, &* [17] *juvenis quondam, nunc fœmina, Cæneus,*
*Rurſus & in veterem* [18] *fato revoluta* [19] *figuram.*
*Inter quas* [20] *Phœniſſa* [21] *recens à vulnere Dido*
[22] *Errabat ſylva in magna: quam* [23] *Troïus heros*
*Ut primùm juxta ſtetit, agnovitque per umbram*
[24] *Obſcuram (qualem* [25] *primo quis ſurgere menſe*
*Aut videt, aut vidiſſe putat per* [26] *nubila lunam)*
[27] *Demiſit lacrymas,* [28] *dulciq; affatus amore eſt.*
[29] *Infelix Dido,* [30] *verus mihi* [31] *nuntius* [32] *ergo*
*Venerat,* [33] *exſtinctam,* [34] *ferroq;* [35] *extrema ſecutam?*
[36] *Funeris, heu, tibi cauſa fui: per ſidera juro,*

1 Semoti ſeclu ſi & ſeparati ab aliis. 2 Vias frequentatas, callo perduratas. 3 Ex Myrto, quæ Veneri eſt ſacra: undè hic amantibus *myrteam ſylvam* tribuit, poſt quam lateant. 4 Eos. 5 Amores ſive curæ, ex amoribus natæ. 6 Eos. 7 Sc. *locis*.

8 Minoïs filiam, Theſei uxorem, quæ Hippolytum privignum deperibat. Senecæ Hippolytus videndus, & Fab. 47. Hygini, & Ovidii epiſt. 4. 9 Uxorem Cephali, & ab eo ob zelotypiam interemptam. Hyginum vide fab. 189. & Ovid. Met. 7. 10 Ob culpam ſc. quia maritum, latentem bello Thebano, Polynici, vel, ut alii, Adraſto, prodidit, monili accepto, quod ante uxori dederat. Hor. Od. 16. l. 3. 11 Uxorem Amphiarai. 12 A crudeli filio Alcmœone, ulciſcente patrem, illata. 13 Filiam Martis ex Thebe, Capanei uxorem, quæ ſe in rogum conjecit, audita morte conjugis. 14 Minoïs uxorem, & Solis filiam, quæ tauri amore adeò flagravit, ut ſine eo nuſquam eſſe videretur. 15 Superioribus amatricibus. 16 Uxor Proteſilai, quem ubi periiſſe in bello Trojano audiſſet optavit ut umbram ejus videret, & voti compos in ejus amplexu animam efflavit. Ovid. Epiſt. 13. De hac fœminâ ejuſque parum felici conjugio, & amore in virum memorabili, lege Catul. el. ad Manlium. 17 Impetravit quippe à Neptuno corrupta in ſtupri pretium, ut transformaretur in virum fortem & invulnerabilem. Ovid. Met. 12. & Palæphat. l. 1. 18 Revoluto tempore mutata. 19 Sc. fœminam: bis enim ſexum mutaſſe dicitur. 20 Ex Phœniciâ, & Phœnicum regi filia. 21 Propter vulnus paulò antè ad inferos demiſſa. 22 Vagabatur: quòd injuſſu Proſerpinæ (quæ flavum crinem nondum amputaverat, ut in fine l. 4. Æn.) è corporis cuſtodiâ emigraverat. 23 Æneas. 24 Recenti morte. 25 In principio menſis, id eſt, in novilunio. 26 Nubium caliginem. 27 Deorſum miſit. 28 Dulciter amantium. 29 Ultrò ſe ſtatim apud Didonem incuſat Æneas, quaſi cauſam mortis illi, propter ſubitum ex Africâ diſceſſum, præbuerit. 30 Veridicus & vera nuntians. 31 Reſpicit forte ad illa Mercurii verba l. 4. v. 63. *Illa dolos, dirumque nefas in pectore verſat Certa mori*, &c. 32 Quia te hîc offendo. 33 Nuntians te mortuam eſſe. 34 Gladio, in quem incubuerat. 35 Ultima rerum, id eſt, mortem: quia *mors ultima linea rerum eſt*. 36 Mortis. Pathos à cauſa.

1 Et ſi quod apud inferos numen ſit, quod juratorum fidem obliget. Styx certe Deorum jusjurandum inviolabile. 2 Carthaginenſi ſc. id eſt, regno Carthaginis. 3 Purgat ſe, excuſans diſceſſum ſuum à neceſſitate. 4 Inferorum tenebras. 5 Horrida varie, lanugine immunda.

*Per ſuperos,* [1] *&, ſi qua fides tellure ſub imâ eſt,*
*Invitus, regina, tuo de* [2] *littore ceſſi.*
[3] *Sed me juſſa Deûm, qua nunc has ire per* [4] *umbras,*
*Per loca* [5] *lenta ſitu, cogunt, noctemque profundam,*
*Imperiis* [6] *egêre ſuis: nec credere quivi,*
[7] *Hunc tantum tibi me diſceſſu* [8] *ferre dolorem.*
[9] *Siſte gradum, teq;* [10] *aſpectu ne ſubtrahe noſtro.*
*Quem fugis?* [11] *extremum fato quod te alloquor, hoc eſt.*
*Talibus Æneas* [12] *ardentem, &* [13] *torva tuentem,*
[14] *Lenibat dictis* [15] *animum,* [16] *lacrymaſque ciebat.*
[17] *Illa* [17] *ſolo fixos oculos* [18] *averſa tenebat:*
*Nec magis* [20] *incepto* [21] *vultum ſermone movetur,*
[22] *Quàm ſi dura ſilex, aut* [23] *ſtet* [24] *Marpeſia cautes.*
*Tandem* [25] *proripuit ſeſe, atque* [26] *inimica refugit*
*In nemus* [27] *umbriferum:* [28] *conjux ubi* [28] *priſtinus illi*
[29] *Reſpondet curis,* [30] *æquatque Sichæus amorem.*
*Nec minùs Æneas caſu* [31] *percuſſus* [32] *iniquo,*
*Proſequitur lachrymans* [33] *longè, &* [34] *miſeratus euntem eſt.*

6 Impleverunt à Carthagine. 7 Ut ex eo necem tibi ipſa conſciſceres. 8 Me allaturum. 9 Firma greſſum tuum, conſiſte: abibat enim, ut irata, undè jubet conſiſtere, invitans ad familiare colloquium. 10 Aſpectui. 11 Neque enim mihi vivo dabitur te rurſus convenire, neque mortuo: umbris enim negata vox, niſi quibus fato, id eſt, voluntate Deorum, ſit conceſſa: ut hîc Palinuro, Deiphobo, Muſæo, Anchiſæ. 12 Irâ adhuc inflammatam: quia ob illius fugam vita ſe ſpoliarat. 13 Torve, Græciſmus & Enallage partis. 14 Leniebat, id eſt, mitigabat: antique. 15 Didonis. 16 Sibi, non Didoni, elicuit lachrymas. 17 Dido. 18 In terram. 19 Ab Æneâ ſc. In ſignum indignationis. 20 Ab Æneâ ſc. ſed non completo. 21 Vultu. 22 Inexorabilem fuiſſe ſignificat Nutrix in Hyppolyto apud Senecam, poſteaquam juvenem flectere non poterat, ad quod volebat: *Ut dura cautes undique intractabilis Reſiſtit undis, & laceſſentes aquas Longè remittit: verba ſic ſpernit mea.* 23 Ante Æneam, id eſt, ſtatua ex ſilice. 24 Lapis durus Parius, id eſt, marmor ex Paro inſula duriſſimum. *Marpeſſus* enim mons eſt in inſula Paro, unde Parium marmor effoditur, quod candidum & durum eſt. Hunc pro quovis ſaxeo monte Poëta uſurpat, ut Didonis animum pertinacem ac inexorabilem fuiſſe demonſtret: cujuſmodi & *Adamantinum* & *Ferreum*, aut etiam *Corneum* dicimus. 25 A conſpectu Æneæ fugit. 26 Infenſa. 27 Umbroſum, id eſt, tenebras. 28 Maritus prior Sichæus, quem l. 1. Æn. Pygmalionis inſidiis interceptum periiſſe audivimus. 29 Par eſt affectibus, amoribus, vel mortis ſimilitudine: uterque enim ferro periit ante diem. 30 Æqualem facit, id eſt, pari cum affectione diligit. 31 Percuſſus, afflictus. 32 Quod invitus & ignorans ad mortem eam compuliſſet. 33 Per longum ſpatium. 34 Miſericordia proſecutus eſt aufugientem Didonem.

I Indè

1 *Indè* 2 *datum* 3 *molitur iter : jamque* 4 *arva tenebant*
4 *Ultima, quæ bello clari ſecreta frequentant.*
*Hîc* 5 *illi occurrit* 6 *Tydeus ; hîc* 7 *inclytus armis*
8 *Parthenopeus, & 9 Adraſti* 10 *pallentis imago.*
11 *Hîc multùm* 12 *fleti ad ſuperos, belloque* 13 *caduci*
14 *Dardanidæ : quos* 15 *ille omnes longo ordine cernens*
16 *Ingemuit,* 17 *Glaucumque,* 18 *Medontaque, Therſilochumque,*
*Tres* 19 *Antenoridas, Cereríque* 20 *ſacrum Polybeten,*
21 *Idæumque :* 22 *etiam currus, etiam arma tenentem.*
*Circumſtant animæ* 23 *dextra, lævâque* 24 *frequentes :*
*Nec* 25 *vidiſſe ſemel ſatis eſt :* 26 *juvat* 27 *uſque* 28 *morari,*
*Et* 29 *conferre gradum, &* 30 *veniendi diſcere cauſas.*
*At Danaûm proceres,* 31 *Agamemnoniæq; phalanges,*
*Ut vidêre* 32 *virum, fulgentiaque* 33 *arma per umbras,*
*Ingenti* 34 *trepidare metu : pars* 35 *vertere terga,*
36 *Ceu quondam* 37 *petiêre rates : pars* 38 *tollere vocem*
39 *Exiguam : inceptus clamor fruſtratur* 40 *hiantes.*

1 Ab eo loco. Tranſitio ad ultimam inferorum regionem, quam claris ducibus viriſque illuſtribus, fortiter pugnando cæſis, attribuit. 2 Conceſſum ſibi à fatis, aut fortuitò oblatum. 3 Cum molimine pergit cœptum iter facere. 4 Ultimam inferorum regionem, ſeparatam ab aliis locis, quam propter heroïcas virtutes & fortitudinem, bello clari habitant. 5 Æneæ. 6 Gener Adraſti, pater Diomedis, Oenei filius: *Hic bello pugnax, corpore parvus erat.* 7 Clarus. 8 Filius Atalantæ. 9 Regis Argivorum. 10 Præ timore, quia aufugerat: vel, umbra pallida Adraſti. Hypallage. 11 Commemorat illuſtres aliquot Trojanos, qui fortiter pro patria pugnando in bello occubuerunt. 12 Apud ſuperos defleti, ſive quorum mors fletibus honorata eſt, ob virtutem ac fortitudinem. 13 Mortui, qui ceciderunt in bello. 14 Sc. *occurrunt illi.* 15 Æneas. 16 Multum gemuit. 17 Antenoris fil. ab Agamemnone cæſum, vel alium, cujus meminit Hom. Il. 6. 18 Viros olim Trojanos. 19 Antenoris filios, qui ſunt Polybus, Agenor, Acamas. 20 Sacratum. 21 Aurigam Priami cujus vivi ſtudium etiam mortuo manet, ut infrà hoc libro. 22 Adhuc apud inferos. 23 Sc. *parte.* 24 Crebræ. 25 Æneam. 26 Sed delectat animas. 27 Continuò. 28 Immorari ſpectaculo vivi hominis, vel morari illius iter: quod ſi non poſſent ultra tendere, cauſam illius deſcenſus exploraturæ. 29 Congredi. 30 Cur Æneas advenerit. 31 Græca agmina, quæ ſub Agamemnone ſtipendia fecerant. 32 Æneam. 33 Ejus. 34 Trepidabant 35 Metaphora à re militari ſumpta. 36 Veluti. 37 Ad naves ſuas fugerunt. 38 Elevabat. 39 Quia veram vocem umbræ non habent. 40 Conantes loqui, ſed vocis organis deſtitutas. Servius vocem faucibus hæſiſſe præ metu putat: cum aliæ umbrarum loquantur.

*Atque*[1] *hîc*[2] *Priamidem, laniatum corpore toto,*
[2] *Deiphebum*[3] *videt,*[4] *lacerum crudeliter*[5] *ora,*
*Ora, manuſque ambas,*[6] *populataque tempora*[7] *raptis*
*Auribus, &*[8] *truncas*[9] *inhoneſto vulnere*[10] *nares*
*Vix*[11] *adeò*[12] *agnovit pavitantem, &*[13] *dira*[14] *tegentem*
[15] *Supplicia: &*[16] *notis compellat vocibus ultro:*
*Deiphobe armipotens, genus alto à ſanguine Teucri,*
[17] *Quis tam crudeles optavit ſumere pœnas?*
*Cui*[18] *tantum de te licuit?*[19] *mihi fama*[20] *ſuprema*
*Nocte*[21] *tulit, feſſum vaſta te*[22] *cæde Pelaſgûm*
*Procubuiſſe ſuper*[23] *confuſa*[24] *ſtragis*[25] *acervum.*
*Tunc egomet tumulum*[26] *Rhæteo in littore*[27] *inanem*
*Conſtitui, &*[28] *magna*[29] *manes ter voce vocavi.*
[30] *Nomen &*[31] *arma*[32] *locum ſervant:*[33] *te, amice,*[34] *nequivi*
*Conſpicere, & patriâ decedens ponere terrâ.*
*Atque hîc*[35] *Priamides: Nihil ô*[36] *tibi, amice, relictum eſt:*

1 In hoc campo bellatorum. 2 Priami filium ex Hecuba. Refert idem Dictys Cret. lib. 5. de Deiphobo, qui poſt Paridis mortem duxit Helenam. Auſon. *Prodiens ad pœnam ſcelerata fraude Lacænæ, Et deformato corpore Deiphobus: Non habeo tumulum, niſi quem mihi voce vocantis, Et pius Æneas, & Maro compoſuit.* 3 Æneas. 4 Pathos ab habitu. Macrob. Sat. l. 4. c. 3. 5 Faciem, Synecdoche & Anadiploſis. 6 Spoliata, deformata. Metaphora. 7 Abſciſſis, amputatis. 8 Truncatas, amputatas. 9 Turpi: quia honeſtum pulchrum vocamus. Ter. Eun. *Illum ne, obſecro, inhoneſtum hominem:* vel, indigno. 10 Naſi meatus. 11 Omninò. 12 Sc. eum. 13 Dirè illata pro ſupplicio. 14 Tegere conantem: neque enim privatus manibus tegere poterat. 15 Vulnera, ſc. mutilata membra, nares præciſas, aureſque, cujuſmodi pœnas, maritorum ira exigit inter alias ab adulteris. Martial. l. 2. ep. 83. & l. 3. ep. 85. 16 Proprio nomine, priuſquam ſe offerret, alloquitur. 17 Cui data eſt optio & voluntas? cui permiſſa tanta de te poteſtas? qui ausus fuit? 18 Pœnarum ſumere. Ab indigno. 19 Ad me. 20 Ultima nocte cùm Troja everteretur. 21 Detulit. Simplex pro compoſito. 22 Occiſione Græcorum, quos occidiſti. 23 Quæ omnis generis hominum multitudine conſtabat, nobilibus & ignobilibus, amicis inter ſe & inimicis. 24 Stratorum congregationis. 25 Cumulum. 26 Rhœtei, promontorii Trojani, ubi erat aſylum Ajacis. 27 Imaginarium, cenotaphium; quod erigi ſolet iis, quorum corpora haberi non poterant. 28 Vide pag. 169. Not. 23. & hoc l. *dixitque noviſſima verba* in funere Miſeni. & l. 11. *Salve mihi, maxime Palla, Æternumque vale.* Auſonius in parentalibus. *Cui defuit urna ſepulchri Nomine ter dicto penè ſepultus eris:* & ejuſdem Auſonii 13. epitaph. Deiphobi. 29 Spiritus tuos vagos. 30 Ne alienentur, aut ab aliis occupentur, vel per Hypallagen noſtro frequentem, *Locus ſervat nomen & arma.* lib. 7. *Et nunc ſervat honos ſedem tuus.* 31 *Suaque arma viro remumque tubamque Imponit:* ſuprà in funere Miſeni, nec non Pallantis. l. 11. 32 Sepulchri. 33 Tuum cadaver. 34 Nuſquam potui in tanta cæſorum ſtrage cadaver tuum invenire, ac patrio ſolo condere ob hoſtium importunitatem. 35 Priami filius Deiphobus reſpondit. 36 A te.

1 Omnia

*[1] Omnia [2] Deiphobo ſolviſti, & [3] funeris umbris,*
*Sed me [4] fata mea, & [5] ſcelus exitiale Lacænæ,*
*His [6] merſêre malis: illa hæc [7] monumenta reliquit.*
*Namque [8] ut ſupremam [9] falſa inter gaudia noctem*
*Egerimus, noſti; & nimium meminiſſe neceſſe eſt:*
*[10] Cùm [11] fatalis equus [12] ſaltu ſuper [13] ardua [12] venit*
*[14] Pergama, & [15] armatum peditem [16] gravis attu-*
*lit [17] alvo:*
*[18] Illa [19] chorum ſimulans, [20] Evantes [21] Orgia [22] circùm*
*[23] Ducebat Phrygias: [24] flammam [25] media ipſa tenebat*
*[26] Ingentem, & ſummâ Danaos ex arce [27] vocabat.*
*Tùm me, confectum [28] curis, [29] ſomnoque gravatum,*
*[30] Infelix habuit [31] thalamus, [32] preſſitq; jacentem*
*Dulcis & [33] alta quies, [34] placidaq; ſimillima morti.*
*[35] Egregia intereà [36] conjux arma omnia [37] tectis*
*[38] Emovet, & [39] fidum [40] capiti [41] ſubduxerat enſem:*
*Intra tecta vocat [42] Menelaum, & [43] limina pandit.*

1 Quæ perſolvere amico poteras; quia, conſtituto tumulo, manes vocaveras.
2 Mihi amico tuo. Enallage perſonæ.
3 Funeri adumbrato, repræſentativo, honorario: non enim funus ibi potuit eſſe, ubi nec cadaver fuerat.

4 Mala ex fato provenientia. 5 Perfidia execrabili Laconicæ ſeu Spartanæ mulieris, id eſt, Helenæ. 6 Metaphora ab aquis; & in iis fluitantibus. 7 Vulnera, mutilata membra: *ſupplicia* ſuprà: Δεικτικῶς; monſtrat enim truncata membra, quibus, ceu monumentis, perniciosæ conjugis debeat admoneri. 8 Quomodo. 9 Deceptoriis: quia ſperabant Græcos abiiſſe, & patriam omni obſidione liberatam, cum tamen paulò poſt hoſtium inſidiis dolis occuparentur. 10 Repete l. 2. Æn. pag. 227. 11 Nobis fatum, id eſt, exitium ferens. Sic l. 2. *Scandit fatalis machina muros, Fœta armis, mediaque minans illabitur urbi.* Exponit, quam dixerit ſupremam noctem. 12 Salivit quodammodò. Alludit ad vivi equi naturam. 13 Valdè alta. 14 Mœnia Trojana. 15 Quia dictum eſt. 2. Æn. *Uterumque armato milite complent.* 16 Equus gravidus. Metaphora à prægnantibus, quæ fœtu gravidæ uterum geſtant. 17 In alvo ſuâ. 18 Helena Lacæna. 19 Choream, quaſi ipſa choraga eſſet. 20 Bacchi celebrantes Orgia 4 Georg. pag. 155. Not. 24. vociferantes *Evan* quod Bacchi nomen, & *evohe Bacche frementes* lib. 7. 21 Bacchi ſacra, cum furore & impetu facta; ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id eſt, *à furore.* 22 Circumducebat Trojanas mulieres. Tmeſis. 23 Ipſa choraga. 24 Facem, funale, quod ſignum daret Græcis ſolvendi à Tenedo. 25 Princeps Bacchantium. 26 Ut latè lucem ſpargeret. 27 Dato indicio flammæ. 28 Longi belli præteriti. 29 Propter prætéritas vigilias. 30 Qui me infelicem fecit; vel, in quo ego ſceâ nocte trucidandus conquieſcebam miſer ac infelix. 31 Torus conjugalis. 32 Id eſt, profundiſſime obdormivi. 33 Profunda. 34 Tranquillæ. 35 Inſignis malignitate: vel Ironia eſt. 36 Helena, quæ, occiſo Paride, Deiphobo nupſit ejus fratri. 37 Meis. 38 Loco movet. 39 Cuſtodem virorum fortium: vel, in quo habere potui ultionem & ſpem ſalutis meæ. 40 Meo 41 Surripuerat, clam abſtulerat. 42 Primum maritum ſuum. 43 Oſtia, quæ ſunt ſupra limina, aperit.



Digitized by Google

*Scilicet id magnum ſperans fore* [1] *munus* [2] *amanti,*
*Et* [3] *famam* [4] *exſtingui veterum* [5] *ſic poſſe* [6] *malorum.*
*Quid moror?* [7] *irrumpunt thalamo: cómes* [8] *additur unà*
[9] *Hortatur ſcelerum* [10] *Æolides.* [11] *Dii* [12] *talia Grajis*
[13] *Inſtaurate,* [14] *pio ſi pœnas ore repoſco.*
*Sed te qui vivum caſus, age, fare* [15] *viciſſim,*
[16] *Attulerint:* [17] *pelagi-ne venis erroribus actus?*
*An monitu Divûm? an quæ te fortuna fatigat,*
*Ut triſtes* [18] *ſine ſole domos, loca turbida,* [19] *adires?*
[20] *Hac vice ſermonum roſeis* [21] *Aurora* [22] *quadrigis*
*Jam* [23] *medium* [24] *æthereo curſu* [25] *trajecerat* [26] *axem;*
*Et* [27] *fors omne* [28] *datum* [29] *traherent per* [30] *talia* [31] *tempus.*
*Sed comes* [32] *admonuit, breviterq;* [33] *affata Sibylla eſt:*

1 Beneficium. A cauſis finalibus.
2 Menelao.
3 Infamiam, labem.
4 Deleri.
5 Per tale munus.
6 Adulterii.
7 Græci innumeri vi irrumpunt in thalamum.
8 Aliis.

9 Inſtigator ad ſcelera. 10 Ulyſſes, Æolii nepos, filius Anticleæ, quam ex Syſipho, Æolii filio, gravidam duxit Laërtes: hinc *ſanguine cretus Syſiphio* vocatur ab Ajace Ovid. Met. 13. 11 Concludit narratiunculam imprecatione debitæ pœnæ, pro injuria data. 12 Facinora. 13 Reddite, rependite inſtar illius facti, id eſt, ad æqualitatem pœnæ. Alioqui *inſtaurare* propriè eſt, reficere, atque renovare. 14 Inſonte, & quo Deos colui. Præmollit vindictam à pio & æquo. 15 Similiter, ex altera parte. 16 Ad inferos miſerint. 17 Vi tempeſtatis hùc delatus. 18 Ἀνηλίους δόμους ſeu μυχούς. Namque Elyſii campi *ſolem ſuum, ſua ſidera norunt*: infrà. 19 Adire compellaris. 20 Durante hac verborum viciſſitudine, dum alterum alter viciſſim interrogat. 21 Ad ſacra hæc Magica peragenda concesſum eſt ſpatium 24. horarum. Sacra incœpta ſunt nocturno tempore; ſub ortum lucis mugiit ſolum & inceptum eſt iter: impenſum eſt antemeridianum tempus trajiciendæ Stygi, luſtrandis quinque regionibus inferorum, Didoni & Deiphobo conveniendis. Jam Sol (quem per Auroram quadrigis vectam accipio, cum illa propriè vehatur bigis, ut l. 7. Æn.) trajecerat meridiem apud ſuperos mortales; ruit nox, inquit Sibylla, vergente in occaſum die, properandum, ut tempore, quod ſupereſt, fruamur ad colloquium Anchiſæ. 22 Quibus invecta erat. 23 Ex hoc loco colligit Macrob. l. 4. Sat. c. 3. noctem civilem à meridie incipere, quemadmodum civilis dies à mediâ nocte interdum computatur. Civilis diei ratio apud Romanos ita ſemper habita fuit, ut media noctis hora eum inciperet, finiretque media nox proxima. Athenienſes vero à Solis occaſu ad Solem iterum occidentem, diem computarunt. Babylonii ita partiuntur, ut à Sole exorto, ad exortum ejuſdem unum diem nominarent. Umbri vero unum & eundem diem eſſe dicunt, à meridie ad inſequentem meridiem. Quod quidem, inquit Varro, nimis abſurdum eſt. 24 In curſu quem facit in æthere. 25 Jam ultra medium noctis erat apud Mortales. 26 Cœlum. 27 Fortè. 28 Conceſſum eis apud inferos. 29 Traxiſſent, id eſt, diem aut tempus colloquendo tranſegiſſent. Enallage temporis. 30 Colloquia ſc. 31 Viginti & quatuor horas. 32 Urget Æneam ad abeundum. 33 Allocuta eſt Æneam.



Digitized by Google

*Nox* [1] *ruit, Ænea, nos flendo* [2] *ducimus horas.*
[3] *Hîc locus eſt, partes ubi ſe via* [4] *findit in ambas:* 535
[5] *Dextera, quæ* [6] *Ditis magni ſub mœnia tendit,*
[7] *Hac iter* [8] *Elyſium nobis: at læva malorum*
*Exercet pœnas, & ad* [9] *impia Tartara mittit.*
[10] *Deiphobus contrà:* [11] *Ne ſævi, magna ſacerdos,*
[12] *Diſcedam,* [13] *explebo* [14] *numerum, reddarq; tenebris.*
[15] *I decus, i, noſtrum:* [16] *melioribus utere fatis.* 541
[17] *Tantum effatus, & in verbo veſtigia torſit.*
[18] *Reſpicit Æneas ſubito & ſub rupe* [19] *ſiniſtrâ*
*Mœnia lata videt,* [20] *triplici* [21] *circumdata* [20] *muro:*
*Quæ* [22] *rapidus* [23] *flammis* [24] *ambit torrentibus amnis*

1 Labitur, & aperit dies. Alioqui *Nox ruere* dicitur, cum imminet: ut 2. Æn. *Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox,* &c. 2 Abſumimus. 3 Δεικτικῶς bivium monſtrat Æneæ, per quod iter fit ad Elyſios campos, & Ditis profunda regna.

4 Dividit, id eſt, hîc eſt bivium. 5 Sc. *eſt.* Viarum partitio. 6 Ad Plutonis regiam vergit. 7 Per dextram. 8 In vel ad Elyſios campos. *Elyſium* enim eſt beatarum animarum, quò corpore exutæ migrare dicuntur, domicilium. Servius ἀπὸ τῆς λύσεως, id eſt, *à ſolutione* ſeu *diſſolutione* corporis & animi, dictum exiſtimat. Veteres Elyſium campum in medio inferorum eſſe exiſtimarunt. Philoſophi eundem in Inſulis Fortunatis collocarunt. Reliqua de his campis vide apud Platonem in Gorgia. 9 In quibus puniuntur impii. 10 Sc. *locutus eſt.* 11 Ne nimium excandeſcas, doctiſſima vates Sibylla, quod colloquio tam longo vos morer. Terent. *Ah, ne ſævi tantoperè.* 12 A vobis. 13 Minuam veſtrum numerum: nam ex tribus remanebant duo. Sic Servius. Nonnulli ſic exponunt, complebo umbrarum, à quibus diſceſſi, numerum. Alii, quod ſanius mihi videtur, perficiam ac finiam tempus ſtatutum purgationi animæ, & ad vitam revertar. Alii alias interpretationes adferunt, quæ à Servio peti poſſunt. Macrobius l. 1. in Som. Sc. doctiſſime de numerorum ratione diſputans, hunc locum ſic explicat. *Conſtat* (inquit) *numerorum certam conſtitutamque rationem animas ſociare corporibus. Hi numeri cùm ſuperſunt, perſeverat corpus animari; cùm vero deficiunt, mox arcana illa vis ſolvitur, quâ ſocietas ipſa conſtabat. Et hoc eſt quod fatum & fatalia vitæ tempora vocamus. Anima ergo ipſa non deficit, quippe quæ immortalis atque perpetua eſt; ſed impletis numeris, corpus fatiſcit. Nec anima laſſatur animando, ſed officium ſuum deſerit corpus, cùm jam non poſſit animari. Hinc illud eſt doctiſſimi vatis;* explebo numerum, reddarque tenebris. 14 Intellige hoc ergo de numeris denariis, centenariis, aut millenariis ex Platonica doctrina, quibus exactis, purgantur animæ, & ad vitam revertuntur. 15 Vale & vive feliciter. Valedicendi formula. 16 Quam quibus ego uſus ſum. 17 Deiphobus locutus eſt ſolum hoc, & ſimul cum ultimo verbo avertit ſe ad diſcedendum à nobis. 18 Tranſit ad enarrationem pœnarum, quas impii apud inferos dant, pro ſui quiſque delicti ratione. 19 Quæ erat in ſiniſtra parte. 20 Ne reis evadendi ſubeſſet occaſio. 21 Cincta. 22 Velociter arripiens. 23 Torrente flammeo, flammis æſtuantibus, igneſcentibus, concremantibus, Pyriphlegethonte. 24 Circumfluit.



Digitized by Google

[1] *Tartareus* [2] *Phlegeton*, [3] *torquetq;* [4] *ſonantia ſaxa.*
[5] *Porta adverſa, ingens*, [6] *ſolidoq; adamante columnæ:*
[7] *Vis ut nulla* [8] *virûm*, *non ipſi* [9] *exſcindere ferro*
[10] *Cœlicolæ valeant; ſtat ferrea turris* [11] *ad auras.*
[12] *Tiſiphoneq; ſedens*, [13] *pallâ* [14] *ſuccincta* [15] *cruentâ*,
[16] *Veſtibulum* [17] *inſomnis ſervat noctesq; dieſque.*
[18] *Hinc exaudiri* [19] *gemitus*, & [20] *ſæva ſonare*
*Verbera:* [21] *tùm* [22] *ſtridor ferri, tractæque catenæ.*
*Conſtitit Æneas*, [23] *ſtrepitumque exterritus* [24] *hauſit.*
*Quæ* [25] *ſcelerum* [26] *facies? (ô virgo, effare) quibus-ve*
*Urgentur pœnis? quis tantus* [27] *plangor ad auras?*
*Tùm* [28] *vates ſic orſa loqui: Dux inclyte Teucrûm*,
[29] *Nulli fas caſto* [30] *ſceleratum inſiſtere* [31] *limen.*
*Sed me*, *cùm* [32] *lucis* [33] *Hecate præfecit Avernis*,
*Ipſa* [34] *Deûm pœnas docuit*, [35] *perque omnia duxit.*
[36] *Gnoſſius hæc* [37] *Rhadamanthus habet* [38] *duriſſima regna:*

1 In tartara tendens. 2 Fluvius. 3 Impellit. 4 Ex impetu. 5 Sc. *eſt.* 6 Sunt ex integro adamante, lapide pretioſiſſimo ac duriſſimo. A materiâ. 7 Robur. 8 Virorum fortium, id eſt, nulla vis humana. Non enim ad ſexum, ſed ad virtutem refert. 9 Eas. 10 Divi cœlum incolentes. Amplificatio. 11 In prodigioſam altitudinem erecta. 12 Furiarum infernalium maxima, à *cædibus plectendis* ſic dicta: τίσις enim *ultionem*, & φόνος *cædem* ſignificat. 13 Veſte longa ad terram uſque defluente. 14 Quaſi parata cùm ad excubias, tùm ad ſumendum de ſceleratis ſupplicia. Ab habitu & ornatu. 15 Sanguine excarnificatorum & ſanie perfuſa. Subindicat horrendam pœnarum atrocitatem. 16 Introitum; vel, locum antè januam domus vacuum, per quem de viâ aditus acceſſuſque ad fores ædium fit. Lege Macrob. Sat. l. 7. c. 8. 17 Nihil dormiens, pervigil: nunquam enim ita quieto ſunt animo facinoroſi, quin pœnarum metu ac ſcelerum conſcientiâ angantur. 18 Ab hoc loco exaudiebantur. Enallage modi. 19 Damnatorum. 20 Flagella, quibus in facinoroſos ſæviunt Furiæ, ſonabant. 21 Inſuper. 22 Strepitus, ſonus. *Stridor* propriè is ſonus eſt, quem funes nautici inter ſe colliſi efficiunt. Ut 1. Æn. *Exoritur clamorque virûm ſtridorque rudentum.* Ad alia tamen indè transfertur, ut ad dentes, ferrum, & nervos, ſimiliaque alia. 23 Qui fiebat apud inferos. 24 Auribus accepit, id eſt, audivit. 25 Ob quæ illîc puniuntur; *vel*, *ſcelerum*, id eſt, ſceleratorum hominum. 26 Species. 27 Lamentatio, ſc. *editur.* 28 Sibylla. 29 Nulli pio datum eſt intrare, ſive ingredi, adeòque contueri, quæ in Tartaro geſta ſunt. 30 Sceleratorum. Continens pro re contenta: non enim ipſe abyſſi locus ſceleratus, ſed flagitioſi, quibus refertus eſt. 31 Tartari portam. Synecdoche. 32 Sylvis. 33 Proſerpina, Dea inferiorum. Vide ſuprà. 34 Quas Dii exigunt à ſceleratis. 35 Perduxitque omnia ad me, relatione ſc. neque enim duxit per omnia, cum nulli caſto permittatur ingredi. 36 Cretenſis, à *Gnoſſo*, Cretæ urbe, ubi imperavit. 37 Rhadamanthus Cretæ, ut alii, Liciæ rex juſtiſſimus, Jovis ex Europâ filius, non tantum à Poëtis, ſed à Platone perhibetur quæſtionem exercere apud inferos, crimina audire, cogere ad confeſſionem: lege Platonis Gorgiam, ſub finem. 38 Quæ duriſſimas leges ſervant.

Ca-

Digitized by Google

*Caſtigatque, auditque dolos, [1] ſubigitque [2] fateri,*
*Quæ [3] quis apud ſuperos, [4] furto lætatus [5] inani,*
*[6] Diſtulit in [7] ſeram commiſſa [8] piacula mortem.*
*[9] Continuò [10] ſontes [11] ultrix, [12] accincta flagello,*
*Tiſiphone [13] quatit, [14] inſultans, [15] torvoſque [16] ſiniſtrâ*
*[17] Intentans angues, vocat agmina ſæva [18] ſororum.*
*[19] Tùm [20] demum [21] horriſono ſtridentes [22] cardine [23] ſacra*
*[24] Panduntur portæ: [25] cernis, [26] cuſtodia qualis*
*[27] Veſtibulo ſedeat? [28] facies quæ [29] limina ſervet?*
*Quinquaginta atris [30] immanis [31] hiatibus, [32] Hydra*
*[33] Sævior, intus habet ſedem: [34] tum Tartarus ipſe*
*Bis [35] patet in præceps [36] tantum, tenditq; ſub [37] umbras,*
*Quantus ad [38] ætherium cœli [39] ſuſpectus Olympum.*
*[40] Hîc [41] genus antiquum terræ, [42] Titania pubes,*
*Fulmine [43] dejecti, fundo volvuntur in imo.*

1 Cogit. 2 Tormentam inſtituit, veritatis extorquendæ cauſa. 3 Aliquis. 4 Crimine furtim ſive clam admiſſo, ſed ------ 5 --- Fruſtra celato: apud inferos enim nihil poteſt latere, ubi per tot conſcios delatores, teſtes, quæſtio à ſeveriſſimis judicibus habetur. 6 Fateri, aut piare. 7 Ultimam, poſtquam expiationi ſcelerum nullus reliquus eſt locus aut tempus. 8 Scelera, fraudes, flagitia admiſſa, neque in vivis expiata, ſed piaculo, id eſt, purgatione digna. 9 Illico, ut illùc pervenerint. 10 Nocentes. 11 Scelerum. 12 Præparata ad flagellandum. 13 Pulſat, ferit. 14 Eis. 15 Terribiles. 16 Nam dextra quatit flagellum. 17 Minitans anguibus ſe verberaturam. Sic 1. Æn. *Præſentemque viris intentant omnia mortem.* 18 Megæræ & Alectus, Senec. Herc. Furent. *agmen horrendum anguibus Megæra ducat:* quas ab impetu, furore & aſſiduitate ſupplicii *agmina* vocat. 19 Aptè, illis propiùs progreſſis, horrendi carceris faciem ſummatim deſcribit. 20 Tunc tandem, poſt verbera, ait, mittuntur ad ſupplicium æternum, apertis abyſſi portis. 21 Horribiliter ſonante. 22 Ferro ſuſtentante januam, quaſi corde januæ. 23 Diræ atque execrandæ, per quas in abyſſum barathri Tartarei ad pœnas æternas demerguntur damnati. 24 Aperiuntur. 25 Pergit Sibylla digito monſtrare eum præſentem, ut attentior fit Æneas. 26 Quàm terribilis cuſtos. Activè. Alioqui pro ipſo loco, in quo quis cuſtoditur, id eſt, pro ipſo carcere, accipitur. 27 In introitu. 28 Tiſiphonem intelligit, quam paulò ante v. 555. antè veſtibulum pallâ cruentâ ſuccinctam ſedere finxit. 29 Portas. Synecdoche. 30 Terribilis. 31 Aperturis faucium, capitibus. 32 Bellua Lernæa. Propriè *hydra* eſt ſerpens aquaticus. 33 Quam illa, quæ limina ſervat, Tiſiphone. 34 Inſuper ipſe locus profundiſſimus inferni. 35 Apparet in profundum tantum. 36 *Τόσσον ἔνερθ' Ἀΐδεω ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.* Il. 8. 37 Infernales. 38 Ad ſummum aërem extenſum. 39 Surſùm aſpectus eſt. 40 In imo Tartari barathro. 41 *Γηγενεῖς*, Terræ & Titanis filii, qui Saturnum regno pellere, ut patrem reſtituerent, primò conabantur, mox & Jovem, à quo victi ad Tartara detruſi ſunt. 42 Gigantes, & omnes monſtroſæ magnitudinis homines antiqui Terrâ progenitos dicebant; ut & eos, quorum obſcura erat familia. 43 A Jove, contra quem bellum moverant.

*Hîc*

1 Othon & Ephialtes putativos Aloëi filios, vere Neptuni ex Iphimediâ.
2 Gemellos fratres, uno partu editos.
3 Maxima: nam nono ætatis ſuæ anno ulnas novem longi, totidem cubitos lati fuiſſe traduntur. Ac tum Diis bellum ſe illaturos minari cœperunt.

*Hîc & [1] Aloidas [2] geminos, [3] immania [4] vidi*
*Corpora: [5] qui manibus magnum [6] reſcindere cœlum*
*[7] Aggreſſi, [8] ſuperiſque Jovem detrudere regnis.*
*Vidi & [9] crudeles dantem [10] Salmonea pœnas,*
*Dùm [11] flammas Jovis, & [12] ſonitus imitatur Olympi.*
*[13] Quattuor hic invectus equis, & [14] lampada quaſſans,*
*Per [15] Grajûm populos, mediæque per Elidis [16] urbem,*
*Ibat [17] ovans, divûmque ſibi poſcebat [18] honorem:*
*Demens, qui [19] nimbos, & [20] non imitabile fulmen,*
*[21] Ære, & [22] cornipedum curſu [23] ſimulârat equorum.*
*At [24] pater omnipotens denſa inter nubila telum*
*Contorſit, (non [25] ille faces, nec [26] fumea tædis*
*Lumina) [27] præcipitemque immani turbine adegit.*
*Nec non & [28] Tityon, [29] terræ [30] omniparentis alumnum,*
*Cernere [31] erat: per [32] tota novem [33] cui jugera corpus*
*[34] Porrigitur, [35] roſtroque immanis vultur [36] obunco*
*[37] Immortale jecur [38] tondens, [39] fœcundaque pœnis*

4 Ego Sibylla. 5 Addit pœnarum cauſam. 6 Subvertere. 7 Sc. *ſunt.* 8 Cœleſtibus. 9 Sævas, vel crudelitatis ſuæ. 10 Regem Elidis, qui per pontem aheneum quadrigis vectus & facem jaculatus, tonitru & fulmen imitaturus: ipſe verò fulmine à Jove ad inferos deturbatus eſt. 11 Fulmen. 12 Tonitrua, quæ Jupiter demiſit ab Olympo ſive cœlo, id eſt, dùm in eâ affectatione manet apud inferos. 13 Quadrigis aut curru quadrijugo. 14 Facem ardentem, loco fulminis, frequenter concutiens, torquens. 15 Grajorum cœtus. 16 Piſam: in quâ ipſe Jupiter præcipue colebatur. 17 Exultans, jactabundus, ut in triumpho ſeu ovatione & lætus quod Jovis fulmen mentiretur, Jovem ſe eſſe dicens. 18 Religionem & metum, id eſt, coli volebat ut Deus, ob fulmen & tonitrua. 19 Nubes ventoſas. 20 Quod imitari non licet. 21 Ponte æreo. 22 Habentium corneos, id eſt, duros & ferreos pedes. 23 Finxerat & imitatus erat. 24 Jupiter. 25 Jupiter non adegit in Salmonea, ut Salmoneus faces pro fulgure. 26 Fumoſa, quæ fierent ex tædis. 27 Eum præcipitanter cadentem circumvolutione terribili & vehementi. *Turbo* propriè ventus eſt, qui cum fragore obvia quæque proſternit. 28 Jovis filium ex Elarâ, filiâ Orchomeni, quam à ſe compreſſam, ab ira & zelotypia Junonis in terra occultavit: hinc terræ alumnum dictum. Hic cum Latonam de ſtupro appellaſſet, ab Apolline ſagittis transfixus has apud inferos dat pœnas libidinis, cujus ſedes jecur. 29 Quem terra, omnium parens, nutrierat. 30 Al. *omnipotentis.* 31 Dabatur, licebat. 32 Integra. 33 Tityo. 34 Exporrigitur, extenditur. 35 Et cui vultus, &c. 36 Valde unco & incurvo. 37 Inconſumptibile & ſemper durans, quod nunquam abſumitur. Exeſum enim continuò in pœnam renaſcitur. 38 Ita Homerus Odyſſ. 11. ἧπαρ ἔκειρον. Sunt quibus præplacet *tundens*, id eſt, roſtro impetens. 39 Ad pœnas indies renaſcentia.

*Viſce-*

Digitized by Google

*Viſcera, [1] rimaturque epulis, habitatque ſub [2] alto*
*Pectore: [3] nec [4] fibris [5] requies datur ulla renatis.*
*Quid memorem [6] Lapithas, [7] Ixiona, [8] Pirithoumque?*
*Quos ſuper atra ſilex [9] jam jam lapſura, cadentique*
*Imminet [10] aſſimilis: lucent [11] genialibus altis*
[12] *Aurea fulcra* [13] *toris, epulæque ante* [14] *ora parata*
[15] *Regifico luxu.* [16] *Furiarum maxima juxtà*
[17] *Accubat, &* [18] *manibus prohibet contingere* [19] *menſas;*
[20] *Exſurgitque* [21] *facem attollens, atque* [22] *intonat ore.*
[23] *Hîc, quibus* [24] *inviſi* [25] *fratres, dùm vita manebat,*

1 Et per rimas aperit ad habendas epulas; *vel*, rimando depaſcitur: ut *Rimantur prata Cayſtri*, Georg. 1. v. 388. 2 Profundo. 3 Omnia autem, quæ de Inferis finguntur, eſſe in hac vitâ μυθολεγοῦσι Lucretius l. 3. & Macrobius in 1. l. Somn. Scip. c. 10. quos legere erit operæ pretium. 4 Extremitatibus jecoris. *Fibræ* ſunt omnium extremitates rerum. Unde jecoris, pulmonis, cordis, & cujuſcunque viſceris extremæ partes *fibræ* vocantur. 5 Quia, ut primum renatæ ſunt, abſumuntur à vulture. 6 Theſſaliæ populos barbaros & feroces, qui ob ebrietatem damnati ſunt: quorum principes numerantur, Dryas, Pirithoüs, Cæneus, Exadius, Polyphemus, & alii aliquot, Pindum & Othrya montes incolentes. 7 Filium Phlegiæ (alii tamen Jovis filium faciunt) luxurioſum & ambitioſum. Huic Junoni de ſtupro interpellanti, nubes à Jove ſubjecta fuit, ex qua Centauros genuiſſe dicitur. Ratus tamen cum Junone ſe conſueſſe, rei turpitudinem celare non potuit, ſed apud quoſvis jactabundus eblateravit: quod ægre ferens Jupiter eum ad inferos detruſit, rotæque perpetuò currenti alligatum improbitatis poenas dare voluit. Unde Ovid. *Volvitur Ixion, & ſe ſequiturque fugitque.* 8 Ixionis & Diæ filium: qui cum arctiſſimo amicitiæ vinculo cum Theſeo conjungeretur, eundem ad inferos ad rapiendam Proſerpinam comitatus fuiſſe dicitur; is vim facere aggreſſus primo impetu à Cerbero interfectus fuit. 9 De momento in momentum. 10 Valde ſimilis. 11 In quibus genio indulgere ſeu læte vivere ſolebant. 12 Aurata menſarum ſuſtentacula. 13 Diſcubitoriis. 14 Tantali. Ferunt hunc, cum forte quodam die Dii aliquot eum inviſuri acceſſiſſent, nihilque apponeret, Pelopem filium, adhuc puerum, in partes diſcerptum coxiſſe, Diiſque comedendum appoſuiſſe. Quam impietatem indigniſſime ferentes Dii, Pelope in vitam revocato, reſtitutoque illi eburneo humero, Tantalum ad inferos detruſerunt. 15 Superfluo & magnifico apparatu à rege facto. 16 Tiſiphone. 17 Jacet, *Accubare* & *accumbere*, proprie jacere eſt ad ſumendum cibum. Solebant enim veteres in toris menſas ſternere, quibus accumbebant. 18 Tantali. 19 Fercula appoſita. 20 Quoties tentare conatur. 21 Quam illi incutere conatur. 22 Increpat horrenda voce, ut accumbentem ab epulis abſterreat. 23 Sc. *detinentur ac torquentur, prout meruêre; vel incluſi exſpectant pœnas*, ut mox ſequitur. 24 Sc. *erant.* 25 Ab impietate fratrum contra fratres, *quorum gratia*, id eſt, concordia, Ovidio teſte, *rara eſt.* Generatim loquitur de Eteocle & Polynice, Atreo & Thyeſte, Danao & Ægypto.

X Pul-

Digitized by Google

*[1] Pulſatuſque parens, & fraus innexa [2] clienti;*
*Aut qui [3] divitiis [4] ſoli incubuêre repertis,*
*Nec partem poſuêre [5] ſuis; (quæ maxima turba eſt)*
*Quique ob [6] adulterium [7] cæſi; quique arma ſecuti*
*[8] Impia, [9] nec veriti dominorum fallere dextras:*
*Incluſi pœnam exſpectant: ne quære doceri,*
*[10] Quam pœnam, aut quæ [11] forma viros, fortunave merſit.*
*Saxum ingens [12] volvunt alii: [13] radiiſque rotarum*
*[14] Diſtricti pendent: [15] ſedet, [16] æternùmq; [17] ſedebit*
*Infelix Theſeus: [18] Phlegyaſque miſerrimus [19] omnes*
*Admonet, & magnâ [20] teſtatur voce per umbras:*
Diſcite juſtitiam moniti, & non [21] temnere Divos.
*[22] Vendidit [23] hic [24] auro patriam, [25] dominumque potentem*

1 Verberatus manibus. 2 Domeſtico ſe colenti. Notat patronorum in clientes perfidiam. 3 Avaros taxat, à quibus nulli benè fit. Hujuſmodi eruditè perſtringit Horat. l. 2. Ep. 1. 4 Solis. Hypallage. Avari enim neque ſibi, neque aliis bene facere poſſunt, adeò habendi amor eos torquet. 5 Neceſſariis. 6 Ut Ægyſthus, qui commiſit adulterium cum Clytemneſtra, Agamemnonis uxore, Oreſtis matre. 7 Sc. *ſunt*. 8 Civilia, vel contra patriam, vel impiè deficientes à ſuis, hoſtium arma ſecuti ſunt. 9 Servi, qui prodiderunt; aut fidem (cujus ſymbolum dextra) fefellerunt domini. 10 Sc. *exſpectent*. 11 Species malorum. 12 Ut Siſyphus: qui ſaxum maximum volvere cogitur in montis cujuſdam verticem, quod cùm ad ſummum penè extulerit, repente deorſùm delabitur. 13 Lignis, inter circumferentiam & axem, ab axe in morem radiorum procedentibus. 14 Diverſis partibus adſtricti, ut Ixion. 15 Theſeus quidem Pirithoi comes deſcenderat rapturus Proſerpinam, ubi comite cæſo, ipſe manebat captivus: ſed ab Hercule avulſus fuit à petrâ, undè aſſurgere non poterat, atque adeò ab inferis reverſus eſt, ut ſuprà hoc lib. Jam autem & poſt fatum, damnatur, ut in æternum ſedeat eidem affixus igneſcenti petræ. 16 In æternum. 17 Apud inferos. 18 Eſt autem duplex ſenſus hujus particulæ; nam poteſt eſſe Nominativus Singularis, & Accuſativus Pluralis. Fuit enim *Phlegyas* rex Theſſaliæ, pater Ixionis & Coronidis, ex quâ Apollo Æſculapium genuit; unde iratus Phlegyas Delphicum templum Apollinis incendit; quapropter damnatus dicitur. Item *Phlegiæ* ſunt populi Theſſaliæ. 19 Damnatos. 20 Teſtimonio ſuo inter damnatos affirmat, juſtitiam colendam eſſe, Divoſque verendos. 21 Contemnere. Simplex pro Compoſito. 22 Laſthenem hîc innui volunt, qui Olynthum Philippo vendidit, nec non Curionem, qui Romam Julio Cæſari. 23 Quidam ex damnatis. 24 Perſtringit patriæ proditores, qui acceptâ ab hoſte pecuniâ, ab æquo & pio transverſi aguntur. Notum eſt Jugurthæ reſponſum de inexplebili Romanorum avaritiâ, *Urbem ipſam venalem eſſe, ſi emptorem invenerit*. 25 Tyrannum patriæ intulit. Cæſarem Dictatorem hîc notari volunt, qui amicorum auxilio, quos multo auro corruperat, ad Monarchiam, everſâ libertate, pervenit.



Digitized by Google

*Impoſuit : [1] fixit leges pretio , atque [2] refixit ,*
*[3] Hic thalamum invaſit [4] natæ, [5] vetitoſq; Hymenæos :*
*[6] Auſi omnes immane nefas , [7] auſoque potiti.*
*[8] Non , [9] mihi [10] ſi linguæ centum ſint , oraq; centum,*
*[11] Ferrea vox , omnes ſcelerum comprendere [12] formas,*
*Omnia pœnarum [13] percurrere nomina poſſem.*
*Hæc ubi dicta dedit [14] Phœbi longæva ſacerdos ;*
*Sed jam , age , [15] carpe viam , & ſuſceptum [16] perfice [17] munus ,*
*[18] Acceleremus, ait. [19] Cyclopum [20] educta [21] caminis*
*Mœnia conſpicio , atque [22] adverſo fornice portas ,*
*Hæc ubi nos [23] præcepta jubent deponere [24] dona.*
*[25] Dixerat : & pariter greſſi per [26] opaca viarum ,*
*Corripiunt ſpatium medium , [27] foribuſq; propinquant.*
*[28] Occupat Æneas aditum , corpuſque [29] recenti*
*[30] Spargit aquâ , ramumque adverſo in limine figit.*

1 Hic ſive alius ſanxit, on lidit Metaphora. Alludit ad morem Romanorum: quia ſolebant leges incidi tabulis æreis, & figi in pariete, omnibuſque ad legendum exponi. 2 Eaſdem benè conditas rurſus per avaritiam abrogavit ac mutavit. Cic. Phil. 12. *Nàm figentur rurſus hæ tabulæ, quas vos decretis veſtris refixiſtis?* 3 Alius, ut Thyeſtes, qui ex Pelopea filia Ægiſthum, adulterum Clytemneſtræ, genuit; & Cinyras, qui ex Myrrha filia Adonin procreavit. 4 Filiæ ſuæ. 5 Nuptias vetitas, Metonymia. Nuptiarum enim Deus eſt Hymenæus. 6 Sc. *ſunt.* 7 Impio conatu ac libidine. 8 *Οὐδ᾽ εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ᾽ εἶεν, φωνὴ δ᾽ ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.* Iliad. 2. Vide Macrob. Sat. l. 5. c. 7. & l. 6. c. 3. Sic Georg. 2. *Non ego cuncta meis amplecti verbis opto. Non , mihi ſi lingua centum*, &c. Hoc autem Poëtis ſolemne eſſe , & eos tot linguas optare ſolitos , affirmat Perſius Sat. 5. *Vatibus hic mos eſt, centum ſibi poſcere voces , Centum ora , & linguas optare in carmina centum.* 9 Sibyllæ. 10 Tametſi. 11 Infrangibilis. 12 Species. 13 Celeriter pertractare genera & ſpecies. 14 Sibylla , quæ diu vixit. Enumeratis Tartari pœnis , hortatur Æneam , ut Proſerpinæ aurei rami donum reddat , antequàm longius progrediantur. 15 Perge , progredere. 16 Aureum ramum redde Proſerpinæ ; mox , *perfecto munere Divæ.* 17 Officium. 18 Properemus ad patrem tuum. 19 Miniſtrorum Vulcani , Jovi fulmina fabricantium. Inter eos præcipui Brontes, Steropes & Pyracmon. 20 Mœnia in altum ducta una cum caminis , veluti Cyclopum opera , inquiunt interpretes. Non placet. Dixerim potius, Mœnia ferrea in Cyclopum fornacibus fabricata : quia ſuprà. *Stat ferrea turris ad auras :* & quia omnia magnæ molis opera , mœnia præcipuè Cyclopum credebantur, *Mœnia magna vides manibus fabricata Cyclopum.* 21 In fornacibus. 22 In arcu ſeu circumferentia ex adverſo ſtante , id eſt , video regiam Plutonis. *Fornix* eſt arcus in ædificiis, & quodcunque opus concameratum. Ponitur & pro lupanari ſeu meretricia ſella. 23 Inſtitutiones Deorum. 24 Ramum aureum. 25 Sibylla. 26 Opacitates. 27 Ad fores portarum. 28 Ingreditur viriliter, ne præveniatur. 29 Semper fluenti. 30 Ut religioſum ſe oſtendat , & religioni ſatisfaciat , non quòd pollutus ullo vel aſpectu , vel tactu eſſet.

*His*

*His demùm [1] exactis, [2] perfecto munere [3] Divæ,*
*Devenêre [4] locos [5] lætos, & amœna [6] vireta*
*[7] Fortunatorum nemorum, ſedeſque [8] beatas.*
*[9] Largior hîc campos [10] æther, & lumine [11] veſtit*
*[12] Purpureo: ſolemq; [13] ſuum, [14] ſua [15] ſidera norunt.*
*[16] Pars in [17] gramineis exercent membra [18] palæſtris:*
*Contendunt ludo, & fulvâ luctantur [18] arenâ:*
*Pars [19] pedibus plaudunt choreas, & [20] carmina dicunt.*
*Nec non [21] Threïcius [22] longa cum veſte [21] ſacerdos*
*[23] Obloquitur numeris [24] ſeptem [25] diſcrimina vocum:*
*[26] Jamq; [27] eadem digitis, jam pectine pulſat [28] eburno.*
*Hîc genus [29] antiquum Teucri, pulcherrima [30] proles,*
*Magnanimi heroës, nati [31] melioribus [32] annis,*
*[33] Iluſque, [34] Aſſaracuſque, & Trojæ Dardanus author.*
*Arma [35] procul, curruſque virûm [36] miratur inanes.*
*Stant [37] terra defixæ [38] haſtæ, paſſimque [39] ſoluti*
*Per campos [40] paſcuntur equi: [14] quæ gratia [42] currûm*
*Armorumque fuit [43] vivis; quæ cura [44] nitentes*

1 Peractis. 2 Perfectis redditi rami ceremoniis. 3 Proſerpinæ. 4 Sc. ad, vel in. 5 Elyſium ſc. beatarum animarum domicilium. 6 Virentium, ut arborum & herbarum, nativa loca. 7 In quibus ſunt fortunati ſeu beati. Alludit ad inſulas Fortunatas, in quibus Elyſium ſtatuunt nonnulli, ut & alii in Hiſpania Bætica. 8 In quibus beatorum animæ quieſcunt. 9 Et purior quàm in orbe noſtro. Pluto apud Claudianum: *ſunt altera nobis Sidera, ſunt orbes alii, lumenque videbis Purius, Elyſioſque magis mirabere campos*, &c. lib. 2 de raptu Proſerp. Plutarch. & alii. 10 Splendor cœleſtis. 11 Circumfulget. 12 Pulchro, rutilo. 13 Tanquam in alio mundo, & à noſtro hoc diverſo. 14 Propria & convenientia. 15 Cùm apud inferos atris tenebris omnia horreant. 16 Nonnulli beatorum ſpirituum. 17 Luctationibus in gramine. 18 In arena. 19 Plaudendo pedibus choreas ducunt. 20 Choreis apta. 21 Orpheus Thracius, Oeagri & Calliŏpes filius, à quo tam egregiè citharam ſonare didicit, ut ſaxa & feras commoviſſe dicatur. 22 Apparens cum habitu citharœdi. 23 Pulſans pariter & cantans muſica proportione facit. *Digiti cum voce locuti.* Tib. 24 Lyra à Mercurio inventa habuit 7 nervos, addidit Pythagoras octavum, nomen Terpander, vel Apollo. 25 Septem chordarum. 26 Siniſtra chordas pulſat digitis; dextra pectine vel plectro, h. e. intùs canit & foris. 27 Diſcrimina. 28 Ex ebore facto. 29 Nobile à Teucro deductum. 30 Progenies. 31 Felicioribus, quàm qui Laomedonti contigerant & Priamo. 32 Temporibus. 33 Æneæ proavus, qui regiam urbem de ſe Ilium vocavit. 34 Rex item Trojanus, filius Troïs, pater Capyos, & Anchiſæ avus. 35 Sc. *abjecta.* 36 Cernit Æneas. 37 In terra. 38 Sc. *inanes.* 39 Liberi & vagantes. 40 Paſcentium ſimiles erant. 41 Studia quippe & affectus etiam hinc cum mortuis tranſire credebat antiquitas. Supra: *curæ non ipſâ in morte relinquunt.* Coel. l. 10. c. 9. 42 Curruum. 43 Dùm viverent. 44 Bene curatos.

1 *Paſce-*

*1 Paſcere equos, eadem ſequitur 2 tellure repoſtos.*
*3 Conſpicit, ecce, alios 4 dextra, lævaque per herbam*
*5 Veſcentes, lætumque 6 choro 7 Pæana 8 canentes,*
*Inter 9 odoratum lauri nemus: 10 undè 11 supernè*
*12 Plurimus 13 Eridani per ſylvam volvitur amnis.*
*Hîc 14 manus, 15 ob patriam pugnando vulnera paſſi;*
*16 Quique ſacerdotes caſti, dùm vita manebat,*
*Quique 17 pii vates, & 18 Phœbo digna locuti,*
*19 Inventas aut qui vitam 20 excoluêre per artes,*
*Quique 21 ſui memores alios fecêre 22 merendo:*
*Omnibus his 23 niveâ cinguntur tempora 23 vittâ.*
*Quos 24 circumfuſos ſic eſt effata Sibylla:*
*(25 Muſæum 26 ante omnes: 27 medium nam plurima 28 turba*
*Hunc habet, atq; humeris 29 exſtantem 30 ſuſpicit altis.)*
*Dicite felices animæ, tuque optime 31 vates,*
*Quæ regio Anchiſen, quis habet locus? illius 32 ergo*
*Venimus, & magnos 33 Erebi 34 tranavimus amnes.*
*Atque 35 huic reſponſum paucis ita reddidit 36 heros:*

1 Paſcendi. 2 Sub terra repoſitos & conſtitutos, id eſt, apud inferos. 3 Æneas. 4 Id eſt, utrimque. 5 Diſcumbentes. 6 In choro & cœtu læto. 7 Apollini ſacrum hymnum, qui victorialis canitur à ducibus jam poſt bellum, & parta victoria. Namque & alter Pæan, quem Marti ante congreſſum canebant. 8 Carmine audantes. 9 Odoriferum, quod ex ſe odorem latè ſpirat. 10 De quo nemore. 11 Ad ſuperos. 12 Ingens, quippe qui triginta amnibus augetur. 13 Padi fluvii. 14 Exercitus ſeu multi viri. 15 Pro ſalute patriæ. Reſpicit ad L. Junium Brutum, tyrannidis regiæ vindicatorem (de quo & aliis vide Liv. ab V. C. l. 7.) Curium, utrumque Decium, Coclitem, Scævolam, Horatios, Codrum Athenienſium regem, Philænos fratres, & innumerabiles alios magnanimos cives, qui fortiter pugnando pro patria ceciderunt. 16 Et hi qui fuerunt ſacerdotes nullo inceſtu polluti, nullis adulteriis infames; ſed puri tùm animo, tùm corpore, dum vivebant. 17 Deorum cultores: ut ab impiis, & qui mendaci ſpiritu afflantur, eos diſcrimibet. 18 Vera, quæ Apollinem decebant, ſive quæ Apollo inſpiraſſe cenſeatur. 19 Rerum inventores. 20 Ornaverunt. 21 Grato in ſe animo, id eſt, quicunque de aliis benè meriti ſunt, ſic ut ſui memoriam reliquerint poſt mortem. 22 Beneficia conferendo. Q. d. qui ſuis meritis ſui memoriam reliquerunt. 23 Sertis candidiſſimis, inſigni caſtitatis, virtutis, & divinitatis. 24 Circa ſe collectos, ſc. novitatis gratia: nam novum erat illic viva corpora conſpicere. Metaphora ab inanimato ad animatum. 25 Theologum, Orphei diſcipulum. 26 Imprimis. 27 Ut principem. 28 Vatum & ſacerdotum. 29 Eminentem. A corporis proceritate. 30 Admiratur. 31 Muſæe. 32 Cauſa, gratia, id eſt, propter illum. Vim nominis habet hæc particula, cum genitivo conſtructa, ſignificatque quod Græcis ἕνεκα. 33 Inferni, inferorum. Exaggerat cauſam itineris à difficultate & periculis. 34 Trajecimus, tranſmiſimus. 35 Sibillæ. 36 Muſæus heroica virtute præditus.

1 *Nulli*

Digitized by Google

[1] Nulli certa [2] domus: lucis habitamus [3] opacis,
[4] Riparumque toros, & prata [5] recentia rivis
Incolimus: [6] ſed vos (ſi fert ita corde voluntas)
[7] Hoc ſuperate jugum, & [8] facili jam tramite ſiſtam.
[9] Dixit: & antè [10] tulit greſſum, campoſque nitentes
Deſuper oſtentat: dein ſumma [11] cacumina linquunt.
At pater Anchiſes, [12] penitùs convalle virenti
[13] Incluſas animas, ſuperumq; [14] ad lumen ituras,
[15] Luſtrabat ſtudio recolens: omnemque [16] ſuorum
Fortè recenſebat numerum, charoſque [17] nepotes,
[18] Fataque, [19] fortunaſque virûm, [20] moreſque, [21] manuſque.
[22] Iſque ubi [23] tendentem adverſum per gramina vidit
Ænean, [24] alacris [25] palmas utraſque [26] tetendit,
[27] Effuſaque [28] genis lacrymæ, & [29] vox excidit [30] ore.
Veniſti [31] tandem? tuaque [32] exſpectata [33] parenti
Vicit [34] iter [35] durum pietas? [36] datur ora tueri,
Nate, tua? & notas audire, & reddere voces?
Sic equidem [37] ducebam animo, rebarque [38] futurum,

1 Sc. noſtram. Anima enim à corpore ſecreta non terminatur, nec includi aut coërceri poteſt, quippe ſubſtantia incorporea. Heroum tamen animæ in lucis coli ſolitæ. 2 Quam ſolam habitare debeamus. 3 Denſis, propter arborum umbras. 4 Herbas intortas (à quibus lecti tori appellantur) quæ ſunt in ripis. 5 Virentia propter irrigationem ex rivis, id eſt, quæ recentibus rivis perpetuam voluptatem amœnitatemque pariant. 6 Tranſit ad id, quod interrogationis pars præcipua, ſc. velle ſe Anchiſen alloqui. Hunc igitur illis monſtrat, ut edocti de habitationis ratione eo potiantur. 7 Aſcendite hanc partem montis circa verticem ejus. Ad eundem modum *Superare montes*, pro aſcendere ſive tranſcendere dicimus: *Superare amnes* & *flumina*, pro trajicere. 8 Conſtituam vos jam viâ, quâ tranſmittetis aut tranſmittamini facili tranſitu, id eſt, mox apparere faciam Anchiſen. 9 Muſæus. 10 Præivit. 11 Montis. 12 Penè intus. 13 Separatas à multitudine ceterâ, ut poſſent diſtinctè luſtrari animæ in vitam hanc rediture, & facilius agnoſci. 14 Al. *limen*. 15 Inſpiciebat ſtudioſè in memoriam revocans, mente tractans eas. 16 A ſe oriturorum, id eſt, poſterorum ſuorum. 17 Poſteros. 18 Et fatalem poſterorum ſuorum ſucceſſum. 19 Opes, gloriam, triumphos, imperium virorum. 20 Virtutem, pacis ſtudia & jura. 21 Res bello geſtas aut gerendas. 22 Anchiſes. 23 Ex adverſo ſe patrem ejus petentem. 24 Lætus. 25 Manus. Synecdoche. A ſignis paterni affectus erga filium. 26 Extulit, expandit ad cœlum, Diis gratias agens, quod ad ſe filium venire permiſerant. 27 Affectu & gaudio. 28 Palpebris Anchiſæ. 29 Oratio ſequens elapſa eſt, ut ſeni. 30 Anchiſæ. 31 Poſt longos errores, & varia diſcrimina rerum. 32 Probata & cognita. Quæ tranſlatio eſt à probationibus operum, vel ab auro. 33 Mihi, præcipuè, dùm eum humeris ſuis extulerat incendio Trojano. 34 Ad inferos. 35 Difficile. 36 Conceditur ne mihi? 37 Opinabat te ſic facturum. 38 Ut me viſas.



Digitized by Google

[1] *Tempora dinumerans: nec me* [2] *mea cura feſellit.*
*Quas ego te* [3] *terras, & quanta per æquora vectum*
*Accipio! quantis jactatum, nate, periclis!*
*Quàm metui,* [4] *ne quid* [5] *Libya tibi regna nocerent!*
*Ille autem: Tua me, genitor,* [6] *tua* [7] *triſtis imago,*
*Sæpius* [8] *occurrens,* [9] *hæc limina tendere* [10] *adegit.*
*Stant* [11] *Sale* [12] *Tyrrheno* [13] *claſſes: da jungere dextram,*
*Da, genitor, teque* [14] *amplexu ne* [15] *ſubtrahe noſtro.*
*Sic* [16] *memorans,* [17] *largo fletu ſimul ora rigabat.*
[18] *Ter* [19] *conatus ibi collo* [20] *dare brachia* [20] *circùm,*
*Ter* [21] *fruſtrà* [22] *comprenſa* [23] *manus effugit imago,*
*Par levibus ventis,* [24] *volucrique ſimillima ſomno.*
[25] *Intereà videt Æneas in valle* [26] *reductâ*
[27] *Secluſum nemus, & virgulta ſonantia ſylvis,*
[28] *Lethæumque,* [29] *domos placidas qui* [30] *prænatat, amnem:*
[31] *Hunc circùm* [32] *innumeræ gentes, populiq; volabant.*
*Ac,* [33] *veluti in* [34] *pratis, ubi apes* [35] *æſtate ſerenâ*
*Floribus* [36] *inſidunt* [37] *variis, & candida* [38] *circùm*
[39] *Lilia* [38] *funduntur: ſtrepit omnis* [40] *murmure campus.*

1 Diſquirens quanto tempore opus ſit ad hanc profectionem. 2 Deſiderium & ſpei, cujus cura ſemper eſt comes. 3 Regiones. 4 Propter odium doloſque Junonis & amorem Didonis: unde fieri poſſet, ut Italiæ ſui oblivisceretur. 5 Carthaginis. Continens pro contento. 6 Lib. 4. *Me patris Anchiſæ, quoties humentibus umbris Nox operit terras, quoties aſtra igneæ ſurgunt, Admonet in ſomnis, & turbida terret imago:* & lib. 5. *Ditis tamen antè Infernas accede domos, & Averna per alta Congreſſus pete, nate, meos.* 7 Mœſta, propter timorem, quem habuiſti, ne quid Libyæ mihi regna nocerent. 8 In ſomnis. 9 Ad hæc limina regni beatorum. 10 Impulit. 11 In mari, ἁλί. 12 A Tyrrheno denominato. 13 Noſtræ. 14 Ex amplexu, id eſt, dum te amplecti conor. 15 Aufer. 16 Loquens Æneas. 17 Simul large flebat. 18 Τρὶς μὲν ἐφορμήθην, ἑλέειν τέ με θυμὸς ἄνωγε, Τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ ἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ Ἔπτατο. Odyſſ. 11. 19 Æneas conatus eſt eo tempore. 20 Circumdare. Tmeſis. 21 Quia retineri non potuit. 22 Comprehenſo. 23 Æneæ comprehendentis. 24 Citò avolanti. 25 Dùm talia moliretur. 26 Recedente, in receſſum remota, in qua quis à ventis & injuriâ cœli tutus eſſe queat. Sic Horat. Od. 2. Epod. *Aut in reducta valle mugientium Proſpectat errantes greges.* 27 Sejunctum à frequentia eorum, qui Elyſium incolebant. 28 Amnem oblivionis, ad quem properabant animæ rediture ad corpora, qui potus, animis rerum omnium, quæ in vita priore actæ ſunt, inducit oblivionem, λήθην: ut mox. 29 Elyſios campos, ſedes beatas. 30 Præterfluit. 31 Amnem. 32 Innumerarum gentium & populorum animæ. 33 Quemadmodum omnis campus ſtrepit. 34 Agris, ex quibus fœnum percipitur, paſcuis. 35 Dùm tempus æſtivum eſt ſerenum. 36 Inſident, mel exſugentes. 37 Variorum colorum. 38 Circumfunduntur. Tmeſis. 39 Flores omnis generis. Species pro genere. 40 Vel bombo ſeu ſuavi ſono apum: *vel,* murmure animarum circumvolantium.

1 Viſione ſubitò oblatâ. 2 Neſcius talium rerum. 3 Et requirit, quæ, &c. 4 Procul apparentia. 5 Impetu, multitudine aut frequentia. 6 Lethæi fluminis. 7 Philoſophiam hanc Socraticam (vel Pythagoricam μετεμψύχωσιν & animarum παλιγγενεσίαν, & tamen eandem ſomniavit Empedocles) à Platone ſæpiùs inculcatam, in Phædone maximè & Philebo, exploſerunt jamdudum ſaniores Philoſophi, ὥσπερ ἐνδεχόμενον κατὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς μύθους, τὴν τυχοῦσαν ψυχὴν εἰς τὸ τυχὸν ἐνδύεσθαι σῶμα. Ariſt. 1. de anima. cap. 3.

Horreſcit [1] viſu ſubito, cauſaſque requirit
2 Inſcius Æneas: 3 quæ ſint ea flumina [4] porrò,
Quive viri tanto complerint [5] agmine [6] ripas.
Tùm pater Anchiſes: 7 Animæ, quibus [8] altera [9] fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam
10 Securos [11] latices, & longa [12] oblivia potant.
13 Has equidem [14] memorare tibi, atque oſtendere [15] coràm,
16 Jampridem hanc prolem cupio enumerare [17] meorum:
18 Quò magis Italiâ tandem lætere repertâ.
19 O pater, [20] an-ne aliquas ad cœlum [21] hinc ire putandum eſt
22 Sublimes animas? iterùmq; ad [23] tarda reverti
Corpora? quæ [24] lucis miſeris tam [25] dira cupido?
Dicam equidem, nec te [26] ſuſpenſum, nate, tenebo.
27 Suſcipit Anchiſes, atque ordine [28] ſingula pandit.

8 Secunda. 9 Neceſſitate quadam, aut Deorum voluntate. 10 Qui poti curas & labores prioris vitæ tollunt, adeoque eorum memoriam. Ut jam purgatam non pigeat in vitam redire. 11 Aquas oblivionem rerum gignentes. 12 Malorum & pœnarum, quæ & quas ſemel perpeſſi ſunt, dùm eſſent in hac vita. Alludit ad vocis etymon: ἀπὸ τῆς λήθης enim *Lethe* derivari volunt. 13 Animas ſc. in corpora migraturas. 14 Enarrare. 15 Oculis tuis. 16 Jam à pluſculo tempore. 17 A meis deſcenſurorum. 18 Cauſa finalis, ab utili. Promiſerat etiam id ipſum filio per ſomnum in Sicilia, ut dicitur l. 5. *Tùm genus omne tuum, & quæ dentur mœnia diſces.* 19 Sc. *Æneas ait.* 20 An credibile utique eſt animas, expertas jam prioris vitæ labores & ærumnas, velle ex beatiſſima hac quiete Elyſia redire ſublimes ad vitam, oraſque ſuperas relinquere, & denuò aliis corporibus unici? 21 Ex his tam beatis locis. 22 Egregias. 23 Animæ comparatione, quâ nihil velocius eſt: uno enim momento cuncta diſcurrit. 24 Vitæ. 25 Dira, ut ſc. ex perpetua quiete cupiant in vitam miſeriis refertiſſimam remeare, in corpore vinciri, & quaſi in ſepulchro condi. 26 Dubium. 27 Excipit orationem filii, & ſic aggreditur relationem. 28 Expoſiturus, quomodo ex Elyſio in corpora humana mittantur animæ, altiùs orditur mundi creationem, à Deo & divina potentia, quâ ſingula continentur.



Digitized by Google

*[1] Principio* I. *cœlum,* II. *ac* III. *terras,* IV. *campoſque liquentes,*
*[2] Lucentemque globum Lunæ, [3] Titaniaque aſtra,*
V. *Spiritus intùs alit, totamque infuſa per [4] artus*
*[5] Mens [6] agitat molem, & magno [7] ſe [8] corpore miſcet.*
*[9] Indè hominum pecudumq; genus, vitæq; [10] volantum,*
*Et quæ [11] marmoreo fert [12] monſtra ſub æquore [13] pontus.*
*Igneus eſt illis vigor, & cœleſtis origo*
*[14] Seminibus: [15] quantum non [16] noxia corpora [17] tardant,*
*Terreniq; [18] hebetant artus, [19] moribundaq; membra.*
*[20] Hinc [21] metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque: [22] nec auras*
*Reſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere [23] cæco.*
*[24] Quin & [25] ſupremo cùm [25] lumine [26] vita [27] reliquit,*
*Non tamen omne malum [28] miſeris, nec [29] funditùs omnes*

1 Ut à primordiis incipiam. Digreditur in locum Philoſophicum. Deum ſc. eſſe mundi animam ex Platonicorum opinione. Vide Macrob. de Som. Scip. l. 1. c. 14. I. *Aërem.* II. *Ignem,* III. *Terram,* IV. *Aquam,* V. *Deus,* νοῦς, *Mens mundi, ſpiritu quaſi genitali fovet, animat, informat, complet, movet, qualitatibus & potentiis inſtruit propriis ad munia ſua obeunda. Ex elementis itaque & ſpiritu infuſo, prægnante, alenteque illa naſcitur τὸ πᾶν, Mundus & quæ in mundo omnia; Cælum, Sol, Luna, Aſtra, Homines, Pecudes, Volucres, Piſces. Homini vero, ad ſumma nato, nobiliorem quàm cæteris animalibus indulſit animam; quam Philoſophi eſſentiam ſe moventem,* ἐντελέχειαν, *ideam, harmoniam, lucem, Solis aut ſtellæ alicujus ſcintillam, quintam eſſentiam, ignem, aërem, ſpiritum, alii aliud opinati ſtatuebant.* 2 Lumine à ſole recepto. 3 Solem & ſtellas. Titan, inquit Pauſanias in Corinthiacis, Solis motum & anni rationem ſolertiſſime obſervavit, undè fratrem Solis eum commenti ſunt: indè Sol *Titan* dictus, ut 4. Æn. *Ubi primos craſtinus ortus Extulerit Titan.* Et aſtra dicta *Titania.* 4 Elementa ſingula, quæ mundi membra ſunt. 5 Divina ſc. 6 Movet mundi machinam, cum orbibus & circulis cœleſtibus. 7 Per præſentiam. 8 Mundi. 9 Ex hac infuſione ſpiritus illius divini. 10 Volucrum. 11 Marmorei coloris. 12 Diverſæ piſcium ſpecies, ſc. *orta ſunt & vivunt.* 13 Mare. 14 Animis, quæ ſunt ſemina vitæ. 15 In tantum eſt illis cœleſtis natura, quantum, &c. 16 Nociva. 17 Deprimunt & offuſcant virtutem cœleſtem. 18 Se. *ſeminant.* Id eſt, animas. 19 Seneſcentia, & paulatim ſenio ad mortem properantia. 20 Ex his membris terrenis & moribundis, ſive ex hac conjunctione animæ & corporis. 21 Animæ variis afficiuntur paſſionibus circa bonum & malum, de præterito & futuro, metu, ſpe, dolore & lætitia. 22 Obliviſcuntur cæleſtis ſuæ naturæ ac puritatis, tenebroſo ſc. corporis carcere incluſæ. 23 Eas excæcante. 24 Quinetiam exutæ corpore animæ, non tamen ſtatim etiam exuuntur ſordibus & vitiis, quæ ex diutino corporis commercio contraxerint: verum neceſſe eſt, ut pœnis exercitæ, pro peccatorum natura variè luſtrentur & expurgentur. 25 In ultimo vitæ. 26 Anima. 27 Corpus. 28 Animis & animabus. 29 A fundo & radicitus.

1 Sordes & vitia corporis, quibus anima inficitur. Occurrit ergo hic tacitæ quæſtioni, quâ objici poterat. Ergo animæ corporis cuſtodiâ liberatæ, rectâ ad ſuæ originis principia pergunt. Non ſic eſſe ait. 2 Omninò. 3 Mala ſc. 4 Contracta, conglutinata cum corpore.

*Corporeæ excedunt* [1] *peſtes;* [2] *penitùſque neceſſe eſt*
3 *Multa diu* 4 *concreta* 5 *modis* 6 *inoleſcere miris.*
7 *Ergo* [8] *exercentur pœnis, veterumque malorum*
*Supplicia* 9 *expendunt:* [10] *aliæ panduntur* [11] *inanes*
*Suſpenſæ ad ventos: aliis ſub* [12] *gurgite vaſto*
13 *Infectum* [14] *eluitur ſcelus, aut exuritur igni.*
15 *Quiſque ſuos patimur* [16] *manes:* [17] *exindè per* [18] *amplum*
*Mittimur* [19] *Elyſium, & pauci* [20] *læta arva tenemus:*
*Donec* [21] *longa dies,* [22] *perfecto* [23] *temporis orbe,*
24 *Concretam* [25] *exemit labem,* [26] *purumque reliquit*
27 *Æthereum ſenſum, atque* [28] *auraï ſimplicis ignem.*
29 *Has omnes,* 30 *ubi mille* 31 *rotam volvêre per annos,*
32 *Lethæum ad fluvium* 33 *Deus evocat agmine magno:*
*Scilicet* 34 *immemores,* 35 *ſupera ut* 35 *convexa reviſant,*
*Rurſus & incipiant in corpora velle reverti.*
*Dixerat Anchiſes: natumque, unàque Sibyllam,*
36 *Conventus trahit* 36 *in medios,* 37 *turbamque ſonantem:*
*Et* 38 *tumulum capit,* 39 *undè* 40 *omnes longo ordine poſſit*

5 Purgandi. 6 Aboleri. 7 Quia purgatas oportet. 8 Afficiuntur pœnis, dant pœnas. 9 Perſolvunt. 10 Animæ. 11 Forſan ad eas reſpicit, quæ inanem gloriam nimis ſecutæ ſunt, ut ſimili delicto pœnâ afficiantur. 12 Mari. 13 Quò animæ ſunt infectæ. 14 Aufertur, lavando purgatur, deletur. 15 Neque noſtrorum quiſquam tam piè vixit, ut impune concreta ex corporis commercio vitia ferat. Quiſque pro ſuo merito patitur ſupplicia & tormenta. Auſonius, *tormentaque ſera gehennæ Anticipat, patiturque ſuos mens conſcia manes.* 16 Inferos genios, lemures, id eſt, quiſque pro merito ſuo patitur ſupplicia & tormenta. 17 Deindè, poſtquam ad iſtum modum ſumus purgati. 18 Capacem. 19 Se. *campum.* 20 Beata. 21 Longum tempus. 22 Peracto, exacto. 23 Purgationi debiti. 24 Contractam. 25 Dempſit & expulit. 26 Immaculatum, qualem eum corpus ſuſceperat. 27 Animam, ætheream ſubſtantiæ, quam de cælo ſumpſerat: ut ſuprà. Horatius, *affigit humi divinæ particulam auræ* Sat. 2. l. 3. 28 Auræ, id eſt, animæ puræ, id eſt, pauciſſimi ſine purgatione prævia tranſimus ad læta arva. 29 Animas purgatas. 30 Poſtquam in campis Elyſiis peregerunt ſpatium mille annorum. 31 Temporis. 32 Ad fluvium oblivionis, ut ibi animæ obliviſcantur omnium, quæ in corpore paſſæ ſunt. 33 Sunt qui hîc Mercurium ſignari volunt. 34 Obliti bonorum, quæ jam habebant, & malorum, quæ habuerant in vitâ. 35 Convexitatem cœleſtem. 36 In medium eorum, qui convenerant, id eſt, in conventicula animarum in corpora tranſiturarum. 37 Multitudinem quæ cum ſonitu convenerat. 38 Colliculum aſcendit. 39 De quo. 40 Qui convenerant.



Digitized by Google

*[1] Adverſos [2] legere, & [3] venientum [4] diſcere vultus.*
*[5] Nunc age, [6] Dardaniam prolem quæ [7] deindè ſequatur*
*[8] Gloria; [9] qui maneant Italâ de gente nepotes,*
*[10] Illuſtres animas, noſtrumque in [11] nomen ituras,*
*[12] Expediam dictis, [13] & te tua fata docebo.*
*Ille ([14] vides?) [15] purâ juvenis qui [16] nititur haſtâ,*
*Proxima ſorte tenet [17] lucis loca: primus ad auras*
*[18] Ætherias [19] Italo commiſtus ſanguine ſurget,*
*[20] Sylvius, [21] Albanum nomen, [22] tua [23] poſtuma proles.*
*Quem tibi [24] longævo [25] ſerum Lavinia conjux*
*[26] Educet ſylvis [27] regem, [28] regumque parentem:*
*[29] Undè genus [30] longâ noſtrum [31] dominabitur [32] Albâ.*
*[33] Proximus ille [34] Procas, [35] Trojanæ gloria gentis,*
*Et [36] Capys, & Numitor, & qui te nomine [37] reddet,*

1 Ex adverſo ſitos. 2 Luſtrare & diſcernere: ut ſuprà, *Perlegerent oculis omnia.* 3 Dùm per ordinem venient tranſituri. 4 Ex inſpectione. 5 Verba ſunt Anchiſæ. 6 Trojanam, ex Dardano per nos orituram, id eſt, Albanos reges, & Romanos. 7 Poſthac. 8 Ex rebus præclarè geſtis. 9 Qui poſteri futuri ſint ex commixtione gentis Italæ. 10 Claras futuras. 11 Familiam, progeniem. 12 Paucis enarrabo. 13 Et explicabo tibi, quæ tibi fata promittant, id eſt, quæ tibi bella gerenda, eorumque quis futurus ſit exitus. 14 Videſne eum? 15 Non præpilata, ſine ferro. Alii, incruenta. 16 Incumbit, ſuſtentatur. 17 Vitæ, id eſt, primus ex te naſciturus eſt. 18 Cœleſtes. 19 Generatus ex commixtione ſanguinis Trojani cum Italo: quia ex te, & Lavinia, Latini regis filia, naſcetur. 20 In ſylvâ natus, quo fugerat Lavinia, metu Aſcanii, poſt mortem Æneæ. 21 Quod nomen Albanis regibus permanſurum eſt. Albani enim reges omnes ab eo dicti Sylvii. 22 Apoſtrophe ad filium Æneam. 23 Poſt humationem & ſepulturam tuam naſcitura. 24 Longi ævi, ævum cum Diis agenti, id eſt, immortali. 25 Sero partu editum. 26 Edet è ſylvis, in quas fugiet. 27 In regem Albanum. 28 Quia XIII fuerunt Albani reges ab eo orti, Sylviique nomen prætulerunt. Eſt autem hîc Paronomaſia perelegans. 29 A quo. 30 A ſitu. 31 Trecentos ferè annos Sylvii poſteritas Albæ regnaſſe dicitur. 32 In civitate illa Italiæ, quam Aſcanius conditurus eſt, quæ *Alba* dicetur, ab *albâ* ſue illîc inventâ. 33 Non quod ſtatim & immediate poſt Sylvium in mundum ſit venturus, ſed quod proximus in ordine ibi fuerit collocatus, & poſt Sylvium monſtranti Anchiſæ apparuerit. Erit enim decimus tertius rex Albanorum, pater Numitoris & Amulii. Neque juſtum obſervat ordinem noſter, neque conſentiunt hiſtorici, Dion. l. 1. Antiq. Liv. l. 1. Ovid. 4. Faſt. 34 Numitoris & Amulii pater; quorum ille Romuli & Remi avus, à fratre regno exutus, & in carcere detentus fuit. 35 Nam is origo & prima ſtirps Romani populi cenſetur, utpote avus Rheæ Sylviæ, matris conditorum urbis Romæ. 36 Septimus ab Aſcanio, Capeti filius: ut & Numitor decimus quartus, vel quintus. Fuit & alter Capys Trojanus Anchiſæ pater. 37 Repræſentabit.

1 Tertius. 2 Vix enim & ſerò, anno ſc. quinquageſimo tertio recuperavit regnum, quod invaſerat tutor ipſius. 3 A tutore. 4 Ad oſtentationem monſtrant. 5 Umbris cooperta,

*[1] Sylvius Æneas; pariter pietate, vel armis*
*Egregius, [2] ſi unquam regnandam [3] acceperit Albam.*
*Qui juvenes, quantas [4] oſtentant, aſpice, vires,*
*Atque [5] umbrata gerunt [6] civili [7] tempora [6] quercu.*
*Hi tibi [8] Nomentum, & [9] Gabios, urbemque [10] Fidenam;*
*Hi [11] Collatinas imponent montibus arces,*
*[12] Pometios, [13] Caſtrumq; Inüi, [14] Bolamq; [15] Coramq;*
*Hæc [16] tùm [17] nomina erunt: nunc ſunt [18] ſinè nomine terræ.*
*[19] Quin & [20] avo comitem ſeſe [21] Mavortius addet*
*Romulus, [22] Aſſaraci [23] quem [24] ſanguinis Ilia [25] mater*
*[26] Educet: viden' ut [27] geminæ ſtent [28] vertice [29] criſtæ?*
*Et [30] pater ipſe [31] ſuo [32] ſuperûm jam ſignat honore?*

corollis virtute patris inumbrata. 6 Corona quernea, ob cives ſervatos, & urbes conditas. Agell. lib. 5. c. 6. 7 Caput, cui imponebatur civica corona. Synecdoche, Claud. 3. de laud. Stiliconis: *Mos erat in veterum caſtris, ut tempora quercu Velaret, validis fuſo qui viribus hoſte, Caſurum potuit morti ſubducere civem.* 8 Opp. Sabinorum. 9 Antiqui Latii urbem, in via Prœneſtina, Sexti Tarquinii dolo interceptam. 10 Fidenas, Sabinorum opp. *Caſtel Jubileo* hodie, ab urbe 5. mill. 11 Collatiam, Sabinorum opp. in montibus, ab urbe 4. mill. in via Tiburtina. 12 Sueſſam Pometiam, Volſcorum opp. 13 Caſtrum Inüi, id eſt, Panos in Volſcia: hodie *Cervetto*. 14 Æquorum opp. in confinio Latinorum: jamdudùm ſine veſtigiis. 15 Volſcorum opp. hodiè retinens nomen, Cluver. 3. l. Italiæ antiquæ. cap. 8. qui exactiſſimus Italiæ perveſtigator de his conſulendus. 16 Quando hi regnabunt. 17 Urbium & terrarum. 18 Quia incultæ & inhabitatæ. 19 Quin etiam. Miſſis Albanorum regibus & rebus, ad res Romanas tranſit. 20 Romulus, Martis ex Ilia filius. Numitori avo regnum reſtituet, cum eo aliquandiu regnabit, & Amulium expellet. 21 Vide quæ nos ad Florum p. 6. & 7. 22 A quo diductum ſtemma, hinc Capyos, Anchiſæ, Æneæ, illinc Priami. 23 Romulum. 24 De ſanguine Aſſaraci. 25 Romuli ſc. Numitoris filia Ovid. *Ilia cum Lauſo de Numitore ſati.* Hæc & *Rhea* dicebatur. De hac habes. l. 1. Æn. v. 177. Hæc à patruo Amulio per honoris ſpeciem Veſtalis facta, à Marte, cum forte aquam pro ſacris hauſtura exiiſſet, compreſſa fuit, ex quo Romulum & Remum concepiſſe dicitur: quos cum enixa eſſet, ad Tiberim exponi juſſit Amulius, ipſamque apud eundem amnem defodi vivam. Pueri inventi in ripâ, à Fauſtulo paſtore ablati, & uxori Laurentiæ educandi traditi ſunt: ubi cum adoleviſſent, à paſtore de genere ſuo edocti, Amulium trucidant, & Numitori patruo regnum reſtituunt. 26 In lucem edet. 27 Duæ & æquales. 28 In ſummitate galeæ. 29 Supereminentiæ ſive coronæ galearum, in morem criſtarum gallorum gallinaceorum. 30 Mars Romulum, in Deorum numerum relatum, nomine ſuo Quirini & honore inſignit. *Quirinus Martis equis Acheronta fugit.* Hor. 3. l. 3. Ode. Vide quæ nos ad Flor. p. 15. Alii ad Jovem referunt Romuli apotheoſin, utpote cujus ſolius ſit tranſcribere heroas in Deorum album. 31 Proprio & debito ſuperis. 32 Superorum: vel, ſuperum, id eſt, cœleſtem, & ad ſuperos transferendum.

En

*En, [1] hujus, nate, [2] auſpiciis illa [3] inclyta [4] Roma*
*[5] Imperium terris, [6] animos æquabit Olympo,*
*[7] Septemque [8] una ſibi [9] muro circumdabit [10] arces:*
*Felix [11] prole [12] virûm: qualis [13] Berecynthia [14] mater*
*Invehitur curru, Phrygias [15] turrita per urbes,*
*Læta [16] Deûm partu, [17] centum complexa [18] nepotes,*
*Omnes cœlicolas, omnes [19] ſupera alta tenentes.*
*[20] Huc [21] geminas nunc flecte [21] acies, [22] hanc aſpice gentem,*
*Romanoſque [23] tuos: [24] hic [25] Cæſar, & omnis [26] Iüli*
*Progenies, [27] magnum cœli ventura ſub axem.*
*Hic vir, hic eſt, tibi quem promitti ſæpiùs audis,*
*[28] Auguſtus Cæſar, [29] Divûm genus, [30] aurea [31] condet*
*Sæcula qui rurſùs [32] Latio, regnata per arva*

1 Viri Romuli. 2 Incertis & præſidiis. 3 Clara & glorioſa. 4 Roma urbs eſt Italiæ, regina urbium, & totius mundi caput. Vide quæ nos ad Sal. p. 12. 5 Tantum habebit imperium, quantæ erunt terræ. 6 Magnanimitatem Romanorum æquiparabit cœlo, ita ut cœlum mereantur Romani principes. 7 Hunc verſum habes 2. Georg. ſub finem: vide quæ nos ibi. 8 Cum niſi una ſit Roma. 9 Sc. *uno*. 10 Colles, montes. Solent enim veteres montium ſummitates *Arces* vocare. 11 Fœcunditate. 12 Fortium & magnanimorum virorum. 13 Cybele, à *Berecyntho*, monte Phrygiæ. 14 Deorum. 15 Turribus pro corona inſignita; vel, *Quòd primis turres urbibus illa dedit*. 16 Quia tot Deos peperit. 17 Multos. 18 Poſteros à ſe ortos. 19 Cœleſtia regna. 20 Ad hanc partem, quam tibi monſtraturus ſum. 21 Geminum acumen oculorum tuorum. 22 Præcipuam. Tranſit ad celebrationem Cæſaris Dictatoris & Auguſti. 23 A te deſcenſuros, & tibi promiſſos. 24 In hoc cœtu eſt. 25 Julius Cæſar, quem, cæteris regibus omiſſis, Romulo adjungit, ut ſecundum conditorem. 26 Ab Iülo deſcenſura. 27 Aſſecutura divinum honorem. 28 Vide quæ nos ad Flor. p. 258. 29 Al. *Divi*, id eſt, C. Julii Cæſaris. Fuit enim Auguſti avunculus major. 30 Ecl. 4. Tanta enim tranquillitate, devictis primum hoſtibus, totos quadraginta annos remp. gubernavit, ut nova mundo facies inducta videretur; adeò ut ejus tempora *Aurea ſæcula* dicta fuerint. Hoc tempore tam pacifico, Chriſtus, Dei filius, Princeps pacis, naſci voluit, ut pace nihil melius, nihil ſibi gratius eſſe nobis oſtenderet. Cæterum ex variis hominum moribus quatuor ætates Poëtæ effecerunt, quibus pro morum qualitate à metallis nomina impoſuerunt. Prima enim *Aurea* fuit appellata, quod optimis moribus illo tempore, quo Saturnus regnavit, homines floruerint. Secunda *Argentea*, quòd, quo tempore cœpit regnare Jupiter, in vitia homines inclinare cœperint. Tertia *Ærea*, quam bella occuparunt. Quarta *Ferrea*, quod in eâ à nullo crudelitatis genere homines abſtinuerint. Lege Ovid. Met. 1. Fab. 3. & 4. 31 Perpoliet, in talem ſplendorem producet, ut pro novis haberi poſſint. Sic Flor. 143. 1. *Hic*, ſc. Tullus Hoſtilius, *omnem militarem diſciplinam, artemque bellandi* condidit. Sic gentem Tyriorum *condidit* Alexander. Juſtin. 18, 4, 1. Imperium Carthaginenſium Mago. Juſtin. 19, 1, 1. 32 In Italiâ.

1 *Saturno quondam: 2 ſuper & Garamantas, & Indos*
*Proferet imperium: jacet 3 extra ſidera 4 tellus,*
*Extra anni, 5 Solisque vias: 6 ubi 7 cœlifer 8 Atlas*
*9 Axem humero 10 torquet ſtellis 11 ardentibus 12 aptum.*
*13 Hujus in adventu jam nunc & 14 Caſpia regna*
*15 Reſponſis horrent Divûm, & 16 Mæotica tellus,*
*Et 17 ſeptem gemini 18 turbant 19 trepida oſtia 20 Nili.*
*21 Nec verò 22 Alcides 23 tantum telluris obivit:*
*24 Fixerit 25 æripedem cervam licet, aut 26 Erymanthi*
*27 Placârit nemora, & 28 Lernam tremefecerit arcu.*
*Nec, 29 qui 30 pampineis 31 victor 32 juga flectit habenis,*
*Liber agens celſo Nyſæ de vertice tigres.*
*33 Et dubitamus adhuc virtutem 34 extendere factis?*
*Aut metus Auſoniâ prohibet conſiſtere terrâ?*

1 A Saturno. 2 Ultra Garamantas, populos inter Libyam & Africam juxtà Zonam torridam, & Orientales populos, ad quorum fines nullius adhuc gentis imperium pervenit, imperium extendet, prolatabit.

3 Ultra Cancri & Capricorni Tropicos, intra quos Zodiacum perambulat Sol. 4 Quædam regio. 5 Duodecim ſignorum Zodiaci, quibus annus deprehenditur, & per quæ Sol decurrit. 6 In qua tellure. Æthiopiam ſignificat, quæ Atlantem reſpicit. Hæc quoque regio à Romanis ſubjugata fuit, duce M. Petronio. 7 Cœlum ferens. 8 Mons Mauritaniæ. 9 Cœleſtem globum: cùm propriè poli extremi, in quibus univerſa machina volvitur, Axes dicantur: ſumpta Metaphora à currus parte, cui rotæ inſeruntur. 10 Suſtinet, regit. 11 Ardenter reſplendentibus. 12 Vicinum ſive conjunctum, vel conſperſum & confertum. 13 Ad adventum Auguſti. 14 Quæ tellus, & regna Caſpia, id eſt, Parthica, Aſſyria, Perſica, &c. 15 Suet. in Cæſ. auctor eſt, oraculis Divorum reſponſum, toto orbi naſciturum invictum imperatorem: quod poſteà ad Auguſtum retulêre. Quod ſanè non ad Auguſtum, ſed ad Chriſtum referri debuit. 16 Scythica, ubi eſt Mœotis palus, id eſt, Scythæ & Sarmatæ. 17 In ſeptem oſtia diviſi, ſeptem oſtiis mare intrantis. 18 Se ſe, vel turbantur. Enallage generis. 19 Quia Cæſar & Auguſtus Ægyptum ſubactum ſunt [illegible]. 20 Ægypti fluvii, Mediterraneum mare intrantis, omnium maximi, Aſiam ab Africa diſcriminantis. 21 Terris ab Hercule & Baccho devictis anteponi Auguſti victorias. 22 Hercules. 23 Quantum Auguſtus. Celebrantur paſſim 12. labores Herculis: de quibus vide, quæ nos breviter congeſſimus ad Sal. p. 317. & ſeqq. 24 Confixerit ſagittis. 25 Habentem æreos pedes, id eſt, veloces, χαλκόποδα. 26 Montis Arcadiæ. 27 Occidendo aprum ferociſſimum. 28 Hydram in Lernâ palude confecerit. 29 Bacchus ex India, in qua urbs Nyſa, victor, vehebatur curru, quem traxerunt tigres junctæ, quam ille regebat pampineis habenis. 30 Ex frondibus vitium factis. 31 Voti compos. 32 Montium. 33 Et dubitamus tamen per virtutem arduam graſſari ad tantam gloriam, tantum imperium, tantos nepotes? 34 Ampliare.

1 *Quis*

[1] *Quis procul ille autem ramis inſignis* [2] *olivæ,*
[3] *Sacra ferens?* [4] *noſco crines,* [5] *incanaque menta*
[6] *Regis Romani: primus qui* [7] *legibus* [8] *urbem*
[9] *Fundabit,* [10] *Curibus parvis, &* [11] *paupere terrâ*
*Miſſus in imperium* [12] *magnum:* [13] *cui deinde* [14] *ſubibit,*
[15] *Otia qui rumpet* [15] *patriæ,* [16] *reſideſque movebit*
[17] *Tullus in arma viros, &* [18] *jam deſueta* [19] *triumphis*
[20] *Agmina:* [21] *quem juxta ſequitur* [22] *jactantior*
[23] *Ancus,*

1 Recte deſertoria ratione ad reges Romanos: quoniam verò ſucceſſio regiæ ſtirpis in Romulo defecit, fingit ſe ægre agnoſcere Numam, à Curibus, Sabinorum urbe, accitum in regnum Rom. pacis, religionis, legum latorem. 2 Oleæ, quæ arbor Minervæ ſacra, & pacis inſigne eſt. Numa autem pacis amator erat. 3 Quia etiam valde erat religioſus. 4 Agnoſco ex crine & valdè cana barba Numam ſecundum regem Romanorum. *Sed de his regibus, & illuſtribus viris, qui ſeq. videndi Dionyſius, Livius, Plutarchus, hiſtorici que alii.* 5 Valde cana. Nam 80 annos natu deceſſiſſe fertur. 6 Numæ Pompilii, ſecundi Romanorum regis, Pomponii filii. Numæ geſta ſcribunt Liv. l. 1, 18. & ſeqq. Eutrop. 1, 1. Val. Max. 1, 2, 1. Plin. 13, 13. Ov. Met. 15. Fab. 44. Plut. in vitâ Numæ. Dionyſ. 2, 59. Flor. l. 1. c. 2. 7 Religioſis. 8 Romam. *Urbem* cum dicimus, κατ' ἐξοχὴν intelligimus Romam. Nam proprie hæc *urbs* dicta; cæteræ, hac unâ exceptâ, *oppida* ſunt vocitata: vel ab *ope*, quòd *opis* cauſa mœnibus cingantur: vel ab *opere*, quòd *opus* ſint ad vitam gerendam: vel ab *opponendo* ſe hoſtibus: vel ab *opibus*. Hujus enim rei gratiâ mœnia conſtituta ſunt, ut homines *opes* ſuas eò conferrent, ubi nullum eſſet hoſtium periculum. Vide quæ nos ad Flor. p. 6. 9 Inſtruet, ſtabiliet. 10 De civitate illa parva Sabinorum. Declinatur autem, *hæ Cures, harum Curium, &c.* undè Quirites dicti putantur, ab haſtis ſc. quas Sabini *Cures* vocabant. 11 Reſpectu Romani imperii. 12 Romanum ſc. in quo propter vitæ integritatem confirmatus fuit. Lege Liv. l. 1. ab V. C. 13 Regi Numæ. 14 Succedet. 15 Pacem, quam in patriâ inveniet à Numâ conſtitutam. Pacem enim ſub Numâ 43. annis integram habuerunt Romani. 16 Otio deditos, ſegnes excitabit. 17 Tullus Hoſtilius, tertius Romanorum rex, populi juſſu, Patrum autoritate creatus, militari iterum diſciplinâ armiſque ſeneſcentem populi Romani virtutem acuet. Albanos trigeminorum Horatiorum pugna in poteſtatem redactos, Alba diruta, Romam traduxit. Hunc Livius dicit nepotem fuiſſe illius Hoſtilii, qui fortiter pugnans adverſus Sabinos, in lacum Curtium lapſus eſt, qui deinde *lacus Hoſtilius* dictus eſt. Regnavit Hoſtilius annis 32. fulmine ictum cum regia, uxore, filiis, omnique familia conflagraſſe, ex Plinio & Dionyſio liquet. Vitam Tullii Hoſtilii Regis ſcribunt Liv. 1, 22. Dionyſ. l. 3. Eutrop. 1, 9. Flor. 1, 3. Val. Max. 3, 4, 1. 7, 4, 1. 9, 12, 1. 18 A tempore, quo Numa regnare cœperat. 19 Quia ad eos non pe venitur ſine pugna. 20 Milites agminatim incedere ſolitos. 21 Tullum Hoſtilium. 22 Arrogantior, quod ſc. ex regia Numæ ſtirpe prognatus eſſet: quam nobilitatem præcedens Tullus jactare non poterat. 23 Ancus Martius, Numæ ex filia & Martio Pontifice nepos, populi juſſu, Patrum autoritate quartus Romanorum rex declaratus eſt. Imperavit annis 14. relictis duobus filiis. Dictus autem *Ancus* ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, id eſt, *à cubito*, quem incurvum habuit. De hoc lege Liv. l. 1. Flor. l. 1. c. 2. & quæ nos ibid. Dionyſ. l. 3. Claud. in Gild. 109.

a Quippe cui, regia ſtirpe genito, omnium ordinum conſenſu & favore regnum deferretur.
b Aſſentationibus ac favoribus populi.

*Nunc quoque jam nimiùm* [1] *gaudens* [2] *popularibus auris.*
*Vis & [3] Tarquinios [4] reges, [5] animamque ſuperbam*
*[6] Ultoris [7] Bruti, [8] faſceſque videre [9] receptos?*
*[10] Conſulis imperium [11] hic primus, [12] ſævaſq; ſecures*
*Accipiet: [13] natóſque pater, [14] nova bella moventes,*
*[15] Ad pœnam [16] pulchrâ pro libertate [17] vocabit,*
*Infelix: [18] utcunque [19] ferent [20] ea facta minores:*
*[21] Vincet amor patriæ, laudumque immenſa cupido.*

Metaphora. Horat. Od. 2. L. 3. *Nec ſumit* (virtus) *aut ponit ſecures Arbitrio popularis auræ.* *Aura* propriè eſt lenior ventorum flatus. 3 Tarq. Priſcum, quietum regem; & Tarq. Superbum, ſeptimum: omiſſo Servio Tullio, qui ſextus; Fortè quia à ſerva natus eſt, & à Tarquinio genero trucidatus; per cujus cadaver filia carpentum egit. 4 Romanos. De Servio Tullio ſcribunt L. l. 5. Flor. l. 1. c. 6. Dionyſ. l. 4. c. 1. Valer. Max. 1, 6, 1, &c. 5 Animum nobilem, illuſtrem ac generoſum: quippe qui populum R. Tarquinii Superbi Tyrannide oppreſſum in libertatem vindicare auſus fuerit, exactis urbe regibus Tarquiniis. 6 Superbiæ Tarquiniorum, & Sexti, Tarquinii filii, violatoris Lucretiæ. 7 Cognomen illud ille obtinuit à ſimulata ſtultitia, cùm verum ei nomen L. Junio eſſet. Fuit autem M. Juni filius, ex Tarquinia, regis Superbi ſorore, natus. Cum enim ob opulentiam occiſo patre & fratre, ſibi quoque à Tarquinio metueret, ſub hac perſonna latuit, donec captaoccaſione prorumperet. Ovid. 2. Faſt. *Brutus erat ſtulti ſapiens imitator, ut eſſet Tutus ab inſidiis, dire Superbe, tuis.* 8 Imperium conſulare. Nam 12. lictores (ferentes ante conſules Romanos faſces virgarum, in quibus ſecuris incluſa erat, quibus ſignificabant ſe jus habere in corpus) item corona aurea, ſella eburnea in triumphis, quæ regum ad id tempus uſque fuerant, conſularia inſignia deinceps facta ſunt. De quibus vide quæ nos ad Sal. p. 73. b. & 74. a. ad Val. Max. p. 3. & 187. & ad Flor. p. 27. *Faſcis* proprie eſt lignorum aliarumve rerum congeries, quam ligando facimus. 9 De Etruſcis, à Romanis principibus. 10 Conſulere. Brutus enim cum Tarquinio Collatino primum conſulatum geſſit, ſed cum plebi Tarquinium nomen, ob Tarquinii Superbi tyrannidem, inviſum eſſet, collegæ auctor fuit, ut ſponte ſe conſulatu abdicaret, quod & feciſſe eum ſcribit Livius, cujus in locum Brutus Valerium Publicolam ſuffecit. 11 Brutus. 12 Quibus in filios ſæve uſus eſt. 13 Filios ſuos duos inter alios nobiles juvenes de reducendis Tarquiniis conjuratos, ipſe Brutus primus cum Tarq. Collatino Conſul virgis cæſos ſecuri feriri jubebit. 14 Bella inteſtina, ſive proditionem contra conſules Romanos. 15 Ad capitis ſupplicium. Utrique enim (ut jam diximus) magnâ populi miſeratione caput amputatum. 16 Ad libertatem partam melius conſervandam. 17 Depoſcet, & produci curabit. 18 Utcunque judicabunt poſteri de hoc Bruti facto, patriæ tamen amor & juſtitiæ laus præponderabunt naturalem affectum. 19 Accipient, & patientur, id eſt, ſive laudabunt, ſive vituperabunt. 20 Bruti ſc. quibus ille ſæviit in liberos ſuos. 21 Rumores populi ſc.

Quin

[1] *Quin* [2] *Decios*, [3] *Druſoſque procul*, [4] *ſævumque ſecuri*
*Aſpice* [5] *Torquatum*, *&* [6] *referentem* [7] *ſigna* [8] *Camillum.*
*Illa autem*, [9] *paribus quas fulgere cernis in armis*,
*Concordes* [10] *animæ* [11] *nunc*, *& dùm* [12] *nocte premuntur*;
*Heu! quantum inter ſe bellum*, *ſi* [13] *lumina vitæ*
*Attigerint*; *quantas* [14] *acies*, [15] *ſtragemque ciebunt*?
[16] *Aggeribus* [17] *ſocer Alpinis*, *atq; arce* [18] *Monœci*
*Deſcendens*; [19] *gener* [20] *adverſis inſtructus Eois.*
[21] *Ne*, [22] *pueri*, *ne* [23] *tanta animis* [24] *aſſueſcite bella*,
*Neu patriæ validas* [25] *in viſcera vertite vires.*
[26] *Tuque prior*, *tu* [27] *parce*, [28] *genus qui ducis* [29] *Olympo*,
[30] *Projice* [31] *tela manu*, [32] *ſanguis meus.*

1 Quin etiam. Tranſit obiter ad Conſules, quorum virtus Remp. Romanam auxit. 2 Patrem & filium, qui ſe pro ſalute legionum & patriæ devoverunt, pater bello Latino, filius Gallico.

3 Neronem, qui Haſdrubalem fratrem Annibalis cum exercitu vicit, & Claudium, Auguſti privignum, qui Germanos domuit. 4 T. Manlium, qui Dictator filium ſuum ſecuri cædi juſſit, quod provocatus ab hoſte contra imperium paternum pugnaſſet, utcunque feliciter. 5 T. Manlium Dictatorem intelligit, qui ſingulari certamine cum Gallo congreſſus, acciſo, aureum torquem detraxit, ex quo *Torquati* nomen nactus eſt. 6 Quæ Galli, duce Bremo, abſtulerant, victis hoſtibus, & urbe ſibi reſtituta. Liv. 5. Plutarch. in Camillo. Polyb. 2. Florus. l. 1. cap. 13. 7 Vexilla. 8 Intelligit Furium Camillum, qui Gallos, Romam opprimentes, tota Italia expulit. 9 Æque potentibus. 10 Cæſaris & Pompeji: quorum ille ſuperiorem, hic parem ferre non potuit. 11 Apud Inferos. 12 Nondum ingreſſæ vitam; *vel*, quamdiu hîc apud umbras ſunt. 13 Plenam vitæ ætatem. 14 Quanta prælia. 15 Cladem, occiſionem, cadaverum interfectorum multitudinem concitabunt? 16 Per montes Alpinos, id eſt, Alpes, per quos Cæſar Germanorum & Gallorum robore inſtructus adverſus Pompejum generum in Italiam deſcendit. 17 Cæſar, cujus filia Julia Pompejo nupſerat. 18 Ubi Hercules Monœcos, id eſt, ſolus colitur: ubi Hercules contra Ligures à Jove auxilium impetraſſe dicitur; nam lapidibus pluit, & ita ſolus ibi manſit, ὡς μόνος οἰκῶν: unde videtur dictus à μόνος *ſolus*, & οἰκέω *habito*. 19 Pompejus ciebit milite ſuo & auxiliis regum & pop. Orientalium inſtructus. 20 Ex adverſo venientibus: quia Galli ad Occidentem vergunt. 21 Dehortatur, blande & cum affectu compellatos ſenex à bello civili. 22 Familiæ meæ filii. 23 Quanta geſturi eſtis, ſi animum non repreſſeritis. 24 Aſſuefacite. Enallage generis. Sic Flor. 4, 11, 43. *Armenios*, *victo rege Tigrane*, *in hoc unum ſervitutis genus Pompejus* aſſueverat, *ut rectores à nobis acciperent*. 25 In concives per bella inteſtina. 26 Cæſar, victor, qui certè victoriâ clementer uſus eſt. 27 Abſtine à bello. 28 Propter Venerem, Æneam, Iülum, undè duxit Cæſar originem. 29 A Jove, rectore Olympi. 30 Jace procul. 31 Arma, belli inſtrumenta. 32 Qui de ſanguine meo orituru es.

1 L. Mummius, qui vicit Achæos, Corinthum delevit, triumphans egit currum ad Capitolium, pro more triumphantium. 2 Cum triumpho devicta. 3 Ad arcem Romanam, in quâ Jupiter colebatur. Mos enim erat, triumphantes curru in urbem & Capitolium invehi. Dictum eſt autem *Capitolium* à *capite Toli* cujuſdam hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta. Anteà enim *arx Tarpeja* aut *Tarpejus* hic mons dicebatur, à virgine Veſtali *Tarpejâ*, quæ ibi à Sabinis necata & ſepulta eſt. Liv. l. 1.

*1 Ille 2 triumphatâ, 3 Capitolia ad alta, 4 Corintho,*
*Victor aget 5 currum, 6 caſis inſignis 7 Achivis.*
*8 Eruet 9 ille 10 Argos, 11 Agamemnoniaſq; Mycenas,*
*12 Ipſumq; Æaciden, 13 genus armipotentis 14 Achilli:*
*Ultus 15 avos Trojæ, templa & 16 temerata Minervæ.*
*Quis te, 17 magne Cato, 18 tacitum, aut te, 19 Coſſe, relinquat?*
*Quis 20 Gracchi genus? aut 21 geminos, duo 22 fulmina belli,*
*23 Scipiadas, 24 cladem Libyæ? 25 parvoque potentem*
*Fabricium? Vel te 26 ſulco, 27 Serrane, ſerentem?*
*Quò feſſum rapitis 28 Fabii? 29 tu Maximus ille es,*

4 Urbe Achajæ, duobus inclytâ portubus. 5 Triumphalem. 6 Occiſis. 7 Populis in Peloponneſo, id eſt, Achæis, Chalcidenſibus & Bœotis. 8 Funditus evertet & delebit. 9 Alius ſc. Q. Metellus. 10 Oppidum illud Argivorum. 11 Et Mycenas, Peloponneſi urbem, non procul ab Argis à Perſeo, Danaës filio, ædificatum, Agamemnonis patriam. 12 Et alius ſc. Curius Dentatus vincet ipſum Æaci nepotem Pyrrhum, Epirotarum regem: hunc enim Curius Dentatus Italiâ expulit & vicit, 20. hoſtium millibus cæſis. 13 Qui eſt de genere. Appoſitio. 14 Achillis. Genitivus Græcus. 15 Majores ſuos Trojanos, unde Romani originem ducturi ſunt. 16 Profanata, polluta à Græcis furto Palladii & ſtupro Caſſandræ: quorum hoc ab Ajace, Oilei filio; illud ab Ulyſſe & Diomede perpetratum fuit. 17 Cato major, Cenſorie: qui max. Orator, max. Imperator, max. Senator fuit. 18 Tacendo de te. 19 Cornelius Coſſus, victo Larte Tolumnio, Vejentium rege, opima ſpolia Jovi Feretrio tulit. 20 Sempronium & filios Tiberium & Cajum, ex Corneliâ, viros eloquentia claros, ſed infelices. 21 Duos. Numerus diſtributivus pro cardinali. 22 Terrores. 23 Majorem & Minorem Africanum. 24 Stragem Carthaginenſium. Scip. Major Carthaginem tributariam fecit, Minor delevit. 25 Continentem, in re tenui repudiantem à Samnitum legatis oblatum aurum, dicentemque, *Malle ſe aurum habentibus imperare, quam aurum habere.* 26 Al. *ſulcos.* 27 Cincinnatum intelligit civem Romanum Atiliæ gentis: cui agrum colenti delata ob virtutem dictatura eſt, teſte Livio. *Serranus* autem à *ſerendo* dictus eſt: quòd ab iis, qui dictaturam ei delatam nunciabant, agellum *ſerere* inventus fuerit. Plin. l. 18. c. 3. De Fabiis, vide quæ nos ad Sal. p. 201. a. & b. Val. Max. p. 71. & Flor. p. 50. Hoc ſolummodò addam, quod cognomen hoc *Fabiorum* ſortiti ſint ex re ruſticâ, nempè à *fabarum* ſatione, ſicut alii veterum haud infimæ ſortis. Ita Cicerones, Piſones, ac Lentuli ob ciceres, piſa, lenteſque eximiè ſatos, generoſum familiæ nomen adinveneêre. 28 Cujus familiæ 306. uno prælio contra Vejentes ad Cremeram fl. interierunt. 29 Q. Fabium Maximum innuit, qui cedendo ſequendoque vicit Hannibalem.



Digitized by Google

*[1] Unus qui [2] nobis [3] cunctando [4] reſtituis rem.*
*[5] Excudent [6] alii [7] ſpirantia [8] molliùs [9] æra:*
*Credo equidem, vivos [10] ducent de marmore [11] vultus:*
*[12] Orabunt cauſas meliùs: [13] cœlique meatus*
*[14] Deſcribent radio, & [15] ſurgentia ſidera dicent.*
*Tu regere [16] imperio populos, Romane, memento,*
*([17] Hæ tibi erunt artes) pacique imponere [18] morem;*
*[19] Parcere ſubjectis, & [20] debellare ſuperbos.*
*Sic [21] pater Anchiſes; atque [22] hæc [23] mirantibus addit:*
*Aſpice, [24] ut inſignis [25] ſpoliis [26] Marcellus [27] opimis*
*Ingreditur, victorque viros [28] ſupereminet omnes.*

1 Solus. De quo ſic ſcripſit Ennius: *Unus homo nobis cunctando reſtituis rem.* 2 Generi noſtro, id eſt, populo Romano. 3 Morando, moram trahendo, & ſic Hannibalem illudendo, Undè *Cunctator* appellatus eſt. Lege Flor. & quæ nos ibid. p. 103. 4 Al. *reſtituet*: quod non diſplicet. 5 Excudendo effingent. Ab enumeratione illuſtrium Imperatorum, tranſit ad partitionem rerum, in quibus diverſæ gentes excelluerant; q. d. Alii aliis artibus præſtabunt, ac Romani, belli ſtudiis, & rei militaris artibus omnes alios populos ſuperabunt, toti orbi imperabunt, defendent afflictos, & injurios atque in olentes bellis compeſcent. 6 Corinthios innuere videtur. 7 Quaſi ſpiritum habere apparentia. Fuſoriam intelligit & conflaturam metallorum. 8 Dulciùs & magis ad vivum. 9 Signa ærea. 10 Quod ſucceſſu temporis fundent. 11 Statuariam innuit, quæ ars vivas perſonarum quarumlibet effigies imitatur. 12 Alii (ut Athenienſes, qui eloquentia claruerunt) oratione cauſam, alicujus melius defendent, agent. Sic Terent. Phor. 1, 5. *Servum hominem* cauſam orare *leges non ſinunt.* 13 Aſtrorum motum & curſus. 14 Alii (ut Chaldæi & Ægyptii, qui Aſtronomiâ inſignes fuêre) deſcribent virga, qua in pulvere Geometræ deſcribunt menſuram atque ſitus rerum, locorumque earum. *Radius* propriè eſt ſplendor à Sole emicans. Item textoris inſtrumentum. *Radii* quoque in rotis dicuntur, qui hinc centro, illinc canthis inſeruntur. Inſtrumentum etiam quo raduntur menſuræ: quod alio nomine *Hoſtorium* nominant. 15 Quæ ſigna & quando ſurgant, id eſt, peritiores erunt Geometriæ & Aſtronomiæ. 16 Per imperium. 17 Sequentes ſc. 18 Leges, id eſt, moderari pacem. 19 Ignoſcere, veniam & impunitatem dare ſubditis ac ſe dedentibus. 20 Imperio parêre detrectantes, rebelles bello proſequi. 21 Sc. *locutus eſt.* Verba ſunt Virgilii, qui novam narrationem texentem inducit Anchiſen. 22 Sequentia. 23 Dùm Æneas & Sibylla mirarentur. 24 Quomodo. 25 Interfecto Gallorum duce Viridomaro ad Claſtidium oppidum, detractiſque eidem opimis ſpoliis. 26 Claudius Marcellus, qui docuit Annibalem poſſe vinci. 27 Magnificis, egregiis, amplis, principi exercitus hoſtium, ſc. Viridomaro, Gallorum duci, detractis. *Opima* enim *ſpolia* vocantur arma, quæ dux occiſo à ſe hoſtium duci detrahit. Dicuntur autem ferè *Opima*, non addita voce *ſpoliorum*, intellecta tamen. Ita Sen. Herc. Fur. Opima *victi regia ad ſuperos refert.* 28 Excellit gloria rei militaris, prudentia & virtute.

Hic

Digitized by Google

*Hic rem Romanam, magno [1] turbante tumultu,*
*[2] Siſtet [3] eques: [4] ſternet [5] Pœnos, [6] Gallùmque [7] rebellem,*
*[8] Tertiaq; [9] arma [10] patri ſuſpendet [9] capta [11] Quirino.*
*Atque [12] hîc Æneas: ([13] unà namque ire videbat*
*Egregium formâ juvenem, & fulgentibus armis;*
*Sed [14] frons [15] læta parùm, & [16] dejecto [17] lumina [18] vultu)*
*Quis, pater ille, [19] virum qui ſic comitatur [20] euntem?*
*Filius? an'ne aliquis [21] magnâ de ſtirpe [22] nepotum?*
*Quis [23] ſtrepitus [24] circa comitum! [25] quantum inſtar in ipſo eſt!*
*Sed [26] nox atra [27] caput triſti circumvolat umbrâ.*
*Tùm [28] pater Anchiſes lacrymis [29] ingreſſus obortis:*
*O nate, ingentem luctum ne quære [30] tuorum.*
*[31] Oſtendent terris hunc tantum fata; neque [32] ultrà*
*Eſſe ſinent: [33] nimium vobis Romana [34] propago*

1 Sc. tum, id eſt, dum magnus erit tumultus. Tumultus autem erat, cum ex ſubito & vicino plerumque bello ſumma oriebatur perturbatio. Ideò tunc, indicto Senatus decreto juſtitio, ſaga ſumebantur. Nec enim Juridicendo vacare ſe debere prudenter exiſtimarant, cum ſecuros fortè cives aut mitiora ſperantes præſentis ac magni periculi ſuo ipſi exemplò admonere debebant, & leges fruſtrà exerceri oſtendere, ni imminens iis pernicies armis omnium averteretur. Nec id ſufficiebat, etiam delectus iſto tempore & in Urbe & in Italiâ habebatur promiſcuè, nec ullum excuſabat vacatio. 2 Tranquillam faciet. 3 De ordine equeſtri. 4 Quod fecit bis ad Nolam, devicto Annibalis exercitu. 5 Punicos. 6 Viridomaro occiſo, & reliquis Mediolanum fuga ſe recipientibus. 7 Quod ſæpius victus, & in deditionem receptus, iterùm bellum inſtaurat, & victoris Imperium detrectat, ut ex Cæſare conſtat. 8 Nam prima Romulus Jovi Feretrio, Acrone, Cæninenſium duce, occiſo; ſecunda Corn. Coſſus, obtruncato Larte Tolumnio, Vejentium rege, ſuſpenderant: de quibus Ep. Liv. 20. 9 Opima ſpolia. 10 Patriæ patri, ipſique urbis conditori. 11 Romulo, ſed tamen Jovi Feretrio dedicata. 12 Hoc loco, vel hoc tempore ſc. *ait*. 13 Simul cum M. Claudio Marcello, qui ab Hannibale per inſidias cæſus fuit. 14 Sc. *ejus erat*. 15 Quia citò moriturus erat. 16 Ad terram inclinato, quod vicinæ mortis indicium eſt. 17 Oculi ſc. *erant*. 18 In vultu. 19 Cl. Marcellum Cos. 20 Ingredientem cum victoria & opimis ſpoliis. 21 Egregia. 22 Poſterorum noſtrorum à nobis deſcenſurorum. 23 Plauſus & popularis favor, ac pompa frequens Romanorum funus ejus ſequentium. 24 Eum. 25 Quanta indoles & ſpes ad ſummos honores & gloriam? *vel*, quàm refert ſuperiorem illum Marcellum? unde ſperandum eſt fore, ut illum virtute æquiparet. 26 Caligo denſa, vel mors. Catul. Nox *eſt perpetuò una dormienda*. 27 Ejus. 28 Æneæ. 29 Sc. *eſt*, id eſt, loqui cœpit. 30 Minorum, ut Auguſti & Octaviæ. 31 Introibit vitæ hoc theatrum, tantùm ut exeat, natus enim annos 18. aut ut alii. 20. interiit Ant. Muſæ medici incuria. 32 Sc. *in terris*. 33 Invidiſtis ſc. Romanis diuturnam vitæ ipſius uſuram, & perpetuum tanti viri futuri donum. 34 Propagatio, progenies Romana, id eſt, Romani ab ipſa Æneæ poſteritate propagati. Metaphora, à vitis eâ parte, quæ paulatim ducitur, & latiùs atque latiùs extenditur.

Viſa

*Viſa potens, Superi,* [1] *propria hæc ſi* [2] *dona fuiſſent.*
[3] *Quantos ille virûm magnam* [4] *Mavortis ad urbem*
[5] *Campus* [6] *aget gemitus! vel quæ,* [7] *Tiberine, videbis*
[8] *Funera, cum tumulum præterlabêre* [9] *recentem!*
*Nec puer* [10] *Iliacâ quiſquam de gente* [11] *Latinos*
[12] *In tantum ſpe* [13] *tollet avos: nec* [14] *Romula quondam*
*Ullo ſe* [15] *tantum tellus jactabit* [16] *alumno.*
*Heu pietas, heu* [17] *priſca fides, invictaque bello*
*Dextera! non illi* [18] *quiſquam ſe impunè tuliſſet*
[19] *Obvius armato; ſeu cùm pedes iret in hoſtem;*
*Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos.*
*Heu* [20] *miſerande* [21] *puer!* [22] *ſi* [23] *quà fata* [24] *aſpera rumpas,*
*Tu* [25] *Marcellus eris:* [26] *manibus date lilia plenis:*
[27] *Purpureos ſpargam flores,* [28] *animamq;* [29] *nepotis*
*His* [30] *ſaltem* [31] *accumulem donis, & fungar* [32] *inani*
*Munere.* [33] *Sic totâ paſſim* [34] *regione* [35] *vagantur.*

1 Perpetua: ut l. 2. Propriamque dicabo. Sic Ter. Andr. 4, 3. Nihilne eſſe proprium cuiquam? 2 Si Romanis ſua felicitas per Marcellum diuturna fuiſſet. 3 Quanto luctu, quanta pompa ducetur funus illius in campo Martio, juxta Tiberim ſexcentis ſc. lectis ornatum. 4 Martis urbem, id eſt, à Romulo, Martis filio, conditam, Epentheſis. 5 Martius. Eſt autem Metonymia: neque enim campus ipſe, ſed frequens populi Rom. multitudo cariſſimum ſibi principem lugebat. 6 Excitabit, ducet. 7 Deus Tiberis. 8 Quod ſumus. 9 In quo recens aggeſto ipſius Marcelli cineres conditi ſint. 10 Trojana. 11 Italicos. 12 Uſque adeò. 13 Eriget parentes & propinquos, quibus de ſe egregium virtutis ſpecimen polliceri viſus fuerit. 14 Romulea, Romana. 15 Quantum de hoc uno. 16 Quem aluerit & genuerit: q. d. nullo principe tam ſe efferet Roma, quam hoc Marcello. 17 Antiqua fidelitas, quæ ex hujus indole deprehendetur. 18 Sc. *obvius.* 19 Obviam. Enallage partis: *vel*, obvium. Enallage caſus. 20 Miſeratione digne. 21 Pathos ab ætate. 22 Quod ſi Deorum benignitate, aut quâ ratione aliâ poteris fatalem moriendi neceſſitatem effugere, tu verè eris Marcellus. Fertur Poëta recitaſſe librum hunc ſextum coram Auguſto, præſente Octaviâ, quæ audito nomine filii ſui, quod ille hucuſque ſuſpenderat, ſpiritu defeciſſe dicitur; refocillata tandem fletu atque ejulatu omnia miſcuiſſe, ſed Poëtæ pro ſingulis hujus argumenti verſibus dena ſeſtertia dari juſſiſſe. 23 Aliqua ratione. 24 Inimica vincas. 25 Octaviæ filius. 26 Hortatur poſteros Romanos ad perſolvenda puero magnifico apparatu juſta. 27 Ut inſpergam tumulo mortui roſas. 28 Pro more funerum ornandorum, maximè in juvenum funeribus, quorum immaturam mortem referebant flores illi decerpti ſparſique. 29 Marcelli. 30 Ut minimùm floribus, quandoquidem alio munere eum cumulare non poſſum. 31 Augeam, coacervem. 32 Nihil profuturo defuncto, cujus nullius ſenſus ad eum ſit perventurus: quia pompa funebris ſolatio eſt vivis, non mortuis. 33 Talia dicendo redit ad narrationem, undè digreſſus fuerat. 34 Sc. in. 35 Anchiſes, Æneas & Sibylla.



Digitized by Google

[1] *Aëris in campis latis, atque omnia* [2] *luſtrant.*
*Quæ poſtquam Anchiſes* [3] *natum per ſingula duxit,*
*Incenditque animum* [4] *famæ venientis amore:*
*Exin bella* [5] *viro memorat, quæ deinde* [6] *gerenda;*
[7] *Laurenteſque docet populos, urbemque* [8] *Latini,*
*Et* [9] *quo quemque* [9] *modo fugiatque feratque laborem.*
[10] *Sunt* [11] *geminæ* [12] *Somni portæ: quarum altera* [13] *fertur*
*Cornea, quâ veris facilis datur exitus* [14] *umbris:*
[15] *Altera candenti perfecta nitens.* [16] *elephanto,*
*Sed* [17] *falſa* [18] *ad cœlum* [19] *mittunt* [20] *inſomnia* [21] *manes.*
[22] *His* [23] *ubi tùm natum Anchiſes, unàque Sibyllam*
*Proſequitur* [22] *dictis, portaque* [24] *emittit* [25] *eburnâ:*
[26] *Ille viam* [27] *ſecat ad naves,* [28] *ſocioſque reviſit.*
*Tùm ſe ad* [29] *Cajetæ* [30] *recto fert* [31] *littore portum:*
*Anchora de* [32] *prora* [33] *jacitur; ſtant* [34] *littore* [35] *puppes.*

1 Aëris: ubi umbræ aëriæ. 2 Circumſpiciunt & diſquirunt. 3 Filium ſuum Æneam. 4 Futuræ laudis. 5 Æneæ. 6 In Italia, cum Turno & Mezentio. 7 Erudicat populos Laurentum, Latii oppidum incolentes, ad quos acceſſurus eſt, quidque cum iis ſit tractaturus. 8 Regiam Latini regis, oppidum Laurentum. 9 Quomodo. Tmeſis. 10 Apud inferos. Totius libri Epilogus, conſtans deſcriptione portarum Somni, quas deſcribit à materiâ, & ab uſu. 11 Duæ. 12 Somnii. Hom. *δοιαὶ πύλαι εἰσιν ὀνείρων*, &c. Cum duas ſomniorum portas faciat. Corneam unam, oculorum ſc. à cornea tunica, Eburneam alteram, oris, cujus ſeptum dentium eburneum; illam veram, hanc falſam; quia quæ videntur certiora ſunt, quàm quæ audiuntur ore prolata; Æneam porta eburnea emittit: obſcurè ac ſymbolicè indicans totam hanc *τερατολογίαν*, deſcenſum & relationem de inferis æquè vera eſſe ac ſomnia ex eburnea porta emiſſa. Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 3. 13 Dicitur eſſe. 14 Phantaſmatibus. 15 Sc. *eſt.* 16 Ebore, parte elephantis. Synecdoche. 17 Quæ aliud repræſentant, quàm ſint. 18 Ad regionem mortalium, in mundum, qui Manibus ſuperi: ſomnia autem ab inferis mitti credita. 19 Per eam. 20 Somnia & phantaſmata. *Inſomnium* propriè dicitur, quoties ea cura, idque ſtudium dormienti occurrit, quo ſe vigilantem fatigabit. 21 Inferi. 22 His memoratis. 23 Quo loco. 24 Eos. 25 Per quem falſa emittuntur inſomnia. 26 Æneas. 27 Proficiſcitur, ſe recipit, tenet: unde *ſecta* dicitur, quia propoſitum tenet. 28 Quos illîc in littore reliquerat. 29 Qui paulò pòſt dictus eſt portus Cajetæ, à *Cajetâ*, Æneæ nutrice, quæ ibi mortua eſt, denominatus. 30 Recta via progrediendo. 31 Per littus. 32 Priore parte navis. 33 A ſociis. 34 Ad littus applicitæ. 35 Naves. Synecdoche.

# P. VIRGILII MARONIS

# ÆNEIDOS

## LIBER VII.

### ARGUMENTUM.

CAjetam, nutricem ſuam, Æneas ſepelit, locumque ipſum ab ejus nomine Cajetam appellat. Inde Circes ſedem prætervehitur, ſecundoque vento ad Tiberis oſtia defertur: adverſoque flumine ſubvectus, in Laurentem agrum egreditur. Ibi cum ex Aſcanii verbis cognoviſſet, eam eſſe terram fatis ſibi debitam, ad Latinum regem, qui ejus tractus regnum obtinebat, centum oratores mittit, qui & ſuo nomine illi munera offerrent, & urbis condendæ locum peterent. Latinus, legatione benignè auditâ, præter poſtulata, Laviniam filiam ſuam, quam & ex Fauni, patris ſui, oraculis, & Augurum reſponſis externo viro tradere jubebatur, ultrò Æneæ conjugem offert. Interim Juno, proſperis Trojanorum rebus offenſa, Alecto ad diſturbandam pacem ab inferis evocat: quæ primum Amatam, Latini uxorem, deinde ipſum etiam Turnum furiis ſuis implet: atque inde ad Trojanorum juventutem converſa, quæ tum forte venationi operam dabat, manſuetum illis cervum objicit, Tyrrhi, armentarii regii, liberis imprimis charum, quem cum Aſcanius ſagittâ vulneraſſet, ruſtici, arreptis armis, in Trojanos impetum faciunt. Alecto ex ſuperiore loco claſſicum canit; cadunt in eo tumultu Almon, Tyrrhi filius, natu maximus, & Galeſus, agricola regionis totius locupletiſſimus: qui cùm in urbem mortui eſſent relati, Turnus, & Amata regem Latinum ad bellum ſuſcipiendum, injuriamque manu vindicandam extimulant. Verum cum ille & fatorum, & fœderis, nuper cum Trojanis initi, memor, adduci non poſſet, ut illis bellum indiceret, Juno ipſa belli portas aperuit. Turni auſpicia ad bellum ſequitur Mezentius, una cum Lauſo filio: item Aventinus, Herculis ex Rhea filius, Catillus & Coras Tiburtini fratres, Camilla è Volſcorum gente, mulier fortiſſima, aliique complures, quorum catalogus ad finem libri recenſetur.

*TU [1] quoque littoribus [2] noſtris [3] Æneïa nutrix*
*Æternam moriens [4] famam Cajeta dediſti:*
*Et nunc [5] ſervat honos [6] ſedem tuus; [7] oſſaque [8] nomen*

1 Sicut Palinurus promontorio in Lucaniâ; Miſenus monti in Campaniâ, lib. 5. & 6. ſic & tu Cajeta, nutrix Æneæ, nomen dediſti portui. Quem tamen, alii à καίειν dictum volunt, quod ibi Trojanorum claſſis incenſa fuerit. 2 Italicis. 3 Nutrix Æneæ. 4 Nomen. 5 Sedes ſervat tuum honorem Hypallage. 6 Sepulchrum tuum, quod tuum nomen inſcriptum habet. 7 Tua. 8 Tuum.



Digitized by Google

*[1] Heſperiâ in magnâ ([2] ſi qua eſt ea gloria) ſignat.*
*At pius [3] exſequiis Æneas [4] ritè ſolutis,*
*Aggere [5] compoſito [6] tumuli, poſtquam [7] alta [8] quierunt*
*Æquora, [9] tendit iter velis, [10] portumque relinquit.*
*[11] Adſpirant auræ [12] in noctem, [13] nec candida [14] curſum*
*Luna negat: ſplendet [15] tremulo ſub lumine pontus.*
*Proxima [16] Circææ [17] raduntur littora terræ:*
*[18] Dives [19] inacceſſos [20] ubi Solis [21] filia lucos*
*Aſſiduo [22] reſonat [23] cantu, [24] tectiſque ſuperbis*
*Urit [25] odoratam nocturna in lumina [26] cedrum,*
*[27] Arguto [28] tenues percurrens pectine telas.*
*[29] Hinc [30] exaudiri gemitus, iræque leonum*
*Vincla recuſantum, & ſerâ ſub nocte rudentum:*
*[31] Setigerique ſues, atque in præſepibus urſi*
*Sævire, ac formæ magnorum ululare luporum:*
*[32] Quos hominum ex facie [33] Dea ſæva potentibus herbis*
*[34] Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.*
*[35] Quæ ne monſtra pii paterentur talia Troes,*
*Delati in portus; neu littora [36] dira [37] ſubirent,*
*[38] Neptunus ventis implevit vela [39] ſecundis;*
*Atq; [40] fugam dedit, & [41] præter vada [42] fervida vexit.*
*Jamque rubeſcebat [43] radiis mare, & æthere ab alto*
*Aurora in roſeis fulgebat [44] lutea bigis:*
*Cum venti [45] poſuêre, omniſque repente [46] reſedit*

1 Italia; dicta Græcis, quod ad Veſperum ſita eſſet. Ut Italis Hiſpania, dicta Heſperia ultima: magna ab armis & gloria: eſt enim minor quam Hiſpania. Poëtis dicitur ab Heſpero fratre Atlantis. 2 Quia multi cenſent eam gloriam nihil ad defunctos pertinere. 3 Officiis funebribus. 4 Juxta ritum. 5 Accumulato.

6 Sepulchri. 7 Profunda. 8 Tranquilla facta ſunt. 9 Navigat tenſis velis. 10 Cajetæ. 11 Increbeſcunt. 12 Circa noctem. 13 Luna clarè lucebat. 14 Suum. 15 Scintillante. 16 Quam Circe habitabat. 17 Leniter tanguntur à navibus Æneæ, id eſt, pertranſit Circæam terram. 18 Expreſſa hæc ex Hom. 5. Odyſſ. de Calypſo, & 10. de Circe: vide & hæc imitatum Ovidium 10. Met. 19 Inacceſſibiles, nullî impunè adeundos ob periculum artium magicarum: *vel*, propter paludes & brevia. 20 In quâ terra. 21 Circe. 22 Reſonare facit. 23 Leniendo laboris ac telæ ſtudio. 24 Magnifico domicilio. 25 Odoriferam. 26 Faces; vel oleum è cedro, in uſum lampadum, loco olei, quod tunc in Italia in uſu non erat. 27 Subtili, ſtridulo. 28 Extenuatas. 29 Ex his locis Circææ terræ. 30 Exaudiebantur. Enallage modi. 31 Porci magnas ſetas gerentes. *Multa boum circà mactantur corpora morti*, Setigeroſque *ſues*, &c. 32 Leones, ſues, urſos & lupos. 33 Solis filia, Circe venefica. 34 Transformaverat in formas belluinas. 35 Ne contingeret piis Trojanis in hujuſmodi monſtra mutari. 36 Quæ à dira habitabantur venefica. 37 Subintrarent. 38 Deus maris. 39 Proſperis, à tergo flantibus. 40 Facultatem fugiendi. 41 Prætervexit Trojanos. Tmeſis. 42 Periculoſa navigantibus. 43 Solaribus. Deſcriptio matutini temporis à ſignis antecedentibus. 44 Lutei coloris, qui eſt ſubrubeus. 45 Sc. *ſe*, id eſt, ſedati ſunt, ceſſavêre, quievêre. 46 Quievit.

Flatus

Digitized by Google

*Flatus, & in* [1] *lento luctantur* [2] *marmore* [3] *tonſæ.*
*Atque hîc Æneas ingentem ex* [4] *æquore* [5] *lucum*
*Proſpicit:* [6] *hunc inter* [7] *fluvio* [8] *Tiberinus* [9] *amœno,*
[10] *Verticibus rapidis, & multâ flavus* [11] *arenâ,*
*In mare* [12] *prorumpit:* [13] *variæ* [14] *circumque ſupràque*
*Aſſuetæ ripis volucres, & fluminis alveo,*
*Æthera mulcebant cantu* [15] *lucoque volabant.*
[16] *Flectere iter ſociis,* [17] *terraq; advertere* [18] *proras*
[19] *Imperat, & lætus fluvio ſuccedit* [20] *opaco.*
[21] *Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum,*
*Quis Latio* [22] *antiquo fuerit ſtatus,* [23] *advena* [24] *claſſem*
*Cum primum* [25] *Auſoniis exercitus appulit oris,*
[26] *Expediam, & primæ* [27] *revocabo* [28] *exordia pugnæ.*
*Tu* [29] *vatem, tu Diva,* [30] *mone: dicam* [31] *horrida bella;*
*Dicam* [32] *acies,* [33] *actoſque animis in funera reges,*
[34] *Tyrrhenamq; manum, totamq;* [35] *ſub arma coactam*
[36] *Heſperiam: major* [37] *rerum mihi* [38] *naſcitur ordo:*
[39] *Majus opus* [40] *moveo.* [41] *Rex arva Latinus, & urbes,*
*Jam* [42] *ſenior, longa placidas in pace regebat.*
[43] *Hunc* [44] *Fauno, & Nymphâ genitum* [45] *Laurente*
[46] *Marica*

1 Tranquillo, quiete renuente, non commoto. 2 Mari marmorei coloris. 3 Sc. *palmula*, id eſt, remi. *Tonſæ* aut dictæ ſunt vel à *tondendo*, i.e. radendo, quod fluctus radant & decutiant; vel, à *tundendo*, quòd fluctus *tundant* & verberent. 4 Æquato mari. 5 Sylvam Jovis indigetis, quæ non cæditur. 6 Lucum. 7 Profluxit. 8 Fluvius ipſe, vel Deus fluminis. 9 Tranquillo. Sic l. 2 Æn. *Ubi Lydius arva Inter opima virûm, leni fluit agmine Tibris.* 10 Aquis rotatis. 11 Quem conciliant vortices. 12 Vi exit. 13 Variarum ſpecierum. 14 Per circuitum, id eſt, antè, retrò, & utrimque & à parte ſuperiori. 15 Per lucum. 16 Quia flectendo naves, facimus iter, quà volumus. 17 Ad terram. 18 Anteriores partes navium. 19 Mandat Æneas. 20 Umbroſo, propter lucum, quem medium interfluit. 21 Alteram operis partem, quæ eſt de bellis ab Ænea in Italia geſtis aggreſſurus, invocat Muſam, quæ *nomen amoris habet* (quia ἔρως, ἔρωτος, *amor* dicitur) ad bella illa dicenda; eò quod hæc bella ex amore & nuptiarum Laviniæ ambitu orta ſint. 22 In quo multò antè longa ſerie à priſcis regibus, Iano Saturnoque, regnatum fuerat. 23 Externus. 24 Sc. *hanc*. 25 Italicus. 26 Expeditè recitabo. 27 Ab oblivione ad memoriam. 28 Cervi interitum: cujus cauſa fuerat Aſcanius, qui venando eum vulneraverat. 29 Me Poëtam. 30 Inſpirando. 31 Quæ ſubſecuta ſunt. 32 Exercitus ad pugnam inſtructos. 33 Impulſos animoſitate in mortem ſuam: quia reverà & Latinus, & Turnus, & Æneas interiiſſe dicuntur. 34 Copias Tyrrheni populi, propter Tarcontem. 35 Ad arma compulſam & congregatam. 36 Sc. *magnam*, id eſt, Italiam propter Diomedem. 37 Gerendarum. 38 Oritur & ordiendus eſt mihi. 39 Quam præcedens. 40 Aggredior. 41 Aboriginum ſc. Incipit jam narrare. 42 Provectioris ætatis. 43 Regem Latinum. 44 Deo agreſti. 45 Ejus provinciæ, ubi Laurentum erat, & Laurentes populi. 46 Minturnenſis litoris juxta Lirim fluvium Deâ dictâ.

I Æ-

Digitized by Google

[1] *Accipimus. Fauno* [2] *Picus pater* : [3] *iſque* [4] *parentem*
*Te, Saturne*, [5] *refert* : *tu* [6] *ſanguinis* [7] *ultimus author.*
*Filius* [8] *huic*, [9] *fato Divûm*, *proleſque virilis*
*Nulla fuit*, [10] *primâque oriens* [11] *erepta* [10] *juventâ eſt.*
[12] *Sola* [13] *domum*, *&* [14] *tantas* [15] *ſervabat* [16] *filia ſedes*,
*Jam matura* [17] *viro*, *jam* [18] *plenis nubilis annis.*
[19] *Multi* [20] *illam magno è Latio*, *totâque* [21] *petebant*
*Auſoniâ* : [22] *petit ante alios pulcherrimus omnes*
[23] *Turnus*, [24] *avis*, *ataviſq;* *potens*: *quem* [25] *regia conjux*
[26] *Adjungi generum miro properabat amore*
*Sed variis* [27] *portenta Deûm* [28] *terroribus* [29] *obſtant.*
[30] *Laurus erat tecti* [31] *medio*, *in* [32] *penetralibus altis*,
[33] *Sacra comam*, *multoſq;* [34] *metu* [35] *ſervata per annos* :
[36] *Quam* [37] *pater inventam*, *primas cùm conderet* [38] *arces*,
*Ipſe* [39] *ferebatur Phœbo ſacraſſe Latinus*,
[40] *Laurentiſq;* *ab* [41] *eâ nomen poſuiſſe* [42] *colonis.*
[43] *Hujus apes ſummum* [44] *denſæ* (*mirabile dictu*)
*Stridore ingenti*, *liquidum trans æthera* [45] *vectæ*,
*Obſedêre* [46] *apicem*; *&* [47] *pedibus* [48] *per mutua nexis*,
[49] *Examen* [50] *ſubitum* [51] *ramo frondente pependit.*

1 Adhuc quotidiè audimus & intelligimus. 2 Erat. 3 Picus. 4 Suum. 5 Repræſentat. 6 Generis Latini, & etiam Æneæ. 7 Remotiſſimus à fine, id eſt, primus, ultra quem non aſcenditur. 8 Latino. 9 Voluntate & præordinatione Deorum: quia conſtituerant Dii, ut per filiam Æneas regnum obtineret, & genus ſuum Italico ſanguini commiſceret. 10 In flore juventæ. 11 Proles virilis. 12 Sine fratre. 13 Regiam. 14 Quia regales. 15 Paterni regni hæres conſervabat, aut poſſidebat. 16 Lavinia. 17 Maritali copulæ. 18 Matrimonium. 19 Præpotentes viri. 20 Unicam filiam. 21 Matrimonio. 22 Eam. 23 Rutulorum rex, Dauni filius. 24 Majoribus ſuis. 25 Latini regis uxor Amata. 26 Sc. *ſibi*, id eſt, conſtituere maritum filiæ ſuæ. 27 Prodigia & monſtra, quæ portendebant ac incutiebant Amatæ terrorem divinæ iræ, ne ſc. auderet Turno filiam dare nuptum. 28 Terribilibus ſignis. 29 Matrimonio & conatibus Amatæ. 30 Primum prodigium, ſc. Examen apum, conſidentium in apice lauri. 31 Sc. *in*. 32 Interioribus ædium locis, quæ planè, ut religioſa, ita inacceſſa erant. 33 Habens frondem ſacram. 34 Religione, quæ naſcitur ob timorem. *Primus in orbe Deos fecit timor.* 35 Obſervata. 36 Laurum. 37 Latinus. 38 Regiæ. 39 Dicebatur Apollini, ut vaticiniorum præſidi, conſecraſſe. 40 Laurentis urbis, *vel*, Laurentes populos, id eſt, ut dicerentur Laurentes. 41 Lauro. 42 Incolis ſive habitatoribus ejus loci. 43 Lauri. 44 In unum collectæ. 45 Quæ advolaverant. 46 Cacumen. 47 Earum. 48 Per mutuas intricationes complicatis. 49 Fœturæ ſive multitudo & collectio apum in morem uvæ condependentium, quæ ex alvearibus ſuis evolaverant. Nam alias, transfertur ad quamlibet multitudinem. Sic apud Liv. *Examina avium.* Juſt. 25, 1, 8. *Quanquàm Gallorum eâ tempeſtate tanta fœcunditatis juventus fuit, ut Aſiam omnem velut examine aliquo implerent.* Examen quoque ſtylus eſt in lance ſive ſtatera, qui, quò pondus ſe vergit, exit. Unde Metaphoricè ponitur pro exacto judicio. Vide quæ nos ad Flor. p. 213. 50 Subitò apparens. 51 Sc. *de*.

1 *Con-*

*1 Continuò vates, Externum cernimus, inquit,*
*Adventare 2 virum; & 3 partes petere 4 agmen eaſdem*
*5 Partibus ex iiſdem, & 6 ſummâ dominarier 7 arce.*
*8 Prætereà, 9 caſtis 10 adolet dùm altaria tædis,*
*Et juxta genitorem aſtat Lavinia virgo,*
*11 Viſa (12 nefas) longis comprendere 13 crinibus ignem,*
*Atque omnem ornatum flammâ 14 crepitante cremari;*
*15 Regaleſque accenſa comas, accenſa coronam*
*Inſignem gemmis: 16 tùm 17 fumida lumine fulvo*
*Involvi, ac totis 18 Vulcanum ſpargere 19 tectis.*
*Id verò horrendum, ac viſu mirabile 20 ferri:*
*Namque fore 21 illuſtrem 22 famâ fatiſque canebant*
*Ipſam, ſed populo magnum 23 portendere bellum.*
*At 24 rex ſollicitus 25 monſtris, 26 oracula Fauni*
*27 Fatidici genitoris adit, 28 lucoſque 29 ſub 30 altâ*
*Conſulit 31 Albuneâ: nemorum 32 quæ maxima 33 ſacro*
*34 Fonte ſonat, 35 ſævumque 36 exhalat opaca 37 mephitin.*
*38 Hinc Italæ gentes, omniſque 39 Oenotria tellus,*
*In 40 dubiis 41 reſponſa petunt: 42 huc 43 dona 44 ſacerdos*

1 Statim viſo illo po tento. 2 Maritum. 3 Ubi laurus eſt. 4 Virorum. 5 Id eſt, ex eodem mari in foro, unde venêre apes, advenire. 6 Sc. in. 7 Sicut apes ſummum apicem obſederant. 8 Secundum prodigium, ſc. Flamma lambens. Ductum videtur ex historiâ Servii Tullii: quâ memoriæ proditum eſt, flammam, caput ejus lambentem, regnum ei portendiſſe: de quâ lege Cic. de Divin. l. 1. Valer. Max. 1, 6, 1. Liv. 1, 39. Flor. 1, 6, 1. & quæ nos ibid. 9 Impollutis. 10 Latinus incendit. 11 Illa viſa eſt. 12 Quod nefas videtur, & bellum portendere cruentum. 13 Quæ res claritatem ejus, ad quam perventura erat, indicabat. 14 Multùm ſonante. 15 Regaliter ornatas. 16 Deinde viſa eſt. 17 Exiſtens fumoſa. Quæ res triſtitiam portendebat, quia fumus lachrymas excitat. 18 Ignem lambentem. 19 Quod ſignum erat belli ab eâ gerendi. 20 Ferebatur. Enallage modi. 21 Claram & nobilem. 22 Propter Romanos, qui inde habituri erant originem. 23 Porrò, id eſt, prorſùm tendere, prædicere, præmonſtrare. 24 Latinus. 25 Prodigiis hiſce. 26 Loca, ubi reſponſa dabantur. 27 Fata dicentis & annuntiantis. 28 Conſilium petit ab iis, qui præerant lucis. 29 In. 30 Denſiſſimâ. 31 Fonte & nemore agri Tiburtis, ſacro Albuneæ Nymphæ. 32 Albunea ſylva. 33 Omnis enim fons alicui Deo dicatus. 34 Habet fontem cum ſonitu defluentem. 35 Gravem. 36 Exſpirat condenſa & umbris tecta. 37 Sulphuream vaporem, aſſurgentem ex aquis Albulis, cujus gravi odore afflati futura canebant. 38 Ab hac ſylvâ & fonte. 39 Italia primùm dicta eſt Heſperia, deinde Auſonia, mox Oenotria, ab *Oenotro*, Lycaonis filio Arcade, huc advecto. Cluv. 1. l. 1. c. 40 Caſibus. 41 Oracula Deorum. 42 Ad hanc ſylvam. 43 Sacrificia. 44 Eorum ſc. qui reſponſa petunt, & nunc ipſius Latini.

1 *Cum*

Digitized by Google

[1] *Cùm tulit, & [2] cæſarum ovium [3] ſub nocte ſilenti*
*[4] Pellibus [5] incubuit [6] ſtratis, [7] ſomnoſque petivit,*
*Multa modis ſimulachra videt volitantia miris,*
*Et [8] varias audit voces, [9] fruiturque Deorum*
*Colloquio, atq; imis [10] Acheronta [11] affatur Avernis.*
*Hìc & tùm [12] pater ipſe petens reſponſa Latinus,*
*[13] Centum lanigeras mactabat [14] ritè [15] bidentes:*
*Atque [16] harum [17] effultus tergo, ſtratiſque jacebat*
*Velleribus: [18] ſubita ex [19] alto vox reddita luco eſt:*
*Ne [20] pete connubiis [21] natam [22] ſociare [23] Latinis,*
*O mea progenies! thalamis neu [24] crede [25] paratis.*
*Externi venient [26] generi: qui [27] ſanguine noſtrum*
*Nomen in aſtra [28] ferant, quorumq; à ſtirpe [29] nepotes,*
*Omnia ſub [30] pedibus, [31] quà ſol [32] utrumq; recurrens*
*Aſpicit Oceanum, vertique regique videbunt.*
*Hæc reſponſa [33] patris Fauni, [34] monituſque [35] ſilenti*
*Nocte datos, non ipſe ſuo [36] premit ore Latinus:*
*Sed circùm latè volitans jam fama per urbes*
*Auſonias tulerat: cùm [37] Laomedontia [38] pubes*
*Gramineo ripæ [39] religavit ab aggere [40] claſſem.*
*Æneas, primique duces, & pulcher Iülus*
*[41] Corpora ſub ramis [41] deponunt arboris altæ:*
*Inſtituuntque dapes, & adorea [42] liba per herbas*
*[43] Subjiciunt epulis, (ſic Juppiter ipſe monebat)*
*Et [44] Cereale ſolum pomis agreſtibus augent*
*[45] Conſumptis hìc fortè [46] aliis, [47] ut vertere morſus*
*Exiguam in [48] Cererem [49] penuria adegit edendi,*

1 Al. *conſulit.* 2 Mactatarum. 3 Tempore nocturno. 4 Velleribus. Oraculum autem conſulturus purgabatur primum, deinde caſi arietis pelli incubuit, hinc per ſomnium captabat reſponſum. 5 Ad captanda oracula. 6 Ad ſacrificium inſtratis. 7 Ad ſuſcipiendas viſiones. 8 Ob multa ſimulacra. 9 Per averni ſpecum colloquium habet cum Diis inferais. 10 Poteſtates quæ ſunt in Acheronte. 11 Dormiendo. 12 Ab honore. 13 Numerus certus pro incerto. 14 Juxta morem. 15 Oves biennes. 16 Centum ovium. 17 Suſtentatus. 18 Subitò. 19 Altarum arborum. 20 Quære. 21 Filiam tuam Laviniam. 22 Conjungere. 23 Alicujus viri è Latio. 24 Confide. 25 Turno. 26 Gener. Synecdoche numeri. 27 Propagatione ſuâ. 28 Efferant. 29 Ut Auguſtus. 30 Imperio ſuo & poteſtate. 31 Ab eâ parte, quâ, &c. 32 Orientalem & Occidentalem. 33 Sui. 34 Admonitiones. 35 Cum nullus adeſſet arbiter. 36 Non tacet, nec celat; ſed protinus divulgat & aperit. 37 Trojana, à Laomedonte denominata. 38 Juventus: quia ſenes in Siciliâ fere manſerant. 39 Iterum firmius ligavit. 40 Suam. 41 Recubant. 42 Ex farre, melle, oleo placentas factas. 43 Supponunt. 44 Onerant, accumulant menſas, id eſt, liba adorea vel quadras è pane, ſuſtentantes cibum, fructibus aliiſque edulliis. *Solum* enim id omne dicitur, quod aliquid ſuſtinet. 45 Comeſis. 46 Edulliis. 47 Poſtquam. 48 Menſas adoreas. 49 Inedia & defectus edullii.

Et

*Et* [1] *violare* [2] *manu*, [3] *maliſque audacibus* [4] *orbem*
[5] *Fatalis* [6] *cruſti*, [7] *patulis nec parcere* [8] *quadris:*
*Heus, etiam menſas* [9] *conſumimus! inquit Iülus.*
[10] *Nec plura* [11] *alludens: ea vox audita laborum*
*Prima* [12] *tulit finem: primamque loquentis ab* [13] *ore*
[14] *Eripuit* [15] *pater, ac ſtupefactus* [16] *numine* [17] *preſſit.*
*Continuo, Salve* [18] *fatis mihi debita tellus,*
*Voſque, ait, ô fidi Trojæ ſalvete* [19] *Penates.*
[20] *Hîc* [21] *domus, hæc patria eſt:* [22] *genitor mihi talia namque*
*(Nunc* [23] *repeto) Anchiſes fatorum* [24] *arcana reliquit:*
[25] *Cùm te, nate, fames ignota ad littora vectum*
[26] *Acciſis coget* [27] *dapibus conſumere* [28] *menſas:*
*Tùm ſperare domos defeſſus, ibique memento*
*Prima locare manu,* [29] *molirique aggere tecta.*
*Hæc erat* [30] *illa fames: hæc nos* [31] *ſuprema* [32] *manebant,*
[33] *Exitiis poſitura* [34] *modum.*
[35] *Quare agite, &* [36] *primo læti cum lumine Solis,*
[37] *Quæ loca, quive* [38] *habeant homines, ubi* [39] *mœnia* [40] *gentis*
[41] *Veſtigemus, & à portu* [42] *diverſa petamus.*
*Nunc* [43] *pateras* [44] *libate* [45] *Jovi, precibuſq;* [46] *vocate*
[47] *Anchiſen* [48] *genitorem, & vina* [49] *reponite menſis.*

1 Menſæ enim facies habitæ. 2 Frangendo. 3 Maxillis. *Mala* enim eſt pars faciei eminens inter oculum, naſum & buccam. 4 Placentam orbicularem in quatuor partes ſectam. 5 A fatis, ut ita abſumatur, prævifa. Erat enim in fatis, & ab Harpyia Celæno prædictum ſuprà l. 3. v. 255. non priùs habituros errorum & laborum finem, quàm dira eos fames adegiſſet menſas abſumere. 6 Partis durioris & exterioris ipſius panis. 7 Apertis. 8 Fruſtis panis in formam quadratam inciſis. 9 Comedimus. 10 Sc. *erat.* 11 Ad oraculi conformitatem, id eſt, non plura dicebat, quæ oraculo reſponderent. 12 Attulit. 13 Aſcanii. 14 Eam vocem ſc. vix exſpectans, donec totam eloqueretur. 15 Æneas. 16 Oraculi fide & miraculo. 17 Suppreſſit eam vocem, ut poſſet ipſe precari. 18 Ex fatorum permiſſione. 19 Dii domeſtici. 20 Quo nunc appulſi ſumus. 21 Sc. *firma.* 22 Tribuit patri quod edixerat Harpyia: vel fortè idem prædixerat Anchiſes. 23 Memoria revolvo. 24 Secreta. 25 Verba ſunt Anchiſæ. 26 Circumciſis & corroſis, ita ut nihil reliquum ſit. 27 Obſoniis. 28 Super quas cibum pones. 29 Cum molimine munire mœnibus primam urbem. 30 Quam pater prædixerat. 31 Ultima. 32 Exſpectabant. Al. *manebat.* 33 Maris erroribus & periculis: *nam terrâ graviora manent.* 34 Finem. 35 Exhortatur ſocios ad explorandam regionem. 36 Ut primùm Sol craſtinus ortus fuerit. 37 Sc. *hæc ſint.* 38 Incolant, habitent: ut Græcè ἔχειν. 39 Sc. *ſint.* 40 Hujus populi. 41 Exploremus. 42 Loca. 43 Vina è pateris. Continens pro re contentâ. 44 Offerte degustantes. 45 Fatorum auctoris 46 Invocate. 47 Conſecratum ſcil. ut lib. 5. 48 Patrem meum. 49 Iterum ponite: nam propter verba Aſcanii turbata erant omnia.



Digitized by Google

*Sic deindè effatus, [1] frondenti [2] tempora ramo*
*[3] Implicat, & [4] Geniumque loci, [5] primamque Deorum*
*[6] Tellurem, Nymphaſque, & adhuc ignota precatur*
*[7] Flumina: [8] tùm Noctem, Noctiſque orientia ſigna,*
*[9] Idæumque Jovem, [10] Phrygiamque [11] ex ordine [10] matrem*
*Invocat, & [12] duplices Cœloque, Ereboque [13] parentes.*
*Hîc [14] pater omnipotens ter [15] cœlo [16] clarus ab alto*
*Intonuit, radiiſque [17] ardentem lucis, & [18] auro,*
*Ipſe manu quatiens oſtendit ab æthere nubem.*
*[19] Diditur hic ſubitò Trojana per agmina rumor,*
*Adveniſſe diem, quo [20] debita mœnia condant.*
*Certatim [21] inſtaurant epulas, atque [22] omine magno*
*[23] Crateras læti ſtatuunt, & [24] vina [25] coronant.*
*[26] Poſtera cùm primâ [27] luſtrabat [28] lampade terras*
*Orta dies; urbem, & fines, & littora gentis*
*[29] Diverſi explorant: [30] hæc fontis ſtagna [31] Numici,*
*Hunc Tibrim fluvium, hîc fortes habitare [32] Latinos.*
*Tùm [33] ſatus Anchiſa, delectos [34] ordine [35] ab omni,*
*Centum [36] oratores [37] auguſta ad mœnia [38] regis*
*Ire jubet, ramis [39] velatos [40] Palladis omnes,*
*Donaque ferre [41] viro, pacémque expoſcere Teucris.*

1 Viridi. 2 Caput. 3 Cingit, coronat, ritu ſacrificantium. 4 Deum Topicum, ſc. Apollinem, ut volunt. Regionem aliquam ingreſſis religioſi moris erat Genios loci Deoſque Topicos ſalutare. 5 Quia mater Deorum dicitur. 6 Deam terræ, id eſt, Opim. 7 Deos fluminum. 8 Deinde poſt Deos locorum. 9 Ab Ida monte Phrygiæ, vel Ida Cretæ, in qua natus & educatus dicitur Jupiter. 10 Cybelen. 11 Quia prima reverentia debebatur Jovi. 12 Venerem apud Superos, Anchiſen apud Inferos. 13 Suos. 14 Jupiter ſc. ſignificans ejus ſe preces exaudiſſe. 15 Aëre. 16 Claro ſono & ſereno cœlo: quod fauſti erat ominis. 17 Reſplendentem. 18 Fulgore aureo. 19 Longè lateque ſpargitur. Lucret. lib. 5. de fulmine: *indè omnis flammarum diditur ardor.* 20 Fatis promiſſa. 21 Ex novo inſtituunt. Dixerat jam: Et vina reponite menſis. 22 Tali augurio læti. 23 Magna pocula vinaria conſtituunt. 24 Pocula. Metonymia. 25 Non vino tantùm ad ſummam coronam & marginem implent, ſed & crateras floreis coronis ornant, convivalis hilaritatis cauſa & libationis. 26 Matutini temporis deſcriptio. 27 Inſpiciebat. 28 Luce Solis. 29 In diverſa abeuntes, in diverſas partes profecti. 30 Et explorando ab incolis diſcunt, & exploratum referunt, hæc eſſe ſtagna Numicii, &c. 31 In hoc fluvio bello Latino ultimo ſubmerſus creditur Æneas. 32 Sc. populos. 33 Procreatus. 34 Qualitate dignitatis. 35 Ex. 36 Legatos. Sic l. 11. *Centum* oratores *prima de gente Latinos Ire placet.* 37 Augurio conſecrata: *vel*, majeſtatis plena. 38 Latini. 39 Coronatos. 40 Olivæ paciferæ, cujus inventrix dicitur Pallas: ut qui pacem peterent. 41 Latino.

1 Haud

[1] *Haud mora : [2] feſtinant [3] juſſi , rapidiſque feruntur*
*Paſſibus : [4] ipſe humili deſignat mœnia foſſâ ,*
[5] *Moliturque locum , primaſque in littore [6] ſedes ,*
[7] *Caſtrorum in morem , [8] pinnis , atque [9] aggere cingit.*
*Jamq; [10] iter emenſi, turres & tecta [11] Latinorum* 160
*Ardua cernebant [12] juvenes , [13] muroque ſubibant.*
*Ante urbem pueri , & [14] primævo flore juventus ,*
*Exercentur equis , domitantque in pulvere [15] currus :*
*Aut [16] acres tendunt arcus , aut [17] lenta lacertis*
[18] *Spicula contorquent , [19] curſuque ictuque laceſſunt ,*
*Cùm [20] prævectus equo , [21] longævi regis ad aures* 166
*Nuntius ingentes ignotâ in veſte reportat*
*Adveniſſe viros. [22] Ille intra tecta vocari*
*Imperat , & [23] ſolio medius conſedit [23] avito.*
*Tectum [24] auguſtum, ingens, centum [25] ſublime columnis,*
[26] *Urbe fuit [26] ſummâ , Laurentis regia Pici ,* 171
[27] *Horrendum ſylvis , & relligione parentum.*
[28] *Hinc [29] ſceptra accipere, & primos [30] attollere faſces*
*Regibus [31] omen erat : [32] hoc illis curia templum :*
*Hæ [33] ſacris ſedes epulis : hîc ariete [34] caſo* 175
[35] *Perpetuis [36] ſoliti [37]. patres [38] conſidere menſis.*
[39] *Quinetiam veterum [40] effigies ex ordine avorum*

1 Sc. *ſit.* 2 Ire. 3 Oratores ſc. 4 Æneas ſc. auctor legationis. 5 Vallis munit. 6 Habitationes, atque oppidum primum. 7 Ut caſtra metari ſoleat. 8 Vallis acutis. *Pinnæ* ſunt ſummitates mœnium & vallorum. 9 Terra aggeſtâ & accumulatâ, vel, muro, in quo ſunt pinnæ. 10 Viam.

Redit ad legatos ſeu oratores. 11 Al. *Latini :* ad cavendum Hypermetrum. 12 Oratores ſive legati. 13 Sub murum. Al. *muros.* 14 In primo flore ævi ſui, id eſt, qui puberes erant. Nam 16. ætatis anno adhùc tyrones erant. 15 Equos ſub curribus : *vel*, equos currentes in pulvere. Alluſum autem ad exercitia pubis & juventutis Romanæ. 16 Fortes, & acriter expellentes ſagittas. 17 Tenuia & flexibilia. 18 Iacula. 19 Et fatigant & impellunt illa ſimul ex impetu curſus & brachiorum tunc, *cum prævectus*, &c. 20 Al. *provectus.* 21 Latini, qui ſenex erat & grandævus. 22 Rex. 23 In ſede regali, in qua avus ejus Picus ſolebat jura dicere : *vel*, ab avis frequentatâ. *Avitum* enim dicitur, quod ab avo aut aviâ ad nos pervenit. 24 Augurio conſecratum. 25 Erectum. Videtur alludere ad domum Auguſti in Palatio conditam. 26 Ἐν πόλει ἀκροτάτῃ. Acropoli : ad arcem urbis. 27 Arboribus conſitum, quarum horror ſacrum quendam horrorem animis incuteret. 28 Ab hoc tecto. Alluſum ad Rom. mores, Capitolii, Curiæ Hoſtiliæ, palatii : unde magiſtratus faſces deſumebant, ubi ſacra curabant, epulas dabant. 29 Inſignia regalia. 30 Conſtituere lictores, qui faſces ferant. 31 Fauſtum initium. 32 Sc. *erat.* 33 Solennibus. 34 Ad ſacrificium. 35 Continuis & ſine intermiſſione protenſis. 36 Erant. 37 Proceres & Senatores. 38 Alludit ad priſcorum Romanorum ritum, qui ſedentes epulari ſolebant. 39 Inſuper. 40 Statuæ, ſtemmata, ſimulacra.

1 Quæ cariem non ſentit. Atque ita perpetuarum ſtatuarum monumenta, à materia oſtendit. 2 Enumerat priſcos Italiæ ſive Aboriginum reges.

*Antiquâ ex* [1] *cedro:* [2] *Italuſque,* *paterque Sabinus,*
[3] *Vitiſator, curvam ſervans* [4] *ſub imagine* [5] *falcem;*
[6] *Saturnuſque ſenex,* [7] *Janiq;* [8] *bifrontis imago,*
[9] *Veſtibulo aſtabant: aliique* [10] *ab origine reges,*
[11] *Martia qui ob patriam pugnando vulnera paſſi.*
*Multaque prætereà* [12] *ſacris in* [13] *poſtibus* [14] *arma,*
[15] *Captivi pendent currus, curvæque ſecures,*
*Et* [16] *criſtæ capitum, &* [17] *portarum* [18] *ingentia clauſtra,*
[19] *Spiculaque, clypeique,* [20] *ereptaque roſtra carinis.*
*Ipſe* [21] *Quirinali lituo,* [22] *parvâque* [23] *ſedebat*
*Succinctus* [24] *trabeâ, lævâque* [25] *ancile gerebat*

3 Qui primus apud Italos vitem ſevit. 4 Sub ſimulacro ſuo. 5 Quâ vitem putare docuit. 6 Hic cœli & Terræ filius fuit, ac à Jove filio fugatus, in Italiam ad Janum venit, à quo in regni ſocietatem, propter virtutem & prudentiam, receptus fuit. Monſtravit enim incolis rationem plantandi vites, & metendi ſegetes. 7 *Janus* dictus eſt à *januis*, quod januis præeſſet. Primus docuit Italos vinum & far ad ſacrificia, & religionem magis, quam ad eſum & potum. 8 Appellatur autem *bifrons*, ob ſingularem prudentiam, quâ prævident futura, & præterita ſciverit. 9 In primo introitu. 10 Aboriginum reges: *vel*, perpetua ſerie à prima origine ad Latinum regem. 11 Qui in bellis pro patriâ pugnando ceciderunt. 12 Arma Diis conſecrata ſuſtinentibus. 13 Alludit ad Capitolium & Curiam Romanam, in quæ hoſtium ſpolia & roſtra navium illata fuerant. 14 Spolia. 15 Quos captivis abſtulerunt. 16 Galeæ, quæ ſunt capitum munimenta. Synecdoche. *Criſta* propriè dicitur conus ille in vertice galli. 17 Urbium captarum. 18 Ingentes ſeræ. 19 Jacula. 20 Munimenta navium ærea proris illarum navalibus præliis detracta: cujuſmodi poſteà Romæ Antiatibus adempta, ad Curiam Hoſtiliam ſuſpenſa fuêre: à quibus ipſe locus nomen etiam fuit ſortitus. 21 Baculo augurali incurvo, quali poſteà Romulus uſus fuiſſe dicitur: qui ab ejus, quo canitur, litui ſimilitudine nomen invenit. Hoc autem lituo utebantur augures ad deſignanda in aëre ſpatia, quæ *templa* appellata ſunt. Fuit autem hic *lituus* usus ipſius Romuli, conſervatus in Palatino colle, uſque ad Gallorum tempora, à quibus capta incenſaque Roma fuit, ſed poſtea ejectis à Camillo hoſtibus, inter altiſſimos cinerum cumulos illæſus, cùm omnia ignis conſumpſiſſet, inventus eſt. Eſt etiam *lituus* genus buccinæ incurvæ: quâ qui cecinerit *Liticen* dicitur. Virg. *Et* lituo *pugnas inſignis obibat & haſtâ.* 22 Brevi. 23 In ſculpturis. 24 Tunica, quam augures cocco & purpurâ trabeatim intertextam gerebant: aliam ab hac reges, aliam equites induebant. 25 Scutum breve & undique rotundum, ſine angulis, & ἀγκύλον, id eſt, incurvum. Dictum eſt *ancile* ab *anciſione*, quod ſit ab omni parte veluti anciſum, id eſt, circumciſum & rotundum, regnante Numâ cœlo delapſum. Ovid. *Idque ancile vocant, quòd ab omni parte reciſum eſt: Quemque notes oculis, angulus omnis abeſt.* Vide quæ nos ad Valer. Max. pag. 5. & Flor. pag. 18.

Picus,

*Picus*, [1] *equûm domitor: quem* [2] *capta cupidine* [3] *conjux*
[4] *Aurea percuſſum* [5] *virgâ*, [6] *verſumq; venenis*,
*Fecit avem Circe, ſparſitque* [7] *coloribus* [8] *alas.*
*Tali intùs templo Divûm*, [9] *patriâque Latinus*
*Sede ſedens, Teucros ad ſeſe in tecta vocavit:*
*Atque hæc* [10] *ingreſſis* [11] *placido* [12] *prior* [13] *edidit ore.*
*Dicite Dardanidæ (neque enim neſcimus &* [14] *urbem*
*Et genus*, [15] *auditiq;* [16] *advertitis* [17] *æquore curſus)*
*Quid petitis? quæ cauſa rates, aut* [18] *cujus egentes*
*Littus ad* [19] *Auſonium tot per* [20] *vada cærula vexit?*
*Sive errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti,*
*(*[21] *Qualia multa mari nautæ patiuntur in* [22] *alto)*
[23] *Fluminis intraſtis ripas*, [24] *portuque ſedetis:*
*Ne fugite* [25] *hoſpitium; ne-ve ignorate Latinos*,
[26] *Saturni gentem*, [27] *haud vinclo, nec legibus* [28] *æquam*,
[29] *Sponte ſuâ*, [30] *veteriſque Dei ſe more tenentem.*
*Atque equidem memini (fama eſt obſcurior* [31] *annis)*
[32] *Auruncos ita ferre ſenes: his ortus ut agris*
[33] *Dardanus Idæas* [34] *Phrygiæ penetravit ad urbes*,
*Threïciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur:*
[35] *Hinc* [36] *illum* [37] *Coriti Tyrrhenâ ab ſede* [36] *profectum*,
[38] *Aurea nunc* [39] *ſolio* [40] *ſtillantis regia cœli*

1 Qui ad libitum equis uti ſciebat in bellis. 2 Irretita illius amore. 3 Circe, quæ conjux non erat, ſed eſſe volebat: uxorem enim Picus habuit Canentem, Iani ex Venilià filiam. Vide Ovid. Met. 14. 4 Pulchra, Solis filia. Aliis placet, ut contractus ſit Ablativus, & referatur ad virgâ. 5 Magicâ. 6 Et mutatum veneficiis ejus. 7 Variis ſc. 8 Pici ſc. in Picum avem mutati. 9 Quam paterna hæreditate poſſidebat. 10 Trojanis oratoribus ſeu legatis. 11 Benevolentiam indicante. 12 Legatorum enim fuerat, ut ipſi antè loquerentur. 13 Locutus eſt. 14 Urbem veſtram Trojam. 15 Et vos cogniti ex auditu & relatione: quia ſæpè audivimus de vobis. 16 Ad nos. 17 Per æquor. 18 Rei. 19 Italicum. 20 Maria periculoſa. 21 Sc. *mala*, ut errorem & tempeſtatem. 22 Mari. 23 Sc. *hujus*, id eſt, Tybridis. 24 Ad portum. 25 Noſtrum. 26 Cui Saturnus aliquando præfuit. 27 Non pœnis & legibus coërcitam, & coactam. *Non vincla minacia collo Ære ligabantur.* Ovid. 1. Met. *ſed vindice nullo Sponte ſuâ ſine lege fidem rectumque colentem*, referentem ſcil. aurei ſæculi mores. 28 Juſtam. 29 Sed ſuapte naturâ. 30 Saturni, proavi mei: quo regnante, aurea erant ſæcula, & ſumma ſine legibus æquitas. 31 Propter annoſitatem: quia multi interfuerunt anni. 32 Veteres Campaniæ populos, Rutulis vicinos. 33 Dardanus, Jovis ex Electrâ filius, propter fratrem Iaſium interremptum ex Italia in Samothraciam fugit, inde Phrygiam: ſacra, quæ ex Italia ſecum aſportavit, retulit multa poſt ſecula Æneas. 34 Quia eſt etiam Ida in Cretâ. 35 Ab hac regione qui profectus eſt. 36 Dardanum. 37 Arcis Etruſcæ. *Coriona*, Vid. l. 3. *Coritum terraſque requirat Auſonias.* 38 Pulcherrima. 39 Sede regali. 40 Stellati, aut ſtellas ferentis.

*Accipit, & numerum Divorum* [1] *altaribus auget.*
[2] *Dixerat: &* [3] *dicta* [4] *Ilioneus ſic* [5] *voce ſecutus.*
[6] *Rex, genus egregium* [7] *Fauni, nec fluctibus actos*
[8] *Atra ſubegit hyems veſtris ſuccedere terris,*
*Nec* [9] *ſidus* [10] *regione viæ, littuſ-ve* [11] *fefellit.*
*Conſilio* [12] *hanc omnes, animiſq;* [13] *volentibus urbem*
*Afferimur, pulſi regnis, quæ* [14] *maxima quondam*
[15] *Extremo veniens Sol aſpiciebat* [15] *Olympo.*
*Ab Jove principium* [16] *generis; Jove* [17] *Dardana pubes*
*Gaudet* [18] *avo:* [19] *rex ipſe Jovis de gente* [20] *ſupremâ,*
*Troïus Æneas, tua nos ad limina miſit.*
*Quanta per* [21] *Idæos* [22] *ſævis effuſa* [23] *Mycenis*
[24] *Tempeſtas* [25] *ierit campos:* [26] *quibus* [27] *actus uterque*
*Europæ atque Aſiæ fatis concurrerit* [28] *orbis,*
[29] *Audiit: &* [30] *ſi quem tellus* [31] *extrema* [32] *refuſo*
[33] *Submovet Oceano,* [34] *& ſi quem* [35] *extenta plagarum*
*Quattuor in medio* [36] *dirimit* [37] *plaga Solis iniqui.*
[38] *Diluvio ex illo, tot* [39] *vaſta per æquora vecti,*
*Diis ſedem exiguam patriis, littuſque rogamus*
[40] *Innocuum, &* [41] *cunctis undamque* [42] *auramque patentem.*

1 Sacrificiis ſibi factis, id eſt, ipſe nunc inter Deos ſuperos verſatur. 2 Latinus. 3 Latini. 4 Facundiſſimus inter oratores, qui & l. 1. Æn. apud Didonem Trojanorum cauſam egit. 5 Sermone. 6 Benevolentiam conciliat ab honore & genere. 7 Antiquiſſimus hic omnium regum in Latio, qui Aboriginibus imperavit, fuit, quos ab agreſti incultâque vitâ ad manſuetiorem vitæ cultum aſſuefecit. 8 Tempeſtas caliginoſa & nubiloſa coëgit nos intrare veſtras terras. 9 Sideris obſervatio, ad quod ſoleant nautæ navigationis ſuæ curſum dirigere. 10 Sc. ignotâ. 11 Nos. 12 Ad hanc urbem. 13 Deliberatis. 14 Potentiſſima, id eſt, pulſi e regno Trojano. 15 A primâ parte coeli. 16 Noſtri. 17 A Dardano orta. 18 Quia fuit pater Dardani. 19 Noſter. Commendatio Æneæ à generis nobilitate. 20 Summâ. 21 Trojanos. 22 Immanibus, propter principem. 23 Patriâ Agamemnonis. 24 Belli. 25 Debacchata fit. 26 *Græcia Barbariæ lento colliſa duello.* Ho. 2. ep. lib. 1. 27 Impulſus. 28 Pars mundi. 29 Audierunt id, & qui extra Herculeas fauces, qua ſe refundit Oceanus, habitant, & ſi qui ſub torrida Zona, quæ media eſt quatuor aliarum, degant. 30 Si quis eſt, *quem*, &c. Id eſt, ſi quis procul habitat. 31 Remotiſſima. 32 Per Oceanum refluum. 33 Separat à nobis. 34 Et is audiit, ſi quis eſt, *quem*, &c. 35 Id eſt, quinta, quæ utrimque habet duas, unam temperatam, & unam frigore inhabitabilem. 36 Separat à nobis. 37 Regio ſolis nimiùm torrentis, id eſt, ſi quis eſt, quem Zona torrida ſeparat à nobis, is audivit commotionem Trojani belli. 38 Clade univerſa, ſive inundatione & incendio belli & excidii Trojani. 39 Ampliſſima. 40 In quo nos innocui habitemus, & undè vobis nihil fit detrimenti. 41 Jure naturæ & gentium aquæ & aëris uſum liberum. 42 Aërem, qui omnibus patere debet.

Non

*Non erimus* [1] *regno indecores: nec veſtra feretur*
*Fama* [2] *levis, tantique* [3] *aboleſcet gratia facti:*
*Nec* [4] *Trojam* [5] *Auſonios* [6] *gremio excepiſſe pigebit.*
*Fata per* [7] *Æneæ juro, dextramque potentem,*
[8] *Sive fide, ſeu quis bello eſt* [9] *expertus, & armis:*
[10] *Multi nos populi, multæ (ne* [11] *temne, quòd ultrò*
[12] *Præferimus manibus* [13] *vittas, ac* [14] *verba precantum)*
*Et petiêre ſibi, & voluêre adjungere* [15] *gentes.*
*Sed nos fata Deûm, veſtras exquirere terras*
*Imperiis* [16] *egêre ſuis:* [17] *hinc Dardanus ortus,*
[18] *Hùc repetit: juſſiſque ingentibus* [19] *urget Apollo*
[20] *Tyrrhenum ad Tibrim, & fontis vada ſacra Numici.*
[21] *Dat tibi præterea* [22] *fortunæ parva prioris*
*Munera, relliquias Trojâ ex ardente receptas.*
[23] *Hoc* [24] *pater Anchiſes auro* [25] *libabat ad aras:*
[26] *Hoc Priami* [27] *geſtamen erat, cùm* [28] *jura vocatis*
[29] *More daret populis; ſceptrumque,* [30] *ſacerq; tiaras,*
[31] *Iliadumque labor, veſtes.*
[32] *Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus*
[33] *Obtutu tenet ora, ſolioque immobilis* [34] *hæret,*
[35] *Intentos volvens oculos: nec* [36] *purpura* [37] *regem*

1 Regno veſtro ad dedecus, id eſt, ornabit vos ſocietas noſtra *Hic & hac indecor dicitur.*
2 Parvi momenti ac ponderis.
3 In oblivionem ibit.
4 Trojæ reliquias, Æneadas, qui novam Trojam exſtruant. Metonymia.
5 Italos.
6 Receptaculo terræ ſuæ.
7 Quæ impulerunt ipſum Italiam petere.

8 Sive quis periculum fecerit de fide ejus, ſeu bello & armis. 9 Eum aut eam. 10 Siculi, Pœni. 11 Contemne. 12 Prætendimus ante nos. 13 Serta alligata ramis olivæ. Supplices pacem aut veniam petentes præferebant oleæ ramos laneis vittis obvolutos, qui repræſentarent manus velamentis illigatas, vinctas & ſeſe dedentes. Humilem orationem more ſupplicantium, id eſt, ne ideò, quia humiles & paciferi ad te acceſſimus, nos contemnas: quia, quod à te petimus, multi ultrò obtulerunt. 15 Carthaginenſes, Epirotæ, Siculi. 16 Coëgerunt, impulerunt. 17 Quia Dardanus, auctor generis noſtri, ortus eſt ex his terris. 18 Et Dardanus Æneas repetit has terras, in quibus nunc ſumus. 19 Conſtringit mandate. 20 Qui influit in mare Tyrrhenum. 21 Rex Æneas. 22 Sc. *reſpectu.* 23 Hac patera aurea, hoc cratere aurato. 24 Æneæ. 25 Libare ſolebat. 26 Quod tibi nunc repræſento. 27 Capitis ornamentum, id eſt, diadema. 28 Edicta & leges. 29 Ex conſuetudine. 30 Sacerdotis pileus ſeu mitra, infulis ornata, quâ in ſacris utebatur. Perſis & Turcis hodie in uſu: *Een Turckſchen Tulbant.* 31 Aut Trojanorum mulierum acu pingentium, aut Phrygiorum, qui acu pingunt veſtes regias & ſacras. 32 Propter talem orationem. 33 Cum firmo conſpectu continuò deorſum. 34 Inhæret. 35 Ipſe intentus. 36 Veſtis purpurea. 37 Latinum.



Digitized by Google

1 Acu laborata: quod Phrygum inventum fuit: Ita ut adhuc acu pictores Phrygiones appellentur. 2 Delectat, afficit, ſollicitat. 3 In tantum. 4 Animadvertens advenisse generum oraculo promiſſum. 5 Dii pro Deo habiti, & ita magis credendi. 6 Oraculum, reſponſum. 7 Volvito, hunc Æneam, &c.

*[1] Picta [2] movet, nec ſceptra movent Priameïa [3] tantùm,*
*Quantùm in connubio natæ, thalamoque [4] moratur,*
*Et [5] veteris Fauni volvit ſub pectore [6] ſortem.*
*[7] Hunc illum fatis [8] externâ à ſede profectum*
*[9] Portendi generum, [10] paribuſque in regna vocari*
*[10] Auſpiciis: [11] hinc progeniem virtute futuram*
*Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.*
*[12] Tandem lætus ait: Dii noſtra incepta [13] ſecundent,*
*[14] Auguriumq; ſuum! dabitur, Trojane, [15] quod optas.*
*Munera [16] nec ſperno: non vobis, rege Latino,*
*Divitis [17] uber agri, Trojæ-ve [18] opulentia deerit.*
*Ipſe [19] modò Æneas ([20] noſtri ſi tanta cupido eſt,*
*Si jungi [21] hoſpitio properat, ſociuſque vocari)*
*Adveniat, vultus neve exhorreſcat amicos:*
*Pars mihi [22] pacis erit, [23] dextram tetigiſſe [24] tyranni.*
*Vos contrà [25] regi mea nunc mandata referte.*
*Eſt mihi nata, viro gentis quam jungere [26] noſtræ,*
*Non [27] patrio ex adyto ſortes, non plurima [28] cælo*
*Monſtra ſinunt: [29] generos externis affore ab [30] oris*
*(Hoc Latio reſtare [31] canunt) qui [32] ſanguine [33] noſtrum*
*Nomen in aſtra [34] ferant: hunc illum poſcere fata*
*Et reor, &, ſi quid veri mens [35] augurat, opto.*
*Hæc effatus, [36] equos numero [37] pater eligit omni.*

8 Reſpicit ad verba illius paterni oraculi, *Externi venient generi.* 9 Significari. 10 Pari providentia & favore Deorum. 11 Et volvit, ex hoc viro, &c. 12 Poſt longam deliberationem. 13 Proſpera faciant. 14 Et quod ſuo augurio nobis ſignificaverunt. 15 Unda, aura, terra, pax, quæcunque optas. 16 Et libenter accipio, amo, grata habeo, ut firmior ſit amicitia & hoſpitalitas. Sic Horat. Od. 1. l. 1. Nec *partem ſolido demere de die* Spernit, id eſt, amat, jucundum illi eſt frangere diem. 17 Ubertas, fœcunditas. 18 Plenitudo opum. 19 Tantummodò facite ut, &c. 20 Amicitiæ & fœderis noſtri. 21 Jure hoſpitalitatis. 22 Fœderis. Conſequens pro antecedente. 23 Hæc enim amicitiæ atque pacis ſymbolum eſſe dicitur. 24 Regis veſtri. Τύραννος nomen initio honeſtum erat: poſteà principum improbitate odio eſſe cœpit. 25 Regi veſtro Æneæ. 26 Latinæ aut Italicæ. 27 Oracula ex ſecreto loco patris mei Fauni. 28 Per cœlum ſignificata, ut de flamma & apibus. 29 Generum, Synecdoche. Occurrit fatis ab Ilioneo memoratis oraculum Fauno redditum Latino de genero externo. 30 Regionibus. 31 Vates aut monſtra indicant. 32 Propagatione ſanguinis ſui. 33 Latinum. 34 Extollant. 35 Auguratur, præſagit. 36 Quos illi donaret. 37 Latinus.

Stabant

*Stabant [1] tercentum nitidi in præſepibus altis.*
[2] *Omnibus extemplò Teucris* [3] *jubet* [4] *ordine ducì*
*Inſtratos* [5] *oſtro* [6] *alipedes, pictiſque* [7] *tapetis.*
*Aurea* [8] *pectoribus demiſſa* [9] *monilia pendent,*
[10] *Tecti* [11] *auro, fulvum* [12] *mandunt ſub dentibus* [13] *aurum.*
[14] *Abſenti Ænea currum,* [15] *geminoſque jugales*
[16] *Semine ab æthereo,* [17] *ſpirantes* [18] *naribus ignem,*
[19] *Illorum de* [20] *gente,* [21] *patri quos* [22] *Dædala Circe*
[23] *Suppoſitâ de* [24] *matre* [25] *nothos* [26] *furata* [27] *creavit.*
[28] *Talibus* [29] *Æneadæ donis, dictiſque Latini,*
*Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant.*
*Ecce autem* [30] *Inachiis ſeſe referebat ab Argis*
[31] *Sæva* [32] *Jovis conjux,* [33] *auraſque invecta tenebat:*
*Et* [34] *lætum Ænean, claſſemque ex æthere* [35] *longè*
[36] *Dardaniam Siculo proſpexit ab uſque* [37] *Pachyno.*
[38] *Moliri jam tecta videt, jam ſidere terra,*
*Deſeruiſſe rates:* [39] *ſtetit acri fixa* [40] *dolore.*
[41] *Tùm quaſſans caput, hæc effudit pectore dicta.*
*Heu ſtirpem inviſam, &* [42] *fatis* [43] *contraria noſtris*
*Fata Phrygum! nùm* [44] *Sigæis* [45] *occumbere campis?*
*Nùm capti* [46] *potuêre* [47] *capi? nùm incenſa cremavit*
*Troja viros?* [48] *medias acies, medioſque per ignes*
*Invenêre viam?* [49] *at,* [50] *credo,* [51] *mea numina tandem*

1 Trecenti equi. 2 Ad omnes illico Trojanos. 3 Rex. 4 Per ordinem meritorum. 5 Purpurâ. 6 Volucres pedes habentes. 7 Dicitur *Tapes, tapetis;* & *Tapetum, tapeti.* 8 Per pectora. 9 Ornamenta collorum, phaleræ. 10 Equi. 11 Phaleris aureis. 12 Mordent. 13 Fræna aurea. 14 Et jubet duci ad Æneam abſentem. 15 Equos jugo aptos & curri aſſuefactos duos. 16 Qui referant patres, Solis equos *animoſos ignibus illis, Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant.* 17 Efflantes. 18 Per nares. 19 Equorum. 20 Genere. 21 Soli. 22 Ingenioſa artifex, ut Dædalus erat. Lucret. l. 1. de numine Veneris: *Tibi ſuavis* Dædala *tellus ſummittit flores; tibi rident æquora ponti.* 23 Equis patris, id eſt, Solis. 24 Mortali matre, equâ. 25 Ignobiles. 26 Subripiens eos. 27 Procreari fecit. 28 Cum talibus. 29 Sicilitaut legati Æneæ. 30 Ab Inacho olim regnatis: ad differentiam. Nam & Argi erant in Italia, à Diomede conditi. 31 In Trojanos. 32 Juno. 33 Et dùm invehebatur, tenebat, tanquam domina, aërem lenem. 34 De proſpera legatione. 35 Procul. 36 Trojanam, ad littus Italicum applicitam. 37 Promontorio Siciliæ. 38 Eos cum molimine exſtruere domos & oppida. 39 Impedita. 40 Invidia: qua *Siculi non invenêre tyranni Majus tormentum,* teſte Horatio. 41 Deinde frequenter concutiens, in ſignum vehementis iræ. 42 Voluntatibus: quia voluit imperium ſummum traducere in Carthaginem. 43 Imò victricia. 44 Trojanis: à *Sigæo* promontorio 45 Mori. 46 Phryges. 47 Sic capi, ut nullus elaberetur? 48 Quod propter Æneam dicit, qui de ſe dixit in 2. Æn. *Expedior, dant tela locum, flammaque recedunt.* 49 At me forte defeſſam aut odiis exſaturatam ceſſare putant? Non ita. Non *ſic abibunt odia* apud Sen. Herc. F. 50 Q. d. ſcilicet. Ironicè. 51 Poteſtates meæ divinæ.

Feſſa jacent, odiis haud exſaturata quievi.
Quin etiam patriâ [1] excuſſos [2] infeſta per undas
[3] Auſa ſequi, & [4] profugis toto me opponere [5] ponto:
Abſumptæ [6] in Teucros [7] vires cœlique mariſque.
Quid [8] Syrtes, aut Scylla mihi? quid [9] vaſta Charibdis
[10] Profuit? [11] optato conduntur Tibridis alveo,
[12] Securi pelagi, atque mei. [13] Mars [14] perdere gentem
[15] Immanem [16] Lapithûm valuit: conceſſit [17] in iras
[18] Ipſe Deûm [19] antiquam genitor Calydona Dianæ.
([20] Quod ſcelus aut [21] Lapithis tantum, aut Calydone merente?)
Aſt ego, magna Jovis conjux, nil linquere [22] inauſum
Quæ potui infelix, quæ memet [23] in omnia verti,
Vincor ab [24] Æneâ: quòd ſi mea numina non ſunt
Magna ſatis, [25] dubitem haud equidem implorare quod uſquam eſt.
Flectere ſi nequeo ſuperos, [26] Acheronta movebo.
[27] Non dabitur regnis, [28] eſto, [29] prohibere Latinis,
[30] Atq; [31] immota [32] manet fatis Lavinia conjux:
[33] At [34] trahere, atq; moras [35] tantis licet addere rebus;
At licet [36] amborum populos [37] exſcindere regum.
Hac [38] gener atque ſocer [39] coëant mercede [40] ſuorum:
[41] Sanguine Trojano & Rutulo dotabere [42] virgo:

1 Trojanos expulſos. 2 Irata. 3 Contra fata, atque extra meæ ditionis regna, Neptuni ſcil. Queritur conatus ſuos irritos ſuiſſe. 4 Illis. 5 Per totum æquor, ubicunque fuerint. 6 Contra Trojanos. 7 Imbres, tempeſtates, &c. aëris vires, quæ tamen omnia incaſſum ceſſerunt. 8 Brevia, ſcopuli, maris monſtra. 9 Valdè ampla.

10 Mihi ſc. Q. d. Nihil. 11 Quem diu optaverunt. 12 Sine cura & metu de periculis maris, atque de periculis & malis, quæ ego inferre poſſem. 13 Iratus Pirithoo, quod in nuptiali ſolemnitate ab ipſo præteritus fuiſſet: cæteris Diis adeòque Centauris invitatis, immiſit furorem ad diſtu bandas nuptias & excidium Lapitharum. 14 Interimere. 15 Ferociſſimam. 16 Populorum Theſſaliæ. 17 Suas iras in Calydona effundere, atque ita ulciſci, ut iræ ſuæ ſatisfaceret. 18 Jupiter permiſit Dianæ ulciſci Oenea, regem Calydonis, immiſſo apro, quòd de primitiis ſacrificaſſet reliquis Diis, illa excepta. 19 Nobilem. 20 Quam ſceleris pœnam tantam? 21 Merentibus. 22 Quod non auderem. 23 In omnes conatus, tam dignos, quàm indignos. 24 Uno viro. 25 Certè non verear in auxilium meum ploratu illicere, quicquid numinis ſit ubicunque. 26 Excitabo inferos Acheronta colentes. 27 Et ſi quis dicat, ne inferos quidem poſſe, cùm fata obſtent, concedam ita eſſe, quòd non conceditur à fatis, &c. 28 Conceſſio. 29 Trojanos. 30 Atque quòd. 31 Immutabilis. 32 Æneæ. 33 Sed ſaltem. 34 Protrahere & differre. Fata enim differri tantum, non prorſus tolli poſſunt. 35 Tam lætis ac felicibus. 36 Latini & Æneæ. 37 Bello exterminare. 38 Æneas & Latinus. 39 In amicitiam & fœdus. 40 Subditorum. 41 Quia utriuſque effuſionem quaſi loco dotis adferes. 42 Lavinia, regis Latini filia.

Et

*Et* [1] *Bellona* [2] *manet te pronuba:* [3] *nec face* [4] *tantùm*
*Ciſſeis* [5] *prægnans* [6] *ignes enixa* [7] *jugales:*
[8] *Quin idem* [9] *Veneri partus ſuus,* & [10] *Paris alter,*
[11] *Funeſtaque iterùm recidiva in Pergama* [11] *tæda.*
[12] *Hæc ubi dicta dedit, terras horrenda petivit:*
[13] *Luctificam* [14] *Alecto,* [15] *Dirarum ab ſede ſororum,*
[16] *Inferniſque* [17] *ciet tenebris:* [18] *cui triſtia bella,*
*Iræque, inſidiæque,* & [19] *crimina* [20] *noxia* [21] *cordi.*
*Odit & ipſe* [22] *pater Pluton, odêre* [23] *ſorores*
*Tartareæ* [24] *monſtrum: tot ſeſe vertit in* [25] *ora,*
*Tam ſæva* [26] *facies, tot* [27] *pullulat atra colubris.*
[28] *Quam Juno his* [29] *acuit verbis, ac talia fatur:*
*Hunc mihi da* [30] *proprium, virgo* [31] *ſata nocte, laborem,*
[32] *Hanc operam:* [33] *ne noſter honos,* [34] *infracta-ve* [35] *cedat*
*Fama loco, neu* [36] *connubiis ambire Latinum*
*Æneadæ poſſint, Italoſve obſidere fines.*
*Tu potes* [37] *unanimes armare in prælia* [38] *fratres,*
*Atque odiis* [39] *verſare domos:* [40] *tu* [41] *verbera tectis,*
*Funereaſque inferre faces: tibi nomina mille,*

1 Dea belli, haud ego. 2 Exſpectat te, ut ſit præfecta nuptiis tuis. 3 Neque enim Hecuba, Ciſſei filia, Priami uxor, ſola experta eſt verè ſomniaſſe ſe parituram facem, quæ Trojam incenderet. 4 In tantum, quantum tu, aut ſolummodò, quia etiam tu. 5 Gravida. 6 Illicitis conjugiis patriæ ſuæ incendium & exitium illaturos. 7 Conjugales, ideſt, matrimonio concertos. Facem enim parere ſe ſomniârat Hecuba, cùm Paridem paritura eſſet, ut diximus. 8 Æneas erit alter Paris, Venus Hecuba, Lavinia Helena. 9 Quia per Venerem Paris Helenam rapuit. 10 Similis Paridi, quia erit raptor Laviniæ, Turno deſponſatæ, ut Paris Helenæ, quæ Menelao nupſerat. 11 Nuptiæ exitiales, & quæ ſint funeris cauſæ, non lætæ erunt in mœnia hæc Trojana, poſt ruinam reſtitura, vel iterum in interitum reciſura. *Recidivum* enim dicitur, quod poſt caſum reſtitutum denuò concidit. Inde *febres recidivæ* dicuntur, in quas ſecundò recidimus. 12 Poſtquam Juno locuta eſt hæc. 13 Luctus facientem. 14 Furiam infernalem. 15 Aliarum Furiarum, Megeræ & Tiſiphones. 16 Infernalibus. 17 Excitat. 18 Furiæ Alectoï. 19 Ob quæ ſunt bella. 20 Nociva. 21 Voluptati & curæ ſunt. 22 Inferorum. Venerationis autem hic nomen eſt, non naturæ. Nam *Furiæ* ſunt Acherontis & Noctis filiæ: ſequitur enim, *Virgo ſata Nocte.* 23 Reliquæ Furiæ, Tiſiphone & Megæra. 24 Alecto. 25 Vultus horrendos. 26 Sunt illi. 27 Germinat. 28 Furiam Alecto. 29 Ad iram. 30 Qui tuæ naturæ conveniens eſt, *vel*, quem mihi peculiarem opto, ita ut nulli alteri eum impertias. 31 Noctis filia Alecto. 32 Sc. *impende mihi.* 33 Propoſitio Junonis. 34 Hucuſque infracta, vel jam valde fracta, & in nihilum redacta. 35 Cadat, vincatur. 36 Ad connubia ambiendo allicere. 37 Qui prius erant concordes. 38 Ut Eteoclem & Polynicem, Romulum & Remum, Amulium & Numitorem. 39 Evertere familias, ut parentes & liberos, maritum & uxorem. 40 Sc. *potes.* 41 Flagella in tecta & domos.



Digitized by Google

*Mille nocendi artes :* [1] *fœcundum* [2] *concute pectus :*
[3] *Diſjice* [4] *compoſitam pacem ; ſere* [5] *crimina belli :*
*Arma* [6] *velit ,* [7] *poſcatq; ſimul ,* [8] *rapiatq;* [9] *juventus.*
[10] *Exin* [11] *Gorgoneis Alecto infecta* [11] *venenis ,* 341
*Principiò Latium , &* [12] *Laurentis tecta* [13] *tyranni*
*Celſa petit ,* [14] *tacitumq; obſedit limen* [15] *Amatæ :*
[16] *Quam* [17] *ſuper adventu Teucrûm Turniq;* [18] *hymenæis*
[19] *Fœmineæ* [20] *ardentem curæque iræq;* [21] *coquebant.*
[22] *Huic* [23] *Dea cæruleis unum de crinibus* [24] *anguem*
*Conjicit , inque ſinum* [25] *præcordia ad intima ſubdit ,*
[26] *Quo furibunda* [27] *domum monſtro permiſceat omnem.*
[28] *Ille inter veſtes , &* [29] *lævia pectora lapſus*
[30] *Volvitur attactu nullo ,* [31] *fallitque* [32] *furentem ,* 350
*Vipeream inſpirans* [33] *animam : fit* [34] *tortile* [35] *collo*
*Aurum ingens coluber ; fit longa* [36] *tæniæ vittæ :*
[37] *Innectitq;* [38] *comas ,* [39] *& membris lubricus errat.*
*Ac dùm prima* [40] *lues* [41] *udo ſublapſa veneno* 354
[42] *Pertentat* [43] *ſenſus , atq; oſſibus implicat* [44] *ignem :*
*Nec dùm animus toto* [45] *percepit pectore* [46] *flammam :*
[47] *Molliùs , & ſolito matrum de more locuta eſt ,*
[48] *Multa* [49] *ſuper natâ lacrymans Phrygiiſque Hymenæis.*

1 Plenum artibus nocendi. 2 Comprime, ut exeant artes tuæ in opus. 3 Diſperge. 4 De quâ jam convenit inter Trojanos & Latinos. 5 Cauſas & ſemina. Ut, *Crimen amor veſtrum.* 6 Ut animo velit. 7 Voce. 8 Manibus, contra jus, omina, fata, regis imperium. 9 Itala & Trojana. 10 Ex eo momento, id eſt, ſtatim. 11 Serpentibus, quales Gorgones pro capillis habere dicuntur, præſertim Meduſa. 12 Latini. 13 Regis, ut ſuprà: *Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni.* 14 Tacitè, & ſine ſtrepitu. 15 Reginæ, uxoris Latini. 16 Amatam. 17 De. 18 Legitimis nuptiis. 19 Quæ plurimum fœminis dominari ſolent. 20 Inflammatam. 21 Vexabant, cruciabant. Cic. Coquit *me cura.* Appoſitè : nam & *cura* dicta eſt, quod *cor urat.* 22 In hanc reginam Amatam. 23 Alecto. 24 Veſanum mentis affectum, errorem, diſſidium. 25 Affectuum ſive paſſionum ſedes. 26 Cujus monſtri ſtimulo. 27 Totam perturbet familiam. 28 Anguis. 29 Plana & non aſpera. 30 Volubilitate ſuâ progreditur quaſi nihil attingens: *vel*, ut tactus ejus non ſentiretur. 31 Sine ſenſu accipientis furorem injicit. 32 Per ſe inſanientem mulierem. 33 Anhelitum. 34 Aurum tortum, ut torques. 35 Per collum: *vel*, dependens de collo. 36 Extrema pars faſciæ, ambientis caput muliebre. 37 In morem vittæ. 38 Amatæ. 39 Et facile elabens diſcurrit libere per membra ejus. 40 Infectio. 41 De udo corpore manante. 42 Apprehendit, corripit. Suprà, *tremor pertentat equorum Corpora. Pertentare* propriè eſt, ſententiam alicujus callidè expiſcari. Ter. *Sed ea gratia ſimulavi, vos ut pertentarem.* 43 Reginæ Amatæ. 44 Ardorem furoris. 45 Al. *concepit.* 46 Furorem. 47 Mitiùs. 48 Multum. Æn. 1. Multa *ſuper Priamo rogitans , ſuper Hectore* multa. 49 Propter filiam ſuam , & nuptias cum Phrygio Ænea contrahendas.

I Exp-

Digitized by Google

*[1] Exulibuſ-ne [2] datur ducenda [3] Lavinia Teucris,*
*O genitor? nec te miſeret gnatæque, tuique?*
*Nec [4] matris miſeret, [5] quam [6] primo Aquilone relinquet*
*Perfidus, [7] alta petens, abductâ [8] virgine [9] prædo?*
*An non ſic [10] Phrygius penetrat [11] Lacedæmona [10] paſtor,*
*[12] Ledæamq; Helenam Trojanas vexit ad arces?*
*[13] Quid tua [14] ſancta fides? quid cura antiqua [15] tuorum,*
*Et [16] conſanguineo toties data [17] dextera Turno?*
*Si gener externâ petitur de gente Latinis,*
*Idque [18] ſedet, Fauniq; [19] premunt te [20] juſſa parentis,*
*Omnem equidem ſceptris terram [21] quæ libera noſtris*
*Diſſidet, externam reor, & ſic [22] dicere Divos,*
*[23] Et Turno, ſi prima [24] domus repetatur origo,*
*[25] Inachus, [26] Acriſiuſq; patres, [27] mediæq; Mycenæ.*
*His ubi nequicquam dictis [28] experta, Latinum*
*[29] Contrà ſtare videt, penituſq; in [30] viſcera lapſum*
*Serpentis [31] furiale malum, [32] totamq; pererrat:*
*Tùm [33] verò infelix, ingentibus [34] excita monſtris,*
*Immenſam [35] ſine more furit [36] lymphata per urbem:*
*Ceu [37] quondam torto [38] volitans ſub verbere turbo,*

1 Patriâ expulſis. Indignationis plenum exordium. 2 Vis ne ut detur nuptum? 3 Filia noſtra unica. 4 Filiæ tuæ, id eſt, mei Amatæ. 5 Matrem. 6 Cum primo vento proſpero, id eſt, primâ oblatâ navigandi occaſione. 7 Maria. 8 Filia noſtra, quæ virgo eſt. 9 Prædator, ſc. Æneas.

10 Paris, à cujus exemplo dehortatur nuptias. Horat. Od. 15. l. 1. *Paſtor cum traheret per freta navibus Idæis Helenam perfidus hoſpitam.* Paſtorem ergo vocat, quia fuerat in monte Idâ expoſitus propter Hecubæ ſomnium, & à paſtore quodam educatus. 11 Spartam. 12 Ledæ ex Jove filiam. 13 Quid prodeſt, vel reputabitur poſthac. 14 Priùs inviolata. 15 Quam habuiſti de tuis. 16 Filio Venilíæ, quæ ſoror Amatæ. 17 Promiſſio fida. 18 Placet, ea ſententia firma eſt. 19 Cogunt te ad hoc. 20 Monita. 21 Quæ diviſim ſita eſt, quæ non eſt ſub noſtrâ ditione. 22 Cenſere. 23 Inſuper. 24 Familiæ. 25 Inachus primus fuit rex Argivorum, Acriſius ultimus, ab eo tranſlatum regnum Mycenas. Acriſius filiam Danäen, arcâ incluſam, in mare projecit, quam littori Apulo appulſam Pilumnus duxit, ex iis natus, Daunus, pater Turni ex Venilia Nympha. 26 Sc. *Inveniuntur.* 27 Quæ ſunt in penitiore parte regionis, ſc. *ſunt Turno patria.* 28 Amata ſc. quæ fecerat periculum, an poſſit mutare animum Latini. 29 Obſtare. 30 Amatæ. 31 A furia immiſſi ſerpentis. 32 Sc. *mulierem*, id eſt, obſidet omnes vires rationis ejus. 33 Maximè. 34 Commota furiis. 35 Sine modo ac moderatione. 36 Mente mota, furibunda, ὑδροφοβικῷ πάθει ἀριζατα. 37 Aliquando. 38 Lignum in formam pilæ (quod & *Trochus* dicitur) velociter à pueri actum ſub ſcutica. Tibul. El. 5. l. 1. *Namque agor, ut per plana citus ſola verbere turbo, Quem celer aſſuetâ verſat ab arte puer.* Turbo eſt etiam ventus validiſſimus & verticoſus, obvia quæque proſternens.

1 Turbinem. 2 Circuitu. 3 Spatioſa, ampla. Sic l. 1. Æn. *Porticibus longis fugit, & vacua atria luſtrat Saucius.* 4 Agitant. 5 Turbo. 6 Impulſus ſcuticâ per circuitum procurrit. Al. *habenis.* 7 Ignara cauſæ, quomodo in gyrum agatur. 8 Puerorum. 9 Multitudo impuberum.

*[1] Quem pueri magno in [2] gyro [3] vacua atria circùm*
*Intenti ludo [4] exercent: [5] ille [6] actus habenâ*
*Curvatis fertur ſpatiis: ſtupet [7] inſcia [8] turba,*
*[9] Impubeſque manus, mirata [10] volubile buxum:*
*[11] Dant animos plagæ: non curſu [12] ſegnior [13] illo*
*Per medias urbes [14] agitur, populoſque feroces.*
*Quinetiam in ſylvas, [15] ſimulato numine Bacchi,*
*Majus [16] adorta nefas, majoremque orſa furorem,*
*[17] Evolat, & natam frondoſis montibus [18] abdit,*
*Quo [19] thalamum eripiat [20] Teucris, [21] tædaſq; moretur.*
*[22] Evohe, [23] Bacche, [24] fremens, ſolum te [25] virgine dignum*
*Vociferans: etenim [26] molles [27] tibi [28] ſumere thyrſos,*
*[29] Te luſtrare choros, ſacrum tibi [30] paſcere crinem.*
*Fama volat, Furiiſque accenſas [31] pectore matres*
*[32] Idem omnes ſimul [32] ardor agit: nova [33] quærere tecta:*
*Deſeruêre [34] domos: ventis dant colla, comaſque.*
*Aſt aliæ [35] tremulis ululatibus æthera complent,*
*[36] Pampineaſque gerunt incinctæ [37] pellibus haſtas.*
*[38] Ipſa inter [39] medias [40] flagrantem [41] fervida [42] pinum*
*[43] Suſtinet, ac natæ, Turnique canit [44] hymenæos,*

10 Turbinem, ex buxo factum, volubilem. 11 Percuſſiones dant turbini talem velocitatem, ac ſi animos haberet: *vel*, pueri accommodant totam intentionem flagellationi. 12 Tardior. 13 Qui in turbine dictus eſt. 14 Amata regina. 15 Ita furens, ut Bacchi ſacra celebrare videretur: non ergò quòd ipſa ſimularet: id enim eſt ſanorum. 16 Inſidiosè aggrediens. Al. *adorſa.* 17 Velociter currit. 18 Abdit. 19 Nuptias, vel jus connubii. Metaphora. *Thalamus* propriè eſt commune utriuſque conjugis cubiculum. 20 Præcipuè Æneæ. 21 Faces nuptiales differat. 22 Acclamatio Bachica, εὐοῖ. 23 Apoſtrophe ſive averſio ad Bacchum. 24 Cum fremitu clamans. 25 Sc. *tali.* 26 Haſtas pampineas, (ut mox) pampinis & hedera veſtitas. 5. Ecl. 27 In tuam gratiam, tibi devotam, tuis nuptiis dignam atque è voto tibi nutrire comam. 28 Amata ſumebat. 29 Et circumſpiciebat per te & furore tuo percita, vel propter te, & tui honoris cauſa, choros bacchantium. 30 Nutriebat. Poſt pueritiam, ſive pueri, ſive puellæ, crinem dedicabant aris. 31 Sc. *in.* 32 Eadem vehemens cupido. 33 Illæ quærebant. 34 Proprias. 35 Quia à trementibus factis. 36 Pampinis, quæ ſunt frondes vitium, involutas, id eſt, thyrſos, quos in Bacchi ſacris geſtabant. 37 Cervinis: quibus indutus rediit Bacchus ab expeditione Indicâ. 38 Regina Amata. 39 Latinas matronas. 40 Ardentem. 41 Vehemens ac concitata. 42 Pineam facem, ut pronuba, quæ nuptias filiæ ſuæ cum Turno caneret. 43 Geſtat, ſeorſùm tenet. 44 Carmen nuptiale filiæ & Turni.

*[1] Sanguineam [2] torquens aciem, [3] torvùmque repentè*
*Clamat: Iô matres audite [4] ubi quæque Latinæ,*
*Si qua piis [5] animis manet infelicis [6] Amatæ*
*Gratia, ſi juris [7] materni cura [8] remordet:*
*[9] Solvite [10] crinales vittas, capite Orgia mecum.*
*[11] Talem inter ſylvas, inter [12] deſerta ferarum,*
*[13] Reginam [14] Alecto ſtimulis [15] agit undiq; [16] Bacchi.*
*Poſtquam [17] viſa ſatis primos acuiſſe furores,*
*Conſiliumque omnemque domum vertiſſe Latini;*
*Protinùs [18] hinc [19] fuſcis triſtis [20] Dea tollitur alis*
*[21] Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur [22] urbem*
*[23] Acriſioneïs Danaë fundaſſe colonis,*
*[24] Præcipiti delata Noto: locus Ardea quondam*
*Dictus [25] avis: & nunc magnum [26] manet Ardea [27] nomen.*
*[28] Sed fortuna fuit: tectis hîc Turnus in altis*
*Jam [29] mediam [30] nigrâ carpebat nocte quietem.*
*Alecto [31] torvam faciem, & [32] furialia membra*
*Exuit, in vultus ſeſe transformat [33] aniles,*
*Et frontem [34] obſcœnam [35] rugis arat; induit [36] albos*
*Cum [37] vitta crines; [38] tùm ramum innectit olivæ.*

1 Oculos, ità & furore inflammatos. l. 4. *ſanguineam volvens aciem.* Dementiam regiam exponit. Nam modò filiam deſtinaverat Baccho: modò Turnum canit. 2 Revolvens. 3 Torvè. 4 Ubicunque, aut quæcunque eſtis. 5 Veſtris. 6 Mei, quæ Amata dicor.

7 Quod matres habent in liberos. 8 Cruciat conſcientias veſtras. Sic 1. Æn. *Quando hac te cura* remordet. 9 Solutis crinibus celebrate mecum Bacchanalia, ab εἴργω: arcentur enim à ſacris profani, & non initiati. 10 Faſciolas, quibus crines implicantur. 11 Tali modo, tali furore percitam. 12 Loca deſerta ab hominibus, ſed habitata à feris. 13 Amatam. 14 Furia illa infernalis. 15 Verſat & exagitat. 16 Qualibus Bacchantes in furorem inſtigari ſolent. 17 Alecto viſa eſt ſibi. 18 Ab hac domo. 19 Subnigris & obſcuris. 20 Furia: *Dea dira.* 12. Æn. *invisum numen* infra: Pœnarum Dea. 21 Animoſi Turni urbem. 22 Ardeam. 23 A patris *Acriſii* nomine dictis colonis: *vel*, qui e Græcia ad urbem, à Danaë conditam, adventârint. Servius vult eſſe Nominativum Patronymicum fœm. refertque ad *Danaë*, id eſt, Acriſii filia. 24 Vento præcipitanter impellente è Græciâ in Italiam devecta. 25 Ab ave. Ovid. 14. Met. 26 Al. *tenet.* 27 Urbis Ardeæ. 28 Quod nomen Arduæ civitati imponeretur ab Ardea: *vel*, fortuna ſic tulit, ut Turnus carperet quietem: ita ut ad ſequentia referatur. 29 Quæ ad medium ferè noctis ſolet eſſe media. 30 Obſcura: quia *tùm tenebris nigreſcunt omnia circum.* 31 Torvam & ſævam. 32 Furiæ apta. 33 Anni convenientes. 34 Fœdam. 35 Laxis pellibus extantibus corrugat. Ovid. 1. de Arte: *Jam venient rugæ quæ tibi corpus arent.* Et alibi: *Jamque meos vultus ruga ſenilis arat.* 36 Canos. 37 Cum redimiculo ſacerdotali, ut quæ ſumeret ſibi formam ſacerdotis. 38 Inſuper.



Digitized by Google

1 Transformatur in Calybis ſpeciem. Sic l. 5. *Fit Beroë.* 2 Vetula ſacerdos. 3 Junonis. 4 Turno. 5 Vernis. 6 Exhibes. Tùr. *Opportune mihi se offers.* 7 Exordium à caſtigatione tolerantiæ, quam exaſperat ab indigno, exhortans eum ad ſuſcipienda arma contra Latinum.

*[1] Fit Calybe [2] anus, [3] templique ſacerdos,*
*Et [4] juveni ante oculos his ſe cum [5] vocibus [6] offert:*
*[7] Turne, tot [8] incaſſum [9] fuſos patière labores?*
*[10] Et tua Dardaniis tranſcribi ſceptra colonis?*
*[11] Rex tibi [12] conjugium, & [13] quæſitas [14] ſanguine dotes*
*Abnegat, [15] externuſque in regnum quæritur hæres.*
*I nunc, [16] ingratis [17] offer te irriſe periclis;*
*[18] Tyrrhenas, i, ſterne acies, tege [19] pace Latinos.*
*Hæc adeò tibi me, [20] placidâ cùm nocte jaceres,*
*Ipſa palam fari [21] omnipotens [22] Saturnia juſſit.*
*Quare age, & armari pubem, portiſque moveri*
*Lætus [23] in arma para: & Phrygios, qui [24] flumine pulchro*
*Conſedêre, [25] duces, [26] pictaſque exure carinas.*
*[27] Cæleſtûm [28] vis magna [29] jubet: [30] rex ipſe Latinus,*
*Ni [31] dare conjugium, & [32] dicto parêre fatetur,*
*Sentiat, & tandem [33] Turnum experiatur in armis.*
*[34] Hîc [35] juvenis, [36] vatem irridens, ſic [37] orſa viciſſim*
*Ore refert: [38] claſſes invectas Tybridis undam,*
*Non, ut [39] rere, meas effugit [40] nuntius [41] aures:*
*[42] Ne tantos mihi finge metus: nec regia Juno*

8 Fruſtra. Tractum à *caſſum*, id eſt, vanum, inane. 9 Sc *eſſe*, id eſt, ut fundantur. 10 Et patieris regna tua tradi ac transferri ad colonos Dardanios. *Tranſcribere* enim ſæpius, eſt rem noſtram in alterius dominium transferre, & propriè de colonis dicitur: illi enim *tranſcribi* dicebantur. 11 Latinus. Narratio rei geſtæ. 12 Laviniæ. 13 Partas. 14 Tuo tuorumque, fuſo in prælis, dùm Latino auxilium fers contra Thuſcos. l. 8. Amplificatio ignominiæ. 15 Latinus enim, cùm ſine prole virili eſſet, quærebat filiæ maritum, & ſucceſſorem regni. 16 Pro quibus nulla tibi gratia reddetur, quæque rem ingratam adferant, niſi obſtiteris. 17 Objice. 18 Hetruſcas apud Tyrrhenum mare. 19 Quam eis cum Hetruſcis peperiſti. 20 Cum requieſceres. 21 Omnipotentis conjux. 22 Saturni filia Juno. 23 In exercitium armorum. 24 Ad flumen pulchrum Tiberim. Supra: *Fluvio Tiberinus amœno.* 25 Aggredere. 26 Ad pompam potiùs, quam pugnam, adornatas: *vel potius*, ob Deos tutelares & inſigne navis in puppe pictos. 27 Cœleſtium. 28 Juno. 29 Ut id facias. 30 Et ut ipſe rex, &c. 31 Quod concedit. 32 Deorum; *aut*, pacto inter vos. 33 Te Turnum. 34 Ad hæc ejus dicta. 35 Turnus. 36 Alecto, quam credidit eſſe Calyben, Junonis ſacerdotem. 37 Sermones orſos. 38 Externas. 39 Opinaris ipſum effugiſſe, id eſt, benè audivi, licet aliter putes. 40 Nuntius nuntians. 41 Quia nuntiatum eſt mihi, veniſſe Phrygas. 42 Ne putes me propterea uſque adeò formidare, ut cœpta deſiſtam.

Im-

Digitized by Google

*Immemor eſt noſtri.*
[1] *Sed te* [2] *victa* [3] *ſitu*, [4] *verique effœta ſenectus*,
*O* [5] *mater, curis nequicquam* [6] *exercet, & arma*
[7] *Regum inter falſâ* [8] *vatem formidine ludit:*
[9] *Cura tibi, Divûm effigies, & templa* [10] *tueri:*
*Bella viri, pacemque gerant, queis bella gerenda.*
*Talibus Alecto dictis* [11] *exarſit in iras.*
[12] *At juveni oranti ſubitus tremor* [13] *occupat artus:*
*Diriguêre* [14] *oculi: tot* [15] *Erinnys ſibilat* [16] *hydris,*
[17] *Tantaque ſe facies* [18] *aperit: tùm* [19] *flammea torquens*
*Lumina,* [20] *cunctantem, &* [21] *quærentem dicere plura*
[22] *Reppulit, &* [23] *geminos erexit crinibus angues,*
[24] *Verberaque inſonuit,* [25] *rapidoque hæc addidit ore:*
[26] *En* [27] *ego victa ſitu, quam* [28] *veri effœta ſenectus*
*Arma inter regum falſâ formidine ludit.*
*Reſpice ad* [29] *hæc: adſum* [30] *dirarum ab ſede ſororum,*
*Bella* [31] *manu, lethumque* [32] *gero.*
*Sic* [33] *effata,* [34] *facem* [35] *juveni conjecit, &* [36] *atro*
*Lumine fumantes fixit* [37] *ſub pectore tædas.*
[38] *Illi ſomnum ingens* [39] *rupit pavor, oſſaq; &* [40] *artus*
*Perfudit* [41] *toto proruptus corpore ſudor.*
*Arma* [42] *amens* [43] *fremit, arma toro,* [44] *tectiſque requirit:*
[45] *Sævit amor* [46] *ferri, &* [47] *ſcelerata inſania belli,*

1 Sed te ſenectus gravis & delira à veris ad vana & curas, nihil ad te pertinentes, abducit. 2 Squalore conſumpta, id eſt, quæ ſe à ſordibus vindicare neſcit. 3 Qui ex vetuſtate naſcitur. 4 Nec quidquam veri amplius in ſe habet. 5 Quòd grandæva ſit & anus. 6 Vexat. 7 Quæ reges tractare decet. 8 Te cum ſis vates. 9 Sc. *ſit*.

10 Contemplari. 11 Accenſa eſt ira. 12 At Turno etiamnum loquenti. 13 Invadit. 14 Ejus, à ſignis iræ. 15 Furia. 16 Serpentibus. 17 Tam immanis, ut ille trepidaret. 18 Oſtentat. 19 Illa revolvens oculos ignitos. 20 Hæſitantem Turnum præ timore 21 Molientem. 22 Rejecit à ſe. 23 Inſtar cornuum erexit. *Alii*, pares crinibus. *Alii*, exſpuit in Turnum duos angues. 24 Et inſonare fecit flagella. 25 Furioſo. 26 Verba Turni inſultans Furia in ipſum retorquet. Sarcaſticè. 27 Vide, an ego, ut dicis, ſum illa, quam, &c. 28 Quæ omne verum enixa eſt. 29 Angues, facem, flagellum, inſignia belli ac lethi; & agnoſce Furiam, & an ad me bella regum nihil pertineant. 30 Reliquarum Furiarum, id eſt, ab inferis adveni. 31 In poteſtate. 32 Habeo. 33 Alecto elocuta. 34 Incendentem deſiderium belli ferro ac face furentis. 35 In juvenem Turnum. 36 Ferali, nocivo. 37 In præcordiis ejus. 38 Turno. 39 Interrumpit. 40 Turni. 41 Porrò erumpens ſeſe per totum corpus. 42 Captus mente. 43 Cum fremitu & cum clamore poſcit. 44 Per tecta. 45 Crudeſcit. 46 Habendi. 47 Quæ cum ſcelere ſæpe fit.



Digitized by Google

1 Et ira fervit inſuper.
2 Lege Macrob. l. 5. c. 11. Sat. exponentem hanc comparationem, & cum Homeri loco Il. 21. conferentem.
3 Sono, ſtrepitu.
4 De virgis facta.
5 Supponitur lateribus lebetis ebullientis.
6 Et aquæ extrà ſe frequenter ſaliunt propter fervorem.
7 Ebullientis.
8 In altum.

*[1] Ira ſuper: [2] magno veluti cùm flamma [3] ſonore*
*[4] Virgea [5] ſuggeritur coſtis undantis aheni,*
*[6] Exſultantque æſtu latices, furit intùs [7] aquæ vis,*
*Fumidus atque [8] altè ſpumis [9] exuberat amnis:*
*Nec jam ſe [10] capit unda: volat [11] vapor ater ad auras.*
*[12] Ergo iter ad regem, [13] pollutâ pace, Latinum*
*Indicit primis juvenum, & jubet arma parari,*
*Tutari Italiam, detrudere [14] finibus hoſtem:*
*[15] Se [16] ſatis ambobus Teucriſq; [17] venire, Latiniſque.*
*Hæc ubi dicta [18] dedit, Diveſque [19] in vota vocavit,*
*[20] Certatim ſeſe Rutuli exhortantur in arma.*
*[21] Hunc decus egregium formæ [22] movet, atque [23] juventæ:*
*[24] Hunc atavi reges: hunc [25] claris [26] dextera factis.*
*Dùm Turnus Rutulos animis audacibus implet,*
*Alecto [27] in Teucros [28] Stygiis ſe concitat alis,*
*[29] Arte novâ ſpeculata locum, [30] quo littore pulcher*
*[31] Inſidiis, curſuque feras agitabat Iülus.*
*Hîc [32] ſubitam canibus rabiem [33] Cocytia virgo*
*Objicit, & [34] noto [35] nares contingit odore,*
*Ut cervum [36] ardentes [37] agerent: [38] quæ prima [39] malorum*
*Cauſa fuit, [40] belloque animos accendit [41] agreſtes.*
*Cervus erat formâ præſtanti, & cornibus ingens,*

9 Superabundat curſu aut gurges aquæ. 10 Continere poteſt intra ahenum. 11 Exhalatio fumoſa. 12 Mittit Turnus principes juvenum ad Latinum, qui moneant, bellum indicant, &c. 13 A Turno, qui violavit pacem initam inter Latinum & Æneam: vel à Latino, qui violavit pacem cum Turno. 14 Limitibus Italiæ. 15 Et dicit, *ſe*, &c. 16 Sufficientem. 17 Venturum eſſe, id eſt, ſe ſuffecturum utrique in bello. 18 Turnus. 19 Quia votis nuncupatis, bella ſumebantur. 20 Cum certamine. 21 Quemvis ex Rutulis. Reddit autem tres cauſas impulſivas ad bellum; formam Turni, nobilitatem antiquam, & res geſtas ſummâ cum laude. 22 Ad bellum inſtigat. 23 Turni. 24 Quemvis alium majores ejus inſtigant. 25 Quâ clara facinora edidit. 26 Turni. 27 Volat in Teucros animo nocendi. 28 Infernalibus. 29 Inventione. 30 Ad quem. 31 Subſeſſoribus & alatis venatoribus. 32 Subitò provenientem. 33 Infernalis, id eſt, Furia Alecto, à *Cocyto*, fluvio infernali, ſic dicta. 34 Cervino, qualem ſectari ſolent. 35 Canum. 36 Ferventes, rabie concitati. 37 Inſequerentur. Horat. Epod. Od. 6. Agam *per altas aure ſublatâ nives, Quæcunque præcedet fera.* 38 Sc. *res*, id eſt, interfectus cervus principium fuit belli in Rutulos & Trojanos. 39 Subſecutorum. 40 Ad bellum. 41 Agreſtium virorum.

I *Tyr-*

*[1] Tyrrhidæ pueri quem [2] matris ab ubere raptum*
*[3] Nutribant, Tyrrhuſque [4] pater; cui [5] regia [6] parent*
*Armenta, & latè cuſtodia credita campi.*
*Aſſuetum imperiis ſoror omni [7] Sylvia curâ*
*[8] Mollibus [9] intexens ornabat [10] cornua ſertis,*
*Pectebatque [11] ferum, puroque in fonte lavabat.*
*Ille [12] manûm patiens, menſæq; aſſuetus [13] herili,*
*[14] Errabat ſylvis, rurſuſque ad limina nota*
*Ipſe domum ſerâ [15] quamvis ſe nocte ferebat.*
*[16] Hunc [17] procul [18] errantem [19] rabidæ venantis Iüli*
*[20] Commovêre canes, fluvio cùm fortè [21] ſecundo*
*[22] Deflueret, ripâque æſtus [23] viridante levaret.*
*Ipſe etiam [24] eximiæ laudis ſuccenſus amore*
*Aſcanius, curvo direxit ſpicula [25] cornu.*
*Nec [26] dextræ [27] erranti [28] Deus [29] abfuit, [30] actaque multo*
*Perque uterum ſonitu, perque ilia venit [31] arundo.*
*[32] Saucius at [33] quadrupes nota intra tecta refugit,*
*Succeſſitq; [34] gemens ſtabulis, [35] queſtuq; [36] cruentus,*
*Atque [37] imploranti ſimilis, [38] tectum omne replevit.*
*[39] Sylvia prima [40] ſoror, palmis [41] percuſſa lacertos,*
*Auxilium vocat, & [42] duros [43] conclamat agreſtes.*
*Illi ([44] peſtis enim [45] tacitis latet [46] aſpera ſylvis)*
*[47] Improviſi adſunt: [48] hic torre armatus [49] obuſto:*

1 Filii Tyrrhi, qui regii pecoris magiſter & cuſtos erat. 2 Cùm adhuc lactaret. 3 Nutriebant. 4 Eorum. 5 Ad regem pertinentia. 6 Cuſtodiæ & gubernationi deputata ſunt. 7 Soror Tyrrhidarum puerorum, Tyrrhi filia. 8 Ex herbis & floribus. 9 Ea. 10 Ejus cervi. 11 Cervum, qui naturâ ferus erat: ut 2. Æn. *In latus, inque feri*, &c. de equo ligneo. Al. *feram*. 12 Manuum. 13 Heri, aut domini ſui Tyrrhi. 14 Liberè vagabatur & paſcebatur. Sic Ecl. 2. *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.* 15 Quantumvis. 16 Cervum. 17 A domo Tyrrhi. 18 Paſcentem. 19 In animalibus obſervatum, ubi de feritate ſermo, nominari fœminas; ubi de generoſitate, mares. 20 Ad curſum excitaverunt. 21 Defluente. 22 Cervus deorſum flueret ad delectationem. 23 Virente, & virides herbas habente. 24 Qualem putavit tam præſtantem cervum figere. 25 Arcu, habente in extremis cornu incurvatum. 26 Aſcanii. 27 Neſcientis qualem cervum feriret. 28 Alecto Dea, ſuprà: Deos autem volunt eſſe ἀρσενοθήλεας: ut 2. Æn. *Deſcendo, ac ducente Deâ*, id eſt, Venere. 29 Imò auxilio fuit. 30 Directa. 31 Sagitta arundinea. 32 Vulneratus. 33 Cervus. 34 Pathos. 35 Querelâ. 36 Cruore perfuſus. 37 Auxilium. 38 Totam domum Tyrrhi. 39 Filia Tyrrhi, quæ cervum illum comere & ornare ſolebat. 40 Tyrrhidarum. 41 Percutiens. 42 Ex laborum conſuetudine. 43 Clamore convocat. Alias (verbum caſtrenſe) ad bellum, vel convaſare ſignificans. 44 Furia peſtifera Alecto. 45 Secretis, vel ipſa latens. 46 Perniciosa. 47 Subiti. 48 Adeſt. 49 Circumuſto.

*Sti-*

Digitized by Google

*Scriptis* [1] *hic* [2] *gravidi nodis*; [3] *quod cuiq; repertum eſt*
[4] *Rimanti, telum ira facit*: [5] *vocat agmina Tyrrhus,*
[6] *Quadrifidam quercum* [7] *cuneis ut fortè* [8] *coactis*
*Scindebat,* [9] *raptâ* [10] *ſpirans immanè ſecuri.*
*At ſæva è* [11] *ſpeculis tempus* [12] *Dea nacta nocendi,*
*Ardua tecta petit ſtabuli, &* [13] *de culmine ſummo*
[14] *Paſtorale canit* [14] *ſignum, cornuque recurvo*
[15] *Tartaream* [16] *intendit vocem, quâ protinùs omne*
*Contremuit* [17] *nemus, & ſylvæ* [18] *intonuêre* [19] *profunda.*
[20] *Audiit &* [21] *Triviæ* [22] *longè* [23] *lacus; audiit amnis*
[24] *Sulfureâ* [25] *Nar albus aquâ, fonteſque* [26] *Velini;*
*Et trepidæ matres* [27] *preſſêre ad pectora natos.*
*Tùm verò ad* [28] *vocem celeres, quâ buccina ſignum*
*Dira dedit, raptis concurrunt undique telis*
[29] *Indomiti agricolæ; nec non & Troïa* [30] *pubes*
*Aſcanio auxilium caſtris effundit* [31] *apertis.*
*Direxêre acies: non* [32] *jam* [33] *certamine agreſti,*
*Stipitibus duris agitur,* [34] *ſudibus-ve præuſtis;*
*Sed ferro* [35] *ancipiti* [36] *decernunt, atraque latè*
[37] *Horreſcit* [38] *ſtrictis* [39] *ſeges enſibus,* [40] *æraq; fulgent*
[41] *Sole laceſſita, & lucem ſub nubila jactant.*
[42] *Fluctus uti primo cœpit cùm albeſcere vento,*
*Paulatim ſeſe* [43] *tollit mare, & altiùs undas*
*Erigit; indè imo conſurgit ad æthera fundo.*

1 Alius armatus adeſt. 2 Ponderoſo. 3 Quod quærens quiſque reperit, ira jubet illi eſſe pro telo: ut 1. Æn. *furor arma miniſtrat.* 4 Diſquirenti. 5 In agmen convocat diſperſos. 6 In quatuor partes fiſſilem, *vel*, magnam & horribilem. 7 Inſtrumentis findendi. 8 Simul impreſſis. 9 Vi recepta.

10 Anhelans immaniter & ſupra modum. 11 Locis altioribus, undè illud ſpeculabatur. 12 Alecto. 13 E ſummo tecto ſtabuli, quod ipſis ſpeculæ vice erat. 14 Paſtoribus notum claſſicum, quo audito, ad arma concurrere ſolebant. 15 Infernalem. 16 Auget Al. *incendit*. 17 Arcinum. 18 Al. *inſonuêre*. 19 Denſæ arboribus. 20 Vocem Alectus. 21 Dianæ. 22 Sc. *poſitus*. 23 Arcinus ſc. qui & *Dianæ ſpeculum* dicitur. 24 Sulphuris odorem habentes 25 Fluvius, Sabinos ab Umbris diſterminans: hodiè *la Solpherata*, à ſulphureis aquis. 26 Qui poſteà Velini dicti ſunt. Velinus fl. per lacum Velinum defluit in Narem. 27 Arctiùs, ut in timore, complexæ ſunt liberos ſuos. 28 Buccinæ. 29 Effræni. 30 Juventus. 31 Patentibus ad exitum. 32 Poſtquam collecti erant hinc ruſtici, illinc Trojani. 33 Ut in certamine agreſtium ſolet fieri, ſc. ſtipitibus, &c. 34 Perticis antè uſtulatis loco ferri. 35 Utrimque incidenti. 36 Pugnant, dimicant, contendunt. 37 Fit aſpera. 38 Denudatis: unde vaginas in terram dejiciebant. 39 Terra. Metaphora à denſitate culmorum in agris, id eſt, horreſcunt nudati enſes inſtar ſegetis fluctuantis Sic 2. Georg. *denſiſque virûm ſeges horruit haſtis*. 40 Ærea arma Trojanorum. 41 Ex repercuſſu Solis: *vel*, radiis ſolaribus percuſſa. 42 Sc. *lucem jactat*. Comparationem hanc cum Homerica vide apud Macrob. l. 5. Sat. c. 13. 43 Erigit.

I *Hîc*

*[1] Hic juvenis primam ante aciem, ſtridente [2] ſagittâ,*
*Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon,*
*[3] Sternitur: hæſit enim ſub gutture [4] vulnus, & [5] udæ*
*Vocis [6] iter, [7] tenuemque [8] incluſit ſanguine [7] vitam.*
*[9] Corpora multa virûm circà; ſeniorq; [10] Galeſus,*
*[11] Dùm [12] paci medium ſe offert, juſtiſſimus unus*
*Qui fuit, Auſoniiſque olim ditiſſimus arvis.*
*Quinque greges [13] illi [14] balantum, quina [15] redibant*
*[16] Armenta, & terram centum [17] vertebat aratris.*
*[18] Atque [19] ea per campos [20] æquo dùm Marte geruntur,*
*[21] Promiſſi [22] Dea facta potens, ubi [23] ſanguine bellum*
*[24] Imbuit, & primæ commiſit funera pugnæ,*
*Deſerit [25] Heſperiam, & cæli [26] convexa per auras,*
*[27] Junonem [28] victrix affatur voce ſuperba:*
*En perfecta tibi bello [29] diſcordia [30] triſti:*
*[31] Dic, in amicitiam coëant, & fœdera jungant:*
*Quandoquidem [32] Auſonio [33] reſperſi ſanguine Teucros.*
*Hoc etiam his addam, tua ſi mihi [34] certa voluntas,*
*[35] Finitimas in bella [36] feram [37] rumoribus [35] urbes,*
*Accendamque [38] animos [39] inſani Martis amore,*
*Undiq; ut auxilio veniant: [40] ſpargam arma per agros.*
*Tùm contrà Juno: [41] Terrorum, & [42] fraudis abundè eſt:*
*[43] Stant belli cauſæ: pugnatur [44] cominùs armis:*

1 In hoc congreſſu. 2 Quâ vulneratus erat. 3 Proſternitur, humi dejicitur, occiditur. 4 Sagitta vulnerans, *vel*, vulnus infixum à ſagitta. 5 Quæ aërem, quo udus eſt, deſiderat. 6 Meatum. 7 Fragilem ſpiritum vitalem. 8 Interclufit, ſuffocavit. 9 Sc. *ſternuntur*. 10 Sc. *ſternitur*. 11 Pathos à cauſa & fortuna: de quo vide Macrob. Sat. 4. c. 3. & 4. 12 Concordiæ faciendæ. 13 Ad illius commodum. 14 Ovium. 15 Ex paſcuis domum. 16 Greges magnorum animalium. 17 Arabat, id eſt, benè pavit, & benè aravit. 18 A pugnæ narratione tranſit ad Furiam Alecto, ejuſdemque exultationem, quod bellum concitarit. 19 Ejuſmodi certamina. 20 Juſto prælio & jam diſſidio palam facto: neque enim æquo Marte pugnatum, cùm Itali ſoli fuerint interempti. 21 Promiſſæ diſco diæ. 22 Alecto. 23 Fuſo. 24 De novo tinxit. 25 Italiam. 26 Convecta & delata per cœli auras: ut in 4. Georg. *amnis devexus ab Indis*: non ut l. 6. Æn. *cæli convexa tueri.* 27 Dominam ſuam. 28 Voti compos. 29 Sc. *eſt* 30 Quia Almon & Galeſus interfecti erant. 31 Ironica inſultatio. Significat enim tantum inter eos odii ſe ſeviſſe, ut facillè in gratiam redire non poſſint. 32 Italico. 33 Contaminavi. 34 Explorata ſit. 35 Urbes in confinio ſitas, id eſt, cives urbium finitimarum. 36 Inducam. 37 Inimicitiæ plenis. 38 Finitimorum. 39 Deteſtandi belli. 40 Omnes undique agreſtes concitabo ad arma. 41 Populorum ſc. concitatorum. 42 Per te factæ, ex cervo ſc. vulnerato. 43 Jacta ſunt belli fundamenta, ſparſa ſemina idonea. 44 De propè, quaſi conſerta & commiſſa manu.

Qua

Digitized by Google

1 Alea & fortuna. 2 Humefecit. 3 Conjugia. 4 Nuptias. 5 Æneas. Ironicè. 6 Vagari cum ampliori licentia. 7 Jupiter. 8 Tibi negatis. 9 Si in aliqua re laborandum erit, ut perficiatur inceptum bellum. 10 Supereſt fortuna laborum. Tmeſis. 11 Saturni filia Juno. 12 Furia Alecto.

*Quæ [1] ſors prima dedit, ſanguis novus [2] imbuit arma.*
*Talia [3] connubia, & tales celebrent [4] hymenæos*
*[5] Egregium Veneris genus, & rex ipſe Latinus.*
*Te ſuper ætherias [6] errare licentiùs auras,*
*Haud [7] pater ipſe velit ſummi regnator Olympi.*
*Cede [8] locis: ego, [9] ſiqua [10] ſuper fortuna laborum [10] eſt,*
*Ipſa regam. Tales dederat [11] Saturnia voces;*
*[12] Illa autem [13] attollit ſtridentes anguibus alas,*
*[14] Cocytique petit ſedem, [15] ſupera [16] ardua linquens.*
*Eſt locus Italiæ in medio, ſub montibus altis,*
*[17] Nobilis, & famâ multis memoratus in [18] oris,*
*[19] Amſancti valles: denſis [20] hunc frondibus [21] atrum*
*Urget utrimq; latus nemoris: [22] medioque [23] fragoſus*
*Dat ſonitum [24] ſaxis, & [25] torto vertice [26] torrens.*
*Hîc ſpecus horrendum, & ſævi [27] ſpiracula Ditis*
*Monſtrantur, [28] ruptoque ingens [29] Acheronte vorago*
*[30] Peſtiferas [31] aperit fauces: [32] queis condita Erynnis,*
*Inviſum numen, terras, cœlumque [33] levabat.*
*[34] Nec minùs [35] interea [36] extremam Saturnia bello*
*Impoſuit Regina manum: ruit omnis in [37] urbem*
*Paſtorum ex [38] acie numerus, cæſoſque reportant,*
*Almonem [39] puerum, [40] fœdatique ora [41] Galeſi:*

13 Erigit. 14 Fluvii infernalis, id eſt, inferos & Ditis profunda, undè fuerat à Junone evocata, repetit. 15 Quæ ſunt in regione ſuperna, reſpectu inferni. 16 Sc. *loca.* 17 Famoſus, & multum notus. *Nobilis* dicitur quaſi *noſcibilis*, id eſt, dignus, cujus nomen omnibus cognitum ſit. Unde fit, ut ſæpius pro digno, atque excellenti in quacunque re ponatur. Liv. Nobilis *ille clade Romanâ locus.* Aliquando idem eſt quod notus. Ter. *Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa*, nobilis. 18 Regionibus. 19 Quaſi ἀμ, id eſt, *circum*, id eſt, undique ſacri. 20 Locum. 21 Umbroſum. 22 Exiſtens medio vallis. 23 Cum fragore decurrens. 24 Inter ſaxa. 25 Confracto. 26 Amnis rapidus. 27 Hiatus, unde ſpirare poſſint. 28 Vi ſe erumpente. 29 Fluvio illo infernali. 30 Gravi odore peſtem adferentes. 31 Refert. 32 Quibus faucibus abſcondita Furia infernalis Alecto. Per ſpecum hunc, fauces peſtiferas & ſpiracula Ditis ad inferos remeaſſe Furiam dicit Poëta. 33 Recreabat, & à triſtitia relevabat: quippe quod cœlo ac terræ ſua præſentia fuiſſet onerosum & grave. 34 Nihilominus, quanquam Furia jam diſceſſerat. 35 Dum Alecto abiret. 36 Saturni filia Juno finivit ac perfecit bellum. Metaphora ab ædificatoribus petita, qui, abſoluto ædificio, faſtigium aliquod ſolent imponere. 37 Latini ſc. id eſt, Laurentum. 38 Conflictu, prælio. 39 Filium Tyrrhi. 40 Fœde interempti ac cruentati, dum ſe medium offerret paci. 41 Senioris.



Digitized by Google

*Implorantque* [1] *Deos*, [2] *obteſtanturque* [3] *Latinum.*
*Turnus adeſt, medioque in crimine* [*] *cædis* & [4] *ignis*
*Terrorem* [5] *ingeminat;* [6] *Teucroſq;* [7] *in regna vocari;*
*Stirpem* [8] *admiſceri Phrygiam;* *ſe* [9] *limine pelli.*
[10] *Tum, quorum* [11] *attonitæ Baccho* [12] *nemora avia matres*
*Inſultant* [13] *thyaſis* ([14] *neq; enim leve nomen Amatæ*)
*Undique collecti* [15] *coëunt,* [16] *Martemque fatigant.*
[17] *Ilicet* [18] *infandum cuncti contra* [19] *omina bellum,*
*Contra* [20] *fata Deûm,* [21] *perverſo* [22] *numine, poſcunt.*
*Certatim regis circumſtant tecta Latini.*
[23] *Ille, velut pelagi* [24] *rupes immota,* [25] *reſiſtit:*
*Ut pelagi* [26] *rupes, magno veniente* [27] *fragore,*
*Quæ ſeſe, multis* [28] *circùm latrantibus undis,*
[29] *Mole tenet: ſcopuli nequicquam,* & [30] *ſpumea circùm*
*Saxa fremunt,* [31] *lateriq;* [32] *illiſa refunditur* [33] *alga.*
*Verùm ubi nulla* [34] *datur* [35] *cæcum* [36] *exſuperare poteſtas*
*Conſilium,* & *ſæva* [37] *nutu Junonis* [38] *eunt res;*
[39] *Multa Deos, auraſque* [40] *pater teſtatus* [41] *inanes,*
[42] *Frangimur, heu!* [43] *fatis, inquit, ferimurque* [44] *procellâ.*
*Ipſi has* [45] *ſacrilego* [46] *pendetis ſanguine pœnas,*
*O miſeri: te, Turne, nefas, te triſte* [47] *manebit*

1 Deorum auxilium. 2 Citant in teſtem acti. 3 Qui Trojanis pacem in Latio dederat. * In calore cædis, id eſt, cum pugna & injuria recens facta eſſet. 4 Al. *igni*, id eſt, furore & ſeditionis impetu. 5 Multiplicat. 6 Et aſſerens Trojanos, &c. 7 Quaſi exules & perfidos. 8 Fortibus Latinis. 9 Suo. 10 Inſuper illi juvenes. 11 Stupefactæ Bacchanalia celebrando cum Amatâ. 12 Per nemora remota ab omni via. 13 Choreis, ſaltationibus. *Thyaſus* enim ſaltatio dicitur, quæ Baccho exhibebatur. Eclog. 5. *thyaſos inducere Baccho.* 14 Quia nomen Amatæ non erat parvi momenti inter matronas. 15 Conveniunt. 16 Et prælium incendunt, ſtimulant, aut belli cauſas quærunt. 17 Statim. 18 Deteſtandum. 19 Prodigia apum, & flammæ in Lavinia viſæ. 20 Oracula ac reſponſa Fauni. 21 Irato. 22 Junonis. 23 Latinus. 24 Scopulus qui aquis feritur, ſed non movetur. 25 Petitionibus illorum. 26 Sc. *eſt immota.* 27 Colliſione aquarum. 28 Sonitum latratui ſimilem in circuitu facientibus. 29 Magnitudine & vi ſua ſuſtentat. 30 Spumis perfuſa. 31 Ad latus. 32 Violentia aquarum avulſa. 33 Herba, quæ naſcitur in aquis marinis. 34 Latino. 35 Cæci populi, bella poſcentis. 36 Qua ſuperet, vincat. 37 Ex voluntate. 38 Procedunt. 39 Multùm. 40 Latinus. 41 Quas fruſtrà teſtatus erat. 42 Utcunque firmus, uti pelagi rupes, frangor tamen, & tanquam navis, vi tempeſtatis victa, auferor. 43 Quæ dixerant Laviniam fore claram, ſed exitialem populo. 44 Impetu populi furentis. 45 Vos ſacrilegi, quia ſacris Deorum prodigiis & oraculis adverſati bella parabant. 46 Perſolvetis. 47 Exſpectabit. Horat. *Omnes una manet nox.*

[1] *Supplicium*, *votiſque Deos* [2] *venerabere* [3] *ſeris.*
*Nam mihi* [4] *parta quies*, [5] *omniſque in limine portus:*
[6] *Funere felici ſpolior. Nec plura locutus*,
[7] *Sepſit ſe tectis*, *rerumque reliquit habenas.*
[8] *Mos erat* [9] *Heſperio in Latio*, [10] *quem* [11] *protinùs urbes*
*Albanæ coluêre ſacrum*, *nunc maxima rerum*
*Roma* [12] *colit*, [13] *cùm prima movent in prælia Martem*,
*Sive* [14] *Getis inferre* [15] *manu* [16] *lachrymabile bellum*,
*Hyrcanis-ve*, [17] *Arabis-ve parant*, *ſeu tendere ad Indos*,
[18] *Auroramque ſequi*, *Parthoſque repoſcere* [19] *ſigna.*
[20] *Sunt* [21] *geminæ belli portæ*, *(ſic* [22] *nomine dicunt)*
*Relligione* [23] *ſacræ*, *& ſævi formidine* [24] *Martis:*
*Centum ærei* [25] *claudunt* [26] *vectes*, [27] *æternaque ferri*
*Robora; nec* [28] *cuſtos* [29] *abſiſtit limine* [30] *Janus.*
[31] *Has, ubi* [32] *certa ſedet patribus ſententia* [33] *pugnæ*,
*Ipſe*, [34] *Quirinali trabeâ*, [35] *cinctuque Gabino*
[36] *Inſignis*, [37] *reſerat ſtridentia limina Conſul:*
[38] *Ipſe* [39] *vocat pugnas: ſequitur tùm cætera* [40] *pubes*,

1 Nempe morte ignominioſa. 2 Peccabere. 3 Nimiùm tarde ſuſcepturis. 4 Vicinæ mortis beneficio, nam jam ſenex ſum. 5 Securitas omnis vitæ eſt mihi in prompta & proximo, id eſt, ego in portu navigo, atque extra omne periculum & in tuto ſum. Metaphora à navigantibus ſumpta. 6 Ego careo tantùm pompâ regali, quam more felicium in pace moriens habere poſſem. 7 Recepit ſe in tecta ſua, & abſolvit ſe à gubernaculo Reipublicæ, cum videret neminem fere ſibi ob temperantem. 8 Vetus inſtitutum. 9 Quod eſt in Heſperiâ. Nam duo Latia fuerunt. 10 Morem. 11 Continuò, perpetuò. 12 Obſervat iſtum morem nunc, cum hæc ſcriberet Poëta. 13 Cum prima prælia cum novis hoſtibus commiſſuri ſunt. 14 Scythiæ populis animoſis qui hodie *Tartari* dicuntur. 15 Exercitu. 16 Quod matres multis lachrymis deteſtentur. 17 Vel Arabiæ populis. 18 Populos ad orientem habitantes. 19 Vexilla, Craſſo & Antonio à Parthis adempta: quæ poſteà Parthi Auguſto ſponte remiſerunt. 20 Romæ. 21 Duæ. 22 Nominant eas. 23 Obſervandæ. 24 Belli aut Dei. 25 Eas. 26 Inſtrumenta, quibus portæ clauſæ vel januæ adverſus vim muniuntur. 27 Et repagula fortia ex ferro inconſumptibilia. Lucret. 2. l. *& duri robora ferri.* 28 Portarum belli. 29 Semper adeſt. 30 Index pacis & belli, apertus, ſignificabat in armis eſſe civitatem; clauſus, pacatos eſſe omnes populos. Liv. 1. l. Hinc Janus *Patulcius*, hinc *Cluſius* cognominabatur. Vide quæ nos ad Flor. p. 19. & Flor. l. 2. c. 3. & l. 4. c. 12. 31 Portas belli. 32 Confirmata eſt & placet Senatoribus. 33 Pugnandi. 34 Quali utebatur poſteà Quirinus, id eſt, Romulus, primus Rom. rex, regiâ ſc. purpureâ, cui admiſtum eſt aliquid albi: ſuprà. 35 Veſtitu, ſc. toga ſic in tergum rejectâ, ut ejus lacinia revocata hominem cingeret: à Gabiis mos ortus, quorum cives ad ſubitaneum bellum ita cincti exilierunt, redieruntque victores. 36 Præter alios redimitus. 37 Retrò ſeram trahit, aperit. 38 Conſul. 39 Indicit bellum. 40 Multitudo juvenum.



Digitized by Google

*Æreaque [1]aſſenſu [2]conſpirant [3]cornua rauco.*
*[4]Hoc & tùm [5]Æneadis indicere bella Latinus*
*[4]More jubebatur, [6]triſteſque [7]recludere portas.*
*[8]Abſtinuit tactu pater, [9]averſuſque [10]refugit*
*[11]Fœda miniſteria, & [12]cæcis ſe condidit [12]umbris.*
*Tùm [13]regina Deûm, cælo delapſa, [14]morantes*
*Impulit ipſa manu portas, & [15]cardine verſo*
*Belli [16]ferratos rupit [17]Saturnia poſtes.*
*[18]Ardet [19]inexcita Auſonia, atque immobilis ante:*
*Pars [20]pedes ire parat [21]campis: [22]pars arduus altis*
*[23]Pulverulentus equis [24]furit: [25]omnes arma requirunt.*
*Pars [26]leves clypeos, & [27]ſpicula lucida [28]tergent*
*[29]Arvinâ pingui, [30]ſubiguntque in [31]cote ſecures,*
*[32]Signaque ferre [33]juvat, ſonituſque audire tubarum.*
*Quinque [34]adeò magnæ, [35]poſitis incudibus, urbes*
*[36]Tela novant, [37]Atina potens, [38]Tiburque [39]ſuperbum,*
*[40]Ardea, [41]Cruſtumeriq; & [42]turrigeræ [43]Antemnæ.*
*[44]Tegmina tuta cavant capitum, [45]flectuntq; [46]ſalignas*
*Umbonum crates: alii [47]thoracas ahenos,*

1 Sono aſſenſum ſignificante. 2 Simul inflantur. 3 Tubæ. 4 Quem Roma obſervavit. 5 Trojanis ſub Ænea militantibus. 6 Triſtis belli indices. 7 Aperire. 8 Latinus noluit attingere portas ad eas aperiendas. 9 Indignatus. Al. *adverſus*, id eſt, repugnans votis populi.

10 Vitavit. 11 Impia, ſceleſta: quia contra fœdus Æneæ datum. 12 Locis tenebroſis in regia ſua, ubi videri non poterat. 13 Juno. 14 Non apertas ſtatim, ſed quaſi cunctantes & obſtantes. 15 Ferramento, ſuper quod volvitur janua, quod eſt quaſi cor januæ, inverſo. 16 Ferro munitos. 17 Saturni filia Juno portas è cardinibus evellit. 18 Ardore bellico. 19 Non excita, ſed quieta Italia. 20 Pedeſtris. 21 Per campos. 22 Alii ſublimes in equis. Ad ſenſum, non ad vocem, reſpexit. 23 Plenus pulvere. 24 Furenti ſimilis per campos vehitur. 25 Tam pedites, quam equites. 26 Politos, glabros. 27 Ferra ſpiculorum, quæ tergendo efficiunt lucida. 28 Abſtergunt. 29 Pinguedine duriuſcula, quæ eſt inter carnem & cutem. 30 Acuunt. 31 Lapide duriſſimo ad acuendum apto. 32 Vexilla. 33 Delectat omnes. 34 Valde. Recenſet urbes, quæ Turnum ad belli auſpicia ſunt ſecutæ. 35 Inſtrumentis ferreis, ſuper quæ fabri ferrum cudunt, diſpoſitis ad novanda tela. 36 Arma parant, ad bellum inſtruunt, quia diu arma reliquerant. 37 Urbs Campaniæ. 38 Vetuſtiſſimum in Sabinis oppidum. 39 Prolepſis reſpiciens tempora Romana. Cum enim à Senatu auxilia poſcerent Tiburtes commemoratis ſuis beneficiis, & quaſi bene meritis debita, tulerunt reſponſum, *Superbi eſtis: vel*, quia in monte ſitum. Hor. *Tiburque ſupinum:* & *Tiburis arces.* 40 Latii oppidum. 41 Cruſtumerium: in Sabinis oppidum. 42 Turribus inſignitæ. 43 Oppidum à Latinis conditum cis Anienem, unde nomen, *ante amnem poſita.* 44 Galeas, capita tutantes, cavas faciunt. 45 In uſum ſcutorum, quæ teguntur corio. 46 E ſalice. 47 Munimina pectorum.

*Aut*

*Aut [1] leves ocreas [2] lento [3] ducunt argento.*
*4 Vomeris 5 huc, & [6] falcis honos, huc 7 omnis aratri*
*8 Ceſſit amor: 9 recoquunt patrios fornacibus enſes.*
*10 Claſſica [11] jamq; ſonant: [12] it bello teſſera ſignum.*
*Hic [13] galeam [14] tectis [15] trepidus rapit: ille [16] frementes*
*17 Ad juga cogit equos, clypeumque, [18] auroque trilicem*
*Loricam induitur, [19] fidoque accingitur enſe.*
*20 Pandite nunc [21] Helicona, [22] Deæ [23] cantuſq; movete,*
*Qui [24] bello exciti reges; quæ [25] quemque ſecutæ*
*Complerint campos acies; quibus Itala jam tùm*
*Floruerit terra alma viris; quibus [26] arſerit armis;*
*Et [27] meminiſtis enim, Divæ, & memorare poteſtis:*
*Ad nos vix [28] tenuis famæ perlabitur aura.*
*29 Primus init bellum [30] Tyrrhenis [31] aſper ab oris*
*32 Contemptor Divûm Mezentius, [33] agminaq; [34] armat.*
*35 Filius [36] huic juxtà Lauſus (quo pulchrior alter*
*Non fuit, [37] excepto Laurentis corpore Turni:)*
*Lauſus, equûm [38] domitor, debellatorque ferarum,*
*Ducit [39] Agyllinâ [40] nequicquam ex urbe ſecutos*
*Mille viros; dignus [41] patriis qui lætior eſſet*

1 Polita tibiarum munimina. 2 Flexibili & tenui. 3 Obducunt & ornant. 4 Ferramenti aratri, quo ſulci fiunt; ita dicti, quod terram vomat, id eſt, eruat. 5 Ad has urbes. 6 Ferramenti adunci, quo ſegetes & herbæ ſecantur, vites & arbores putantur. 7 Omnium agri cultu-rum inſtrumentorum. 8 Traductus eſt, ut fierent hæc arma. 9 Coquendo inſtrumenta ruſtica in fornacibus faciunt enſes, quibus pro more patrio in bello uti ſolent. 10 Tubæ, quibus ad pugnam datur ſignum. 11 Paratis armis. 12 Symbolum ſeu ſignum bellicum, quod habent milites inter ſe, ut dignoſcantur ab hoſtibus exploratoribus, vel nomine, vel aliquo ſigno, procedit ad bellum gerendum. 13 Caſſidem. 14 Sc. *ſuis*, ad quæ pendebat. 15 Feſtinus, properè huc illuc diſcurrens. 16 Clangore bellico. 17 Sub juga impellit, id eſt, ut juga ferant. 18 Tria licia, id eſt, tres ordines annulorum habentem, quorum unus ordo erat ex aureis annulis. 19 Cui confidit, aut qui virum fortem non deſerit. 20 Aperite. Catalogum ducum, qui Turni arma ſecuti fuêre, contexturus, iterat invocationem ad Muſas. 21 Montem Bœotiæ, Muſis ſacrum. 22 O Muſæ, Deæ Poëtarum. 23 Et inſtigate me ut cantu manifeſtem. 24 Ad bellum excitati ſint. 25 Regum. 26 Reſplenduerit; *vel*, quorum armorum amore flagraverit; *vel*, quibus armis ardenter præliata ſit Italia. 27 Eſtis enim filiæ Mnemoſynes. 28 Modicus rumor labendo venit. 29 Præcipuus. 30 A regionibus Etruſcis. 31 Ferox in Latinos hoſtes. 32 Quia ſuis imperavit ut ſibi offerrent primitias Diis debitas. 33 Quæ duxit. 34 Armis inſtruit. 35 Ejus. 36 Juxta hunc Mezentium, patrem ſuum. 37 Excepto Turno. Hellen. 38 Ad libitum gubernator. 39 Agylla opp. Etruriæ, eadem cum Cære. 40 Fruſtrà. Statim enim perierunt in bello, una cadente duce. 41 Qui pateretur imperia patris benignioris, qui non eſſet contemptor Divûm.

Im-

*Imperiis, & cui pater haud Mezentius eſſet.*
*Poſt* [1] *hos inſignem* [2] *palmâ per gramina currum,*
[3] *Victoreſque oſtentat equos,* [4] *ſatus Hercule pulchro,*
*Pulcher* [5] *Aventinus,* [6] *clypeoque* [7] *inſigne paternum,*
*Centum angues, cinctamque gerit ſerpentibus hydram.*
*Collis Aventini* [8] *ſylvâ,* [9] *quem* [10] *Rhea ſacerdos*
[11] *Furtivum partu ſub luminis edidit auras,*
[12] *Miſta Deo mulier, poſtquam Laurentia victor*
[13] *Geryone* [14] *extincto,* [15] *Tirynthius attigit arva,*
[16] *Tyrrhenoque* [17] *boves in* [16] *flumine lavit* [18] *Iberas.*
[19] *Pila manu,* [20] *ſævoſque* [21] *gerunt in bella* [20] *dolones,*
*Et* [22] *tereti pugnant mucrone,* [23] *veruque Sabello.*
[24] *Ipſe* [25] *pedes,* [26] *tegmen torquens immane leonis,*
[27] *Terribili impexum ſetâ, cum dentibus albis*
*Indutus* [28] *capiti,* [29] *ſic* [30] *regia tecta ſubibat,*
[31] *Horridus,* [32] *Herculeoque humeros innexus amictu.*
*Tùm* [33] *gemini fratres* [34] *Tiburtia mœnia linquunt,*
[35] *Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,*
*Catilluſque,* [36] *acerque Coras,* [37] *Argiva juventus:*
*Et primam ante aciem denſa inter tela* [38] *feruntur;*
[39] *Ceu duo* [40] *nubigenæ, cùm vertice montis ab alto*
*Deſcendunt Centauri,* [41] *Omolen,* [41] *Othrynque*
[42] *nivalem*

1 Mezentium & Lauſum. 2 Quo in graminibus victoriam obtinuerat. 3 Qui vicerant in curuli certamine. 4 Progenitus. De catalogi hujus artificio fabuliſque vero miſcellis, vide Macrob. 5. l. Sat. c. 16. In fab. enim Aventini, ex Hercule & Rheâ nati, reſpicit ad hiſtoriam Romuli & Remi, qui Marte & Iliâ geniti. 5 Cui à ſylva collis *Aventini*, ubi natus eſt, nomen inditum vult. 6 In clypeo. 7 Ornamenta & arma patris ſui Herculis. 8 In ſylva. 9 Aventinum. 10 Ilia, Numitoris Albani regis, filia. 11 Furtivè conceptum peperit & eduxit in hunc mundum. 12 Quæ, cum mulier eſſet, commiſſa erat ſeu concubuerat cum Hercule. Τῷ θεῷ μιγεῖσα γυνή. 13 Rege Hiſpaniæ, qui tria dicitur habuiſſe corpora. 14 Interfecto. 15 Hercules à *Tirynthia*, oppido Argis vicino, ubi nutritus eſt. 16 Tibride. 17 Vaccas, Geryoni ademptas. 18 Hiſpanas. 19 Tela longa. 20 Flagella doloſa & formidanda, quia ſunt baculi, in quibus mucrones incluſi ſunt. 21 Subditi ejus. 22 Longo & rotundo. 23 Veru vel veruto, quali Sabini uti ſolebant, cui teres mucro. 24 Aventinus, dux eorum. 25 Pedibus, non equo, incedens: ut imitaretur Herculem patrem, qui pedibus luſtravit orbem terrarum. Hercules enim ſemper pedes inceſſit. 26 Pellem circùm ſe ſuſtinens. 27 Villoſum duro pilo & terribili. 28 Ad caput uſque: *vel*, pro munimento capitis. 29 In talibus armis. 30 Domum regis. 31 Tremendus. 32 Quali Hercules uti ſolebat. 33 Duo & æquales. 34 Tibur oppidum. 35 Sui. 36 Strenuus. 37 Quæ ex Græcia huc venerat, filii ſc. Amphiarei, qui ab Argis huc vecti Tibur condiderunt. 38 In equis. 39 Quemadmodum feruntur. 40 Ex nube geniti. 41 Theſſaliæ montes. 42 Nive opletum.

*Linquentes: curſu rapido, dat* [1] *euntibus ingens.*
*Sylva locum, & magno cedunt virgulta fragore.*
[2] *Nec Præneſtinæ fundator* [2] *defuit urbis,*
*Vulcano genitum pecora inter* [3] *agreſtia regem,*
*Inventumque* [4] *focis, omnis quem credidit ætas,*
[5] *Cæculus: hunc* [6] *legio latè comitatur* [7] *agreſtis:*
*Quique* [8] *altum* [9] *Præneſte viri, quique arva* [10] *Gabinæ*
*Junonis,* [11] *gelidumq;* [12] *Anienem, &* [13] *roſcida rivis*
[14] *Hernica ſaxa* [15] *colunt: quos* [16] *dives Anagnia paſcit;*
[17] *Quos* [18] *Amaſene* [19] *pater: non* [20] *illis omnibus arma,*
*Nec clypei,* [21] *currus-ve* [22] *ſonant:* [23] *pars maxima* [24] *glandes*
[25] *Liventis plumbi* [26] *ſpargit:* [27] *pars* [28] *ſpicula geſtat*
*Bina manu, fulvoſque lupi de pelle* [29] *galeros*
[30] *Tegmen habet* [31] *capiti:* [32] *veſtigia nuda ſiniſtri*
[33] *Inſtituêre pedis:* [34] *crudus tegit* [35] *altera pero.*
*At Meſſapus, equûm domitor,* [36] *Neptunia proles,*
*Quem neque* [37] *fas* [38] *igni cuiquam,* [39] *nec ſternere ferro,*
[40] *Jampridem* [41] *reſides* [42] *populos,* [43] *deſuetaque bello*
*Agmina in arma vocat ſubitò,* [44] *ferrumque retractat.*

1 Illis celeriter deſcendentibus. 2 Adfuit cum reliquis. 3 In agro paſci ſolita. 4 Locis, ubi ignis fovetur. 5 A parvis oculis ſic dictus. 6 Certa multitudo. 7 Quia agreſtium rex erat. 8 Editum, in monte ſitum. 9 Italiæ oppidum. 10 Quæ Gabiis colitur. 11 Frigidum quia per ſylvas defluentem. 12 Fluvium, è montibus Trebanorum labentem. 13 Fluviis prætereffluentibus irrigata. 14 Loca montoſa & ſaxa, quæ *Herne* à Sabinis dicuntur. 15 Incolunt. 16 Fertilis urbs. 17 Sc. *paſcis*, *irrigas*. 18 *Amaſenus* Campaniæ fluvius eſt. 19 Nympharum ſc. id eſt, aquarum. 20 Hernicos deſcribit ab armorum genere, & prodeundi ad bellum conſuetudine. 21 Quibus commeatum aut arma ferant. 22 Id eſt, illi omnes non ferunt ſecum arma, &c. ut cæteræ nationes. 23 Funditores ſc. 24 Globulos. 25 Livorem inducentis. 26 E funda. 27 Eorum. 28 Jacula. 29 Pileos rotundos. Dicitur etiam hoc *Galerum*. 30 Ut ſint veſtimentum. 31 Suo. 32 Pede ſiniſtro nudo pugnare inſtituerunt. Hernicos, ab Ætolis oriundos, ad ipſorum morem *μονοκρήπιδας* producit. Macrob. vide l. 5. Sat. c. 18. 33 Habent ſiniſtros pedes nudos. 34 E crudo corio factum calceamentum ruſticum dextrum pedem veſtit. 35 Veſtigia dextri pedis. 36 Neptuni filius: quia per mare in Italiam venit. Sic enim mari advectos aliunde appellabant. 37 Erat. 38 Quia Dei aquarum filium. 39 Id eſt, qui neque ferro, neque igni extingui poterat. 40 Jam à pluſculis temporibus. 41 Ab armorum exercitio. 42 Etruſcos. 43 Aliena à conſuetudine bellandi. 44 Et iterùm ſive denuò tractat arma ferrea, quæ tractare deſueverat.

*[1] Hi [2] Feſcenninas acies, [3] æquoſque [4] Faliſcos:*
*Hi [5] Soractis [6] habent arces [7] Flaviniaque arva,*
*Et Cymini [8] cum monte lacum, lucoſque [9] Capenos.*
*Ibant [10] æquati numero, [11] regemque canebant:*
*[12] Ceu [13] quondam [14] nivei liquida inter nubila [15] cygni,*
*Cùm ſeſe è paſtu referunt, & longa [16] canoros*
*Dant per colla [16] modos; [17] ſonat [18] amnis, & [19] Aſia longè*
*[20] Pulſa palus.*
*[21] Nec quiſquam [22] æratas acies ex agmine tanto*
*Miſceri putet: [23] aëriam ſed gurgite ab alto*
*[24] Urgeri volucrum [25] raucarum ad littora [25] nubem.*
*Ecce [26] Sabinorum priſco de ſanguine, magnum*
*Agmen [27] agens Clauſus, magniq; ipſe agminis inſtar:*
*[28] Claudia nunc à quo [29] diffunditur & [30] tribus, & [31] gens,*
*Per Latium; [32] poſtquam in partem [33] data Roma Sabinis.*
*[34] Unà ingens [35] Amiterna cohors, priſcique [36] Quirites,*
*[37] Ereti [38] manus omnis, [39] oliviferæque Mutiſcæ:*

1 Populi Meſſapo ſubditi. Enumerat populos, quos ſecum ſub ſuis ſignis ad bellum traxit Meſſapus. 2 A Feſcennia, Tuſciæ opp. Epithalamio, ab eâ invento, nobili. 3 Juſtos à quibus Romani acceperunt jura fecialia & ſupplementa 12. tabularum: *vel*, à ſanctitate, quâ tuti per ardentes prunas illæſi incedebant. Æn. 4 Ex Faliſcâ Etruriæ urbe. 5 Montem Soracte in Faliſcis Apollinis templo clarum. 6 Incolunt. 7 Flavina Etruriæ oppidum ſub Soracte monte. 8 Qui eſt juxtà montem. 9 Capena, oppidum non longè à Faliſcis & Soracte. 10 In pares ordines & numeros digeſti. 11 Meſſapum Neptuni filium. 12 Plauſum ac fremitum militum, regem Meſſapum canentium, cygnorum à paſtu clangori comparat. 13 Aliquando. 14 Candore nivali. 15 Canunt. 16 Modulos benè ſonantes more canentium. 17 Reſonat. 18 Cayſter Aſiæ minoris fluvius, juxta quem canunt. 19 Ad differentiam regionis. 20 Repercuſſa à ſono cygnorum. 21 Qui dictos viros audiret canentes regem, non putaret eos eſſe armatos, nec bellicos; ſed putaret, &c. 22 Æreis armis tectas. 23 In aëre volantem. 24 Depelli. 25 Cygnorum gregem, quorum vox dulciter rauceſcit. 26 Populorum Italiæ, non longè à Roma. 27 Conducens. 28 Claudiorum, qui Romæ nobiles erant. 29 Multiplicatur diffundendo in diverſas familias. 30 Quæ olim fuerunt diviſæ à Romulo in tres partes. 31 Progenies. 32 Poſtquam Sabini donati ſunt civitate Romanâ. Reſpicit tempora Romana: conciliatos à feminis Sabinis Romanos & Sabinos, indè initam pacem & fœdus, urbem datam. 33 Data eſt à Romulo. 34 Enumerat populos Clauſum ſecutos. 35 Ex Amiterno oppido. 36 Sabini, à quibus & Romani dicti Quirites. 37 Oppidi Sabinorum, non procul à Tiberi in colle ſiti. 38 Multitudo. 39 Multum olearum ferentis.

Qui 1 Nomentum urbem, qui 2 Roſea rura Velini,
Qui 3 Tetricæ horrentis rupes, montemque Severum,
4 Caſperiamque 5 colunt, 6 Foruloſque, & 7 flumen
8 Himellæ:
Qui Tiberim 9 Fabarimque bibunt: quos frigida miſit
10 Nurſia, & Hortinæ claſſes, populique Latini:
Quoſq; 12 ſecans 13 infauſtum 14 interluit 15 Allia nomen.
16 Quàm multi Libyco volvuntur 17 marmore fluctus,
18 Sævus ubi 18 Orion hybernis 19 conditur undis;
Vel cùm Sole 20 novo 21 denſæ torrentur 22 ariſtæ;
Aut 23 Hermi campo, aut Lyciæ 24 flaventibus arvis,
25 Scuta ſonant, pulſuque pedum tremit excita tellus.
26 Hinc 27 Agamemnonius, Trojani nominis hoſtis,
28 Curru jungit Haleſus equos, 29 Turnoque feroces
Mille 30 rapit 31 populos: vertunt 32 felicia Baccho
Maſſica qui 33 raſtris, & quos de collibus altis
34 Aurunci 35 miſêre patres, 36 Sidicinaque juxta
Æquora: quique 37 Cales linquunt: amniſq; 38 vadoſi
Accola Vulturni, pariterque 39 Saticulus 40 aſper,
41 Oſcorumque 42 manus: 43 teretes ſunt Aclides illis
Tela, ſed 44 hæc 45 lento mos 46 eſt aptare flagello.

1 Oppidum in Latio. 2 Roſea, campus Reatini agri fertiliſſimus prope Velinum fluvium. Al. roſcida, id eſt, multo rore perfuſa. 3 Tetricum & Severum, montes in Sabinis arduí & aſperi: à quibus homines triſtes ac ſeveri Tetrici dicuntur. 4 Oppidum Sabinorum.

5 Incolunt. 6 Foruli Sabinorum oppidum: ab eo Forenſes. 7 Prope Caſpeiam. 8 Himellam. Sic ſuprà, Urbem Butbroti. 9 Qui & Farferus dictus, hodiè Farſa. 10 Antiqua Sabinorum urbs. 11 Ex Horta vel Hortano Etruriæ oppido milites ſive equites in claſſes diviſi. 12 Dividentes per medium. 13 Propter cladem Romanorum apud eum fluvium à Gallis Senonibus acceptam 15. Kal. Auguſt. Brenno duce: qui dies eſt & infauſtus. 14 Inter medios alluendo fluit. 15 Fluvius non longe ab urbe eſt. 16 Simul venerunt, quàm, &c. 17 Mari marmoreo colore: ut aliquoties ſuprà, & præcipuè v. 28. h. l. 18 Sidus Orionis, ortu & occaſu nimboſum. 19 Abſconditur. 20 Recens orto, aut in principio æſtatis. 21 Crebræ. 22 Spicæ. 23 In campo, quem Hermus, fluvius Lydiæ, irrigat. 24 Propter ariſtas. 25 Tam multa ſcuta eorum, qui in bellum congreſſuri ſunt. 26 Poſt hos. 27 Agamemnonis dudum partes ſecutus: Agamemnonis comes vel nothus. 28 Ad currum. 29 In auxilium Turni. 30 Raptim colligit, adducit. 31 Campanos ſc. Auruncos, Sidicinos, Cilenos, Vulturni fl. accolas, Saticulos, Oſcos. 32 Fertiles vino montes Maſſicos in Campania. 33 Inſtrumentis dentatis, glebis confringendis idoneis. 34 Antiquiſſimi Italiæ populi. 35 In auxilium Turni. 36 Ab oppido Sidicino dicta. 37 Campaniæ oppidum. 38 Vadis pleni. 39 Campaniæ populi. 40 Moribus. 41 Populorum Italiæ. 42 Multitudo. 43 Tela anſata, quæ fune religata poſt inflictum vulnus retrahuntur in longum, ſunt Oſcis pro telis. 44 Has Aclides. 45 Flexibili. 46 Illis.

[1] *Lævas* [2] *cetra tegit,* [3] *falcati* [4] *cominùs* [5] *enſes.*
[6] *Nec tu carminibus noſtris indictus abibis,*
[7] *Oebale: quem generaſſe Telon* [8] *Sebethide Nymphâ*
*Fertur,* [9] *Teleboûm Capreas cùm regna teneret*
*Jam ſenior:* [10] *patriis ſed non &* [11] *filius arvis*
*Contentus, latè jam tùm* [12] *ditione premebat*
[13] *Sarraſtes* [14] *populos, & quæ rigat* [15] *æquora* [16] *Sarnus:*
*Quique* [17] *Rufas,* [18] *Batulumque tenent, atque arva* [18] *Celennæ;*
*Et quos* [19] *maliferæ* [20] *deſpectant mœnia* [21] *Abellæ,*
[22] *Teutonico ritu ſoliti torquêre* [23] *cateias:*
[24] *Tegmina queis capitum raptus de ſubere cortex,*
[25] *Ærataque micant peltæ, micat æreus enſis.*
*Et te* [26] *montoſa miſêre in prælia* [27] *Nurſa,*
*Ufens, inſignem famâ, &* [28] *felicibus armis:*
[29] *Horrida præcipuè* [30] *cui gens, aſſuetaque* [31] *multo*
*Venatu nemorum,* [32] *duris* [33] *Æquicola glebis:*
*Armati terram* [34] *exercent, ſemperque* [35] *recentes*
*Convectare* [36] *juvat prædas, &* [37] *vivere rapto.*
*Quin &* [38] *Marrubiâ* [39] *venit de gente ſacerdos,*
[40] *Fronde ſuper galeam, & felici comptus olivâ;*
*Archippi regis* [41] *miſſus, fortiſſimus Umbro:*
[42] *Vipereo generi, & graviter ſpirantibus* [43] *hydris.*

1 Siniſtras partes corporum eorum. 2 Scutum breve loreum, quo tunc utebantur Hiſpani & Afri. 3 Incurvi. 4 De propè, quaſi cum manibus. 5 Tegunt manus dextras. 6 Carmina noſtra te quoque dicent. 7 Rex Laconum: à quo regio *Oebalia*. 8 Sc. ex. Sebethus fl. Campaniæ prope Neapolim. 9 Teleboarum. Syncope. *Telebœ* Ætoliæ populi fuerunt. 10 Paternis. 11 Oebalus. 12 Imperio. 13 Sarni montis accolas. 14 Enumerat populos, quos ſub ſuam ditionem redegerat Oebalus. 15 Agros planos. 16 Campaniæ fluvius, è monte Sarnio oriens. 17 Opp. in finibus Hirpinorum, ultrà Apenninum. 18 Oppida in Samnio, prope Campaniam. 19 Multa mala adferentis. 20 Deorſum inſpectando vident. 21 Oppidum ſuprà fontes Literni fl. mali: Punici nobile. 22 More Teutonum, quòd hi in bello hujuſmodi telis uti ſoleant. 23 Tela Gallica & Germanica. 24 Quibus galeæ erant factæ è recenti ſubere, id eſt, de arbore illâ, cujus cortex facile flectitur. 25 Et quibus ſcuta brevia æreis laminis tecta reſplendent. 26 In montibus poſitæ. 27 Cives urbis Nurſæ. 28 Quibus feliciter uti ſolebas. 29 Aſpera cultu. 30 Ufenti. 31 Frequenti venatione. 32 Ad colendas duras glebas. 33 Oppidum Æquorum, qui quotannis rebelles, ſemper raptores. 34 Colunt. 35 Recenter raptas. 36 Delectat eos. 37 Ex rapinâ. 38 Marrubium urbs, caput Marſorum. 39 In prælia. 40 Oleaginâ fronde undique comptâ coronatus uti ſacerdos. *Undique decerpta frondem præponere olivæ.* Hor. 1. l. Od 7 Sed variatur lectio. 41 Ex miſſione. 42 Viperis, id eſt, terreuis ſerpentibus. 43 Serpentibus aquaticis.

 1 *Spar-*

[1] Spargere qui ſomnos [2] cantuque [3] manuque ſolebat,
[4] Mulcebatque [5] iras, & [6] morſus [7] arte [8] levabat.
Sed non [9] Dardaniæ [10] medicari [9] cuſpidis ictum
[11] Evaluit, neque eum juvêre [12] in vulnera cantus
Somniferi, & [13] Marſis quæſitæ in montibus herbæ.
Te nemus Angitiæ, [14] vitreâ te [15] Fucinus undâ,
Tè liquidi flevêre lacus.
Ibat & [16] Hyppolyti proles, pulcherrima [17] bello,
[18] Virbius: [19] inſignem quem mater Aricia miſit,
Eductum [20] Egeriæ [21] lucis, [22] Hymettia circùm
Littora, [23] pinguis ubi, & [24] placabilis ara Dianæ.
Namque [25] ferunt [26] famâ, Hyppolytum, poſtquam [27] arte [28] novercæ
[29] Occiderit, [30] patriaſque explêrit [31] ſanguine pœnas,
[32] Turbatis [33] diſtractus equis, ad ſidera rurſùs
[34] Æthereæ, & [35] ſuperas cœli veniſſe ſub auras,
[36] Pæoniis [37] revocatum herbis, & amore [38] Dianæ.
[39] Tùm pater omnipotens, aliquem [40] indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina ſurgere vitæ,
Ipſe [41] repertorem medicinæ talis & artis,
Fulmine [42] Phœbigenam [43] Stygias detruſit ad undas.
At [44] Trivia Hyppolytum [45] ſecretis [46] alma recondit
Sedibus, & Nymphæ Ægeriæ, [47] nemoriq; [48] relegat:
Solus ubi in ſylvis Italis [49] ignobilis [50] ævum

1 Conſ- cere, infundere. 2 Incantatione. 3 Herbis potentibus. 4 Sedabat. 5 Viperarum & hydrarum. 6 Serpentinos. 7 Medica. 8 Curabat & tollebat. 9 Teli Trojani, quo occiſus eſt. 10 Medicè curare. 11 Ad plenum nequivit. 12 Contra. 13 Quibus gens Marſorum multum poteſt. 14 Habens aquam vitrei coloris.

15 Opp. apud ipſum lacum Fucinum in Marſis, id eſt, *Luco*. 16 Theſei ex Hyppolyta Amazone filii, qui novercæ injuriâ miſerè interiit. 17 Ad bellum. 18 Primò, *Demophoon* dictus eſt: ab equis diſcerptus, *Hippolytus*: ab Æſculapio reſtitutus vitæ, *Virbius*. 19 Clarum & nobilem. 20 Nymphæ, cum quâ Numa noctu nos congreſſus ſimulavit. 21 Sylvis. 22 Hymetti fluminis. 23 Sacrificio pecudum. 24 Mitis, & non gaudentis ſanguine humano. 25 Plurimi. Digreditur ad fabulam Hippolyti: quam vide apud Ovid. Met. 15. 26 Ex relatu aliorum. 27 Fraudulenta inſimulatione. 28 Phœdræ, Minois filiæ. 29 Mortuus fuerit. 30 A patre Theſeo illatas. 31 Vitâ ſuâ. 32 Conſternatis, attonitis. 33 In diverſa tractus & diſſolutus. 34 Cœleſtia. 35 Revixiſſe. 36 Medicinalibus, à *Paone*, Deorum medico. 37 In vitam. 38 Amitæ Æſculapii, qui eum in vitam revocavit. 39 Deinde. 40 Ægrè ferens. 41 Æſculapium. 42 Æſculapium Phœbo genitum, Phœbi filium. Al. *pœnigenam*, id eſt, Coronidis matris pœnâ natum. 43 Infernales. 44 Diana. 45 Ne à Jove proſterneretur. 46 Vitæ ejus altrix. 47 Egeriæ ſacro. 48 Segregatum ab aliis commendat. 49 Ignotus, latens, incognoſcibilis. 50 Reliquum vitæ ſuæ tempus tranſigeret.

Exi-

*Exigeret*, [1] *verſoque ubi nomine* [2] *Virbius eſſet.*
*Undè etiam* [3] *Triviæ templo, luciſque* [4] *ſacratis,*
[5] *Cornipedes* [6] *arcentur equi: quòd* [7] *littore* [8] *currum,*
*Et* [9] *juvenem* [10] *monſtris pavidi effudêre marinis.*
[11] *Filius* [12] *ardentes* [13] *haud ſeciùs* [14] *æquore campi*
[15] *Exercebat equos,* [16] *curruque in bella ruebat.*
[17] *Ipſe inter* [18] *primos præſtanti corpore Turnus*
[19] *Vertitur, arma tenens, & toto vertice* [20] *ſuprà eſt:*
[21] *Cui* [22] *triplici crinita jubâ galea alta* [23] *Chimæram*
*Suſtinet,* [24] *Ætnæos efflantem faucibus ignes:*
[25] *Tàm magis* [26] *illa fremens, &* [27] *triſtibus* [28] *eſſera flammis,*
[29] *Quàm magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.*
*At* [30] *lævem clypeum* [31] *ſublatis cornibus* [32] *Io*
*Auro* [33] *inſignibat, jam* [34] *ſertis obſita, jam bos;*
[35] *Argumentum ingens, &* [36] *cuſtos* [37] *virginis* [38] *Argus,*
[39] *Cælatâq;* [40] *amnem fundens* [41] *pater Inachus* [42] *urnâ.*
[43] *Inſequitur* [44] *nimbus peditum,* [45] *clypeataque totis*
*Agmina denſantur campis,* [46] *Argivaque pubes,*
[47] *Auruncaq; manus, Rutuli, vetereſque* [48] *Sicani,*
*Et* [49] *Sacranæ acies, &* [50] *picti ſcuta* [51] *Labici,*
*Qui ſaltus, Tiberine,* [52] *tuus, ſacrumque* [53] *Numici*

1 Traducto ab eventu: ſicut priùs *Hippolytus*, quia equis ſolutus. 2 Quaſi *viribus* effectus. 3 Dianæ. 4 Triviæ. 5 Corneos pedes habentes. 6 Depelluntur. 7 Per littus. 8 Hippolyti. 9 Hippolytum. Theſei filium. 10 Conſternati phocis, id eſt, vitulis marinis.

11 Hujus Hippolyti Virbii, ab equis in littore diſtracti. 12 Animoſos. 13 Nihilominùs, non ſegniùs, quamvis pater ab equis interemptus eſſet. 14 In planitie. 15 Agebat. 16 De quo pugnabat. 17 Dux & caput belli. 18 Principes viros. 19 Verſatur, hinc inde ſe rotans. 20 Præeminet ſupra reliquos. 21 Turno. 22 Habens quaſi pro crinibus triplicem jubam, Τριφάλεια, galea inſignis tribus conis ſeu criſtis. 23 Chimeræ effigiem, ad terrorem. 24 Inſtar Ætnæ, montis Siculi, efflantem ignes ſulphureos. 25 Tantò. Sal. Quàm *quiſque peſſimè facit, tam maximè tutus eſt.* 26 Chimæra eſt. 27 Triſtitiam adferentibus. 28 Terribilis. 29 Quantò. 30 Politum, ob nitorem, vel Io nondum cornutam. 31 Depoſitis. 32 Inachi filia, olim in vaccam mutata. 33 Decorabat, ornabat. 34 Duris pilis tecta, obducta. 35 Cælatura hæc argumentum erat generis ducti ab Acriſio rege Argivorum, atque inde ab Inacho. 36 Additus à Junone, ne referri poſſet in formam priorem. 37 Iûs. 38 Vir ille centum oculos habens. 39 Sculpta. 40 Aquam. 41 Puellæ. 42 Vaſe, quo aqua è puteis fluminibuſve hauritur: quo ſignificabatur Deus fluminis. 43 Turnum. 44 Copioſus exercitus, pulverulentam nubem excitans. 45 Clypeis munita. 49 Ab Argis oriunda: Turnus enim è Græcia oriundus erat. 47 Et exercitus Auruncorum. 48 Siculi. 49 Sacranorum. 50 Habentes ſcuta depicta. 51 Latii populi à Glauco Libico oriundi, Minois filio: qui pictum gentis ſuæ ſcutum primus in Italia oſtendit. 52 Flumini tuo vicinos. 53 Fluvii, in quem Æneas ſubmerſus dicitur.

*Littus arant, Rutuloſque [1] exercent vomere colles,*
*[2] Circæumque jugum: queis Juppiter [3] Anxurus arvis*
*Præſidet, & viridi gaudens [4] Feronia luco:*
*[5] Quà [6] Saturæ [7] jacet atra palus, [8] gelid uſque per imas*
*Quærit iter valles, atque [9] in mare conditur [10] Uſens.*
*[11] Hos ſuper advenit [12] Volſcâ de gente Camilla,*
*Agmen agens equitum, & [13] florentes ære catervas,*
*[14] Bellatrix: [15] non illa colo, [16] calathis-ve Minervæ*
*Fœmineas aſſueta manus; [17] ſed prælia [18] virgo*
*Dura [19] pati, curſuque pedum [20] prævertere ventos.*
*[21] Illa vel [22] intactæ ſegetis per ſumma [23] volaret*
*Gramina, nec teneras [24] curſu læſiſſet [25] ariſtas:*
*Vel mare per medium, [26] fluctu ſuſpenſa [27] tumenti*
*[28] Ferret iter, [29] celeres nec [30] tingeret æquore plantas.*
*[31] Illam omnis tectis, agriſque [32] effuſa [33] juventus,*
*Turbaque miratur matrum, & proſpectat [34] euntem,*
*Attonitis [35] inhians animis: [36] ut [37] regius [38] oſtro*
*Velet honos [39] leves [40] humeros; ut fibula crinem*
*[41] Auro internectat; [42] Lyciam ut gerat ipſa pharetram,*
*Et [43] paſtoralem [44] præfixa cuſpide [45] myrtum.*

1 Sulcant. 2 Circæum promontorium, à Circe denominatum. 3 Ἄνευ ξυροῦ, id eſt, ſine novacula: quia adhuc imberbis. 4 Juno. 5 Parte, regione. 6 Regionis. 7 Sita eſt. 8 Frigidus. 9 In mare Tyrrhenum incidit. 10 Fluvius juxta Terracinam, vulgò *Fento.* 11 Ultrà hos jam dictos. 12 Priverno, Volſcorum oppido, profecta à gente Amazonum, quæ in Attica devictæ in Italiam fugerunt. 13 Fulgentes æreis armis copias. Lucr. 4. *florentia lumina flammis.* 14 Exiſtens bellicoſa. 15 Illa non habuit manus fœmineas aſſuetas inſtrumento nendi ſive lanificio, cujus repertrix Minerva fuiſſe dicitur. 16 Vaſculis vimineis, in quibus laniſicæ penſa aut fila lanea revolvunt. 17 Deſcribit Camillam à ſtudio rei militaris, pedum velocitate, & ornatu, quo in prælium prodiit. 18 Cùm eſſet virgo. 19 Sc. *aſſueta fuit.* 20 Antevertendo impedire, id eſt, tam celeriter currebat, ut ventos præverteret. Hyperbole. 21 Nobiliſſima bellatrix. 22 A pedibus ejus. 23 Volare poſſet. 24 Currendo ſuper eas. 25 Extremas ſpicæ partes. 26 Cujus curſu ne tumor quidem fluctuum deprimeretur. 27 Per tumorem erecto. 28 Incedere poſſet. 29 Celerrimè procurrentes. 30 Madefaceret aqua marina. 31 Camillam. 32 Sine ordine cum tumultu egreſſa. 33 Multitudo juvenum. 34 Procedentem greſſu virili. 35 Avide intenta, ore ob ſtuporem patefacto. 36 Quomodo. 37 Regalis & debitus. 38 Purpura veſtiat. 39 Non piloſos, nec aſperos, ſed lacte plenos. 40 Camillæ. 41 Reticulo aureo habente fibulam. 42 Apollinis & Dianæ geſtamen, qui in Lycia colebantur. Lycii autem ſagittandi arte claruerunt. 43 Quæ paſtoribus uſui eſſe potuiſſet umbra ſua. 44 Habentem cuſpidem ferream præfixam in morem haſtæ. 45 Haſtam myrteam.



Digitized by Google

# P. VIRGILII MARONIS
# ÆNEIDOS
# LIBER VIII.

## ARGUMENTUM.

BElli ſignum Turnus ex Laurenti arce proponit, Latiique totius, finitimarumque urbium ſibi auxilia adjungit. Venulus quoque Argos ad Diomedem mittitur, ut eum periculi ſimilitudine ad belli ſocietatem impellat. Quibus rebus permotus Æneas, copiarumque ſuarum paucitati diffidens, Tiberini monitu, adverſo flumine in ea loca ſubvehitur, in quibus poſteà Roma condita fuit: Evandrique regis, qui ex Arcadiâ profugus, in Palatino monte oppidum, nomine Pallanteum, condiderat, auxilium implorat. Evander Æneam, adventus ejus cauſâ cognitâ, benignè hoſpitio excipit: ſacriſque Herculis, quibus tum intentus erat, adhibitum, cauſam, rituſque ſacrificii edocet, locaque ejus tractus nobiliora obiter hoſpiti recenſet. Poſtridiè Æneas, equitum quadringentorum ſubſidio adjutus (quibus præerat Pallas, unicus Evandri filius) partem copiarum ſecundo flumine ad ſuos remittit: ipſe cum reliquis Agyllam, florentiſſimam Tyrrhenorum civitatem, petit: cui cum Mezentio, quem ob intolerandam crudelitatem regno expulerat, internecina odia intercedebant. Interim Vulcanus uxoris blanditiis adductus, privigno ſuo arma fabricatur, eademque à Venere ad Æneam deferuntur: qui armorum pulchritudine delectatus; cùm cætera omnia, tùm clypeum imprimis, qui res à poſteritate ſua ſtrenuè gerendas habebat depictas, ſtudioſe admiratur.

1 *UT belli* 2 *ſignum* 3 *Laurenti* 4 *Turnus ab arce*
5 *Extulit*, & 6 *rauco ſtrepuerunt cornua cantu*,
*Utque* 7 *acres* 8 *concuſſit equos*, *utque* 9 *impulit arma*,

1 Poſtquam. 2 Vexillum, ad comitia, & exercitum conſcribendum. Alludit autem ad Romanorum conſuetudinem, qui ſubitis tumultibus, cùm juſtum conſcribendi exercitus tempus non ſuppetebat, duo vexilla ex Capitolio proferebant, ad quæ, qui Remp. ſalvam vellent, ſeſe reciperent. 3 Lauro Laviniii ex regia Latini. 4 Namque Latinus ſepſerat ſe tectis, rerumque reliquerat habenas: ſuprà 7. l. 5 Expandit. 6 Bellicum cantatum eſt. 7 Animoſos, vehementi ſpiritu fretos. 8 Commovit, excitavit ſtrepitu cornuum & clangore tubarum. 9 Animos, diu jam reſides ad arma retractanda, vibratione, ventilatione & concuſſione exacuit. Alluſum volunt ad Rom. morem, ubi qui curam belli ſuſceperat Martis ſacrarium ingreſſus ancilia movit, ipſumque Martis ſimulachrum, cum hoc dicto, *Mars vigila*. Quidam exponunt de haſta in hoſtium fines impulſa.



Digitized by Google

[1] *Extemplò* [2] *turbati* [3] *animi : ſimul omne* [4] *tumultu*
*Conjurat trepido Latium , ſævitque juventus*
[5] *Effera :* [6] *ductores primi ,* [7] *Meſſapus , & Ufens ,*
[8] *Contemptorque Deûm Mezentius , undique* [9] *cogunt*
[10] *Auxilia , & latos* [11] *vaſtant cultoribus agros.*
[12] *Mittitur & magni* [13] *Venulus* [14] *Diomedis ad urbem,*
[15] *Qui* [16] *petat auxilium, &* [17] *Latio conſiſtere Teucros,*
*Advectum* [18] *Æneam* [19] *claſſi ,* [20] *victoſque penates*
[21] *Inſerre , &* [22] *fatis* [23] *regem ſe dicere poſci ,*
[24] *Edoceat : multaſque viro ſe* [25] *adjungere gentes*
*Dardanio , & latè* [26] *Latio* [27] *increbreſcere* [28] *nomen :*
[29] *Quid ſtruat his cœptis :* [30] *quem, ſi fortuna* [31] *ſequatur,*
*Eventum pugnæ* [32] *cupiat , manifeſtiùs* [33] *ipſi ,*
*Quàm* [34] *Turno* [35] *regi , aut regi apparere* [34] *Latino.*
[36] *Talia per* [37] *Latium : quæ* [38] *Laomedontius heros*
*Cuncta* [39] *videns , magno curarum* [40] *fluctuat* [41] *æſtu :*
*Atque animum nunc* [42] *hùc celerem , nunc* [43] *dividit*
[44] *illùc.*
*In parteſque* [45] *rapit varias , perque* [46] *omnia verſat.*

1 Illicò, è veſtigio. 2 Turbati ſunt furore bellico. 3 Italorum ſc. qui convenerant. 4 Sicut in bello tumultuario fieri ſolet. *Tumultus* enim erat, cùm ex ſubito, & vicino plerumque bello ſumma oriebatur perturbatio: dictus quaſi *timor multus*, quo tempore & in Urbe & in Italiâ delectus promiſcuè habebatur, nec ullum excuſabat vacatio, cogebantur enim ad arma etiam emeriti. Vide quæ nos ſupra l. 6. Ejus rei videtur admonere Poëta , & hoc bellum Latinorum cum Trojanis in ipſo Latio, vocare *tumultum*. Omnis igitur tumultus bellum eſt : ſed non quodvis bellum , tumultus. 5 Exiſtens indomita. 6 Duces. 7 De his ſuprà 7. l. 8 Qui ſibi divinos honores & primitias offerri imperavit. 9 Congregant , colligunt. 10 Auxiliares copias. 11 Pecore , frugibus, ipſis colonis ſpoliant : quia agricolas ad bella vocabant. 12 A Turno. 13 Orator Turni. 14 Argyripam, five Argos opp. in Apuliâ, à Diomede , Ætoliâ pulſo , conditum. 15 Ut is. 16 A Diomede. 17 In Italiâ. 18 Hoſtem Diomedis. 19 Claſſe , multis navibus. 20 A Græcis ſemel. 21 Latio. 22 Per fata , quæ id juſſerunt. 23 Ut ſit rex Latinorum. 24 Significet Diomedi. 25 Ut magis invidiam concitaret. 26 Per Latium. 27 Divulgari , innoteſcere , favente Latino. 28 Æneæ, vel Trojanum. 29 Et edoceat, quid prætendat : q. d. non aliud , quàm occupato regno , reliquos omnes Italiæ habitatores expellere. 30 Qualem. 31 Æneæ faveat. 32 Æneas optet. 33 Diomedi , ut qui Trojanos priùs propiùſque noverat ; quia antiquus hoſtis. 34 Quibus ſtatus Trojanorum nondùm ſatis perſpecta, ſed tamen audita erat. 35 Rutulorum duci , aut cujus ad regnum Laurenti. 36 Gerebantur , fiebant. 37 Italiam. 38 Æneas, à *Laomedonte*, Trojanórum rege, denominatus. 39 Conſiderans. 40 Jactatur , agitatur. 41 Fervore. 42 In hanc ſententiam. 43 In diverſa vertit. 44 In illam ſententiam l. 10. *animo nunc hùc , nunc fluctuat illùc.* Leguntur iidem duo verſus 4. Æn. 45 Animum. 46 Conſilia , aut quæ agenda erant.

[1] *Sicut [2] aquæ [3] tremulum [4] labris ubi [3] lumen ahenis*
*[5] Sole repercuſſum, [6] aut [7] radiantis imagine Lunæ,*
*Omnia pervolitat latè loca, jamque [8] ſub auras*
*Erigitur, ſummique ferit [9] laquearia tecti.*
*Nox erat, & terras animalia [10] feſſa per omnes,*
*[11] Alituum, [12] pecudumq; genus ſopor [13] altus [14] habebat:*
*Cùm [15] pater in ripâ, [16] gelidique ſub ætheris axe,*
*Æneas, triſti turbatus pectora bello,*
*Procubuit, [17] ſeramque dedit per membra quietem.*
*[18] Huic Deus ipſe loci, fluvio Tiberinus amœno,*
*[19] Populeas inter ſenior ſe attollere frondes*
*[20] Viſus: [21] eum tenuis [22] glauco velabat amictu*
*[23] Carbaſus, & [24] crines umbroſa tegebat [25] arundo.*
*Tùm ſic [26] affari, & curas his demere dictis:*
*[27] O ſate gente Deûm, [28] Trojanam ex [29] hoſtibus [28] urbem*
*Qui [30] revehis [31] nobis, [32] æternaq; Pergama [33] ſervas,*
*[34] Exſpectate ſolo Laurenti, arviſque [35] Latinis:*
*Hîc tibi [36] certa domus, certi ([37] ne abſiſte) penates:*
*Neu [38] belli [39] terrêre minis, [40] tumor omnis, & ira*

1 Comparatio eſt. Ita animus Æneæ fluctuabat, ut cùm aqua feritur radio ſolari, parvo momento lumen hùc illùc properat. 2 In quibus eſt aqua. 3 Radius ſolaris ſubitò motus. 4 In vaſis majoribus. 5 Generatum ex repercuſſione radiorum Solis. 6 Se *repercuſſum.* 7 Reſplendentis. 8 In altum. 9 Connexiones trabium aut tabulatorum. 10 Diurno labore defatigata. 11 Alitum, id eſt, degentium in aëre. Epentheſis. 12 Degentium in terris. 13 Profundus. 14 Habebat. 15 Vir veneratione paternâ dignus. 16 Sub dio. 17 Tardè conceſſam propter gravamen membrorum, aut dedit per membra, cùm animum nondùm quietum haberet. 18 Æneæ dormienti. 19 Populi arboris ad ripam creſcentis. Propter Herculem, qui in illis locis verſatus fuerat, illi populus dicata, ut Myrtus Veneri, Laurus Apollini, quercus Jovi. 20 Eſt. 21 Tiberinum. 22 Cæruleo, id eſt, veſtitu coloris aquæ convenientis. Hoc enim veſtitu Dii fluviorum & maris pingebantur & capite arundine tecto. 23 Veſtis carbaſina, id eſt, è genere lini aut veli facta. 24 Tiberini. 25 Corona arundinea, quâ prætexebantur ripæ. 26 Tiberinus cœpit alloqui Æneam. 27 O Ænea, progenite genere Deorum. 28 Auſpicia novæ Trojæ condendæ. 29 Græcis. 30 Ob Dardanum, Trojani generis auctorem, ex Italiâ profectum. Ita Ilioneus. l. 7. ſuprà: *Hinc Dardanus ortus Hùc repetit.* 31 Ad noſtram gloriam & utilitatem. 32 Indelebilia. 33 Ne intereant, reliquiis advectis; ſervando facis ut ſint æterna. 34 Optatæ & deſideratæ regioni, ubi Laurentum eſt, & Laurentes habitant. 35 Latino ſubditis. 36 Quam mutare non debes. 37 Ne diſcedas: nec ſtatuas te alio: *vel*, ne deſeras inceptum tuum. 38 Contra te moti. 39 Terrearis. 40 Inflatio animi, id eſt, iracundia.

*1 Conceſſêre 2 Deûm.*
*Jamque tibi (ne vana putes hæc fingere ſomnum)*
*3 Littoreis ingens 4 inventa ſub 5 ilicibus 6 ſus,*
*7 Triginta capitum fœtus enixa, jacebit*
*Alba, ſolo recubans, albi circùm ubera 8 nati.*
*9 Hic locus 10 urbis erat, requies 11 ea certa laborum:*
*12 Ex quo 13 ter denis urbem 14 redeuntibus annis*
*Aſcanius 15 clari condet 15 cognominis Albam.*
*16 Haud incerta cano: nunc quâ 17 ratione, quod 18 inſtat,*
*19 Expedias 20 victor, paucis (21 adverte) docebo.*
*22 Arcades 23 his oris, genus à 24 Pallante 25 profectum,*
*Qui regem Evandrum comites, qui 26 ſigna ſecuti,*
*Delegêre locum, & 27 poſuêre in 28 montibus urbem,*
*Pallantis 29 proavi de nomine Pallanteum.*
*30 Hi bellum aſſiduè 31 ducunt cum gente 32 Latinâ:*
*Hos 33 caſtris adhibe ſocios, & fœdera junge.*
*34 Ipſe ego te ripis, & 35 recto numine ducam,*
*36 Adverſum remis 37 ſuperes ſubvectus ut amnem.*
*Surge, age, nate Deâ, 38 primiſque cadentibus aſtris*
*39 Junoni 40 fer ritè preces, iramque, 41 minaſque*
*42 Supplicibus 43 ſupera votis: mihi victor 44 honorem*
*Perſolves: ego ſum, pleno quem flumine cernis*
*45 Stringentem 46 ripas, & pinguia 47 culta 48 ſecantem,*

1 Sedatæ ſunt. Alii exponunt, indulſerunt, permiſerunt: & tum hemiſtichium illud ſic concludunt: *Conceſſêre Deûm profugis nova mœnia Teucris.* 2 Jovis, &c. namque Junonis etiamnùm manebant. 3 Heleni idem vaticinium iiſdem verſibus prolatum habes l. 3. v. 390. 4 Arte. 5 Arboribus glandiferis. 6 Porca. 7 Porcelli 30 ſignant annos totidem, quibus exactis, Aſcanius conditurus erat urbem à ſue albâ dictam Albam. *Et ſtabis Alba potens albæ ſuis omine dicta.* Propert. l. 4. El. 1. 8 Fœtus jacebunt. 9 In quo jacebis. 10 Olim condendæ, quæ & Alba vocabitur. 11 Urbs erit. 12 Poſt cujus inventionem. 13 Triginta. 14 Exactis. 15 Cognominandam ab alba ſue inventâ & clarâ oraculorum manifeſtatione. 16 Certa, id eſt, certiſſimis oraculis ſibi priùs ſignificata. 17 Viâ, modo. 18 Gerendum ſc. 19 Id bellum. 20 Cum victoria. 21 Animum. 22 Populi ex Arcadiâ. 23 In his regionibus. Annis ſexaginta antebellum Trojanum, Arcades in Latium navigavêre, duce Evandro, filio Mercurii & Nicoſtratæ, quæ & Themis & Carmentis dicta eſt. 24 Arcadiæ rege. 25 Ortum. 26 Prodigia oraculorum. 27 Condiderunt. 28 Colliculis hiſce. 29 Evandri. 30 Populi. 31 Gerunt. 32 Cum quâ tibi gerendum eſt. 33 Exercitui tuo in caſtris degenti. 34 Deus fluminis. A tuto & commodo. 35 Nullo errore te circumventuro. 36 Contra fluxum ejus. 37 Aſcendas. 38 Cum primùm aſtra occiderint, id eſt, cum prima luce, albeſcente Aurorâ, quæ fugat aſtra. 39 Adverſariæ tuæ. Idem ſuadet Helenus l. 3. v. 437. 40 Offer ut decet. 41 Junonis. 42 Suppliciter factis. 43 Evince. 44 Sacrificium honorificum. 45 Minuentem, excavantem, radentem, ſubruentem, quæ Tiberidis natura eſt. 46 Tiberinas. 47 Arva. 48 Interfluentem.

I Ca-

*[1] Cæruleus Tybris, [2] cœlo gratiſſimus amnis.*
*[3] Hîc mihi magna domus, celſis caput urbibus exit.*
*[4] Dixit, deinde [5] lacu fluvius ſe condidit alto,*
*[6] Ima petens: [7] nox Æneam, ſomnuſque reliquit.*
*Surgit, & [8] ætherei [9] ſpectans [10] orientia Solis*
*Lumina, [11] rite [12] cavis [13] undam de [14] flumine palmis*
*Suſtulit, ac tales effundit ad æthera voces:*
*Nymphæ, [15] Laurentes Nymphæ, [16] genus amnibus undè eſt;*
*Tuque, ô Tybri, tuque, ô genitor cum flumine ſancto,*
*Accipite [17] Æneam, & tandem arcete [18] periclis.*
*[19] Quò te cunq; [20] lacus miſerantem incommoda noſtra*
*Fonte tenet, [21] quocunque ſolo pulcherrimus exis,*
*Semper [22] honore meo, ſemper [23] celebrabere [22] donis.*
*[24] Corniger [25] Heſperidum fluvius, regnator aquarum,*
*[26] Adſis [27] ô [28] tandem, & [29] propiùs tua [30] numina firmes!*
*Sic [31] memorat: geminaſq; [32] legit de claſſe [33] biremes,*
*[34] Remigioq; aptat: [35] ſocios ſimul inſtruit [36] armis.*
*Ecce autem ſubitum, atque [37] oculis mirabile [38] monſtrum!*
*Candida per ſylvam cum [39] fœtu [40] concolor albo*
*Procubuit, viridique in littore conſpicitur ſus:*
*Quam pius Æneas, tibi enim, tibi, maxima Juno,*
*Mactat, [41] ſacra ferens, & cum [42] grege [43] ſiſtit ad [44] aram.*

1 Marini coloris. 2 Cœlitibus, ſive iis qui in cœlo ſunt. Continens pro re contenta. 3 Ingens domicilium extenditur mihi in hoc fluvio, exiſtens columen aut decus præcipuum urbibus Etruſcis, atque aliis ad Tiberim ſitis. 4 Tiberinus. 5 Antro, regiâ, domo ſuâ. 6 Profundum adiens. 7 Æneas, oriente die, expergiſcitur. 8 Cœleſtis. 9 Ad orientem Solem converſus, ter libato vivo flumine ſe luſtravit. 10 Cum Sole. 11 Juxta morem ſacrificandi. 12 In concavitatem contractis. 13 Aquam recentem. 14 Tiberino. 15 Quæ præeſtis fontibus & amnibus Laurentibus. 16 A quibus amnes ducunt originem: lymphis ſc. 17 Me. 18 Ingruentibus. 19 Quocunque loco effuſus ſit lacus ubi habitas. 20 Antrum, regia. 21 Quacunque terrâ. 22 Sacris. 23 Cum celebritate honoraberis. 24 Cornua gerens, id eſt, ſimilitudinem cornuum: vel, quod fluvii dividant ſe in brachia, partes, vel oſtia, quæ cornua vocantur: vel, quod mugitum boum imitatur murmur aquarum. 25 Italicarum. 26 Auxilioſis, igitur celeritatem petit. 27 Optantis eſt. 28 Poſt tanta malorum pericula. 29 Familiarius. 30 Divina munera nobis oblata. 31 Loquitur Æneas. 32 Eligit. 33 Naves duorum ordinum remorum. 34 Ad remigium, id eſt, ut poſſint remis agi. 35 Remiges, nautas, milites. 36 Remis, armamentis, telis. 37 Æneæ. 38 Portentum, prædictum ab Heleno. 3. l. & à Tiberino, ſuprà. 39 Triginta capitum. 40 Ejuſdem coloris. 41 Sacrificans. Sic l. 3. Æn *Junoni* fer ſacra *libens*. 42 Fœtu, ſuculis. 43 Stare facit eam. 44 Tibi extructam.



Digitized by Google

[1] *Tibris eâ fluvium,* [2] *quàm longa eſt, nocte* [3] *tumentem*
[4] *Leniit, &* [5] *tacitâ refluens ita ſubſtitit undâ,*
*Mitis ut* [6] *in morem ſtagni,* [7] *placidæque paludis,*
[8] *Sterneret æquor aquis, remo ut* [9] *luctamen abeſſet.*
[10] *Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo:*
[11] *Labitur* [12] *uncta* [13] *vadis* [14] *abies:* [15] *mirantur &*
*Miratur nemus* [16] *inſuetum, fulgentia longè (unda,*
*Scuta* [17] *virûm,* [18] *fluvio* [19] *pictaſque innare carinas.*
*Illi* [20] *remigio noctemque diemque* [21] *fatigant,*
*Et* [22] *longos* [23] *ſuperant flexus, variiſque teguntur*
[24] *Arboribus, virideſque* [25] *ſecant placido æquore*
[26] *ſylvas.*
[27] *Sol medium cœli conſcenderat igneus orbem,*
*Cùm muros, arcemque* [28] *procul, & rara domorum*
*Tecta* [29] *vident, quæ nunc Romana potentia cœlo*
[30] *Æquavit: tùm res* [31] *inopes* [32] *Evandrus habebat.*
[33] *Ociùs* [34] *advertunt proras, urbique* [35] *propinquant.*
*Fortè* [36] *die ſolennem illo* [37] *rex Arcas* [38] *honorem*
[39] *Amphitryoniadæ magno, Diviſque* [40] *ferebat*
*Ante* [41] *urbem in* [42] *luco: Pallas* [43] *huic* [44] *filius unà,*
*Unà omnes juvenum* [45] *primi,* [46] *pauperq; ſenatus,*
*Thura dabant,* [47] *tepiduſque cruor fumabat* [48] *ad aras.*
*Ut celſas vidêre rates, atque inter opacum*
*Allabi nemus, &* [49] *tacitis incumbere remis:*

1 Deus fluvii. 2 In quantum. 3 Inflatum priùs. 4 Tranquillum fecit. 5 Sine murmure ſedens ita manſit ſtans. 6 Ad ſimilitudinem aquæ ſtantis. 7 Tranquillæ. 8 Sternendo ſe faceret planitiem in ipſis aquis. 9 Labor & difficultas, id eſt, ut non eſſet luctandum remo cum aquis adverſis & defluentibus, cùm navis aſcenderet.

10 Itaque, quia vident fluvium tam convenientem, profectionem ad Evandrum celeriter peragunt cum proſpero œſtu ac murmure Tiberis. 11 Celeriter agitur. 12 Picata. 13 Per vada Tiberis. 14 Ex abiete facta. Metonymia materiæ. 15 Tam celerem navis aſcenſum. 16 Videre talia. 17 Virorum fortium. 18 Tiberi. 19 Rubrica, vel puppes pictas, vel Phrygias. Juno 7. Æn. ſuprà, *pictaſque exure carinas.* 20 Remigando. 21 Donec perveniſſent ad Evandrum. 22 Quia Tibris ſemper flectitur. 23 Tranſcendunt. 24 In littore ſtantibus. 25 Intercidunt, id eſt, feruntur per medias arbores. 26 Impendentium ſylvarum imagines in placidis undis apparentes. *Reddit navales vitreo ſub gurgite formas*, Auſon. Moſel. 27 Jam meridies erat. 28 Cùm adhùc longè eſſent. 29 Trojani. 30 Æquiparavit. 31 Tenues & modicas. 32 Arcas. 33 Celeriter. 34 Trojani. 35 Appropinquant. 36 Quo Trojani advenerant. 37 Evander. 38 Sacrificium. 39 Herculi, Amphitryonis filio putativo. 40 Offerebat, id eſt, ſacrificabat. 41 Pallanteum. 42 Sylva Herculi conſecrata. 43 Cum patre. 44 Evandri. 45 Principes. 46 Patres ſeniores, qui tunc pauperes erant. 47 Ex mactatis hoſtiis. 48 Juxta. 49 In amne placido, nullo aut leni remorum luctamine, remis nihil murmuris facientibus.

Terren-

Digitized by Google

*Terrentur viſu ſubito, cunctique relictis*
1 *Conſurgunt* 2 *menſis:* 3 *audax* 4 *quos* 5 *rumpere Pallas*
5 *Sacra vetat, raptoque volat telo* 6 *obvius ipſe.*
*Et procul è* 7 *tumulo:* 8 *Juvenes, quæ cauſa* 9 *ſubegit*
*Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit.*
*Qui* 10 *genus?* 11 *undè domo; pacem-ne hùc fertis, an* 12 *arma?*
*Tùm pater Æneas puppi ſic fatur ab altâ,*
13 *Paciferæque manu ramum prætendit olivæ:*
14 *Trojugenas, ac* 15 *tela vides inimica* 16 *Latinis,*
17 *Quos* 18 *illi bello* 19 *profugos* 20 *egêre ſuperbo.*
21 *Evandrum petimus: ferte* 22 *hæc, & dicite,* 23 *lectos*
24 *Dardaniæ* 25 *veniſſe duces,* 26 *ſocia arma rogantes.*
*Obſtupuit* 27 *tanto perculſus nomine* 28 *Pallas:*
*Egredere ô quicunque es, ait:* 29 *coramque parentem*
*Alloquere, ac noſtris ſuccede* 30 *penatibus* 31 *hoſpes:*
32 *Accepitq; manu,* 33 *dextramq; amplexus* 34 *inhæſit.*
*Progreſſi* 35 *ſubeunt luco, fluviumque relinquunt.*
*Tùm* 36 *regem Æneas dictis affatur* 37 *amicis:*
*Optime* 38 *Grajugenum,* 39 *cui me fortuna* 40 *precari,*
*Et* 41 *vittâ comptos voluit prætendere* 42 *ramos:*
43 *Non equidem extimui, Danaûm quòd ductor, &* 44 *Arcas,*

1 A ſacrificio. 2 Deorum ſc. ad quas ſolennes epulas ponebant. 3 Propriâ virtute confiſus. 4 Arcades. 5 Interrumpere ſive intermittere ſacrificia cœpta: id enim nefas putabatur, infauſtique ominis. Undè etiam l. 3. Helenus jubet Æneam velatâ facie ſacrum facere, ne quidquam videat, quod ſacrificium cœptum poſſet obturbare. 6 Adventantibus. 7 Colliculo. 8 Quia ſeniores manſerant in Sicilia. 9 Coëgit vos. 10 E quo genere, id eſt, gente, eſtis? 11 E qua domo, id eſt, patriâ? 12 Bellum. 13 Pacem adferentis. Pacem petentes præferebant oleæ ramos laneis vittis obvolutos l. 7. *Præferimus manibus vittas:* vitta autem religionis, oliva pacis inſigne: quod & columba à Noacho emiſſa ſignificavit. 14 Viros in Troja genitos. 15 Arma. 16 Quibus & vos inimici eſtis. 17 Trojugenas. 18 Latini. 19 Uti & vos, advenas. 20 Expulerunt. 21 Hujus loci regem. 22 Pacis indicia, ramum olivæ. 23 Electos. 24 Trojanæ patriæ. 25 Ad eum. 26 Socialia in Latinos. 27 Tanti nominis commemoratione, ſc. Dardanii; ſcivit enim Dardanum ab Jove ortum. 28 Filius Evandri. 29 In præſentia ejus. 30 Laribus. 31 Jure hoſpitalitatis. 32 Excepit Æneam è navi. 33 Fidei pignus. 34 Moram traxit in amplexu. 35 Subintrant lucum, ubi ſacrificia fiebant Herculi. 36 Evandrum. 37 Amabilibus. 38 Grajugenarum, id eſt, à Græcis, aut inter Græcos genitorum. 39 Ad cujus honorem. 40 Suppliciter pacem petere. 41 Innexos & illigatos vittâ laneâ. 42 Olivæ paciferæ ramum. 43 Occupatio, cur, cum Trojanus ſit, non dubitet tamen ſupplex venire ad Græcum. 44 Ex Arcadia oriundus.

1 Quod-

1 *Quòdq;* 2 *à ſtirpe fores geminis conjunctus* 3 *Atridis :*
*Sed mea me virtus , & ſancta oracula Divûm ,*
4 *Cognatique patres , tua terris* 5 *didita fama ,*
*Conjunxêre tibi , &* 6 *fatis* 7 *egêre volentem.*
*Dardanus , Iliacæ* 8 *primus pater urbis , & author ,*
*Electrâ (ut* 9 *Graji perhibent)* 10 *Atlantide* 11 *cretus,*
*Advehitur* 12 *Teucros. Electram maximus Atlas*
13 *Edidit , æthereos humero qui* 14 *ſuſtinet orbes.*
15 *Vobis Mercurius pater eſt , quem* 16 *candida Maja*
17 *Cyllenes gelido conceptum vertice* 18 *fudit.*
*At* 19 *Majam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas ,*
*Idem Atlas generat , cœli qui ſidera* 20 *torquet.*
21 *Sic genus* 22 *amborum* 23 *ſcindit ſe ſanguine ab uno.*
24 *His* 25 *fretus ,* 26 *non legatos , neq; prima per* 27 *artem*
28 *Tentamenta tui pepigi : meme ipſe , meumque*
29 *Objeci caput , & ſupplex ad* 30 *limina veni.*
*Gens eadem , quæ te ,* 31 *crudeli* 32 *Daunia bello*
*Inſequitur : nos ſi* 33 *pellant , nihil* 34 *abfore credunt ,*
*Quin omnem* 35 *Heſperiam penitùs ſua ſub juga mittant ,*
*Et mare , quod* 36 *ſuprà , teneant , quodque* 37 *alluit*
38 *infrà.*

1 Ex Sterope , Atlantis filiâ , natus Oenomaus ; ex illo Hippodamia ; è quâ Pelops Atreum genuit , patrem Agamemnonis & Menelai. Ex Majâ , Steropes ſorore , Mercurius ; ab illo Evander.
2 Ab origine generis.
3 Atrei filiis , Agamemnoni & Menelao.
4 Majores noſtri de eâdem ſtirpe nati. Dardanus , Trojanæ gentis pater , filius Majæ , quæ ſoror Electræ : filia utraque Atlantis , ut ſeq. quamvis três fuerint Atlantes , Rex Mauritaniæ , Rex Arcadiæ , & Rex Corinthi , qui pater Electræ. 5 Sparſa & divulgata per terras. 7. Æn. Diditur *hic ſubito Trojana per agmina rumor.* 6 Sic jubentibus : quæ teſte Senecâ , *fata volentem ducunt , nolentem trahunt.* 7 Impulerunt me. 8 Præcipuus : Teucer enim prior erat. 9 Græci atteſtantur. 10 Atlantis filia. 11 Progenitus. 12 Ad eos , qui tunc Teucri dicebantur. 13 Progenuit. 14 Surſùm tenet & portat cœlos. Montis altitudinem ad hominem tranſtulit. Alludit enim ad illam fabulam , quâ Atlas , Mauritaniæ Rex , conſpecto Medusæ capite , in montem converſus fingitur : cujus tanta eſt altitudo , ut cœlum attingere videatur. 15 Arcadibus. 16 Pulchra : vel cum reſpectu ad Pleiades , quarum lucidiſſima eſt Maja. 17 Montis Arcadiæ. 18 Progenuit. 19 Mercurii matrem. 20 Gubernat. 21 Quia nos ab Atlante per Electram deſcendimus , & ab Jove per Dardanum ; & vos ab eodem Atlante deſcendiſtis per Mercurium ; & per eundem ab Jove. 22 Noſtrum. 23 Dividit ſe in diverſos conſanguinitatis ramos. 24 Virtute meâ , Deorum oraculis , cognatione noſtra. 25 Confiſus. 26 Neque per fœdera aut legatos experiri aut paciſci placuit ; ſed ipſe coràm & cum fiducia ſupplex adſum. 27 Artificioſam orationem. 28 Experimenta ad amicitiam conciliandam pactus ſum. 29 Fidei tuæ commiſi. 30 Tua. 31 Impiè ſuſcepto. 32 Rutuli , à *Dauno* , Turni patre. 33 A finibus ſuis. 34 Abfuturum ſive defuturum eſſe. 35 Italiam. 36 Ab Orientali plaga , id eſt , mare Adriaticum. 37 Italiam. 38 Ab inferiori parte , id eſt , mare Tyrrhenum.

3 *Ac-*

[1] *Accipe,* [2] *daque* [3] *fidem: ſunt nobis fortia* [4] *bello*
*Pectora;* [5] *ſunt animi, &* [5] *rebus* [6] *ſpectata juventus.*
*Dixerat Æneas:* [7] *ille os, oculoſque* [8] *loquentis*
[9] *Jam dudùm, & totum luſtrabat* [10] *lumine* [11] *corpus.*
*Tunc ſic* [12] *pauca refert:* [13] *Ut te, fortiſſime Teucrûm,*
[14] *Accipio, agnoſcoq; libens! ut* [15] *verba parentis,*
*Et* [16] *vocem Anchiſæ magni, vultumque* [17] *recordor!*
[18] *Nam memini Heſiones viſentem regna* [19] *ſororis*
[20] *Laomedontiadem Priamum,* [21] *Salamina petentem,*
[22] *Protinùs Arcadiæ gelidos* [23] *inviſere fines.*
*Tùm mihi prima genas* [24] *veſtibat* [25] *flore juventa,*
*Mirabarque* [26] *duces Teucros, mirabar & ipſum*
[27] *Laomedontiadem; ſed* [28] *cunctis altior* [29] *ibat*
[30] *Anchiſes: mihi mens* [31] *juvenili ardebat amore*
[32] *Compellare virum, &* [33] *dextra conjungere* [34] *dextram.*
[35] *Acceſſi, &* [36] *cupidus* [37] *Phenei ſub mœnia* [38] *duxi.*
*Ille mihi inſignem pharetram,* [39] *Lyciaſque ſagittas,*
[40] *Diſcedens,* [41] *chlamydemq;* [42] *auro dedit intertextam,*
*Frænaq;* [43] *bina,* [44] *meus quæ nunc habet, aurea, Pallas.*
[45] *Ergo &, quam petitis,* [46] *juncta eſt mihi* [47] *fœdere* [48] *dextra:*
*Et lux cùm primùm terris ſe craſtina reddet,*

1 A nobis. 2 Nobis. 3 Sanctam promiſſionem. 4 Ad bellum gerendum. 5 Bellicis. 6 Perſpecta & explorata: quia Trojano bello per decennium vexata fuit. 7 Evander. 8 Æneæ. 9 Ab eo tempore, quo loqui cœperat, aut cùm primum vidiſſet. 10 Viſu, id eſt, circumſpiciebat. 11 Reliquum. 12 Evander paucis reſpondet. Loquax ſenectus rerum antiquarum commemoratione gaudet, Vide Macrob. Sat. l. 5. c. 14. 13 Ὡς, quam. 14 Hoſpitio. 15 Formam dicendi. 16 Modum proferendi. 17 Ad memoriam refero. 18 Refert, ubi Anchiſen viderit, Evander, comitem ſc. Priami, cùm ſororem Heſionem, Telamoni Salamino nuptam, viſeret, undè Arcadiam venêre, ubi excepti ſunt ab Evandro in Pheneo, urbe Arcadiæ. 19 Sorr. 20 Laomedontis filium. 21 Patriam Telamonis. 22 Continuato itinere, eâdem profectione. 23 Tranſire. 24 Veſtiebat. 25 Lanugine, id eſt, barbâ tenui. 26 Qui cum Priamo venerant. 27 Laomedontis filium. 28 Omnibus reliquis. 29 Incedebat. 30 Pater tuus. 31 Quia juvenes gaudent proceritate & elegantiâ corporum. 32 Alloqui cum veneratione. Plaut. *Sine me hanc* compellare. 33 Illius. 34 Meam. 35 Ad eum. 36 Ejus amicitiæ. 37 Oppidi Arcadiæ, cujus dux Agapenor. 38 Illum. 39 Apollinis. 40 Cùm diſcedere vellet. Conſuetudo enim veteribus fuit, ut diſceſſuri invicem munera hoſpitalia relinquerent, ſui monumenta, & amoris fideique mutua pignora. 41 Veſtem militarem. 42 Filis aureis. 43 Duo. Impropriè & Poëticè: nam *bina*, ſecundum Ciceronem, non dicuntur, niſi de his, quæ ſunt numeri tantùm pluralis. 44 Filius. 45 Clauſula conſtat conceſſione petitionis, 46 Sancita. 47 Antiquis amicitiis per illud Anchiſæ hoſpitium. 48 Fides.



Digitized by Google

1 Copiis militaribus. Eodem verſu ſupra uſus eſt l. 1. in oratione Did. ad Trojanos.
2 Quæ quotannis hoc die ſiunt.
3 In aliud tempus.
4 Sit.
5 Animis linguiſque, εὐφημοῦντες.
6 Sociali fœdere conjunctorum.
7 Sunt ab Evandro.
8 Timore hoſtilis adventus.
9 Ad menſas.
10 Ex ceſpite facto.
11 Principem virum.

*[1] Auxilio lætos dimittam, opibuſque juvabo.*
*Interea ſacra hæc (quando huc veniſtis, amici)*
*[2] Annua, quæ [3] differre [4] nefas, celebrate [5] faventes*
*Nobiſcum, & jam nunc [6] ſociorum aſſueſcite menſis.*
*Hæc ubi [7] dicta, dapes jubet, & [8] ſublata [9] repone*
*Pocula, [10] gramineoque viros locat ipſe ſedili:* 176
*[11] Præcipuumque [12] toro, & [13] villoſi pelle leonis*
*Accipit Æneam, [14] ſolioque [15] invitat [16] acerno.*
*Tum [17] lecti juvenes certatim, [18] araque ſacerdos,*
*[19] Viſcera toſta ferunt taurorum, [20] onerantq; caniſtris*
*[21] Dona laboratæ Cereris, [22] Bacchumque miniſtrant.*
*Veſcitur Æneas ſimul, & Trojana juventus*
*[23] Perpetui tergo bovis, & [24] luſtralibus [25] extis.*
*Poſtquam [26] exempta fames, & amor compreſſus edendi,*
*Rex Evandrus ait: Non hæc ſolennia nobis,* 185
*Has [27] ex more dapes, hanc [28] tanti numinis aram,*
*[29] Vana ſuperſtitio, veterumve ignara Deorum*
*Impoſuit: ſævis, hoſpes Trojane, [30] periclis*
*Servati [31] facimus, [32] meritoſque [33] novamus honores.*
*[34] Jam primum [35] ſaxis ſuſpenſam hanc aſpice rupem:*
*[36] Disjectæ procul [37] ut [38] moles, [39] deſertaq; montis* 191
*Stat domus, & ſcopuli [40] ingentem traxêre ruinam.*
*Hîc ſpelunca fuit, [41] vaſto ſubmota receſſu,*

12 Herbis & frondibus extructo: στιβάδι. 13 Hirſuti, villis pleni. Priſcis hic mos fuit, ut proceres nobilium in pellibus ferarum ſederent. 14 Sacra Herculis celebrantes ſedere moris erat Macrob. Sat. l. 3. c. 6. 15 Acceptum collocat eum ſuper ſolio. 16 Ex acere arbore confecto. 17 Egregii. 18 Quæ *Maxima* appellata fuit. 19 Carnes taurinas aſſas adferunt. 20 Et onerando apponunt è corbibus. l. 1. *Cereremque caniſtris Expediunt.* 21 Panem artificiosè ex Cerere, id eſt, frumento confectum & elaboratum. 22 Vinum propinant. 23 Integri, ſolidi, aut unde datur perpetuum epulum. 24 Purgativis, quæ ad expurgationem oblata erant. 25 Quæ reliqua erant è ſacrificio 26 Sedata eſt epulis. 27 Quas ex more damus & edimus. 28 Herculis ſc. quæ, Magno dicata numini, dicta eſt *Maxima:* infrà, *quæ Maxima ſemper,* &c. 29 Stulta religio. 30 Imminentibus à Caco. 31 Hæc ſolennia. 32 Quos Hercules meruit, ſervando nos. 33 Quotannis renovamus. 34 Pro exordio narrationis meæ. 35 Labentem & ruinam minitantem, lapſuræ ſimilem. 36 Devolutæ ſint. 37 Quomodo. 38 Saxorum. 39 Et ut ſpelunca & habitatio, quam Cacus habiterat in monte Aventino, ſtat derelicta ab habitatore interfecto. 40 Ruendo ingentem partem ſecum traxerunt. 41 Sepoſita à frequentia hominum valde amplo ſeceſſu, ſive loco ſecretiore.

[1] *Semihominis* [2] *Caci :* [3] *facies* [4] *quam* [5] *dira* [6] *tegebat,*
*Solis* [7] *inaceſſam radiis ; ſemperque recenti*
[8] *Cæde tepebat* [9] *humus ; foribuſque affixa* [10] *ſuperbis*
*Ora virûm* [11] *triſti pendebant pallida* [12] *tabo.*
[13] *Huic monſtro Vulcanus erat pater :* [14] *illius* [15] *atros*
*Ore* [16] *vomens ignes, magnâ ſe* [17] *mole ferebat.*
*Attulit* [18] *& nobis* [19] *aliquando optantibus* [20] *ætas*
[21] *Auxilium adventumq; Dei : nam maximus* [22] *ultor*
[23] *Tergemini* [24] *nece* [25] *Geryonis,* [26] *ſpoliiſq;* [27] *ſuperbus,*
[28] *Alcides aderat, tauroſque* [29] *hàc victor agebat*
*Ingentes,* [30] *vallemque boves,* [31] *amnemq; tenebant.*
*At* [32] *furiis Caci mens* [33] *effera, ne quid* [34] *inauſum*
*Aut intentatum ſceleris-ve, doli-ve fuiſſet,*
*Quattuor à* [35] *ſtabulis præſtanti corpore tauros*
[36] *Avertit, totidem formâ* [37] *ſuperante juvencas :*
[38] *Atque* [39] *hos, ne quà forent pedibus* [40] *veſtigia* [41] *rectis,*
*Caudâ in ſpeculam tractos,* [42] *verſiſq;* [43] *viarum*
[44] *Indiciis raptos,* [45] *ſaxo occultabat* [45] *opaco.*
[46] *Quærentem nulla ad ſpeluncam* [47] *ſigna ferebant.*
*Intereà cum jam ſtabulis ſaturata moveret*
[48] *Amphitryoniades armenta,* [49] *abitumque pararet,*

1 Feritate corrupti, & habentis ſolum figuram humanam. Infrà, villoſaque ſetis Pectora ſemiferi. Fabulam hanc de furto & nece Caci etiam Ovid. refert. 1. Faſt. & Juſtin. l. 44. 2 Infamis latronis, filii Vulcani. 3 Caci. 4 Speluncam. 5 Execranda. Unde Ovid. *Dira viro facies, vires pro corpore, corpus Grande: pater monſtri Mulciber hujus erat.* 6 Al. *rigebat.* 7 Non aditam. 8 Sanguine effuſo per cædem. 9 Fundi ejus. 10 Tyrannicis. 11 Aſpectu. 12 Cruore & ſanie. 13 Caco. 14 Patris ſui Vulcani. 15 Fumoſos. 16 Qui vomens. 17 Cum vaſto corpore. 18 Sicut antè multis aliis. 19 Tandem. 20 Longa tempeſtas, aut ævum illud. 21 Herculis. 22 Scelerum vindex, tyrannorum exactor, monſtrorum domitor. 23 Tricorporis, cui propter concordiam & mutuum auxilium 3. fratrum, tria affinguntur corpora. Juſtin. l. 44. Horat. Od. 14. l. 1. *qui ter amplum Geryonem, Tityonque triſti Compeſcit undâ.* Vide Sil. l. 1. 24. Cæde. 25 Hiſ. aniæ regis. 26 Bobus abductis ex Hiſpania in Italiam, occiſo Geryone. 27 Magnificus. 28 Alcei nepos Hercules. 29 Ad nos, aut ad hanc regionem. 30 Sc. *hanc*, vicinam Tiberi. 31 Hunc Tiberim. 32 Avaritiæ. 33 Eminenter fera. 34 Quod non auderet aut quod non attentaret. 35 Armentorum Herculis. 36 Avertendo abegit. 37 Præſtanti. 38 Mart. l. 5. *Sylvarumque tremor, tacitâ qui fraude ſolebat Ducere non rectas Cacus in antra boves.* *Hic ne certa forent manifeſtæ ſigna rapinæ, Averſos caudâ traxit in antra boves.* Propert. 4. l. 10. Eleg. quem lege ad plenum fabulam Caci referentem; ut & Liv. 1. l. 39 Tauros & juvencas. 40 Indicia, quibus inveſtigari poſſent. 41 Naturali ordine introgreſſis. 42 Ita ut, quæ intrârant, exiviſſe videantur, & averſa, non adverſa putentur. 43 Quæ veſtigiis ſignatæ furtum ſæpè patefaciunt. 44 Veſtigiis. 45 Speluncâ opacâ, ſaxo obſtructâ. 46 Herculem. 47 Veſtigia. 48 Hercules, Amphitryonis filius putativus. 49 Profectionem in aliam regionem.

Diſ-

1 Mugiebant, vel relicti paſcui, vel abactorum boum deſiderio, ut Livius.
2 Queruloſis mugitibus.
3 Reſpondit mugiendo ad mugitum aliarum diſcedentium.
4 Incluſarum.
5 Cuſtodientis & obſervantis ne mugirent.
6 Amarâ fellis commotione. Fel autem iracundiæ ſedes eſt.
7 Arcum & ſagittas.

*Diſceſſu* 1 *mugire boves, atq; omne* 2 *querelis*
*Impleri nemus, & colles clamore relinqui.*
3 *Reddidit una* 4 *boum vocem, vaſtoque ſub antro*
*Mugiit, &* 5 *Caci ſpem cuſtodita fefellit.*
*Hîc verò Alcidæ furiis exarſerat* 6 *atro*
*Felle dolor: rapit* 7 *arma manu,* 8 *nodiſque gravatum*
9 *Robur, &* 9 *aërii curſu petit* 10 *ardua* 11 *montis.*
*Tùm primùm* 12 *noſtri Cacum vidêre timentem,*
*Turbatumque* 13 *oculis: fugit illicet ocior Euro,*
14 *Speluncamq; petit, pedibus timor addidit* 15 *alas.*
*Ut ſeſe incluſit, ruptiſque* 16 *immane catenis*
17 *Dejecit ſaxum,* 18 *ferro quod & arte paternâ*
19 *Pendebat,* 20 *fultoſque emunit* 21 *obice poſtes,*
*Ecce furens animis aderat* 22 *Tirynthius, omnemque*
23 *Acceſſum luſtrans, huc ora ferebat, & illuc,*
*Dentibus* 24 *infrendens: ter totum fervidus irâ*
25 *Luſtrat* 26 *Aventini montem: ter ſaxea* 27 *tentat*
*Limina nequicquam: ter* 28 *feſſus valle reſedit.*
29 *Stabat acuta ſilex, præciſis undique* 30 *ſaxis,*
31 *Spelunca* 32 *dorſo inſurgens, altiſſima viſu,*
33 *Dirarum nidis domus* 34 *opportuna volucrum.*
35 *Hanc,* 36 *ut prona* 37 *jugo* 38 *lævum incumbebat ad* 39 *amnem,*

8 Nodoſam clavam robuſtam, ſive nodis oneratam: ῥόπαλον. 9 Alti & in aëra protenſi. 10 Sublimitatem & verticem. 11 Aventini. 12 Subditi. 13 Qui mentis perturbationis indices. 14 Suam. 15 Quia timentes quaſi avolant. 16 Tam magnum ut terrori eſſet. 17 Deorſum jecit. 18 Quod ferreis catenis libratum arte Vulcani, obſtrueret aditum antri. 19 Supra ſpeluncam. 20 Suſtentatos. 21 Peſſulo ferreo. 22 Hercules, à *Tirynthiâ*, civitate Argis vicinâ, in qua nutritus eſt, ut ſuprà. 23 Aditum indagans. 24 Stridens. 25 Perambulat, circumit. Ecl. 10. *Intereà mixtis luſtrabo Mænala Nymphis.* Cic. *Pythagoras Ægyptum* luſtraſſe *dicitur.* 26 Qui unus eſt ex ſeptem Romæ montibus, ab *Aventino*, qui illic ſepultus eſt, ſic dictus. Ovid. 14 Met. de ſucceſſione regum Albanorum: *Fratre ſuo ſceptrum moderatior Acrota forti Tradit Aventino: qui, quo regnarat, eodem Monte jacet poſitus, tribuitque vocabula monti.* *Aventini montem* dixit, ut *fontem Timavi, Buthroti urbem.* 27 Frangere aut irrum(?) e.e. 28 Non corpore, ſed animo, id eſt, egens conſilii in valle ſedendo requievit. 29 Eminebat in altum. 30 Reliquis. 31 In quâ erat Cacus. 32 Super dorſum eminens. 33 Rapacium & mali ominis, ut bubonum, ſtrigum, & ſimilium. 34 Idonea. 35 Silicem. 36 Prout, ſecundum quod. 37 In jugo montis. 38 A ſiniſtra fluentem. 39 Tiberim.

1 *Dexter in adverſum nitens concuſſit, & imis*
*Avulſam* 2 *ſolvit radicibus; indè repentè*
3 *Impulit, impulſo quo* 4 *maximus* 5 *inſonat æther:*
6 *Diſſultant ripæ,* 7 *refluitq;* 8 *exterritus amnis.* 240
*At* 9 *ſpecus, & Caci* 10 *detecta* 11 *apparuit ingens*
12 *Regia, & umbroſæ penitus patuêre cavernæ:*
*Non ſecùs,* 13 *ac ſi quâ penitùs vi terra* 14 *dehiſcens*
*Infernas* 15 *reſeret ſedes, & regna* 15 *recludat* 244
*Pallida,* 16 *Diis inviſa,* 17 *ſuperq; immane* 18 *barathrum*
*Cernatur, trepidentque immiſſo lumine* 19 *manes.*
20 *Ergo* 21 *inſperata* 22 *deprenſum in luce repentè,*
*Incluſumq; cavo* 23 *ſaxo, atque* 24 *inſueta* 25 *rudentem,*
*Deſuper* 26 *Alcides telis premit, omniaque arma*
27 *Advocat, &* 28 *ramis, vaſtiſq;* 29 *molaribus inſtat.*
30 *Ille autem (neque enim* 31 *fuga jam ſuper ulla periculi eſt)* 251
*Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)*
*Evomit, involvitque* 32 *domum caligine* 33 *cæcâ,*
34 *Proſpectum eripiens oculis,* 35 *glomeratque ſub antro*
36 *Fumiferam noctem, commiſtis igne tenebris.* 255
*Non* 37 *tulit Alcides* 38 *animis, ſeque ipſe per ignem*
*Præcipiti jecit ſaltu,* 39 *quà plurimus undam*
*Fumus agit,* 40 *nebulaq; ingens ſpecus* 40 *æſtuat* 41 *atrâ.*
*Hîc Cacum in tenebris incendia* 42 *vana vomentem*
*Corripit,* 43 *in nodum* 44 *complexus, &* 45 *angit inhærens*
46 *Eliſos* 47 *oculos, &* 48 *ſiccum ſanguine guttur.* 261

1 Hercules ſtans à dextris, innitens ex adverſa parte, in adverſam partem.
2 Diſſolvit radicitùs, à fundo uſque.
3 Silicem.
4 Summus.
5 Multum ſonat.
6 Ex repercuſſione aëris.
7 Recurrit.
8 Quaſi exterritus.
9 Spelunca.
10 Nudata, amoto ſilice.
11 Latè patuit.
12 Secundum opinionem Caci, quia illic tyrannidem exercuerat.
13 Quam.
14 Hiatum faciens. 15 Aperiat. 16 Superis, id eſt, Stygia. 17 Deſuper. 18 Immenſa profunditas & vorago inferorum: propriè, puteus profundus Athenis, in quem nocentes dabantur præcipites. 19 Cum quibus confertur Cacus. 20 Itaque, quia ſaxum dejecerat. 21 Quam non timuerat in ſpeluncam ingreſſuram. 22 Deprehenſum. 23 Speluncæ ſaxea. 24 Inſueto more. 25 Clamantem. De Caco ſemper, ut de fera, loquitur. 26 Hercules urget armis Cacum. 27 In auxilium vocat. 28 De arboribus detractis. 29 Lapidibus tam magnis, ut ex iis molares fieri poſſent. 30 Cacus. 31 Evitatio. 32 Speluncam ſuam. 33 Prohibente viſum. 34 Inſpectionem. 35 Circumagit. 36 Nebulam fumum adferentem. 37 Paſſus eſt. 38 Propter magnanimitatem ſuam. 39 Quà eſt plurimum vaporis, qui in morem undæ circumvolvebatur. Ducta Metaphora ab aquarum inundatione. 40 Fumo. 41 Effervet. 42 Nihil adverſus Herculem proficientia, nihil Herculem lædentia. 43 Per medium in morem nodi. 44 Eum. 45 Stringit. 46 Elidendo eos. 47 Caci. 48 Sine ſanguine, quia flammas evomebat.

X Pan-

Digitized by Google

*[1] Panditur extemplò [2] foribus domus atra [3] revulſis:*
*Abſtractaque boves, [4] abjurataque rapinæ*
*[5] Cœlo oſtenduntur, pedibuſque informe cadaver*
*Protrahitur: nequeunt [6] expleri [7] corda [8] tuendo*
*Terribiles oculos, vultum, [9] villoſaque ſetis*
*Pectora [10] ſemiferi, atque exſtinctos [11] faucibus ignes.*
*Ex [12] illo celebratus [13] honos, lætique [14] minores*
*[15] Servavêre [16] diem: primuſque [17] Potitius auctor,*
*Et domus Herculei [18] cuſtos [17] Pinaria ſacri,*
*Hanc aram [19] luco ſtatuit, quæ Maxima ſemper*
*Dicetur nobis, & erit quæ Maxima ſemper.*
*Quare, agite, ô [20] juvenes, tantarum in [21] munere laudum*
*Cingite [22] fronde comas, & [23] pocula porgite dextris,*
*[24] Communemq; vocate Deum, & [25] date vina volentes.*
*[26] Dixerat: [27] Herculeâ [28] bicolor cùm [29] populus umbrâ*
*Velavitque [30] comas, [31] foliiſque innexa pependit:*
*Et [32] ſacer implevit [33] dextram [34] ſcyphus: [35] ociùs [36] omnes*
*[37] In menſam læti libant, Divoſque precantur.*
*[38] Devexo intereà propior fit veſper [39] Olympo:*
*Jamque ſacerdotes, [40] primuſque Potitius, ibant,*
*Pellibus in [41] morem cincti, flammaſque ferebant.*
*[42] Inſtaurant [43] epulas, & [44] menſa grata ſecunda*

1 Aperitur. 2 Valvis. 3 Abſtractis à cardine ſuo. 4 Obſtinate abnegatæ, quas jurejurando negaverat eſſe apud ſe; vel pejerando retinebat. 5 Revelantur, in lucem veniunt. 6 Satiari. 7 Arcadum aſtantium. 8 Aſpiciendo. 9 Duriſſimos pilos habentia. 10 Caci ex dimidia parte feri. Anteà *ſemihominem* vocavit. 11 Intrà fauces ejus. 12 Sc. *tempore*, id eſt, poſt illud tempus. 13 Honorificum ſacrificium. 14 Poſteri. 15 Obſervaverunt. 16 Illum. 17 Sc. *erat*. Potitium & Pinarium ſenes duos inſtituebat Hercules ſacerdotes ſuos; manſitque cultus ratio & ſacrorum Herculis munus diù in duabus illis familiis: primus honor Potitiis, ſecundus Pinariis datus: rationem vide apud Livium, 1. lib. Feſtum, Macrob. 3. Sat. 6. 18 Miniſtra, obſervatrix. 19 Sc. *in*. 20 Trojani. 21 Officio. 22 Populeâ. 23 Vaſa potoria porrigite & præbete. 24 Trojanis & Arcadibus ex æquo & communiter colendum invocate. 25 Libare illi voluntariè ſacrificium vini. 26 Evander. 27 Quâ Hercules refocillatus erat, id eſt, populeâ. Populus alba ab Hercule ad inferos deſcendente in coronam adoptata: cujus interior pars, quâ capiti adhæſit, alba permanſit; exterior ab inferis nigredinem contraxit. 28 Duorum colorum. 29 Coronâ populeâ. 30 Ejus, & cæterorum. 31 Habens frondes inſertas. 32 Herculi proprie dicatus, ut Baccho cantharus: capax ſcil. ut qui manum impleverit. 33 Evandri, libaturi vina. 34 Poculum magnum. 35 Celeriter. 36 Arcades, & Trojani, qui ſacris intererant. 37 Secundùm ordinem menſæ, cutaſtabant. 38 In noctem inclinante, id eſt, ſtella veſpertina cœpit occidere. 39 Cœlo. 40 Sacerdotum. 41 Sacerdotum ſacrificantium. 42 Innovant, & in ſtatum priorem reducunt. 43 Solennes. 44 Bellaria intelligit.

Dona

*Dona ferunt, [1] cumulantque oneratis lancibus [1] aras.*
*[2] Tùm [3] Salii ad cantus, incenſa altaria circùm,*
*[4] Populeis adſunt evincti tempora ramis:*
*[5] Hic juvenum chorus, ille ſenum, qui [6] carmine laudes*
*Herculeas, & [7] facta ferunt: [8] ut [9] prima [10] novercæ*
*Monſtra manu, geminoſque premens [11] eliſerit angues:*
*Ut bello egregias [12] idem [13] disjecerit urbes,*
*[14] Trojamque, [15] Oechaliamque: ut duros [16] mille labores,*
*Rege [17] Euriſtheo, fatis Junonis iniquæ,*
*Pertulerit. [18] Tu [19] nubigenas, invicte, [20] bimembres,*
*[19] Hylæumque, [19] Pholumque manu, tu [21] Creſſia [22] mactas*
*[23] Prodigia, & [24] vaſtum [25] Nemeæ ſub rupe leonem.*
*[26] Te Stygii tremuêre lacus, te [27] janitor Orci,*
*[28] Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa [29] cruento.*
*Nec te ullæ [30] facies, non terruit ipſe [31] Typhœus*
*Arduus, arma tenens: [32] non te, rationis egentem,*
*Lernæus [33] turbâ capitum circumſtitit [34] anguis.*
*Salve vera Jovis proles, [35] decus [36] addite Divis:*
*Et nos, & tua [37] dexter [38] adi pede ſacra [39] ſecundo.*
*[40] Talia carminibus [41] celebrant: [42] ſuper omnia Caci*

1 Reddunt extrà. 2 Deinde. 3 Sacerdotes, qui ſaltantes circuibant aras. *Salii* propriè ſacerdotes Martis ſunt; poſteà Romæ à Numâ inſtituti: à *ſaltando* dicti, quod in portandis Ancilibus *ſaltarent*. 4 Populi arboris, Herculi ſacræ. 5 Alter erat cœtus juvenum canentium. 6 Hymno rhythmico.

7 Egregia Herculis facinora efferunt, extollunt. 8 Quomodo. Hymnus laudes Herculis comprehendens. 9 In cunis jacens. 10 Junonis. 11 Strangulaverit Hercules. 12 Hercules. 13 Expugnatione. 14 A Laomedonte pactâ mercede fraudatus. 15 Ab Euryto rege rejectus in nuptiis deſponſatæ ei filiæ Ioles. 16 Plurimos. 17 Rege Argivorum, miniſtro Junonis, Herculem ad difficillima obeunda adigente. 18 O Hercules. 19 Centauros ex nube, in Junonis ſpeciem informata, & Ixione genitos. 20 Duplicium membrorum: quia umbilico tenùs equina habebant membra, & supernè, humana. 21 Taurum Creteñſem, Paſiphaës adulterum: ſed de his videndi Mythologi. Ovid. 9. Met. &c. 22 Occidis. 23 Monſtra. 24 Ingentem. 25 Sylvæ. 26 Cum ad inferos deſcendiſſet, Pirithoum liberaturus. 27 Cerberus, cuſtos januæ inferni quem Hercules vinctum ad ſuperos attraxit. 28 Quia carnes devoraverat. 29 Cruore & ſanie aſperſo. 30 Formæ monſtrorum, ſpecies malorum. 31 Gigas, à Jove fulmine proſtratus. 32 Non exanimatum, aut confuſum te ſenſit Hydra multiceps. 33 Multitudine, utpote ſeptem, vel, ut alii, centum. 34 Hydra, quam in Lerna palude extuſſit. 35 Ornamentum. 36 O Hercules. 37 Favens, propitius. 38 Aggredere. 39 Proſpero. 40 Facinora Herculis. 41 Celebria faciunt ſacerdotes, cæterique juvenes, qui ſacris intererant. 42 Poſt, ultrà omnia, aut præcipuè.

1 Ab Hercule expugnatam.
2 Emittentem anhelitum cum ignibus, id eſt, ſimul ignes.
3 Cacum.
4 Simul ſonat.
5 Saltantium & pſallentium.
6 Ex eo loco & tempore.
7 In urbem.
8 Evander.
9 Annis confectus. Ter. Eun. *pannis annisque obſitus.* Metaphora ab agris, qui frugibus obſiti ac pleni ſunt.

*1 Speluncam adjiciunt, 2 ſpirantemq; ignibus 3 ipſum*
*4 Conſonat omne nemus 5 ſtrepitu, colleſque reſultant.*
*6 Exin ſe cuncti divinis rebus ad urbem*
*Perfectis referunt: 7 ibat 8 rex 9 obſitus ævo,*
*Et 10 comitem Æneam 11 juxtà, 12 natumque tenebat*
*Ingrediens, 13 varioque 14 viam ſermone levabat.*
*15 Miratur, 16 facileſque oculos fert omnia circùm*
*Æneas, 17 capiturque locis, & ſingula lætus*
*18 Exquiritque, 19 auditque virûm 20 monumenta priorum.*
*Tùm 21 rex Evandrus, Romanæ 22 conditor arcis:*
*Hæc nemora 23 indigenæ Fauni, Nymphæq; 24 tenebant,*
*25 Genſque virûm truncis, & duro robore nata:*
*26 Queis neque 27 mos, neque 28 cultus erat, nec 29 jungere tauros,*
*Aut 30 componere opes norant, aut parcere parto:*
*Sed 31 rami, atque 32 aſper victu venatus 33 alebat.*
*34 Primus ab 35 æthereo 36 venit Saturnus 37 Olympo,*
*Arma 38 Jovis fugiens, & regnis exul 39 ademptis.*
*40 Is 41 genus 42 indocile, ac diſperſum montibus altis,*

10 Comitantem. 11 Incedentem. 12 Filium ſuum Pallanta. 13 De variis rebus. 14 Moleſtiam viæ. *Facundus comes in viâ pro vehiculo eſt*, ait Publius Syrus. Ecl. 9. duo paſtores cantu viam levant: *Cantantes licet uſque, minus via lædet, eamus.* 15 Omnia. 16 Vagantes, mobiles, atque omnia luſtrantes. 17 Et delectatur amœnitate locorum. 18 Variis percunctationibus præbet Evandro ſequentis narrationis occaſionem, quæ ſenibus imprimis ſolet eſſe jucunda. Vide Macrob 7. c. 2. 19 Ab Evandro. 20 Veſtigia & indicia relicta ad memoriam virorum priſcorum. 21 Inquit. 22 Ædificator arcis Palanteæ, ubi poſteà Palatium fuit. 23 Inde geniti, & qui aliunde non advenerant. Primi autem homines, priuſquam eſſet repertus uſus ædificiorum, habitabant cavos truncos arborum & antra, indeque geniti putabantur. Hi vivebant brutorum animalium more, ut ait Lucret. l. 5. 24 Dum illùc adveniret. 25 Et genus virorum. 26 Quibus viris aut gentibus. 27 Conſuetudo convivendi ab antiquo inſtituta. 28 Sui, aut agrorum. 29 Ad aratrum, ut arent, aut currum trahant. 30 Nec congerere ſive quærere, nec parta tueri, ut Ovidius loquitur: q. d. in diem vivebant, non cogitantes de craſtino. 31 Fructibus ſponte natis veſcebantur, venatione victitabant. 32 Difficilis exercitationis. 33 Eos. 34 Cretâ pulſus à Jove filio; propter artes ab indigenis de cœlo deſcendiſſe creditus. 35 Sublimi. 36 In Italiam. 37 Cœlo, aut ab Olympo, monte Cretæ. 38 Filii ſui. 39 A filio ablatis. 40 Saturnus. 41 Hominum. 42 Rude & ferum, indoctum, aut difficulter docile.

1 Com-

Digitized by Google

[1] *Compoſuit, legeſque* [2] *dedit,* [3] *Latiumque vocari*
*Maluit: his quoniam* [4] *latuiſſet* [5] *tutus in* [6] *oris.*
*Aureaque (ut* [7] *perhibent) illo ſub* [8] *rege fuêre*
*Sæcula. Sic placidâ populos in* [9] *pace regebat;*
[10] *Deterior donec paulatim, ac* [11] *decolor ætas,*
*Et belli rabies, & amor* [12] *ſucceſſit* [13] *habendi.*
*Tùm manus* [14] *Auſonia, & gentes* [15] *venêre* [16] *Sicanæ:*
*Sæpius &* [17] *nomen poſuit* [18] *Saturnia tellus.*
[19] *Tùm reges,* [20] *aſperq;* [21] *immani corpore* [22] *Tibris:*
*A quo* [23] *pòſt* [24] *Itali fluvium cognomine Tibrim*
*Diximus, amiſit* [25] *verum* [26] *vetus Albula nomen.*
*Me pulſum* [27] *patriâ,* [28] *pelagique extrema ſequentem,*
*Fortuna* [29] *omnipotens, &* [30] *ineluctabile fatum*
*His poſuêre locis,* [31] *matriſq;* [32] *egêre* [33] *tremenda*
*Carmentis Nymphæ monita, & Deus* [34] *author Apollo.*
*Vix* [35] *ea dicta, dehinc* [36] *progreſſus, monſtrat &* [37] *aram,*
*Et* [38] *Carmentalem* [39] *Romano nomine portam:*
*Quam* [40] *memorant Nymphæ priſcum Carmentis honorem*
*Vatis* [41] *fatidicæ: cecinit quæ prima* [42] *futuros*
[43] *Æneadas magnos, &* [44] *nobile* [45] *Pallanteum.*

1 Congregavit. 2 Illis populis, quos illic oſtenderat. 3 Quàm ſuo aut proprio nomine, quod illi erat. 4 Ovid 1. Faſt. *Indè diu genti manſit Saturnia nomen. Dicta quoque eſt Latium terra, latente Deo.* 5 A filio Jove. 6 Regionibus. 7 Plerique omnes atteſtantur. 8 Saturno. 9 Ut aurea cenſerentur ſæcula.

10 Minus bona. 11 Colore detrito ac vitiato, ab auri ſplendore in argenteì pallorem, mox in ferrugineam belli, avaritiæ, & omnium vitiorum degenerans. 12 In locum placidæ pacis, & parſimoniæ, atque aſperi victus. 13 Divitia ac regna. 14 Ab *Auſone*, Ulyſſis filio, denominatæ. 15 In Italiam. 16 Siculæ. 17 Nomen vetus depoſuit, mutavit in aliud, accipiendo novum: undè Itali, Oenotrii, Auſonii, Latini, Heſperii, Arunci, Sabini, Tyrrheni, Etruſci, Tuſci, aliiſque nominibus appellati ſunt. 18 A Saturno primum denominata & recta. 19 Deinde reges venerunt. 20 Acer, quia rex prædonum. 21 Valdè magno. 22 Thuſcorum dux prædabundus Albulâ demerſus, mutavit fluvio nomen. 23 Poſteà. 24 Nos Itali. 25 Ei ex re conveniens. 26 Fluvius antiquus. 27 Meâ. 28 Duriſſima, quæ in pelago pati ſolemus. 29 Secundum Epicureos. 30 Inevitabile, ſecundum Stoïcos. 31 Meæ. 32 Compulerunt me ad hæc loca. 33 Reverenda. 34 Monitorum matris. 35 Sc. erant. 36 Evander. 37 Carmentæ matri dicatam. 38 A *Carmente*, Evandri matre, dictam, quæ poſteà *Scelerata* appellata eſt, quòd hac portâ emiſſi ſunt Fabii, qui ad Cremeram perierunt. 39 Sicut illam poſteà Romani nominârunt. 40 Sc. *teſtimoniiſſe*. 41 Vaticinantis & fata enuntiantis. 42 In Italiâ. 43 Viros ab Ænea oriundos, ut ſunt Julius, & Auguſtus, & Romulus. 44 Futurum nobile per acceſſionem Æneadarum. 45 Palatium Romani imperii ſedem.

[1] *Hinc* [2] *lucum ingentem* ([3] *quem Romulus acer Aſylum*
*Rettulit*) *& gelidâ monſtrat ſub* [4] *rupe* [5] *Lupercal*,
[6] *Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.*
*Nec non &* [7] *ſacri monſtrat nemus* [8] *Argileti:*
[9] *Teſtaturq; locum, &* [10] *lethum docet* [11] *hoſpitis Argi.*
*Hinc ad* [12] *Tarpejam ſedem*, *& Capitolia ducit*,
[13] *Aurea nunc*, *olim ſylveſtribus horrida* [14] *dumis.*
[15] *Jam tùm relligio* [16] *pavidos terrebat agreſtes*
[17] *Dira loci: jam tùm ſylvam*, [18] *ſaxumq;* [19] *tremebant.*
*Hoc nemus*, [20] *hunc* (*inquit*) [21] *frondoſo vertice collem*
(*Quis Deus*, *incertum eſt*) *habitat Deus:* [22] *Arcades ipſum*
*Credunt ſe* [23] *vidiſſe* [24] *Jovem, cùm ſæpè* [25] *nigrantem*
[26] *Ægida concuteret dextrâ*, *nimboſque cieret.*
[27] *Hæc duo præterea* [28] *disjectis* [29] *oppida muris*,
[30] *Relliquias*, *veterumque vides monumenta virorum.*
[31] *Hanc Janus pater*, *hanc Saturnus condidit urbem:*
*Janiculum* [32] *huic*, [33] *illi fuerat Saturnia nomen.*
*Talibus inter ſe dictis ad tecta* [34] *ſubibant*

1 Sc. monſtrat. 2 Locum nemoribus conſitum. 3 Quem Romulus ſtrenuus poſteà in morem Aſyli Atheniensis effecit, quò quicunque confugerent, benignè accepti in ſocietatem invitabantur. De hoc Romuli Aſylo lege Liv. l. 1. Plut. in Rom. In ſacris literis *urbes perfugii* dicuntur *Aſyla*, quæ Deus ipſe conſtituit certis quibuſdam caſibus, atque iis, qui delicta non voluntaria commiſerant: ut ſuprà diximus. 4 Monte Palatino. 5 Locum ſic dictum à *Lupâ*, Romuli & Remi nutrice, ut docet Servius. 6 Appellatum ſic Arcadio ritu Panos, Dei Arcadum, in monte Lycæo, qui in Arcadia eſt, verſari ſoliti. 7 Execrandi: vel, ipſi hoſpiti interempto conſecrati. 8 A *letho Argi* cujuſdam, qui hoſpitio ab Evandro acceptus, conjurabat in Evandrum, à cujus comitibus interfectus eſt. 9 Et obteſtatur loci conſecratione ſe immunem à letho hoſpitis. 10 Cauſam & formam necis. 11 Sui. 12 Arcem Tarpejam dictam à filiâ Sp. Tarpeji, quæ illam Sabinis prodidit: poſteà Capitolium, à *capite* Toli ibi invento. Liv. Dionyſ. alii. 13 Adeò ornata fuerunt, ut numerentur quaſi prima inter ſeptem ſpectacula mundi. Ovid. 1. Faſtor. & Propert. 4. lib. 1. el. 14 Spinis, id eſt, penitùs inculta ab hominibus. 15 Sic l. 7. de Latini tecto, *Horrendum ſylvis & relligione parentum.* 16 Rerum divinarum. 17 Magna & terribilis. Ut, *an ſua cuique Deus fit dira cupido?* 18 Rupem, ubi poſteà arx Tarpeja & Capitolium erant. 19 Religioſè obſervabant. 20 Rupem Tarpejam. 21 Habentem verticem frondoſum. 22 Noſtri, qui mecum ex Arcadia venerunt. 23 In hoc nemore. 24 Agnitum poſtea à Romanis, & Capitolini nomine & honore cultum. 25 Nigram propter nubes & tonitrua, quæ illic concitabat. 26 Scutum Jovis, Amaltheæ nutricis ſuæ pelle tectum. 27 Unum Jani, alterum Saturni. 28 Dirutis nunc. 29 Quæ olim erant oppida. 30 Quæ antiquiſſimi viri reliquerant monumenta ſui. 31 Quæ nunc diruta eſt. 32 Urbi à Jano conditæ. 33 Urbi à Saturno conditæ. 34 Æneas, Evander & Pallas.

*Pan-*

*uperis Evandri,* [1] *paſſimq;* [2] *armenta videbant*
*Romanoque foro, &* [4] *lautis mugire* [5] *Carinis.*
*ventum ad* [6] *ſedes:* [7] *Hæc (inquit) limina victor*
*lcides* [8] *ſubiit:* [9] *hæc illum regia* [10] *cepit.*
*ude* [11] *hoſpes contemnere opes, & te* [12] *quoq; dignum*
*inge Deo, rebuſque veni* [13] *non aſper egenis.*
*ixit, &* [14] *anguſti ſubter faſtigia* [15] *tecti*
*Ingentem Æneam duxit,* [16] *ſtratiſque locavit*
*Effultum* [18] *foliis, & pelle* [19] *Libyſtidis urſæ.*
*ox* [20] *ruit, &* [21] *fuſcis tellurem amplectitur* [21] *alis.*
*At Venus,* [22] *haud animo* [22] *nequicquam exterrita* [23] *mater,*
*Laurentumque minis, &* [25] *duro* [26] *mota tumultu,*
[27] *Vulcanum alloquitur, thalamoque* [28] *hæc* [29] *conjugis* [30] *aureo*
*Incipit, &* [31] *dictis divinum aſpirat amorem.*
*Dum bello Argolici vaſtabant* [32] *Pergama reges*
[33] *Debita,* [34] *caſuraſq;* [35] *inimicis ignibus* [36] *arces,*
*Non ullum auxilium* [37] *miſeris, non arma* [38] *rogavi*
*Artis,* [39] *opiſque tuæ: nec te, chariſſime conjux,*
[40] *Incaſſum-ve tuos volui exercere labores:*
*Quamvis & Priami deberem plurima* [41] *natis,*
*Et* [42] *durum Æneæ fleviſſem ſæpè laborem:*
*Nunc Jovis imperiis* [43] *Rutulorum* [44] *conſtitit oris.*

1 Ferè per ſingulos paſſus, circa regiam Evandri. 2 Quaſi tuta, Caco mortuo. 3 Illo loco, in quo poſteà erant Romanum forum & Carinæ. 4 Ædificiorum magnificentia, namque ibi Pompeji domus poſtea, Ciceronis & aliorum. 5 Vico Rom. extructo ædificiis in morem carinarum inverſarum.

6 St. *regias*, id eſt, domicilia Evandri. 7 Hercules ille monſtrorum domitor, victo Geryone & Caco, reverſus non dedignatus eſt ſubire humilia hæc limina, hanc qualemcunque regiam. Tu quoque tantum Heroa imitatus, imo Deum ipſum, contemnendo opes luxurioſas, noli faſtidire tenues, ſed lætus ſuccede anguſtis hiſce tectis. Seneca laudato hoc verſu, ep. 18. *Nemo,* inquit, *alius eſt Deo dignus, quàm qui opes contempſit.* Et Juv. 11. Sat. Perſicum ad frugalem invitans cœnam, *habebis Evandrum, venies Tirynthius, aut minor illo Hoſpes*, &c. 8 Intravit. 9 Tam modica. 10 Accepit, ſeu recepit. 11 Ænea. 12 Effice ac oſtende factis etiam te dignum, qui pro Deo habearis. 13 Benignus in res modicas. 14 Pulchra Antitheſis. Sic Martialis de Domitiano. 4. l. 8. Epigr. *Ingentiq; tenes pocula parca manu.* 15 Domicilii. 16 Lectiſterniis. 17 Suſtentatum. 18 Arborum. 19 Urſæ ex Libya. 20 Intereà dum cœnarent. 21 Umbris telluris. 22 Non fruſtrà, ſed gravi de cauſa. 23 Æneæ. 24 Latinorum. 25 Difficili ſedatu. 26 Commota. 27 Maritum ſuum. 28 Hunc ſermonem. 29 Mariti ſui. 30 Pulchro, ornatiſſimo. 31 Verbis ſuis. 32 Trojam. 33 Ruinæ & exitio deſtinata à fatis. 34 Quæ cadere debebant. 35 Inimicorum. 36 Illi. 37 Trojanis. 38 Abs te. 39 Facultatis. 40 Fruſtrà. 41 Paridi præcipuè, qui me judicavit formâ ſuperare Minervam & Junonem: & Creüſæ, quæ Æneæ nupſit. 42 Vix tolerabilem, aut diu duraturum. 43 Populorum Turno ſubditorum. 44 Conſtitutus eſt.



Digitized by Google

1 Quæ prius nihil contra fata molita ſum. 2 Ad te. 3 O numen obſervandum mihi. 4 Thetis, Achillis genitrix. 5 Aurora Memnonis mater. Argumentatur Venus ab exemplis minoribus. Thetis pro Achille filio impetravi arma à te, item Aurora pro Memnone: ego, quæ ſum filia Jovis, & tua conjux: non impetrabo?

*Ergo [1] eadem ſupplex [2] venio, & [3] ſanctum mihi numen*
*Arma rogo, genitrix nato: te [4] filia Nerei,*
*Te potuit lacrymis [5] Tithonia [6] flectere conjux.*
*Aſpice qui [7] coëant populi, [8] quæ mœnia clauſis*
*Ferrum acuant [9] portis [10] in me, [11] excidiumq; meorum.*
*[12] Dixerat: & [13] niveis [14] hinc atq; hinc Diva lacertis*
*[15] Cunctantem amplexu molli fovet: [16] ille repentè*
*Accepit [17] ſolitam [18] flammam, notuſque medullas*
*Intravit [19] calor, & [20] labefacta per oſſa cucurrit.*
*[21] Non ſecùs atque olim, tonitru cùm rupta coruſco*
*[22] Ignea rima [23] micans, percurrit lumine [24] nimbos.*
*[25] Senſit læta [26] dolis, & formæ conſcia conjux.*
*Tùm [27] pater [28] æterno fatur [29] devinctus amore:*
*Quid cauſas petis [30] ex alto? [31] fiducia [32] ceſſit*
*Quò [33] tibi, Diva, mei? [34] ſimilis ſi cura fuiſſet,*
*[35] Tùm quoque fas nobis Teucros armare fuiſſet,*
*Nec [36] pater omnipotens Trojam, nec [37] fata vetabant*
*[38] Stare, decemq; alios Priamum [39] ſupereſſe per annos.*
*Et nunc, ſi [40] bellare paras, atq; hæc tibi mens eſt,*
*Quicquid in arte meâ poſſum promittere [41] curæ,*
*[42] Quod fieri ferro, [43] liquido-ve poteſt [44] electro;*
*Quantum ignes, [45] animæq; valent, abſiſte precando*

6 Ut Memnoni, filio ejus, arma fabricares. 7 Congregentur. 8 Supra l. 7. *Quinque adeò magnæ, poſitis incudibus, urbes Tela novant.* 9 Civitatum. 10 Contra. 11 Deſtructionem. 12 Venus. 13 Candidiſſimis. 14 Utrimque. 15 Vulcanum dubitantem, an pro filio, ex adulterio concepto, obſequi deberet. 16 Vulcanus. 17 Conſuetam illi. 18 Amoris, vel Veneris. 19 Ignis amoris. 20 Mollificata & labentia. 21 Comparatione oſtendit, quo pacto calor amoris per oſſa Vulcani ſerpſerit. 22 Fiſſura, aut per fiſſuram exiliens fulmen, quod per rimas nubium exilit. 23 Reſplendens. 24 Nubes ventoſas. 25 Percepit Vulcanum amore captum. 26 Fraude ſuâ, id eſt, artificioſâ circumventione. 27 Vulcanus ſc. Æneæ patris loco futurus. 28 Magno & divino, qualem agnoſcunt Dii æterni. 29 Al. *devinctus*, id eſt, obligatus Veneri. 30 Ab ovo quaſi Trojani belli, ab exemplis, longè petitis, & per circumlocutionem, ab excidio Trojæ. 31 Quam priùs habuiſti de me. 32 Receſſit. 33 A te. 34 Si ſimilis ſollicitudo de armis habendis fuiſſet tibi priùs. 35 Dum bello Argolici vaſtabant Pergama reges. 36 Jupiter. 37 Fata Trojæ mutare non potui, differre potui. 38 Diutiùs eſſe. 39 Exſtare. 40 Bella gerere. 41 Sollicitæ diligentiæ, 42 Et id, *quod*, &c. 43 Puro. 44 Metallo fortiſſimo. Quoties quinta portio argenti in auro eſt, Electrum vocatur. 45 Venti poſſunt efficere in fabrili arte.

*Viri-*

*Viribus* [1] *indubitare tuis. Ea verba* [2] *locutus*,
*Optatos dedit amplexus, placidumque petivit*
*Conjugis infuſus gremio per* [3] *membra ſoporem.*
[4] *Indè, ubi prima quies medio jam noctis* [5] *abactæ*
[6] *Curriculo* [7] *expulerat ſomnum:* [8] *ceu fœmina* [9] *primum*
*Cui* [10] *tolerare* [11] *colo vitam, tenuique* [12] *Minervâ*,
[13] *Impoſitum cinerem, &* [14] *ſopitos ſuſcitat ignes,*
*Noctem addens operi, famulaſque ad* [15] *lumina longo*
[16] *Exercet penſo: caſtum ut ſervare cubile*
[17] *Conjugis, & poſſit parvos* [18] *educere gnatos.*
*Haud ſecùs* [19] *Ignipotens, nec* [20] *tempore* [21] *ſegnior illo*,
*Mollibus è* [22] *ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.*
[23] *Inſula* [24] *Sicanium juxta latus,* [25] *Æoliamque*
[26] *Erigitur* [25] *Liparen,* [27] *fumantibus ardua ſaxis:*
[28] *Quam ſubter ſpecus, &* [29] *Cyclopum exeſa* [30] *caminis*
*Antra* [31] *Ætnæa* [32] *tonant, validiq;* [33] *incudibus ictus*
*Auditi* [34] *referunt* [35] *gemitum,* [36] *ſtriduntq;* [37] *cavernis*
[38] *Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis* [39] *anhelat:*
[40] *Vulcani domus, & Vulcania* [41] *nomine tellus.*
[42] *Hòc tunc* [43] *Ignipotens cælo deſcendit ab alto.*
[44] *Ferrum exercebant* [45] *vaſto* [46] *Cyclopes in antro,*
[47] *Bronteſque,* [48] *Steropeſque, &* [49] *nudus membra* [50] *Pyracmon.*

1 Diffidere de viribus tui, id eſt, define, precando me, oſtendere te incertam de auxilio irate, qua tale e, oſſis apud me. 2 Vulcanus. 3 Scilicet *ſingula*, id eſt, placidè dormivit in gremio conjugis. 4 Deindè. 5 Tranſactæ. 6 Curſu. 7 Poſt mediam noctem. 8 Veluti. Al. *cum*. 9 Cui præcipuum eſt. 10 Suſtentare, alere. *Benè ac pudicè vitam inſtituit, lanâ ac telâ victum quæritans.* Terent. Andr.

11 Inſtrumento, quod penſa continet, id eſt, nendo. 12 Lanificio Minervæ invento ac opere. 13 Super ignem. 14 Cineribus coopertos. 15 Lucernarum. 16 Fatigat ſtamine. 17 Sui. 18 Educare liberos. 19 Vulcanus, Deus ignis. 20 Quo fœmina ſurgit. 21 Quam fœmina dicta. 22 Ubi Venerem reliquit. 23 Hiera inſula Vulcani officina, inter Siciliam & Liparen--- 24 Sicilienſe, id eſt, inter Ætnam. 25 -- Unam ex Æoliis inſulis. 26 Eminet. 27 Ex ardore intrinſecùs provenienti. 28 Inſulam arduam. 29 Qui fabricam ferrariam inveniſſe feruntur. 30 Fornacibus. 31 Ignivoma, inſtar Ætnæ. 32 Vehementem ſonitum edunt. 33 Qui ſuper incudes fiunt. 34 Per echo. 35 Ingentem ſonum. 36 Ictu ſc. malleorum in incudibus. 37 Per cavernas. 38 Scintillæ erumpentes è candenti ferro, dùm malleis cuditur. 39 Quaſi reſpirat, & anhelitum defeſſus emittit. 40 Qui locus eſt domus Vulcani. 41 Nominatur. 42 Hùc, id eſt, ad hanc inſulam. 43 Vulcanus. 44 Fabricabant. 45 Valde amplo. 46 Fabri, ejus famuli, unum cyclum, id eſt, oculum latum in fronte habentes. 47 Unus ex miniſtris Vulcani, qui Jovi cudunt fulmina; a *tonitru* dictus. 48 *A fulgetro* ſive *fulgure* ſic dictus. 49 Habens membra nuda. 50 Ab igne, qui nunquam à calenti igne diſcedit.

*[1] His [2] informatum [3] manibus, jam parte politâ,*
*Fulmen erat (toto [4] genitor [5] quæ plurima cælo*
*Dejicit in terras) pars [6] imperfecta manebat.*
*[7] Tres imbris [8] torti [9] radios, [10] tres nubis [11] aquoſæ*
*[12] Addiderant, [13] rutili [14] tres ignis, & [15] alitis [16] Auſtri.*
*Fulgores [17] nunc terrificos, [18] ſonitumq; [19] metumque*
*Miſcebant operi, flammiſque [20] ſequacibus iras.*
*Parte aliâ Marti currumque rotaſque volucres*
*[21] Inſtabant, [22] quibus ille viros, quibus excitat urbes:*
*[23] Ægidaq; horrificam, [24] turbatæ Palladis arma,*
*Certatim [25] ſquammis ſerpentum, [26] auroq; [27] polibant,*
*Connexoſque angues, ipſamque in pectore [28] Divæ*
*[29] Gorgona, [30] deſecto vertentem [31] lumina collo.*
*Tollite [32] cuncta (33 inquit) [34] cœptoſq; auferte labores,*
*Ætnæi Cyclopes, & [35] huc advertite mentem.*
*[36] Arma [37] acri facienda viro: nunc viribus [38] uſus,*
*Nunc manibus [39] rapidis, omni nunc arte [40] magiſtrâ:*
*[41] Præcipitate moras: nec plura [42] effatus. At [43] illi*
*Ociùs [44] incubuêre omnes, [45] pariterque laborem*
*Sortiti: [46] fluit æs rivis, [47] auriq; metallum,*
*[48] Vulnificuſque chalybs vaſtâ fornace liqueſcit.*
*Ingentem clypeum [49] informant, [50] unum omnia contra*
*Tela Latinorum, ſeptenoſque [51] orbibus orbes*

1 Fabris. 2 Adhuc informe, nondum perfectam habens formam. 3 In manibus. 4 Jupiter, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, id eſt, pater hominumque Deorumque. 5 Fulmina. 6 Quia nondum abſolverant. 7 Grandinis. 8 Conſtricti & coacti in grandinem. 9 Fulminis. 10 Pluviæ tres 11 In aquam reſolubilis. 12 Commiſcuerant prius. 13 Rutilantis & reſplendentis. 14 Ignis, ſeu æſtuantis aëris tres. 15 Venti tres. 16 Intelligunt quidam per *Auſtrum*, Autumnum: per *rutilum ignem*, Æſtatem: per *nubem aquoſam*, Ver: per *imbrem tortum*, Hyemem. 17 Cum Vulcanus adveniret. 18 Tonitrua. 19 Fulgetraque. 20 Perſecutricibus vim proſternendi, qualis eſt in iratis. 21 Omni cura ac ſtudio fabricabant. 22 Quibus in bello utitur. 23 Scutum ſive munimentum pectoris aureum, Jovis aut Palladis proprium, ſquammoſo draconum corio contectum, ſic ut extremum ipſius ambitum dracunculi ad limbi aut fimbriæ vicem circumcluderent: in medio habens Gorgonis caput. 24 Ad bellum concitatæ, turbidis oculis torvum intuitæ. 25 In modum ſquammarum, quas habent ſerpentes. 26 Squammis aureis. 27 Poliebant. Antiquè. 28 Quæ penderet de pectore Palladis. 29 Meduſam, cujus capilli in angues verſi erant. 30 Enſe amputato. 31 Oculos, ſc. ex indignatione. 32 Omnia hæc. 33 Vulcanus. 34 Al. *certos*, qui quotidianâ operâ exercentur, qui vobis præcipuè ſoliti. 35 Ad hoc quod dicam. 36 Sunt. 37 Strenuo. 38 Utilitas & opus eſt. 39 Raptim operantibus. 40 Ut utiliter, citò & ſcienter fiant. 41 Præcipitanter abjicite. 42 Elocutus eſt Vulcanus. 43 Cyclopes. 44 Operam dederunt. 45 Diviſerunt inter ſe opera. 46 Liqueſit ad modum fluentis aquæ. 47 Et ipſum metallum. 48 Vulnera facere ſolitus. 49 Artificioſè faciunt. 50 Qui ſolus ſit. 51 Singulis.

1 Im-

Digitized by Google

*[1] Impediunt : [2] alii ventoſis follibus [3] auras*
*Accipiunt ; [4] redduntque : alii [5] ſtridentia tingunt*
*Æra lacu : [6] gemit impoſitis incudibus antrum.*
*[7] Illi inter ſeſe multâ vi brachia tollunt*
*[8] In numerum , verſantque [9] tenaci forcipe maſſam.*
*Hæc [10] pater [11] Æoliis [12] properat dùm [13] Lemnius oris,*
*[14] Evandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma ,*
*Et matutini [15] volucrum [16] ſub culmine cantus.*
*Conſurgit ſenior , [17] tunicaque [18] inducitur artus ,*
*Et [19] Tyrrhena pedum circumdat [20] vincula plantis.*
*[21] Tùm lateri , atque humeris [22] Tegeæum ſubligat enſem ,*
*[23] Demiſſa ab lævâ panthera terga retorquens.*
*Nec non & [24] gemini cuſtodes limine ab [25] alto*
*Procedunt , greſſumque [24] canes comitantur [26] herilem.*
*[27] Hoſpitis Æneæ [28] ſedem , & [29] ſecreta petebat ,*
*Sermonum memor , & promiſſi [30] muneris , [31] heros.*
*[32] Nec minùs Æneas ſe [33] matutinus agebat.*
*Filius [34] huic Pallas ; [35] illi comes ibat Achates ,*
*Congreſſi jungunt dextras , mediiſque [36] reſidunt*
*Ædibus , & [37] licito [38] tandem ſermone fruuntur.*
*[39] Rex prior hæc.*

1 Implicant. 2 Quidam ex illis. 3 Ventos. 4 Acceptos ventos , id eſt , afflant. 5 Tingendo ſtridere faciunt ferrum aquâ. 6 Tonat , reſonat , quaſi gemitum referens. 7 Fabri. 8 In ordinem , ita ut ex alternis ictibus numerus & concentus advertatur : Vide quæ ad hos verſus ſup. 4. Georg. v. 174.

9 Inſtrumento , quo ferrum calidum capitur è fornace , fortiter tenenti. 10 Fulminis & fabrorum , & Æneæ paternâ affectione obſequens. 11 Quibus Æolus præſidet. 12 Properanter facit. 13 Vulcanus, à *Lemno* inſula , in quâ à Lemniis excipiebatur , cœlo à Junone dejectus ob deformitatem : nec non præcipitatus à Jove eodem cecidit. Il. α. 14 Redit ab excurſu ad intermiſſam narrationem , id eſt , ad res Evandri. 15 Præcipuè hirundinum. 16 Quæ ſub culmine nidificant. 17 Interiore. 18 Habet artus inductos & veſtitos. 19 Thuſca. 20 Calceamenta , quæ ligabant & muniebant. 21 Deinde. 22 Arcadium : à Tegeâ, urbe Arcadiæ. 23 Pellem pantheræ ab humero lævo demiſſam revocans ad partem ſiniſtram. 24 Ita Telemachum ἅμα δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο. 2. Odyſſ. Antiqui ad cuſtodiam corporis canes habebant. 25 Reſpectu canum ; ſed reſpectu regum erant humilia limina. 26 Heri ac domini ſui Evandri. 27 Quem hoſpitio exceperat. 28 Cubile. 29 Locum remotum à turba , ut illic quietiùs colloqueretur. 30 Auxilii. Promiſerat enim auxiliari Æneæ. 31 Evander. 32 Conſimiliter. 33 Erigebat ſe manè ſurgens. 34 Evandro. 35 Æneæ. 36 Conſident. 37 Quem non niſi fidiſſimis communicare licebat , & quem illis tuto inter ſe conferre licebat. 38 Remotis arbitris. 39 Rex loci Evander dixit.

[1] Maxime Teucrorum [2] ductor, quo [3] ſoſpite, nunquam
[4] Res equidem Trojæ victas, aut regna, fatebor:
Nobis ad belli auxilium, [5] pro nomine tanto,
Exiguæ [6] vires: [7] hinc [8] Thuſco claudimur [8] amni:
[9] Hinc [10] Rutulus [11] premit, & [12] murum circumſonat armis.
Sed tibi ego [13] ingentes populos, opulentaq; [14] regnis
Jungere caſtra [15] paro: quam fors inopina ſalutem
[16] Oſtentat: [17] fatis huc te poſcentibus, affers.
Haud procul [18] hinc ſaxo incolitur fundata [19] vetuſto
Urbis [20] Agyllinæ ſedes: [21] ubi Lydia quondam
Gens, bello præclara, [22] jugis [23] inſedit Etruſcis.
[24] Hanc, multos florentem annos, [25] rex deinde ſuperbo
Imperio, & [26] ſævis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem [27] infandas cædes? quid facta tyranni
[28] Effera? Dii capiti ipſius, generique reſervent!
Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,
Componens [29] manibuſque [30] manus, atque oribus ora,
(Tormenti [31] genus!) & [32] ſanie, [33] taboque fluentes,
[34] Complexu in miſero, longâ ſic morte necabat.
At [35] feſſi tandem [36] cives, [37] infanda furentem
Armati circumſiſtunt, ipſumque, [38] domumque:
Obtruncant ſocios; ignem ad [39] faſtigia jactant.
[40] Ille, [41] inter cædes, Rutulorum elapſus in agros
[42] Confugere, & [43] Turni [44] defendier [45] hoſpitis armis.

1 Suaſorii generis oratio quâ conſulit Æneas Evandrum, ut à Tarchonte Etruſcorum duci auxilium oret. 2 Dux. 3 Incolumi. 4 Imperium: ut ſuprà l. 3. v. . Poſtquam res Aſiæ &c. 5 Pro tanti nominis gloriâ. 6 Sunt. 7 Ex unâ parte. 8 Tiberi, qui per Etruriam fluit. 9 Ex alterâ parte. 10 Populus ferox. 11 Nos. 12 Facit arma ſua ſonare circùm muros noſtros. 13 Etruriam, in qua 12. urbes à Tyrrheno conditæ ſub præfectis totidem. 14 Per diverſa regna. 15 Intendo & meditor. 16 Tibi. 17 Venis ad has oras juxta oracula Etruſcis facta. 18 Ab his locis. 19 Antiquo opere: ut, *Templa Dei ſaxo venerab[illegible] ſtructa* vetuſto. 20 Agylla, quæ & *Cære* dicitur, urbs Etruriæ. 21 Lydi [illegible] erunt in Italiam, Tyrrheno duce, Atys filio, & ſederunt in Etruriâ. 22 In montibus. 23 Sedem cepit. 24 Gentem. 25 Etruſcorum. 26 Tyrannicis. 27 Tam deteſtabiles, ut de iis fari nemo debeat. 28 Immania. 29 Defunctorum. 30 Viventium. 31 O genus cruciatus. 32 Corrupto ſanguine mortuorum. 33 Putrido liquore viventium. 34 Tamdiu cogebat ſe complecti, dùm vivorum ſanguis in tabum converteretur, & defunctorum mutus in ſaniem. 35 Sævitiâ Mezentii. 36 Ejus. 37 Infandùm, infando more, ſcelere & ſuppliciis. Helleniſmus. 38 Familiam ejus. 39 Culmina domus ejus. 40 Mezentius. 41 Dùm ſocii ejus occiderentur. 42 Confugiebat ad Turnum. 43 Inverſa à noſtro hiſtoria: namque Turnus ad Mezentium confugit. Liv. 1. lib. 44 Defendebatur. 45 Cui jure hoſpitalitatis erat devinctus.

Ergo

*Ergo omnis [1] furiis [2] ſurrexit Etruria [1] juſtis:*
*[3] Regem ad ſupplicium [4] præſenti [5] Marte repoſcunt.*
*His ego te, Ænea, ductorem millibus addam:*
*Toto namque fremunt condenſæ littore puppes,*
*[6] Signaque ferre jubent: [7] retinet longævus [8] aruſpex,*
*[9] Fata canens: [10] O [11] Mæoniæ [12] delecta juventus,*
*Flos veterum virtuſque virûm, quos juſtus in hoſtem*
*Fert dolor, & meritâ [13] accendit Mezentius irâ.*
*Nulli fas Italo tantam [14] ſubjungere [15] gentem:*
*Externos [16] optate duces. Tùm Etruſca [17] reſedit*
*Hoc acies [18] campo, monitis exterrita Divûm.*
*Ipſe [19] oratores ad me, regnique [20] coronam*
*Cum [21] ſceptro miſit, mandatq; [22] inſignia [23] Tarchon:*
*[24] Succedam caſtris, Tyrrhenaque regna capeſſam.*
*[25] Sed mihi tarda [26] gelu, [27] ſæcliſque effœta ſenectus*
*Invidet imperium, [28] ſeraque ad [29] fortia [30] vires.*
*Gnatum exhortarer, ni [31] miſtus matre Sabellâ*
*[32] Hinc partem patriæ traheret. Tu, cujus & [33] annis,*
*Et [34] generi fatum [35] indulget, quem [36] numina*
*[37] poſcunt,*
*[38] Ingredere, ô Teucrûm, atq; Italûm fortiſſime [39] ductor.*
*Hunc tibi præterea, ſpes & ſolatia noſtri,*

1 Irâ, tumultu juſtè ſuſcepto. 2 Contra Mezentium. 3 Mezentium. 4 Ne morâ intermiſſus tepeſcat ardor. 5 Bello. 6 Bellica ſc. id eſt, vexilla. 7 Immoratur eos, ne exeant in bella. 8 Tarchon ſc. Tyrrhenis aſſerens quærendum eſſe ducem externum. 9 Voluntates Deorum ſibi revelatas. 10 Verba aruſpicis, quæ refert Evander. 11 Hetruſci à Lydis & Mæoniis oriundi, qui ſub Tyrrheno, Lydi fratre, duce, hanc Italiæ partem appulſi occuparunt. 12 Ad expeditionem præſentem. 13 Contra ſe. 14 Subjugare. 15 Rutulorum & Latinorum, quibuſcum Mezentius nunc fœdus per uſſit. 16 Adoptate, deligite. 17 Quievit. 18 Ubi erat. 19 Legatos. 20 Diadema. 21 Virgâ regali. 22 Cætera ornamenta regalia; ut faſces lictorum, &c. 23 Qui electus erat eorum dux. 24 Ut veniam ad caſtra, & eam captum Etruriam, in quam Tyrrhenus venit ex Mæonia. 25 Occurrit taciræ objectioni Evander. Poterat enim quærere Æneas, quare, cùm ipſe externus eſſet, ſeſe Tyrrhenis ducem non præſtitiſſet. aut, ſi ætate prohiberetur, quare Pallantem ipſis non præfeciſſet. 26 Frigore, imminuto ſanguine, Gelida ſenecta novis imperiis inepta. 27 Annis & ſeculo debilitata, exinanita. Sæculum hîc 30. annos habere cenſetur. 28 Tardæ. 29 Gerenda. 30 Invident mihi imperium. 31 Miſtus ex Sabinis genere Italorum. Duxerat enim Evander filiam regis Sabinorum. 32 A materna parte eſſet Italus. 33 Cum reſpectu ad Evandrum, quia floridus eſt. 34 Cum reſpectu ad Pallantem: quia Phrygius. 35 Indulgenter concedit regnum Etruriæ. 36 Deorum oracula. 37 Ad Etruriæ ducatum. 38 Procede in bellum. 39 Dux, id eſt, qui Trojanos atque Italos duces.

*[1] Pallanta adjungam : ſub te tolerare magiſtro*
*Militiam , & grave [2] Martis opus ; tua cernere [3] facta*
*[4] Aſſueſcat , primis & te [5] miretur ab annis.*
*Arcades huic equites [6] bis centum , [7] robora pubis*
*[8] Lecta dabo , [9] totidemque ſuo tibi nomine [10] Pallas.*
*Vix ea fatus [11] erat : [12] defixiq; [13] ora tenebant,*
*Æneas [14] Anchiſiades , & [15] fidus Achates ,*
*Multaque [16] dura ſuo triſti cum corde [17] putabant ,*
*Ni [18] ſignum cœlo [19] Cytherea dediſſet [20] aperto.*
*Namque improviſo [21] vibratus ab æthere fulgor*
*Cum [22] ſonitu venit , & ruere omnia [23] viſa repentè,*
*[24] Tyrrhenuſque tubæ mugire per æthera clangor.*
*[25] Suſpiciunt : [26] iterùm, atque iterùm fragor intonat ingens.*
*[27] Arma inter [28] nubem cœli in regione ſerenâ*
*Per [29] ſudum [30] rutilare vident, & [31] pulſa [32] tonare.*
*Obſtupuêre animis alii ; ſed [33] Troïus heros*
*[34] Agnovit ſonitum , & Divæ promiſſa [35] parentis.*
*[36] Tùm memorat : Ne verò hoſpes, ne [37] quære profectò ;*
*[38] Quem caſum portenta ferant : [39] ego poſcor Olympo.*
*Hoc ſignum [40] cecinit miſſuram Diva [41] creatrix ,*
*Si bellum ingrueret, [42] Vulcaniaq; arma per auras*
*[43] Laturam auxilio.*
*Heu ! quantæ miſeris cædes Laurentibus [44] inſtant !*
*Quas pœnas mihi, Turne, dabis ! quàm multa ſub undas*
*Scuta [45] virûm, galeaſq; & [46] fortia corpora [47] volves,*
*Tybri pater ! [48] poſcant acies, & fœdera rumpant.*

1 Filium meum. 2 Bellum. 3 Facinora egregia. 4 Sc. ut. 5 Propter admirationem imitetur. 6 Ducentos. 7 Fortis corpora juventutis. 8 Electa. 9 Alteros ducentos. 10 Sc. dabit. 11 Evander. 12 In terram. 13 Vultus ſuos, ut anxii & cogitabundi facere ſolent. 14 Anchiſæ filius. 15 Fidelis Æneæ comes. 16 Adverſa.

17 Reputaſſent, volviſſent. 18 Adventus ſui. 19 Venus, ab inſ. *Citheris*, ad quam orta mari appulit. 20 Diſrupto & hiante fulgetris, & tonitribus. 21 Vibrando concuſſus. 22 Tonitru. 23 Propter concuſſionem ſonitus. 24 A Tyrrhenis & Lydis inventus. Cum reſpectu tamen ad Etruſcos, ducem externum jam poſcentes. 25 Æneas & Achates attoniti. 26 Frequenter ſc. ad firmandum omen. 27 Cimbrico bello armorum ſonitus auditus cœlo. 28 Quam Venus aſſumpſerat. 29 Serenum, purum. 30 Micare. 31 Arma. 32 Sonum tonitrui imitari. 33 Æneas. 34 Prodigio hoc armorum conjicit ſibi delata à matre arma contra arma inimica ; nec non acies & prælia. 35 Veneris. 36 Deinde Æneas dicit. 37 Doceri. 38 Qualem rei exitum hæc portenta & bona omina adferant. 39 Ego exigor de cœlo ad hoc bellum. 40 Prædixit ſe miſſuram. 41 Mater Venus : quia omnia gignit. 42 A Vulcano, marito ſuo fabricata. 43 Allaturam in auxilium meum. 44 Imminent. 45 Virorum fortium interemptorum. 46 Robuſta, dùm viverent. 47 Tuas. 48 Permiſſio Ironica. Eant jam Laurentes, vi ac bello rumpant fœdera, quæ cum Latino iniiſſem, niſi Turnus omnia turbaſſet ; ſed non diu impunè.

HÆ

*Hæc ubi dicta* [1] *dedit; ſolio ſe tollit ab alto,*
*Et primùm Herculeis* [2] *ſopitas ignibus* [2] *aras*
*Excitat,* [3] *heſternumque larem,* [4] *parvoſque Penates*
*Lætus adit: mactat* [5] *lectas de more* [6] *bidentes,*
*Evandrus* [7] *pariter, pariter Trojana juventus.*
*Poſt* [8] *hinc ad* [9] *naves* [10] *graditur, ſocioſque reviſit:*
*Quorum de numero, qui* [11] *ſeſe in bella ſequantur,*
*Præſtantes virtute* [12] *legit:* [13] *pars cætera* [14] *pronâ*
*Fertur aquâ,* [15] *ſegniſque* [16] *ſecundo defluit* [17] *amni,*
[18] *Nuntia ventura Aſcanio* [19] *rerumque, patriſque.*
[20] *Dantur equi* [21] *Teucris, Tyrrhena petentibus arva:*
[22] *Ducunt exſortem Æneæ, quem fulva leonis*
*Pellis* [23] *obit totum, præfulgens unguibus* [24] *aureis.*
*Fama volat, parvam ſubitò vulgata per* [25] *urbem,*
*Ociùs ire equites* [26] *Tyrrheni ad littora regis.*
*Vota metu* [27] *duplicant* [28] *matres,* [29] *propiuſque periclo*
*It timor, &* [30] *major* [31] *Martis* [32] *jam apparet imago.*
*Tùm pater Evandrus,* [33] *dextram complexus* [34] *euntis,*
[35] *Hæret,* [36] *inexpletùm lacrymans, ac talia fatur:*
*O mihi præteritos referat* [37] *ſi Juppiter* [38] *annos!*
*Qualis eram,* [39] *cùm primam* [40] *aciem* [41] *Præneſte ſub ipſâ*
[42] *Stravi,* [43] *ſcutorumque incendi victor acervos,*
*Et* [44] *regem hac Herilum dextrâ* [45] *ſub Tartara miſi:*

1 Æneas. 2 Sopitos ignes in aris Herculis. Hypallage. 3 Ignem pridianum, quo pridie ejus diei in ſacrificiis Herculis uſi erant. 4 Domeſticos, pro fortunæ tenuitate modicos. 5 E grege electas. 6 Oves, duos annos habentes. 7 Cum Æneâ. 8 Ex hoc loco ſacrificii. 9 Ubi ſocii erant. 10 Æneas. 11 Eligentem Æneam.

12 Eligit. 13 Sociorum. 14 Defluâ. 15 Exiſtens tardior ad bella, aut quia ſine remis erant. 16 Defluente. 17 Tibri. 18 Ut veniat annuntiatrix. 19 Geſtarum à patre. 20 Ab Evandro. 21 Electis illis, qui cum Ænea ad Tarchontem in Etruriam profecturi. 22 Arcades, miniſtri regis Evandri, ducunt ad manum ad Æneam, & ad utilitatem ejus equum extra ſortem dandum, id eſt, egregium, eximium ſuprà alios, leonis eximii pelle inſtratum. 23 Circumdat & operit. 24 Aurum inferentibus; *aut* aureis unguibus arte inſertis; *aut* aureis laminis opertis. 25 Pallanteum. 26 Tarchontis, ſc. in Etruriam. 27 Duplicia faciunt. 28 Arcadum, qui cum Ænea profecturi erant. 29 Timent propinquum periculum. 30 Evidentior. 31 Belli. 32 Cùm abirent juvenes. 33 Æneæ. 34 Abire parantis. 35 Adhæret ei. 36 Inexplebiliter: quia non poterat ſe continere à lachrymis. 37 Utinam. 38 Ut talis ſim, *qualis eram*, &c. 39 Evandrum, ex Arcadia venientem in Italiam, repellere conatus eſt Herilus rex Præneſtinus; ſed ab Evandro victus, cæſuſque. 40 Italorum, Evandrum repellere volentium. 41 Latii oppido. 42 Proſtravi. 43 Proſtratorum hoſtium. Victores arma, ſcuta præſertim, eorum, quos vicerant, incendebant ex more & voto. 44 Præneſtinorum. 45 Ad inferos.



Digitized by Google

[1] Naſcenti cui [2] tres animas [3] Feronia [4] mater,
(Horrendum dictu) dederat: terna arma [5] movenda,
Ter [6] letho ſternendus erat: cui [7] tùm tamen [8] omnes
Abſtulit hæc animas dextra, & [9] totidem [10] exuit armis.
[11] Non ego nunc dulci amplexu divellerer uſquam,
Nate, tuo: neque finitimus Mezentius unquam,
Huic capiti inſultans, [12] tot ferro ſæva dediſſet
Funera, [13] tam multis [14] viduâſſet civibus [15] urbem.
At vos, ô ſuperi, & Divûm tu maxime rector
Juppiter, [16] Arcadii quæſo miſereſcite regis,
Et [17] patrias audite preces: [18] ſi [19] numina veſtra
Incolumem [20] Pallanta mihi, ſi fata reſervant:
Si [21] viſurus eum vivo, & venturus in [22] unum;
[23] Vitam [24] oro: patiar quemvis [25] durare laborem.
Sin aliquem infandum [26] caſum fortuna minaris,
Nunc, nunc ô liceat [27] crudelem abrumpere vitam!
Dùm cura [28] ambigua, dùm ſpes incerta futuri,
Dùm te, chare puer, mea [29] ſera & ſola voluptas,
Complexu teneo, [30] gravior ne nuncius aures
Vulneret! Hæc [31] genitor [32] digreſſu dicta ſupremo
[33] Fundebat: famuli [34] collapſum in [35] tecta ferebant.
Jamq; [36] adeò exierat portis [37] equitatus apertis:
Æneas inter primos, & fidus Achates,
[38] Indè alii Trojæ [39] proceres: ipſe agmine Pallas
In medio, [40] chlamyde, & pictis [41] conſpectus in [42] armis:

1 Cùm naſceretur. 2 Tres vitas, namque ter letho ſternendus erat: ſeq. 3 Dea nemoris Tarracini, Jovis Anxuris uxor: ſupra 7. lib. 4 Ejus. 5 A quo amovenda erant. 6 Morte. 7 Cùm ſolidum robur haberem. 8 Tres. 9 Etiam tribus. 10 Corpora. 11 Semper in complexu tuo eſſem, & tecum proficiſcerer, ſi juvenis eſſem. 12 Tot bonos cives occidiſſet. 13 Quàm multis nunc viduarit. 14 Orbaſſet, privaſſet. Horat. Od. 9. l. 1. *aut Aquilonibus Querceta Gargani laborant, Et foliis viduantur orni.* 15 Suam. 16 Mei, qui rex ſum Arcadiæ. 17 Quas ego pater pro filio effundo. 18 Si credu em filium ſoſpitem recepturus ſum. 19 Veſtræ divinæ poteſtates. 20 Filium meum. 21 Qui adhuc videam eum. 22 Locum, cum filio meo. 23 Ad id tempus duraturam. 24 Peto à vobis. 25 Duriter tolerare. 26 Mortem filii; ſed male ominato verbo abſtinet. 27 Quæ crudelis eſſet, ſi appetat durare uſque ad mortem filii. 28 Dubiæ ſunt inter ſpem & metum. 29 Mihi ſenis natus, & unigena. 30 Triſtior, quàm facile pati poſſim. 31 Evander. 32 In digreſſione. 33 Ex animo elocutus eſt. 34 Poſtquam præ dolore conciderat. 35 Regiam. 36 Præcipuè, omninò. 37 Cœtus aut claſſis equitum. 38 Deinde. 39 Principes exierant. 40 In veſte militari. 41 Conſpicuus, ſpectabilis. 42 Quæ à patre obtinuerat.

[1] *Qualis, ubi Oceani* [2] *perfuſus Lucifer undâ,*
*(Quem* [3] *Venus ante alios aſtrorum diligit* [4] *ignes)*
*Extulit* [5] *os ſacrum cœlo,* [6] *tenebraſque reſolvit.*
*Stant pavidæ in muris matres,* [7] *oculiſque ſequuntur*
[8] *Pulveream nubem, & fulgentes* [9] *ære catervas.*
*Olli per* [10] *dumos,* [11] *quâ proxima meta viarum,*
*Armati tendunt:* [12] *it* [13] *clamor, &,* [14] *agmine facto,*
[15] *Quadrupedante putrem ſonitu quatit* [16] *ungula campum.*
[17] *Eſt ingens* [18] *gelidum lucus prope* [19] *Cæretis* [20] *amnem,*
*Religione* [21] *patrum latè ſacer: undique* [22] *colles*
[23] *Incluſêre* [24] *cavi, &* [25] *nigrâ nemus abiete cingunt.*
*Sylvano fama eſt veteres* [26] *ſacrâſſe* [27] *Pelaſgos,*
*Arvorum pecoriſque Deo, lucumque,* [28] *diemque,*
[29] *Qui primi fines aliquando* [30] *habuêre Latinos.*
*Haud procul* [31] *hinc Tarcho, &* [32] *Tyrrheni tuta tenebant*
*Caſtra* [33] *locis; celſoque omnis de colle* [34] *videri*
*Jam poterat* [35] *legio, &* [36] *latis* [37] *tendebat in arvis.*
[38] *Huc pater Æneas, &* [39] *bello lecta juventus*
*Succedunt, ſeſſique & equos, & corpora* [40] *curant.*
*At Venus,* * *æthereos inter Dea* [41] *candida* * *nimbos,*
[42] *Dona ferens aderat: natumque, in valle* [43] *reducta,*

1 Exterata 19, qualis, &c. 2 Lotus. Ex opinione veterum, qui humore ali ſidera credebant. 3 Veneris enim ſtella dicitur. 4 Fulgores. 5 Conſpectum tuum venerabilem. 6 Nocturnas: undè *Lucifer*, quod lucem *afferat*, dicitur. 7 Obtutu. 8 Pulverulentam, ex pulvere pedum equorum concitatam. 9 Armis æreis. 10 Loca invia. 11 Quà proximum compendium viarum erat. 12 Diffunditur per aëra. 13 Se in [illegible]gantium. 14 Ordine militariter procedentium inſtituto. *Agmen* enim propriè eſt multitudo ordinata & incedens. 15 A quadrupedantibus, id eſt, quaternis pedibus incedentibus facto. 16 Calceus corneus equorum. Quinque perpetui dactyli profectionis celeritatem exprimunt. 17 Luci religioſi deſcriptio. Totum autem hunc locum diligenter expendit Macrob. S. t. l. 3. c. 3. 18 Frigidum. 19 Urbis Agyllinæ ſive Agyllæ. Declinatur *hoc Cære*, *Cæretis*. 20 Minionem fluvium. 21 Majorum. 22 Monticuli. 23 Lucum illum. 24 Habentes vallem interjacentem. 25 Umbroſa. 26 Conſecraſſe, dicaſſe. 27 Græcos, qui in Italiam venerant. 28 Feſtum annua celebritate. 29 Pelaſgi. 30 Poſſederunt, id eſt, qui primi e Græcia advenæ incoluêre Italiam. 31 Ab hoc luco. 32 Populi. 33 Munitione locorum. 34 Ab Ænea. 35 Exercitus Tyrrhenorum. 36 Latè ſe extendentibus. 37 Tentoria habebat. Sic 2. Æn. *Hic Dolopum manus, hîc ſævus tendebat Achilles.* 38 Ad hunc collem, ubi erat Tarchon. 39 Ad bellum electa. Supra: *qui ſeſe in bella ſequantur, Præſtantes virtute legit.* 40 Reficiunt, priuſquam ad Tarchontem accederent. * Nubem lucidam. 41 Relucens. 42 Arma à Vulcano fabrefacta. 43 Inter duos colles incluſa.

*Ut procul* [1] *è gelido* [2] *ſecretum flumine vidit,*
*Talibus affata eſt dictis, ſeque* [3] *obtulit* [4] *ultrò.*
*En, perfecta mei* [5] *promiſſâ* [6] *conjugis arte*
*Munera: ne mox aut Laurentes (nate) ſuperbos,*
*Aut* [7] *acrem* [8] *dubites in prælia* [9] *poſcere Turnum.*
*Dixit, & amplexus nati Cytherea petivit:*
*Arma ſub* [10] *adverſâ poſuit* [11] *radiantia quercu.*
[12] *Ille* [13] *Deæ donis, & tanto lætus* [14] *honore,*
[15] *Expleri nequit, atque oculos per* [16] *ſingula volvit,*
[17] *Miraturque, interque manus & brachia verſat*
[18] *Terribilem criſtis galeam, flammaſque vomentem,*
[19] *Fatiferumque enſem,* [20] *loricam ex* [21] *ære rigentem,*
[22] *Sanguineam, ingentem:* [23] *qualis, cùm cærula nubes*
*Solis* [24] *inardeſcit* [25] *radiis, longèque* [26] *refulget.*
[27] *Tùm* [28] *leves ocreas,* [29] *electro auroque* [30] *recocto,*
*Haſtamque, & clypei* [31] *non enarrabile textum.*
[32] *Illîc res Italas, Romanorumque triumphos,*
[33] *Haud vatum ignarus, venturique inſcius ævi,*
*Fecerat* [34] *Ignipotens: illîc genus omne futuræ*
*Stirpis* [35] *ab Aſcanio,* [36] *pugnataque in ordine bella*
[37] *Fecerat, & viridi* [38] *fœtam* [39] *Mavortis in antro*

1 Multum & eminenter gelido. 2 Procul diviſum ab exercitu aliorum. 3 Videndam conſpectui ejus. 4 Non requiſita. 5 Quam ipſe mihi promiſerat. 6 Vulcani. 7 Strenuum. 8 Verearis: is enim eſt elegans hujus verbi uſus. Plaut. *Quid iſtud dubitas dicere?* Sic Cic. *Non dubitat*, inquit, *P. Lentulum æternis vinculis mandare.* 9 Provocare. 10 E regione & ex adverſo ſitâ. 11 Reſplendentia, & quaſi radios emittentia. 12 Æneas. 13 Matris. 14 Quia mater ipſum ſuo complexu dignata erat; aut, quia tam inſignibus armis fulgebat. 15 Satiari videndo. 16 Arma. 17 Ea. 18 Caſſidem habentem terribiles criſtas. 19 Fatalem ſeu mortiferum Turno & aliis. 20 Thoracem. 21 Squammis æreis. 22 Sanguinei coloris. 23 Talem, qualis eſt nubes cærulei coloris. 24 Reſplendet. 25 Ex adverſo incumbentibus. 26 Refulgere videtur. 27 Sc. *miratur & verſat*. 28 Munimina crurum polita. 29 Facta ex metallo miſto: ubi auro conflatur quinta argenti portio: ſuprà. 30 Iterùm fuſo. 31 Sculpturam clypei enarratu difficilem. 32 In illo clypeo. Ab hoc loco ad finem uſque libri, inſigniora quædam Rom. geſta in clypeo cælata exequitur. 33 Peritus artis vaticinandi, & futura præſciens. 34 Vulcanus. 35 Sc. ad Auguſtum Cæſarem uſque. 36 Ut geſta erant. 37 Orditur à conditorum urbis ortu & educatione. 38 Partu levatam, enixam. 39 Martis, id eſt, ubi erant Martis filii, Romulus & Remus, ab ea nutriendi.

Pro-

*Procubuiſſe* [1] *lupam:* [2] *geminoſque* [3] *huic ubera circùm*
*Ludere pendentes* [2] *pueros, & lambere* [4] *matrem*
*Impavidos:* [5] *illam* [6] *tereti cervice reflexam*
[7] *Mulcere alternos, &* [8] *corpora* [9] *fingere linguâ.*
*Nec procul* [10] *hinc Romam, &* [11] *raptas ſine* [12] *more*
[13] *Sabinas,*
[14] *Conſeſſu caveæ,* [15] *magnis* [16] *Circenſibus* [17] *actis,*
*Addiderat,* [18] *ſubitòque novum conſurgere* [19] *bellum*
[20] *Romulidis, Tatioque ſeni,* [21] *Curibuſque* [22] *ſeveris.*
*Pòſt* [23] *iidem inter ſe,* [24] *poſito certamine, reges*
*Armati, Jovis ante aram,* [25] *pateraſque tenentes*
*Stabant, &* [26] *cæſâ* [27] *jungebant fœdera* [28] *porcâ.*
[29] *Haud procul* [30] *indè,* [31] *citæ* [32] *Metium* [33] *in di-*
*verſa* [31] *quadrigæ*

1 Vera-ne fuerit lupa, an Laurentia Fauſtuli uxor, quæ ob vulgari corporis vilitatem *Lupa* dicta fuit, non conveniunt auctores. Priorem ſententiam confirmant. Plut. Cic. 2. de Divin. Ovid. 3. Faſt. Juſtin. l. 43. Poſteriorem refert Liv. l. 1. 2 Romulum & Remum. 3 In applauſum hujus lupæ. 4 Lupam, quæ tanquam matrem ſe gerebat, lambere pueros imperterritos: aut, pueros impavidos dulciter fugere lupam pro matre. De expoſitione geminorum iſtorum, ac de materno in eos lupæ hujus officio lege Ovid. Faſt. 2. 5 Lupam. 6 Rotundâ in longum. 7 Placare lambendo. 8 Infantum. 9 Solidare. Alluſum ad urſos, qui informi fœtui lambendo formam inducere finguntur. 10 Ab hac ſculptura jam dicta. 11 A Romulo & cohabitatoribus ejus, poſtquam à finitimis conjugia impetrare non poterant. Numerus raptarum apud Dionyſ. eſt 683. 12 Exemplo, honeſtate. 13 Virgines & matronas. 14 In loco concavo ubi conſederant, in circuitu ſpectantes ludos. *Cavea* enim eſt, ubi populus ſpectat. 15 Magnis Diis inſtitutis, magniſque impenſis. Vide Plut. in Romulo. 16 Sc. *ludis*. *Circenſes* dicti ſunt, quod exhibebantur & fiebant in *Circo*. *Circus* autem locus erat muris ſeptus, in quo equi, pugileſque exercebantur. Vide quæ nos ad Sal. p. 298. b. 17 Dùm agerentur, Romulus Circenſes ludos ſimulavit, quando rapuit Sabinas. 18 Et addiderat, &c. 19 Sabinum, quod ſecutum eſt ex raptu virginum. 20 Inter Romulidas, Tatiumque ſenem, Sabinorum regem: qui regnavit poſteà cum Romulo poſt bellum Sabinum. 21 Inter cives Curienſes ſeveros. *Cures* Sabinarum urbium opulentiſſima fuit; undè *Quirites* dicti putantur, ab *haſtis* ſc. quas Sabini *Cures* vocabant. Hac urbe natus fuit Numa Pompilius. 22 Quia cæteris quieſcentibus, injuriam ulciſci voluerunt, & tria bella cum Romanis geſſerunt, ac morum ſeveritatem & diſciplinam coluerunt. 23 Romulus & Tatius in acie conciliati interventu Sabinarum. 24 Sedato. 25 Quibus Jovi libabant. 26 Ictâ & percuſſâ ſilice. Nam qui fœdus, percutientes porcum, inibant, dicebant, antequam ferirent: *Audi, Jupiter, populum Romanum ſic ferito, ut ego hunc porcum ferio: tantoque magis ferito, quantò magis potes, ſi fœdus non ſervet.* Vide quæ nos ad Sal. p. 355. 27 Inibant, firmabant & ſanciebant conjunctiones, pactiones. 28 In ſacris potentiores victimæ fœmineæ. 29 Percurrit cætera Romanorum geſta. 30 A jam dictâ picturâ. 31 Equi quaterni trahentes currus, aut currus ipſi concitati & inſtigati. 32 Metium Suffetium Albanorum regem, qui à Tullo Hoſtilio in auxilium contra Fidenates accitus, ſuos in collem ſubduxit. Rom. victor eum binis quadrigis illigatum diſcerpſit. 33 In diverſas partes.



Digitized by Google

[1] *Diſtulerant: ([2] at tu dictis, Albane, maneres)*
[3] *Raptabatque* [4] *viri mendacis viſcera* [5] *Tullus*
*Per ſylvam, &* [6] *ſparſi* [7] *rorabant* [8] *ſanguine* [9] *vepres.*
*Nec non* [10] *Tarquinium* [11] *ejectum* [12] *Porſenna* [13] *jubebat*
*Accipere,* [14] *ingentique* [15] *urbem obſidione premebat.*
[16] *Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.*
[17] *Illum indignanti ſimilem, ſimilemque minanti*
[18] *Aſpiceres:* [19] *pontem auderet quòd* [20] *vellere* [21] *Cocles,*
*Et fluvium* [22] *vinclis innaret* [23] *Clœlia ruptis.*
[24] *In ſummo cuſtos* [25] *Tarpejæ Manlius arcis*
*Stabat* [26] *pro templo, &* [27] *Capitolia celſa tenebat,*
[28] *Romuleoque* [29] *recens* [30] *horrebat* [31] *regia culmo.*
*Atque* [32] *hîc auratis* [33] *volitans* [34] *argenteus* [35] *anſer*
*Porticibus,* [36] *Gallos in* [37] *limine adeſſe canebat.*
[38] *Galli per dumos aderant,* [39] *arcemque* [40] *tenebant,*
*Defenſi tenebris, &* [41] *dono noctis* [42] *opacæ.*
[43] *Aurea cæſaries illis, atque aurea* [44] *veſtis:*
[45] *Virgatis lucent* [46] *ſagulis: tùm* [47] *lactea colla*

1 Diſtraxerant, dii ſperabant. Unde Ovid. 1. Triſt. El. 3. *Sic doluit Metius tunc, cùm in contraria verſus Ultores habuit proditionis equos.* Lege Val. Max. 7, 4, 1. Claud. in Gildon. 254.
2 Tametſi hoc crudele videtur tibi, ô Meti, tu ſtare deberes promiſſis & fœdere percuſſo cum Romanis.

3 Diſtrahere faciebat. 4 Metii. 5 Hoſtilius. 6 Reſperſi. 7 Guttatim diſtillabant. 8 Metii. 9 Sentes. 10 Superbum. 11 Romæ propter ſuperbiam ejus, & Lucretiæ à filio conſtuprationem. 12 Rex Etruſcorum Tarquinium regem, Româ ejectum, reſtituere conatus. 13 Jubere Romanis videbatur ut reciperent. 14 Arctiſſima. 15 Romam. Hiſtoriam hanc ſcribunt Liv. 2, 10. Dionyſ. 5, 21. Flor. 2, 10. Eutrop. 1, 11. Sil. 10, 482. 16 Romani, qui ab Æneâ deſcenderant, & præcipuè Brutus Collatinus & Tricipitinus, in arma ruebant ad tuendam libertatem partam exactis regibus. 17 Porſennam. 18 In clypeo. 19 Sublicium ſc. Id eſt, ligneum, Tiberi impoſitum, ad eam partem, quâ Janiculum ab Urbe dirimitur, eâ arte conſtructum, ut trabes ſine fulturis eximi poſſent. *Sublica* autem eſt palus ſeu pertica, quæ in aqua defigebatur ad pontis alicujus ſuſtentationem. 20 Divellere & interrumpere ſecuri, ingruentibus hoſtibus. 21 Horatius. *Cocles* dictus, ab uno oculo, amiſſo altero hoſtium telis in trajectu amnis. 22 Cuſtodiis arctis. 23 Virginum Veſtalium una, quæ obſes Porſennæ data, deceptis cuſtodibus, Tibrim ad ſuos tranavit equo. 24 In ſumma clypei parte. 25 Capitolii, à Tarpeja virgine poſteà denominati. 26 Pro defenſione templi Jovis Capitolini. 27 Unde *Capitolinus* dictus eſt. 28 Sicut Romulus coluerat, & culmis cooperuerat. 29 Paucis annis anteà conſtructa. 30 Horrida & aſpera erat. 31 Calabria domus. 32 In Capitolio. 33 Volitanti & alas clangenti ſimilis. 34 Candidus, aut in clypeo argenteus, ut albedinem referret. 35 Galli, cùm arcem Capitolinam noctu, admotis ſcalis, aſcendiſſent, anſer clangorem edidit. Quare Manlio primum excitato Romani opem tulerunt. Inde in templo Jovis Capitolini anſeris imaginem fecêre. 36 Senones. 37 Ingreſſu. 38 Sc. *nam.* 39 Quam Romulus texerat culmo. 40 Parum abfuit, quin tenerent. 41 Beneficio & opportunitate. 42 Valde tenebroſæ. 43 Coma aurei coloris, ut fulva, erat illis. 44 Barba. 45 Vario colore ad modum virgarum diſtinctis. 46 Indumentis militaribus. 47 Candidiſſima.

I *An-*

Digitized by Google

[1] *Auro innectuntur: duo* [2] *quiſque* [3] *Alpina* [2] *coruſcant*
[4] *Geſa manu, ſcutis protecti corpora longis.*
*Hinc* [5] *exultantes* [6] *Salios,* [7] *nudoſque Lupercos,*
[8] *Lanigeroſque* [9] *apices, & lapſa* [10] *ancilia* [11] *cælo*
[12] *Extuderat: caſtæ ducebant ſacra per* [13] *urbem*
[14] *Pilentis* [15] *matres in* [16] *mollibus:* [17] *hinc procul* [18] *addit*
[19] *Tartareas etiam ſedes,* [20] *alta oſtia* [21] *Ditis:*
*Et* [22] *ſcelerum pœnas, & te, Catilina,* [23] *minaci*
*Pendentem ſcopulo,* [24] *furiarumque ora trementem:*
[25] *Secretoſq;* [26] *pios,* [27] *his dantem* [28] *jura* [29] *Catonem.*
[30] *Hæc inter* [31] *tumidi latè* [32] *maris* [33] *ibat imago*
[34] *Aurea; ſed fluctu ſpumabant* [35] *cærula* [36] *cano:*
*Et* [37] *circùm* [38] *argento clari delphines in* [39] *orbem*
*Æquora verrebant caudis,* [40] *æſtumque ſecabant.*
*In* [41] *medio claſſes* [42] *æratas,* [43] *Actia bella*
*Cernere* [44] *erat: totumque inſtructo Marte* [45] *videres*
[46] *Fervere* [47] *Leucaten,* [48] *auroque effulgere* [49] *fluctus.*
[50] *Hinc Auguſtus,* [51] *agens Italos in prælia Cæſar*

1 Torquibus aureis. 2 Singuli quatiunt. 3 Ex arctoibus montanis. Alpinis ſc. 4 Iacula Gallorum, vel pila Romanorum. 5 Cum ancilibus. 6 Sacerdotes Martis, dùm ancilia ferent per urbem ſalientes. *Salii* (teſte Livio 12.) in urbe fuêre à Numâ conſtituti, & Marti Gradivo conſecrati, qui totidem ancilia per urbem cum ſaltibus geſtabant atque tripudiis; undè & nomen habent. 7 Sacerdotes Panos Lycæi, qui nudi per compita in Lupercalibus diſcurrebant. 8 Lanam gerentes. 9 Pileos Flaminum & ſacerdotum. 10 Clypeos incurvos, quorum unus è cœlo delapſus, cum fato Imperii, ad cujus formam & undecim alii effecti, ne internoſceretur verus. 11 E cœlo. 12 Studioſè fecerat in clypeo Vulcanus. 13 Romam. 14 Vehiculis, quibus matres ſacrificaturæ Cereri, aut alii alicui Deæ, antiquâ conſuetudine vehebantur. 15 Matronæ. 16 Molliter incedentibus. 17 Ab horum ſculptura. 18 Vulcanus. 19 Infernales. 20 Profunda. 21 Plutonis. 22 Sceleratorum conjuratorum, Cethegi & Cornelii Lentuli. 23 Minanti tibi aſſiduè præcipitium. 24 Infernalium. 25 Segregatos. 26 Manes Romanorum piorum dùm viverent. Pii dicuntur, qui in Elyſiis ſunt. 27 Piis. 28 Juſta moderamina vitæ. 29 Majorem ſc. qui *Cenſorius* dictus eſt. 30 Summa & infima: nam Capitolium in ſummo, & regna Ditis in imo erant. 31 Inflati. 32 Actiaci. 33 Ire videbatur. 34 Ex auro ſculpta. 35 Maria. 36 Subalbo. 37 In circuitu. 38 Fulgentes ex ſplendore argenti. 39 Circuitum. 40 Et dividebant fervorem aquarum. 41 Maris. 42 Ære munitas. 43 Quibus bella depugnata ſub Actio, oppido Acarnaniæ maritimo, poſtmodum inter Auguſtum & Antonium geſta ſunt. 44 Dabatur. 45 Videre poſſet. 46 Agitari fulgoribus armatorum, aut claſſibus æratis. 47 Montem in promontorio Epiri. 48 Auro, um armorum & roſtrorum reflexu. 49 Juxta Leucaten. 50 Ex unâ parte erat. 51 Impellens.

1 Cum

*1 Cum patribus, populoque, Penatibus, & magnis*
*2 Diis,*
*Stans celſâ in puppi: geminas 3 cui tempora 4 flammas*
*5 Læta vomunt, 6 patriumque 7 aperitur vertice 8 ſidus.*
*9 Parte aliâ ventis, & Diis 10 Agrippa 11 ſecundis,*
*12 Arduus, 13 agmen agens: 14 cui, 15 belli inſigne ſuperbũ,*
*Tempora 16 navali fulgent 17 roſtrata coronâ.*
*18 Hinc 19 ope 20 barbaricâ, 21 variiſq; 22 Antonius armis*
*23 Victor, ab Auroræ 24 populis, & 25 littore Rubro,*
*26 Ægyptum, vireſque 27 Orientis, & 28 ultima ſecum*
*28 Bactra vehit, 29 ſequiturque (30 nefas!) 31 Ægyptia conjux.*
*Unà omnes 32 ruere, ac totum ſpumare 33 reductis*
*Convulſum remis, 34 roſtriſque ſtridentibus æquor.*
*35 Alta 36 petunt: 37 pelago credas innare 38 revulſas*
*39 Cycladas, aut montes concurrere 40 montibus altos.*
*41 Tantâ mole viri 42 turritis puppibus inſtant!*
*43 Stuppea flamma manu, 44 teliſque 45 volatile ferrum*
*46 Spargitur, * arva 47 novâ * Neptunia 48 cæde rubeſcunt.*

1 A Cæſare ſtabant Senatus, & populus, Penates, & Dii magni; Jupiter, Mercurius, Minerva ſuprà l. 3. vide Macrob. l. 3. c. 4. Sat.
2 Quos præſentes ſculpſerat Vulcanus, tanquàm Auguſti partes tutantes.
3 Auguſto.
4 Oculorum.
5 Quod boni exitus ſignum eſt.
6 Patris ejus adoptivi Julii Cæſaris. 7 Apertè videtur in ſummitate galeæ. 8 Cometa, qui Cæſaris mortui ſimulacro ſuper verticem Romæ publicè adjectus fuerat. 9 A latere. 10 Affinis & amicus Auguſti. 11 Proſperis, & proximè Auguſti auſpicia ſecundis. Namque Auguſtus dextrum, M. Agrippa, gener ejus, ſiniſtrum cornu claſſis tuebatur. 12 Erat ſublimis. 13 Italorum. 14 Agrippæ. 15 Quæ erant ornamentum glorioſum & magnificum belli navalis. 16 Quæ fiebat ex roſtris navium victarum, & dabatur ei, qui maritimo prælio primus in hoſtium naves vi armatus tranſiliſſet. Hæc aurea erat. 17 Quaſi roſtris navium ornata. 18 Ex adverſa parte. 19 Africæ, Ciliciæ, Cappadociæ, Thraciæ, aliiſque auxiliis. 20 A Barbaris contracta. 21 Variorum populorum. 22 Marcus Antonius Triumvir. 23 Parthos decem & octo præliis vicerunt. 24 Parthis. 25 Mari Erythræo, quod eſt, inter Ægyptum & Indiam. 26 Populum & potentiam Ægypti. 27 Populi Orientalis. 28 Bactrianos populos ultimos in imperio Antoniano Orientem verſùs. 29 Exercitum. 30 Contra diſciplinam Rom. militiæ & quia peregrina, & maximè repudiatâ uxore Octavia, ſorore Imp. Rom. 31 Cleopatra. 32 Ruere videbantur. 33 Retrorſùm ductis. 34 Navium. 35 Profunda maria. 36 Omnes. 37 Per pelagus. 38 A continentibus. 39 Inſulas. 40 Altis. 41 Tanto molimine. 42 Turres ſive propugnacula habentibus. 43 Radicata in ſtupa, id eſt, vili lino. Cæſariani ignitis telis, & Antoniani miſſilibus pugnabant. 44 Cum telis. 45 Quod ad volatum affixum eſt. 46 In naves. * Mare. 47 Magna & inſolita. 48 Effuſione ſanguinis.

1 *Re-*

Digitized by Google

*[1] Regina in [2] mediis patrio vocat [3] agmina [4] ſiſtro:*
*Nec dùm etiam geminos [5] à tergo [6] reſpicit [7] angues.*
*[8] Omnigenûmq; [9] Deûm monſtra, & latrator [10] Anubis,*
*[11] Contra [12] Neptunum, & Venerem, contraq; Minervam,*
*Tela tenent: ſævit medio in certamine [13] Mavors,*
*[14] Cælatus ferro: * triſteſque [15] ex æthere * Diræ,*
*Et [16] ſciſſâ gaudens vadit Diſcordia pallâ,*
*Quam cum ſanguineo ſequitur [17] Bellona flagello.*
*[18] Actius [19] hæc cernens arcum intendebat Apollo*
*[20] Deſuper: omnis eo terrore [21] Ægyptus, & Indi,*
*Omnis Arabs, omnes [22] vertebant terga Sabæi.*
*Ipſa [23] videbatur ventis [24] regina [25] vocatis*
*Vela dare, & [26] laxos jam jamque [27] immittere funes.*
*Illam inter [28] cædes, pallentem [29] morte futurâ,*
*[30] Fecerat Ignipotens undis & [31] Iapyge [32] ferri.*
*[33] Contrà autem [34] magno [35] mœrentem [36] corpore [37] Nilũ,*
*Pandentemque [38] ſinus, & [39] totâ veſte vocantem*
*[40] Cæruleum in gremium, [41] latebroſaq; flumina [42] victos.*
*At [43] Cæſar, [44] triplici invectus Romana [44] triumpho*

1 Cleopatra Ægyptiorum regina. Juſſerat enim Antonius, ut legiones parerent Cleopatræ. 2 Bellantium. 3 Suorum. 4 Inſtrumento muſico ſive receptaculo æneo Ægyptiorum, quo Ægyptii ſacerdotes in Iſidis ſacris uti ſolent: quod opponit Poëta buccinæ Rom. *Siſtrum* dictum volunt ἀπὸ τοῦ σείειν. i. à *quatiendo*, quia concuſſum, ſonorum ederet tinnitum. 5 Qui eam perſequebantur à tergo. 6 Nondum videbat mortem ſibi imminentem. 7 Aſpides, in clypeo à tergo Cleopatræ, cælatas: quarum morſu interiiſſe creditur. 8 Omnigenorum, id eſt, omnis generis. Ægyptus quippe colit canem, felem, lupum, crocodilum, cepam, & alia monſtra. *Quis non ſcit qualia demens Ægyptus portenta colat?* Juven. 15. Sat. 9 Deorum Ægyptiorum. 10 Ægyptiacâ linguâ dicitur canis, ſub cujus formâ Mercurius colebatur. 11 Pugnat Antonius, faventibus Diis Ægyptiorum. 12 Qui Auguſto favebant. 13 Mars, Deus belli. 14 Inſculptus in clypeo. * Deæ ultrices vadunt ad ulciſcendum Antonium, qui matrimoniale læſerat fœdus. 15 Sc. *demiſſa*. 16 Diviſa per factionem. 17 Dea belli, id eſt, bellum ipſum. 18 Littoralis, id eſt, qui in Leucadico littore colebatur; vel, qui Auguſto in Actiaco bello auxiliatus eſt. 19 Hanc commotionem & aleam belli, quòd Mars anceps eſſet in victoria. 20 Ex alto. 21 Ægyptii. 22 Fugiebant. Sic l. 6. *Pars* vertere terga. 23 In clypei cælaturâ. 24 Cleopatra. 25 Optatis aut invocatis ad celerem fugam. 26 Ut plus venti ſuſcipiant, & fortiùs impellantur. 27 Magis & magis. 28 Cadavera ſuorum. 29 Omine mortis futuræ; quia tunc primum timere cœperat. 30 Cælârat Vulcanus. 31 Cauro, id eſt, vento ab Occaſu ſolſtitiali, & ex Apulia ſpirante. 32 Vehi. 33 Vulcanus fecerat è contrario. 34 Septemfluo. 35 Dolentem. Proſopopœia. 36 Fluctus ſui. 37 Ægypti fluvium. 38 Alluſum ad ſeptem Nili oſtia. 39 Exterioribus indiciis ſuis. 40 In receptacula maris. 41 Occulta, aut de quorum origine dubitatur. 42 Ægyptios ſuos & reliquos Antonii ſocios. 43 Auguſtus. 44 De Dalmatis, de Antonio, & de Alexandrinis. Hinc Sueton. c. 22. *Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo omnes.*

1 Mæ-

Digitized by Google

[1] *Mœnia, Diis Italis [2] votum [3] immortale [4] ſacrabat.*
*Maxima ter centum totam [5] delubra per urbem*
*Lætitiâ, ludiſque [6] viæ plauſuque fremebant:*
*Omnibus in templis [7] matrum chorus, [8] omnibus aræ:*
*Ante aras terram [9] cæſi [10] ſtravêre juvenci.*
[11] *Ipſe ſedens [12] niveo [13] candentis limine Phœbi,*
[14] *Dona [15] recognoſcit [16] populorum, [17] aptatq; [18] ſuperbis*
*Poſtibus: incedunt [19] victæ longo ordine gentes,*
*Quàm [20] variæ [21] linguis, habitu [22] tam veſtis, & armis.*
*Hîc [23] Nomadum genus, & [24] diſcinctos [25] Mulciber [26] Afros,*
*Hîc [27] Lelegas, [28] Caraſq; [29] ſagittiferoſque [30] Gelonos*
[31] *Pinxerat: [32] Euphrates ibat jam [33] mollior undis:*
[34] *Extremique hominum [35] Morini, [36] Rhenuſque [37] bicornis,*
[38] *Indomitique [39] Dacæ, & [40] pontem indignatus [41] Araxes.*
*Talia, per clypeum Vulcani, dona [42] parentis*
*Miratur, * rerumq; [43] ignarus * imagine gaudet,*
[44] *Attollens humero [45] famamque, & fata nepotum.*

1 Diruptis enim mœnibus intrabant triumphantes, non portis. 2 Vota in periculis extremis nuncupare ſolebant Imperatores, Auguſtus templum Apollini. 3 Quod ſemper durat. 4 In ſculpturis clypei. 5 Templa. 6 Compita & trivia. 7 Matronarum ſupplicantium. 8 In omnibus templis. 9 Mactati ad ſacrificium. 10 Æquaverunt corpore ſuo. 11 Auguſtus. 12 Marmoreo (cujus meminit Suet. c. 29.) templo Apollinis ab Auguſto exſtructo in Palatio, marmore advecto à portu Lunæ in Liguriâ. 13 Reſplendentis. 14 In his coronæ & aurum. 15 Recenſet. 16 Quæ populus in nova templa conferebat. 17 Affigit ea. 18 Magnificè exſtructis. 19 Ab Auguſto. 20 Incedunt gentes victæ. 21 Loquelis. 22 Sc. *variæ* 23 Numidarum, Africæ populorum. 24 Veſte uſque ad talos fluente; vel, minimè accinctos & imparatos ad bellum. 25 Vulcanus: quod omnia *mulceat* ignis. 26 Reliquos. 27 Myſiæ populum. 28 Minoris Aſiæ populum. 29 Sagittas, quibus plurimum valent, in bella gerentes. 30 Scythiæ populum. 31 Sculpſerat, finxerat. 32 Meſopotamiæ fluvius. 33 Lentior, quaſi ſentiens etiam ſe victum à Cæſare. 34 Sc. *ibant molliores.* 35 Populi Galliæ Belgicæ. 36 Germaniæ fluvius, Galliam ab Alemannia diſterminans. 37 Oſtiis duobus, cognomine altero, altero Vahali in mare exiens. 38 Difficulter domabiles. 39 Scythiæ populus. 40 Quem Xerxes ſuper eum exſtruxerat: quia diſrupit eum rapiditate ſuâ. 41 Armeniæ fluvius, ſc. ibat mollior, quia ſe quoque domandum ſentiebat ab Auguſto. 42 Matris ſuæ Veneris. * Sculpturis rerum. 43 Et neſciens quas res ſignificarent. 44 Erigens. 45 Gloriam, & res futuras haud dubiè poſteris ſuis.

P. VIRG.

Digitized by Google

# P. VIRGILII MARONIS
# ÆNEIDOS
## LIBER IX.

### ARGUMENTUM.

ABſente Æneâ, & in Tuſciâ conquirendis auxiliis occupato, Turnus à Junone per Iridem admonitus, ne tantam rei benè gerendæ occaſionem amitteret, quàm proximè ad hoſtes copias admovet. Qui cùm ſuis ſe mœnibus continerent, neque æquo loco facerent dimicandi poteſtatem, ut illis ſpem omnem fugæ intercluderet, claſſem exurere conatur. Erat ejus claſſis materia ex Idææ matris luco cæſa: quapropter matris precibus adductus Jupiter, naves omnes inſtanti incendio eripuit, & in totidem Nymphas marinas convertit. Poſt hæc imminente jam nocte, Turnus adverſùs hoſtium eruptiones ad oppidi portam excubias diſponit: iis Meſſapum præficit. Interim conſultantibus Trojanorum ducibus, quem nam potiſſimum ad Æneam mitterent, qui de ſuorum periculo eum faceret certiorem: ultrò eam provinciam ſuſcipiunt Niſus & Euryalus, conjunctiſſimum amicorum par: qui cum urbe emiſſi, hoſtium excubias vino ſomnoque obrutas offendiſſent, Rhamnetem cum magno Rutulorum numero trucidant, eorumque ſe ſpoliis exornant. Verum cùm, inſtante jam luce, ſe recipere conantur, à Volſcentis equitibus conſpecti, ad ſylvas confugiunt. Ibi Euryalus armorum pondere, viæque errore impeditus, in hoſtes incidit, & à Volſcente, fruſtrà deprecante Niſo, confoditur. Niſus quoque, cæſo Volſcente, & Euryali nece ſtrenuè vindicatâ, multis vulneribus confoſſus ſuper amici corpus concidit. Capita haſtis affixa, in caſtra deferuntur: ubi à Trojanis è mœnibus agnita, ingentem in urbe luctum excitant. Interim Turnus totis viribus hoſtes oppugnat, magna utrimque ſtrages editur. Ibi Aſcanius Numanum, inſolentiùs ſe jactantem, ſagittæ ictu interficit. Pandarus & Bitias ſucceſſu elati portam recludunt, hoſteſque ſubeuntes ingenti cæde propellunt. Ejus rei nuntio accepto Turnus per portam patentem in oppidum irrumpit, Trojanoſque in fugam convertit: tandem hoſtium multitudine circumventus, paulatim cedit ad eam oppidi partem, quæ fluvio alluitur, & ut erat armatus, flumen tranans incolumis ad ſuos revertitur.

[1] *ATque* [2] *ea* [3] *diverſâ* [4] *penitùs dùm parte* [5] *geruntur.*
[6] *Irim de cœlo miſit* [7] *Saturnia Juno*

1 Tranſitio, quæ hunc librum connectit cum ſuperiori. 2 Quæ in 8. narrata ſunt. 3 Remotè, in Etruria; ubi jam Æneas --- 4 -- Longè à caſtris *extremas Corythi penetravit ad urbes*: mox. 5 Ab Æneâ & Evandro, id eſt, dum Æneas in Etruria comparat auxilia. 6 Deam, arcus cœleſtis pediſſequam ſuam. 7 Saturni filia.

I *Au-*

Digitized by Google

1 Fortem ſoe felicitate. 2 Avi ſui. Undè infrà: *Cui Pilumnus avus*, &c. Fuit enim Turnus Dauni filius, cujus pater fuit Pilumnus. 3 A *pilo*, id eſt, inſtrumento, quo aliquid in mortario teritur, ſic dictus fuit Saturnus, quòd primus docuiſſe dicatur frumenta in pilo comminuere. 4 Illi. 5 Otioſus.

*[1] Audacem ad Turnum: luco tùm fortè [2] parentis*
*[3] Pilumni Turnus [4] ſacratâ valle [5] ſedebat.*
*Ad [6] quem ſic [7] roſeo [8] Thaumantias ore locuta eſt:*
*[9] Turne, quod optanti divûm [10] promittere nemo*
*Auderet, [11] volvenda dies en attulit [12] ultrò.*
*Æneas, [13] urbe, & ſociis, & claſſe relictâ,*
*Sceptra [14] Palatini, ſedemque [15] petivit Evandri.*
*Nec [16] ſatis, extremas [17] Coryti [18] penetravit ad urbes,*
*[19] Lydorumque manum, collectos armat agreſtes.*
*Quid [20] dubitas? nunc tempus equos, nunc [21] poſcere currus:*
*[22] Rumpe moras omnes, & [23] turbata arripe caſtra.*
*[24] Dixit, & in cœlum [25] paribus ſe ſuſtulit [25] alis,*
*Ingentemque [26] fugâ [27] ſecuit ſub nubibus arcum.*
*[28] Agnovit [29] juvenis, [30] duplicesq; ad ſidera [31] palmas*
*Suſtulit, & tali [32] fugientem eſt [33] voce ſecutus:*
*Iri, [34] decus cœli, quis te mihi [35] nubibus actam*
*[36] Detulit in terras? [37] undè hæc tam clara repentè*
*Tempeſtas? video medium [38] diſcedere cœlum,*
*[39] Palanteſque polo ſtellas: ſequar [40] omina tanta,*
*[41] Quiſquis in arma vocas. Tùm ſic effatus, ad [42] undam*
*Proceſſit, ſummoque hauſit de gurgite [43] lymphas,*

6 Turnum illic ſedentem. 7 Subrubro. 8 Thaumantis filia Iris. 9 Exhortatoria oratio, ad invadenda caſtra hoſtium. 10 Quia contra fatum Trojani videntur, per oblatam occaſionem, Italiâ poſſe depelli, & penitùs deleri. 11 Se volvens, jam voluta, id eſt, tempus ipſum. 12 Non requirente te. 13 Novâ ſc. in morem caſtrorum exſtructâ. 14 Palatium & Pallanteum oppidum tenentis. 15 Petiit: ne prima ſyllaba Evandri corripiatur: cùm alias legatur, *petivit*. 16 Eſt petiiſſe Evandrum. 17 Arcis Etruriæ, ſuprà l. 3. & 7. 18 Inſuper. 19 Etruſcorum exercitum. Namque Lydi, Tyrrheno duce in hac Italiæ parte conſederant. 20 Vereris invadere caſtra? 21 Poſcendi. Græciſmus. 22 Sic Ovid. Rumpe moram: *nocuit ſemper differre paratis.* Et Virg. alibi: *Eja age*, rumpe moras, *teque*, &c. 23 Quæ facilè turbare potes, aut abſente Æneâ, auxilio & conſilio deſtituta. 24 Iris. 25 Pleno volatu. 26 Simul cùm fugeret. 27 Ipſa ſuo ſubvecta arcu. 28 Irim, ſive arcum cœleſtem & ejus naturam. 29 Turnus. 30 Complicatas. 31 Manus erexit. 32 Irim. 33 Oratione. 34 Ornamentum, propter ſpecimen colorum. 35 Per nubes. 36 Demiſit. 37 Sc. *orta eſt*. 38 Chiſmate & hiatu diviſum aperiri. 39 Tempore locoque non ſuo apparentes, *vel*, errantes per polum. 40 Prodigia tua. 41 Quicunque es, qui vocas in arma. 42 Fluentem. Hoc genus purgationis erat apud antiquos. 43 Puriſſimas aquas, quibus vitia purgaret, puriorque ad precandum accederet.

*[1] Multa Deos orans, [2] oneravitque æthera [3] votis.*
*[4] Jamque omnis campis [5] exercitus ibat apertis,*
*Dives [6] equûm, dives [7] pictai veſtis, & auri.*
*[8] Meſſapus primas acies, [9] poſtrema coërcent*
*Tyrrhidæ juvenes: [10] medio [11] dux agmine Turnus*
*[12] Vertitur [13] arma tenens, & toto vertice [14] ſuprà eſt.*
*Ceu [15] ſeptem ſurgens, [16] ſedatis amnibus, altus*
*[17] Per tacitum [18] Ganges, aut [19] pingui flumine Nilus,*
*[20] Cùm refluit campis, & jam ſe condidit alveo.*
*[21] Hîc [22] ſubitam nigro [23] glomerari pulvere nubem*
*Proſpiciunt Teucri, ac [24] tenebras inſurgere campis.*
*Primus ab [25] adverſâ [26] conclamat [27] mole [28] Caïcus:*
*[29] Quis [30] globus, ô cives, [31] caligine volvitur atrâ?*
*Ferte citi [32] ferrum, date tela, [33] ſcandite muros:*
*Hoſtis adeſt: [34] eja! ingenti clamore per omnes*
*[35] Condunt ſe Teucri portas, & [36] mœnia complent.*
*Namque ita diſcedens [37] præceperat [38] optimus armis*
*Æneas, [39] ſiqua interea fortuna fuiſſet,*
*Ne [40] ſtruere auderent aciem, neu [41] credere [42] campo:*
*Caſtra [43] modò, & [44] tutos ſervarent [45] aggere muros.*

1 Multum, aut multas res. 2 Multiplicia vota indicat, quæ Diis diverſis pro ſuâ & exercitus ſalute vovit. 3 Promiſſis, pollicendo, ſi victoriam conſequatur. 4 Poſt vota & preces Turni. 5 Turni, in 7. deſcriptus. 6 Equorum. 7 Pictæ. Diæreſis.

8 *Equûm domitor, Neptunia proles*. ſuprà l. 7. 9 Extrema agminis, aut extremas partes exercitus claudunt Tyrrhi filii, magiſtri pecorum: de quibus ſuprà l. 7. 10 Sc. *in*. 11 Totius exercitus. 12 Verſatur, circumvolvitur. 13 Hoſtilia. 14 Eminet ſuprà reliquos. 15 Cum reſpectu ad Nilum ſeptemfluum, namque unicum Gangis oſtium agnoſcunt autores probati, niſi intelligi placeat de fluminibus, quæ recipit Ganges profundus amnis. 16 Compreſſis. 17 Per profundam altitudinem, vel tacitè, poſtquàm ſedati ſunt amnes. 18 Indiæ fluvius maximus, ſecum aureas arenas trahens. 19 Fœcundans & pinguem faciens Ægyptum. 20 Cùm ab inundatione recedit, redditque de ſuo alveo. 21 In hoc Turni exercitu. 22 Repentè ortam. A ſignis adventantium hoſtium. 23 In globos colligi. 24 Caliginem è pulvere. 25 Ex adverſo ſitâ. 26 Non interrogans (ipſe enim nunciat) ſed cum admiratione. 27 Turri ſpeculatoriâ. 28 Vir Trojanus, cujus item meminit in primo. 29 Quantus: admirantis eſt, non interrogantis. 30 Numerus incedentium in globum collectorum. 31 Cum molimine incedit cum nube pulverulenta & nigra. 32 Arma repulſiva. 33 Al. & *ſcandite*, alii, *aſcendite*. 34 Dicentes eja, id eſt, ſe mutuò cohortando. 35 Includunt. 36 Muros, & propugnacula caſtrorum. 37 Mandaverat. Alludit ad diſciplinam Romanæ militiæ, quâ ſeveriſſimè animadvertebatur in eos, qui injuſſu Imperatoris in hoſtem pugnaſſent. 38 Rei militaris ſcientiſſimùs ac peritiſſimus, id eſt, ſicut decet optimum ducem. 39 Si qui fortè oppugnationis alius-ve belli caſus, ſe abſente, daretur. 40 Inſtruere. 41 Committere ſe. 42 Patenti. 43 Solummodò. 44 Tutò munitos. 45 Accumulatis terris & vallo.

Ergo

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| 1 Cum hoſtibus inſultantibus. | *Ergo, etſi [1] conferre manum pudor, iraque [2] monſtrat,* |
| 2 Suadet, urget, hortatur eos. | *[3] Objiciunt portas tamen, & [4] præcepta [5] faceſſunt,* |
| 3 Hoſtibus | *Armatique cavis exſpectant [6] turribus hoſtem.* |
| 4 Æneæ. | *Turnus, [7] ut antè volans [8] tardum præceſſerat [9] agmen,* |
| 5 Efficiunt. | *Viginti [10] lectis [11] equitum [12] comitatus, & urbi* |
| 6 In propugnaculis factis in extremitatibus caſtrorum, quæ in morem urbis exſtruxerant. | *Improviſus adeſt: [13] maculis [14] quem [15] Thracius albis* |
| 7 Pro t, ſecundum quod. | *Portat equus, criſtâque tegit galea aurea rubrâ.* |
| 8 Tardè incedens, reſpectu equitum: vel, Turno feſtinanti tardum viſum. | *Ecquis erit mecum, ô juvenes, qui [16] primus in hoſtem?* |
| 9 Peditum. | *En, ait: & [17] jaculum intorquens, emittit in auras,* |
| | *Principium pugnæ, & campo ſeſe [18] arduus infert.* |
| | *[19] Clamore excipiunt ſocii, fremituque [20] ſequuntur* |
| | *Horriſono. Teucrûm mirantur [21] inertia corda,* |
| | *[22] Non æquo dare ſe campo, non obvia ferre* |
| | *Arma [23] viros, ſed caſtra fovere: * hùc [24] turbidus atque hùc* |
| | ** Luſtrat [25] equo [26] muros, aditumq; [27] per avia quærit.* |
| | *[28] Ac, veluti plano lupus inſidiatus ovili,* |
| | *Cùm fremit ad [29] caulas, ventos perpeſſus, [30] & imbres,* |
| | *[31] Nocte ſuper mediâ; [32] tuti ſub matribus agni* |
| | *[33] Balatum exercent: [34] ille aſper, [35] & improbus [36] irâ* |
| | *[37] Sævit in [38] abſentes: collecta [39] fatigat edendi* |
| | *[40] Ex longo * rabies, & [41] ſiccæ [42] ſanguine [43] fauces:* |
| | *Haud aliter [44] Rutulo, muros & caſtra [45] tuenti,* |

10 Electis ex omnibus aliis. 11 Ex equitibus. 12 Stipatus. 13 Albas habens maculas. Sic lib. 5. *quem Thracius albis Portat equus bicolor maculis.* 14 Turnum. 15 E Thraciâ. 16 Irruat. 17 Reſpicit mores Romanorum, ubi dux, haſtâ in fines hoſtium miſſâ, principium pugnæ dediſſe putabatur. 18 Eminens. 19 Rutuli acclamant & applaudunt illi facto, ſc. haſtæ jactui. 20 Turnum. 21 Ignava, quod non venirent, inſtructâ acie, in pugnam: idque ſecundum Rutulorum opinionem, quos latebat mandatum Æneæ. 22 Quod non da ent & crederent ſe. 23 Cùm viri ſint. * Circumſpicit vagando in diverſos angulos. 24 Turnus commotus irâ. 25 In equo. 26 Caſtrorum. 27 Per loca inacceſſa. Inſolentiam notat Turni, & furorem, qui per avia quærebat viam. 28 Comparatio, quâ clariſſimè impotentes Turni affectus ob oculos ponuntur. 29 Stabula ovium, ovilia. 30 Dum exſpectat aditum. 31 Ultra mediam noctem. 32 Per munimenta caularum. 33 Quo lupum irritant. 34 Sc. *undè.* 35 Effectus. 36 Furore, quia repellitur, aut ſecluditur. 37 Sævitiam ſuam acuit. 38 Seclusos à ſe, & quos rapere negatum. 39 Torquet & urget ipſum. * Fames rabioſa. 40 Sc. *tempore.* 41 Non imbutæ ex longo tempore. 42 Prædarum. 43 Sc. *fatigant ipſum.* 44 Turno, quem lupo comparat. 45 Inſpicienti.

*Igneſ-*

Digitized by Google

[1] *Igneſcunt iræ, & duris dolor [2] oſſibus ardet,*
*Quâ [3] tentet ratione aditus, [4] & quâ via clauſos*
*Excutiat [5] Teucros vallo, atque [6] effundat in æquor.*
[7] *Claſſem, quæ lateri caſtrorum adjuncta latebat,*
*Aggeribus [8] ſeptam circùm, & fluvialibus [9] undis,*
[10] *Invadit,* [11] *ſociſque incendia poſcit ovantes,*
*Atque manum* [12] *pinu flagranti fervidus implet.*
*Tùm verò* [13] *incumbant:* [14] *urget præſentia Turni,*
*Atque omnis facibus* [15] *pubes* [16] *accingitur* [17] *atris.*
[18] *Diripuêre* [19] *focos:* [20] *piceum fert fumida lumen*
*Tæda, &* [21] *commiſtam* [22] *Vulcanus ad aſtra* [23] *favillam.*
[24] *Quis Deus, ô Muſæ, tam* [25] *ſæva incendia* [26] *Teucris*
*Avertit? tantos ratibus* [27] *quis* [28] *depulit ignes?*
*Dicite:* [29] *priſca fides facto,* [30] *ſed fama perennis.*
*Tempore quo primùm Phrygiâ* [31] *formabat in Idâ*
*Æneas claſſem, & pelagi petere alta parabat;*
*Ipſa Deûm fertur genitrix* [32] *Berecynthia, magnum*
*Vocibus his affata Jovem: Da, nate, petenti,*
*Quod tua chara* [33] *parens* * *domito te poſcit* * *Olympo.*
[34] *Pinea ſylva* [35] *mihi, multos* [36] *dilecta per annos,*
[37] *Lucus in* [38] *arce fuit* [38] *ſummâ,* [39] *quò ſacra* [40] *ferebant,*
[41] *Nigranti* [42] *piceâ, trabibuſque obſcurus* [43] *acernis:*
[44] *Has ego* [45] *Dardanio juveni, cùm claſſis egeret,*
[46] *Læta dedi: nunc* [47] *ſollicitam timor* [48] *anxius* [49] *urget.*

1 Ignitæ fiunt & incenduntur. 2 Medullas uſque penetrant. 3 Cogitans, quâ modo moliatur. 4 Et quâ ratione vi aliqua eliciat aut excutiat Troas caſtrorum vallo: proinde init conſilium incendendæ claſſis. 5 Quos ovibus, intra caulas concluſis, comparat. 6 Effuſim venire cogat in aciem & campum planum ad pugnandum. 7 Cohortem Teucrorum. 8 Circumſeptam, id eſt, circumcinctam. 9 Numici. 10 Hoc cogitans, Turnus invadit. 11 Et expoſcit à ſociis lætis ignem, id eſt, ut immittant faces incendia facturas. 12 Face pingui & reſinoſa, quam in naves torqueat. 13 Rutuli combuſtioni navium. 14 Inſtigat eos. 15 Juventus Rutulorum. 16 Ex, editè inſtruitur, armatur. 17 Fumoſis ex pice. 18 Rutuli ſc. quia Turnus popoſcerat ignem. 19 Ignes. Continens pro contento. 20 Quale ex pice fit. 21 Fuligine piceâ. 22 Incendium, vel ignis. 23 Flammulam. 24 Rem incredibilem narraturus invocat Muſas Poëta. 25 Magna & violenta. 26 A navibus Trojanorum. 27 Sc. *Deus*. 28 Cybele depulit ignes è ratibus. 29 Factum hoc eſt valdè antiquum, & ita obſcurum. 30 Sed tamen fama eſt per annos durans & conſtans. 31 Formare parabat: non enim in Ida, ſed in Antandro facta. 32 Cybele, quæ in *Berecyntho*, Phrygiæ monte, colitur. 33 Ego. * Poſtquàm cœli dominus effectus es. 34 In quâ plurimæ pinus naſcuntur. 35 A me. 36 Pinus Magnæ matri ſacra. 37 Ut ſit mihi lucus conſecratus. 38 Summo cacumine Idæ montis, quæ Gargara dicitur. 39 Ad quem lucum. 40 Phrygii. 41 Ad nigredinem tendenti. 42 Arbore. 43 Ex acere arbore. 44 Arbores. 45 Æneæ. 46 Lubens & volens. 47 Quia ſcivit claſſem Æneæ appetendam ignibus. 48 Anxietatem afferre ſolitus. 49 Al. *angit*.



Digitized by Google

[1] *Solve metus, atque hoc precibus ſine poſſe parentem,*
[2] *Ne curſu quaſſatæ ullo, neu turbine venti*
[3] *Vincantur:* [4] *proſit, noſtris in montibus* [5] *ortas.*
[6] *Filius huic contrà,* [7] *torquet qui ſidera mundi:*
*O genitrix,* [8] *quò fata* [9] *vocas? aut quid petis* [10] *iſtis?*
[11] *Mortali-ne manu factæ* [12] *immortale carinæ*
[12] *Fas habeant?* [13] *certuſque incerta pericula luſtret*
*Æneas? cui * tanta Deo permiſſa * poteſtas?*
[14] *Imò, ubi* [15] *defunctæ,* [16] *finem, portuſque tenebunt*
*Auſonios,* [17] *olim quæcunque evaſerit* [18] *undis,*
[19] *Dardaniumq; ducem Laurentia vexerit* [20] *arva,*
*Mortalem* [21] *eripiam formam, magnique jubebo*
*Æquoris eſſe Deas: qualis* [22] *Nereïa Doto,*
*Et Galatea, ſecant ſpumantem pectore pontum.*
[23] *Dixerat: idq;* [24] *ratum* [25] *Stygii per flumina fratris,*
*Per pice* [26] *torrentes, atrâque voragine* [27] *ripas,*
[28] *Annuit, & totum nutu tremefecit* [29] *Olympum.*
*Ergo aderat* [30] *promiſſa dies; & tempora Parcæ*
*Debita complerant: cùm Turni* [31] *injuria* [32] *matrem*
*Admonuit,* [33] *ſacris ratibus depellere* [34] *tædas.*
[35] *Hîc primùm* [36] *nova lux oculis effulſit, & ingens*
*Viſus* [37] *ab aurorâ* [38] *cælum tranſcurrere* [39] *nimbus,*
[40] *Idæique* [41] *chori:* [42] *tùm vox* [43] *horrenda per auras*
[44] *Excidit, & Troûm,* [45] *Rutulorumque agmina complet.*

1 Ex'me mihi timorem, libera me hoc metu. Petitio. 2 Ne intereat claſſis pinea. 3 Trabes, quæ ſacræ mihi ſunt. 4 Ipſis. 5 Ortas eſſe in luco meo. 6 Jupiter reſpondet. 7 Suſtinet, regit, id eſt, cui eſt rerum omnium poteſtas. 8 In quam conditionem. 9 Trahis, ut contra fatorum ordinationem, corruptibiles arbores non corrumpantur.

10 Pro illis vilibus rebus, *aut*, iſtis precibus. 11 Ab hominibus, qui mortales ſunt. 12 Jus immortalitatis, id eſt, petis ne ut immortales ſint? 13 Securus eventuum & periculorum: quia potius qui navigat, incertus certa adit pericula. * Ex mortali facere immortalem. 14 Quinimò id potiùs faciam. 15 Liberatæ munere navigandi vehendique Æneam. 16 Navigationum. 17 Aliquando, tempore futuro, poſt ſeptennales errores. 18 Ab undis, à procellis. 19 Æneam. 20 Sc. *ad.* 21 Ei. 22 Nerei filia. 23 Jupiter. 24 Firmum eſſe. 25 Styga Plutonis, per quam non poterant Dii pejerare, l. 6. *Dii cujus jurare timent & fallere numen.* 26 Ardentes. 27 Per Stygias paludes. Confirmat autem promiſſum juramento peculiari. 28 Nutu ſignificat. 29 Cœlum. 30 Tempus ſolvendi promiſſum, ſive quo naves, munere ſuo defunctæ, ſalvum Æneam in Italiam perduxiſſent. 31 Violentia injuſta. 32 Deorum ſc. id eſt Cybelen. 33 Sacratis arboribus factis. 34 Faces ex tædis factas. 35 In hac exuſtione navium, aut hoc loco dicto. 36 Magnus & inſolitus nimbus Deorum. 37 Incipiens ab Oriente. 38 Aërem. 39 Nubes ſplendore inſignis, in quâ Cybele, & Phrygiæ Deæ comites. 40 Qui ſunt in tutela matris Deorum. 41 Sc. *viſi ſunt.* 42 Inſuper. 43 Metuenda. 44 Ex nimbo. 45 Populorum Turni.



Digitized by Google

*[1] Ne trepidate [2] meas Teucri defendere naves,*
*Ne-ve [3] armate manus: maria [4] antè exurere Turno,*
*Quàm [5] ſacras dabitur [5] pinus. [6] Vos ite ſolutæ,*
*Ite [7] Deæ pelagi: [8] genitrix jubet: & [9] ſua quæque*
*Continuò [10] puppes abrumpunt [11] vincula ripis,*
*Delphinumque [12] modo demerſis æquora roſtris*
*Ima petunt: [13] hinc virgineæ (mirabile monſtrum)*
*[14] Reddunt ſe totidem facies, [15] pontoque feruntur,*
*Quot priùs [16] æratæ ſteterant ad littora [17] proræ.*
*Obſtupuêre animis Rutuli: conterritus [18] ipſe*
*Turbatis Meſſapus equis: [19] cunctatur & amnis,*
*Rauca ſonans, [20] revocatq; pedem [21] Tiberinus ab alto.*
*At [22] non audaci ceſſit fiducia Turno:*
*Ultrò [23] animos [24] tollit dictis, atque [25] increpat ultrò.*
*[26] Trojanos hæc monſtra petunt: his [27] Juppiter ipſe*
*[28] Auxilium ſolitum eripuit: [29] non tela, nec ignes*
*Exſpectant [30] Rutulos: [31] ergo maria [32] invia Teucris,*
*Nec [33] ſpes ulla fugæ: [34] rerum pars altera [35] adempta eſt.*
*Terra autem [36] in manibus noſtris: [37] tot millia gentis*
*[38] Arma ferunt Italæ. [39] Nil me fatalia terrent.*
*Si qua Phryges præ ſe [40] jactant [41] reſponſa Deorum,*
*Sat [42] fatis, [43] Veneriq; [44] datum eſt; tetigêre quòd arva*
*Fertilis [45] Auſoniæ Troës: ſunt & mea contrà*

1 Neſeſtinate cum timore. Loquitur Cybele. 2 Mihi propter pinus ſacratas. 3 Ad defenſionem. 4 Citiùs, faciliùs. 5 Naves è pinibus ſacris mihi ædificatas. 6 Adhuc naves. 7 Transformetæ in Deas pelagi: lege Ovid. 14. Met. 8 Deorum. Verba hæc ſunt vel Cybeles, vel Poëtæ. 9 Vincula. 10 Naves, incipientes à puppibus Nymphæ fieri. 11 Retinacula. 12 More. 13 Emergentes ex aquis. 14 Exhibent. 15 In mare. 16 Roſtris æreis armatæ. 17 Naves. 18 Etſi Neptuni eſſet filius. 19 Fixus manet. 20 Non audet influere altum mare, id eſt, Tyrrhenum mare, in quod ſe Nymphæ, ex navibus factæ, receperant. Sic 8. l. *reſluitque exterritus amnis:* de eodem Tibri. 21 Deus, id eſt, Tiberis. 22 Animoſitas non amota eſt à Turno audace. 23 Suorum obſtupeſcentium. 24 Erigit verbis conſolatoriis. 25 Redarguit eos. 26 Portenta hæc Trojanos ſpectant, eorum perniciem prædicunt, malum Trojanis portendunt. 27 Quem dicunt profectionis ſuæ autorem. 28 Quia non poterunt ampliùs navibus aufugere, ut hactenus aufugerunt. 29 Non exſpectant Trojani, ut Rutulorum telis, aut ignibus pereant, qui jam navium amiſſione perierunt, id eſt, debent jam non exſpectare, ſed vereri. 30 Rutulorum manibus immiſſos. 31 Quia naves ablatæ ſunt. 32 Sunt inacceſſibilia. 33 Eſt eis relicta, id eſt, fugere non poterunt. 34 Auxiliorum, ſc. beneficium navigationis, facultas navigandi. 35 Amiſſis navibus. 36 In noſtra eſt poteſtate, nobis patet. 37 Copiæ & auxilia recenſita ſuprà l. 7. Al. *gentes.* 38 Contra tam paucos. 39 Nihil moveor, quod fatale eis fuerit in Italiam pervenire. 40 Quaſi confingant iſta. 41 Oracula. 42 Trojanorum. 43 Petitioni Veneris. 44 Conceſſum eſt. 45 Italiæ.

1 F.ventia mihi. Trojanorum fatis viciſſim ſua opponit, ſc. ut gentem Trojanam in hac ipſa terra deleat, quæ aliena præripit conjugia. 2 Gladio. 3 Impiam, conjugii violatricem. 4 Sponſâ Laviniâ. 5 Etiam me tangit. 6 Lædit. Ter. *Quo pacto*

*Fata* [1] *mihi,* [2] *ferro* [3] *ſceleratam exſcindere gentem,*
[4] *Conjuge præreptâ: nec* [5] *ſolos* [6] *tangit* [7] *Atridas*
*Iſte dolor, ſoliſque licet* [8] *capere arma* [9] *Mycenis.*
[10] *Sed periiſſe ſemel ſatis eſt: peccare fuiſſet*
*Antè ſatis, penitùs modò non genus omne peroſos*
*Fœmineum: quibus hæc* [11] *medii fiducia* [11] *valli,*
[12] *Foſſarumque mora,* [13] *lethi diſcrimina parva,*
*Dant* [14] *animos: an non viderunt* [15] *mœnia Trojæ,*
*Neptuni fabricata manu,* [16] *conſidere in ignes?*
[17] *Sed vos, ô* [18] *lecti, ferro* [19] *quis ſcindere* [20] *vallum*
*Apparat, & mecum invadit* [21] *trepidantia caſtra?*
[22] *Non armis mihi Vulcani,* [23] *non mille carinis*
*Eſt opus* [24] *in Teucros:* [25] *addant ſe* [26] *protinùs omnes*
*Etruſci ſocios:* [27] *tenebras, &* [27] *inertia furta*
[29] *Palladii,* [30] *cæſis ſummæ cuſtodibus* [31] *arcis,*
*Ne timeant, nec* [32] *equi* [33] *cæcâ condemur in alvo:*
[34] *Luce* [35] *palàm certum eſt igni* [36] *circumdare muros.*
*Haud ſibi cum Danais* [37] *rem, faxo, &* [38] *pube Pelaſgâ,*
*Eſſe putent, decimum* [39] *quos* [40] *diſtulit Hector in annum,*

*Rhodium* tetigerim *in convivio.* 7 Menelaum, cui ablata fuit Helena uxor. 8 Contra raptorem conjugis. 9 Populis Menelai. Mycenæ patria Agamemnonis. 10 Verùm dicent Trojani, ſe ſatis punitos propter Helenæ raptum à Paride factum. Reſp. debuiſſent ergo peccare; didiciſſent odiſſe potius fœminas omnes, quàm vel unam rapere: quod quia in Lavinia faciunt, iterùm pereant. 11 Quia vallum habent intermedium, quo à nobis eripiuntur. 12 Dilationes, quas foſſæ faciunt. 13 Parvæ diſtantiæ à morte. 14 Fiduciam. 15 A Majori ad Minus. 16 Æn. 2. *Tum verò omne mihi viſum* conſidere in ignes *Ilium.* 17 Exhortatur ad oppugnandum. 18 Viri delecti ad militiam. 19 Veſtrum. 20 Caſtrorum Trojanorum munitionem. 21 Infirma, aut Trojanorum trepidantium metu. 22 Non mihi, ut Achilli, opus eſt πανοπλίᾳ Vulcaniiſque armis: ſatis enſis erit. 11. Æn. 23 Ut Græcis, Trojam expugnaturis. 24 Ad excidium Trojanorum. 25 Hoc propter Evandri, Tarchontis, Thuſcorumque auxilia. 26 Porrò tenùs, id eſt, circumquaque, aut ſtatim. 27 Non eſt, quod timeant, ne per tenebras, & noctu cædantur, quod tempus maximè eſt opportunum inſidiis. 28 Quæ inertibus, non ſtrenuis viris, conveniunt. 29 Quibus Ulyſſes cum ſociis Palladium ex arce Trojana ſuſtulit. 30 Per inſidias interemptis. 31 Illi. 32 Lignei. 33 Tenebroſa, id eſt, non inſidiis, ut Græci, rem agemus. Victoria non dolo, ſed virtute paranda eſt. 34 Ergo non per tenebras. 35 Ergo non per inertia furta. 36 Obſidere. 37 Militarem, id eſt, bellum. 38 Q. d. ignava reſpectu noſtri. 39 Danaos & Pelaſgos. 40 Dimovit à patria & victoria, aut extendit in caſtris verſantes.

Nunc

*Nunc adeò, [1] melior quoniam pars [2] acta diei,*
*Quod ſupereſt, læti benè geſtis corpora rebus*
[3] *Procurate viri, & [4] pugnam [5] ſperate parati.*
[6] *Intereà vigilum excubiis [7] obſidere [8] portas*
*Cura datur Meſſapo, & [9] mœnia cingere [10] flammis,*
*Bis ſeptem Rutuli, [11] muros qui [12] milite ſervent,*
*Delecti: aſt illos centeni [13] quemque ſecuti*
[14] *Purpurei criſtis juvenes, auroque [15] coruſci.*
*Diſcurrunt, [16] variantque vices: [17] fuſiq; per herbam*
*Indulgent vino, & [18] vertunt crateras [19] ahenos.*
[20] *Collùcent ignes: noctem [21] cuſtodia ducit*
*Inſomnem ludo.*
*Hæc [22] ſuper è vallo proſpectant Troës, & armis*
[23] *Alta [24] tenent: nec non [25] trepidi formidine [26] portas*
*Explorant, [27] pontesq; & [28] propugnacula [29] jungunt.*
*Tela [30] gerunt: [31] inſtant Mneſtheus, [32] acerq; Sereſtus:*
[33] *Quos pater Æneas, ſi quando [34] adverſa [35] vocarent,*
*Rectores [36] juvenum, & [37] rerum dedit eſſe magiſtros.*
*Omnis [38] per muros [39] legio, [40] ſortita periclum,*
*Excubat, [41] exercetq; vices, quod cuiq; [42] tuendum eſt.*
*Niſus erat portæ cuſtos, [43] acerrimus armis,*
[44] *Hyrtacides: comitem Ænea quem miſerat [45] Ida*
*Venatrix, [46] jaculo celerem, [47] levibusque ſagittis.*
*Et [48] juxtà comes [49] Euryalus, quo pulchrior alter*

1 Melior, aut magis opportuna. 2 Transacta. 3 Reficite. 4 Contra Trojanos. 5 Refectis affectate, aut cum ſpe exſpectate invaſionem Teucrorum. 6 Dum ſe reficiunt. 7 Obſidendi. Enallage conjugationis. 8 Novæ Trojæ aut caſtrorum Trojanorum. 9 Vallum caſtrorum cingendi. 10 Accenſis ab excubitoribus. 11 Caſtrorum. 12 Multitudine militum. 13 Quemlibet centurionum. 14 Habentes in galeis criſtas purpureas. 15 Fulgentes. 16 Per vices ſuccedunt vigiliis, primæ, ſecundæ, tertiæ. 17 Diſperſi. 18 Fundìtùs ebibunt. 19 Æreos. 20 In caſtris & cuſtodia. 21 Milites, qui excubabant, traducunt ludendo noctem ſine ſomno. 22 Deſuper. 23 Propugnacula. 24 Defendunt. 25 Trepidantes & feſtinantes. 26 An ſatis firmiter clauſæ atque munitæ ſint. 27 Ligneos, quos ſurſum trahunt. 28 Pinnas ferro munitas, quibus hoſtem arceant. 29 Portis. 30 Ad muros. 31 Operi. 32 Vir ſtrenuus. 33 Duos. 34 Sicut hoſtium oppugnationes & obſidiones. 35 Exigerent eorum præſidium. 36 Al. *juveni*, id eſt, Aſcanio, proſpectores, conſultores, inſtitutores, præſides. 37 Gerendarum. 38 In circuitu murorum. 39 Exercitus. 40 Sorte diviſa ad pericula depellenda. 41 Per vices excubat. 42 Defendendum eſt. 43 Maximè ſtrenuus in rebus bellicis. 44 Hyrtaci filius. Deſcribit Niſum à parente, ſtudioque jaculandi. Niſus & Euryalus numerantur inter amicorum paria, ut Pylades & Oreſtes & alii. 45 Mons Phrygiæ, patria & parens venatorum opt. inter alios Niſi aut, *Ida*, mater ejus. 46 Quia ſolùm jaculum portare ſolebat. 47 Non ponderoſis. 48 Niſum. 49 Erat.

*Non fuit* [1] *Æneadûm*, [2] *Trojana nec induit arma*,
*Ora puer* [3] *primâ ſignans intonſa* [4] *juventâ.*
[5] *His amor* [6] *unus erat, pariterque in bella ruebant:*
*Tunc quoque* [7] *communi portam ſtatione tenebant.*
*Niſus* [8] *ait: Dii-ne hunc* [9] *ardorem* [10] *mentibus addunt,*
*Euryale?* [11] *an ſua cuique Deus fit* [12] *dira cupido?*
*Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum*
*Mens* [13] *agitat mihi*, [14] *nec placidâ contenta quiete eſt.*
*Cernis, quæ Rutulos* [15] *habeat fiducia rerum?*
[16] *Lumina rara micant: ſomno vinoque* [17] *ſoluti*
*Procubuêre: ſilent latè loca: percipe* [18] *porrò,*
[19] *Quid dubitem, & quæ nunc animo ſententia ſurgat.*
*Æneam* [20] *acciri omnes*, [21] *populuſque, patreſque*
*Expoſcunt*, *mittique* [22] *viros, qui* [23] *certa reportent.*
[24] *Si tibi, quæ poſco, promittunt. (nam mihi facti*
*Fama ſat eſt)* [25] *tumulo* [26] *videor reperire ſub illo*
*Poſſe viam ad muros, &* [27] *mœnia Pallentea.*
*Obſtupuit magno* [28] *laudum perculſus amore*
*Euryalus;* [29] *ſimul his* [30] *ardentem affatur* [31] *amicum:*
*Me-ne igitur ſocium ſummis adjungere* [32] *rebus,*
*Niſe*, [33] *fugis? ſolum te in tanta pericula* [34] *mittam?*
*Non* [35] *ita me genitor*, [36] *bellis aſſuetus, Opheltes,*
[37] *Argolicum terrorem inter, Trojæque labores,*

1 Æneadarum, id eſt, inter Æneadas. 2 Neque omnium, qui Trojana induerunt arma, alius quiſpiam pulchrior fuit. 3 Imberbia & lævia. 4 Lanugine & erumpente barba inſigni. 5 Duobus. 6 Uniformis. 7 Deputati ad ſtandum pro portis in eodem loco. 8 Ad Euryalum. 9 Vehementem affectum ad aliquid novi perficiendum. 10 Noſtris. 11 An ſuam quiſque cupiditatem magnam pro Dei inſtinctu habet? 12 Vehemens & magna. 13 Meditatur. 14 Nec mens poteſt quieſcere, etiamſi quieſcere coner. 15 Teneat. 16 Nocturnorum ignium. 17 Sepulti, obruti. 18 Profundius. 19 Quid mihi, varia in animo verſanti, deliberetur tandem fixumque ſedeat. 20 Advocari ad nos. 21 Alludit ad Romanorum conſuetudinem: apud quos primum populus jubebat, deinde patres fiebant auctores. 22 Aliquos. 23 Renuntient, quid certi de hac re ſit. 24 Propoſitio conſilii. Si proceres Trojani tibi ſe ſoluturos promiſerint, quæ poſco in expeditionis hujus præmia: nam mihi facti fama ſat eſt. Rationes enim poſtea reddit tres, cur Euryalum non admiſſurus comitem, ſibi ſupereſſe velit. 25 Colliculo. 26 Mihi. 27 Ad Evandrum, ubi Æneam eſſe putabat. 28 Quia lauserat, per medios hoſtes iviſſe ad Æneam. 29 Cùm obſtupeſceret. 30 Cupidine gloriæ. 31 Niſum. 32 Quas paras. 33 Recuſas? 34 Mitti ſinam? 35 Ut me ſocium fugere debeas. 36 Commendat patrem à virtute militari. 37 Inter bella, quæ Græci Trojanis inferebant, natum educatumque. Ter. *Quicquid peperiſſet, decreverunt tollere.* Nati enim infantes & ab obſtetrice ſublati, protinus nudi in terra ſtatuebantur: Deorumque auxilium naſcenti invocabatur. Indè à patribus tollebantur. Qui autem non tollebatur, pro abdicato & projectitio habebatur.

Subla-

*Sublatum erudiit: nec tecum [1] talia geſſi,*
*Magnanimum Æneam, & [2] fata extrema ſecutus.*
*Eſt hic, eſt [3] animus [4] lucis contemptor, & [5] iſtum*
*Qui [6] vitâ benè credat emi, [7] quo tendis, honorem.*
*[8] Niſus ad [9] hæc. Equidem de te nil [10] tale verebar;*
*Nec [11] fas: [12] non [13] ita me [14] referat tibi magnus [15] ovantem*
*Juppiter, aut [16] quicumque oculis hæc aſpicit [17] æquis.*
*Sed ſi quis ([18] quæ multa vides [19] diſcrimine tali)*
*Si quis in [20] adverſum rapiat caſus-ve, Deus-ve,*
*Te [21] ſupereſſe velim: tua [22] vitâ dignior [23] ætas.*
*[24] Sit, qui me [25] raptum [26] pugnâ, [27] pretio-ve redemptum*
*[28] Mandet humo [29] ſolitâ; aut, ſi qua [30] id fortuna vetabit,*
*[31] Abſenti [32] ferat [33] inferias, [34] decoretq; [35] ſepulchro.*
*Neu [36] matri miſeræ tanti ſim cauſa doloris,*
*Quæ te ſola, puer, multis è [37] matribus [38] auſa*
*Proſequitur, magni [39] nec mœnia curat Aceſtæ.*
*[40] Ille autem: Cauſas nequicquam [41] nectis inanes,*
*Nec mea jam mutata loco ſententia [42] cedit.*
*[43] Acceleremus, ait: [44] vigiles ſimul excitat: illi*
*[45] Succedunt, ſervantque [46] vices è [47] ſtatione [48] relictâ.*

1 Ut me comitem fugias. 2 Uſque ad fatalem terram. 3 Meus eſt. 4 Vitæ, præ gloria, id eſt, non curo mori. 5 Tuum, & à te modò contemptum. 6 Vitæ pretio. 7 Ad quem properas. 8 Reſpondit. 9 Euryali verba. 10 Quale tu ſuſpicaris in præſentia, id eſt, ſatis confidebam virtuti & animoſitati tuæ. 11 Æquum erat de te quidquam dubitare. 12 Non fas eſt. 13 Quod ſentio, dico. 14 Reducat. 15 Mediocri victoria lætantem. 16 Deus. 17 Favorabilibus. 18 Qualia pericula. 19 In periculo tali, quale eſt, per medios hoſtes viam captare. Solet enim rebus, præclare cœptis, rarò fortuna reſpondere. 20 Rem adverſam, id eſt, mortem. 21 Supervivere poſt mortem meam. 22 Quàm mea. 23 Eſt. 24 Ut ſit. 25 Morte. 26 Inter pugnandum. 27 Sicut Achilles Hectoris corpus reddebat. 28 Sepeliat. 29 Ubi cæteri ſepeliuntur; vel, more ſolito debitoque exequiarum munere. 30 Me habere legitimam ſepulturam. 31 Mihi, id eſt, ut ſit aliquis, *qui*, &c. 32 Inferebantur autem ſacris hiſce mortuorum, mel, lac, oleum, vinum, ſanguis, comæ. 33 Sacrificium inferis placandis fieri ſolitum. 34 Et qui ornet me. 35 Sc. *inani*, id eſt, cenotaphio. 36 Tuæ. 37 Trojanis, quæ in Sicilia manſerant. 38 Mare iterùm ingredi. 39 Nec cum reliquis matribus remanſit in urbe, ab Aceſtâ, rege Siciliæ, condita donataque Trojanis: ut l. 5. 40 Euryalus reſpondit. 41 Ingeris nihil in me profuturas. 42 Mutabitur, neque cedet à ſtatione ſuâ. 43 Properemus ad conceptum facinus. 44 Qui officio vigilandi addicti erant. 45 Quia Euryalus & Niſus vigiles erant: ideo illi ſucceſſere. 46 Officium vigilandi. 47 Loco, vigilibus ad excubias agendas aſſignato. 48 Ab Euryalo.

[1] *Ipſe comes Niſo graditur,* [2] *regemque requirunt.*
*Cætera per terras omnes animalia* [3] *ſomno*
*Laxabant curas, & corda* [4] *oblita laborum.*
[5] *Ductores Teucrûm* [6] *primi, & delecta juventus,*
*Conſilium* [7] *ſummis regni de rebus habebant,*
*Quid facerent, quis-ve Æneæ* [8] *jam* [9] *nuntius eſſet.*
[10] *Stant longis* [11] *adnixi* [12] *haſtis, & ſcuta tenentes,*
*Caſtrorum, &* [13] *campi* [14] *medio: tùm Niſus, & unà*
*Euryalus,* [15] *confeſtìm* [16] *alacres* [17] *admittier orant:*
[18] *Rem magnam, pretiumque* [19] *mora* [20] *fore. Primus Iülus*
*Accepit* [21] *trepidos, ac Niſum* [22] *dicere juſſit.*
*Tùm* [23] *ſic Hyrtacides:* [24] *Audite ô mentibus æquis*
*Æneadæ, ne-ve hæc noſtris* [25] *ſpectentur ab annis,*
*Quæ* [26] *ferimus.* [27] *Rutuli ſomno vinoque* [28] *ſepulti*
[29] *Conticuêre,* [30] *locum* [31] *inſidiis conſpeximus ipſi,*
*Qui patet in bivio* [32] *portæ, quæ proxima Ponto.*
[33] *Interrupti* [34] *ignes, aterque ad ſidera* [35] *fumus*
*Erigitur:* [36] *ſi fortunâ permittitis uti,*
[37] *Quæſitum Æneam ad mœnia Pallantea,*
*Mox hîc cum ſpoliis, ingenti cæde* [38] *peractâ,*
[39] *Adfore cernetis:* [40] *nec nos via fallet euntes.*
[41] *Vidimus obſcuris † primam ſub vallibus † urbem*

1 Euryalus. 2 Aſcanium principem, regis filium, cui jus ad regnum. Ita l. 6. Ariadna, Minois regis filia, dicitur regina: & Laviniæ datur corona 7. l. 3 Dormiendo. 4 Erant. 5 Duces, gubernatores. 6 Principui. 7 Et jam quaſi extremis, & in ſummo periculo ſitis. 8 In tam arctâ obſidione.

9 Qui talia nuntiaret. 10 Ductores Trojanorum. 11 Suffulti. 12 Quas in manibus habebant. 13 Areæ, quæ erat in nova urbe nondum ædifi ata. 14 Sc. in. 15 Pariter. 16 Læti, & præ ſe ferentes fiduciam. 17 Admitti ad conſilium. 18 Sc *& promiſerunt.* 19 Differendi conſilii. Q. d. fieri quidem poteſt, ut importunus videatur interventus hic noſter, qui conſultationes veſtras remoretur; ſed tamen ſperamus, ut rei oblatæ pondus moram officio compenſet. 20 Ex ipſorum admiſſione. 21 Geſtientes. 22 Quid vellet. 23 Filius Hyrtaci Niſus ſic orſus eſt. 24 Quæ dicam. 25 Conſiderentur, id eſt, non judicentur pro juvenili ætate noſtra: quia ſumus penè pueri. 26 Adferimus. 27 Qui urbem hanc obſident. 28 Immerſi. Al. *ſoluti.* 29 Al. *procubuêre,* id eſt, proſtraverunt ſe. 30 Aptum. 31 Rutulis faciendis. 32 Quod tendit ad portam caſtrorum, quæ proxima eſt Tyrrheno mari. 33 Aliis ſc. exſtinctis, aut certe deficientibus, quod ex fumo apparet: quod ſignum eſt ignium ſopitorum, atque eos dormire. 34 Rutulorum. 35 Sine flamma. 36 Si occaſione fortuitò nobis oblatâ per vos veſtrumque imperium uti liceat: neque enim ex rei militaris diſciplina atque ſacramenti licet à caſtris diſcedere inconſulto duce. 37 Inveſtigatum à nobis. 38 Adfuturum. 39 Ab ipſo nobiſcum. 40 Multos in viâ occidemus. 41 Dat cauſam. † Frontem ædificiorum urbis Pallantei exiſtentem ſub vallibus obſcuris; ſic enim è longinquo ſpectantibus viſa nemus & luci: l. 8. *ſolemnem tùm forte honorem Arcas honorem Herculi ferebat Ante urbem in luco.*

*[1] Venatu aſſiduo, & totum cognovimus [2] amnem.*
*[3] Hîc [4] annis gravis, atq; [5] animi maturus [6] Alethes:*
*Dii patrii, quorum ſemper ſub [7] numine Troja eſt,*
*[8] Non tamen omninò Teucros delere paratis,*
*[9] Cùm tales animos juvenum, & tam certa [10] tuliſtis*
*Pectora: ſic [11] memorans, humeros dextraſque tenebat*
*[12] Amborum, & vultum lachrymis atque ora rigabat:*
*Quæ vobis, quæ digna, [13] viri, pro talibus auſis,*
*Præmia poſſe rear ſolvi? [14] pulcherrima primùm*
*Dii, moreſque dabunt veſtri: [15] tùm cætera reddet*
*[16] Actutùm pius Æneas, atque integer ævi*
*Aſcanius, meriti tanti non [17] immemor unquam.*
*Imò ego vos, cui ſola ſalus genitore reducto,*
*([18] Excipit Aſcanius) per magnos, Niſe, Penates,*
*[19] Aſſaracique Larem, & [20] canæ penetralia [20] Veſtæ,*
*[21] Obteſtor, ([22] quæcunque mihi fortuna, [23] fideſq; eſt,*
*In veſtris [24] pono [25] gremiis) revocate parentem,*
*[26] Reddite [27] cônſpectum: [28] nihil illo triſte [29] recepto.*
*Bina [30] dabo [31] argento perfecta, atque aſpera [32] ſignis*
*Pocula, [33] devictâ genitor quæ [34] cepit [35] Ariſbâ:*
*Et [36] tripodas geminos, auri duo magna talenta:*
*Cratera antiquum, quem [37] dat Sidonia Dido.*
*Si verò capere Italiam, [38] ſceptriſque potiri*
*[39] Contigerit victori, & prædâ [40] ducere ſortem:*
*Vidiſti, quo Turnus equo, quibus [41] ibat in armis*

1 Priuſquàm obſidio eſſet. 2 Tiberim qui Pallantis urbem præterlabitur. 3 Inquit ad hæc verba. 4 Senio feſſus, confectus. Horat. Sat. 1. l. 1. *O fortunati mercatores, gravis annis Miles ait.* 5 Conſilio cæteros anteibat. Nam in ſenibus viget prudentia. Undè Ovid. *Seris venit uſus ab annis.* Sic Æn. 5. *Hoc Helymus facit, hoc ævi maturus Aceſtes.* 6 Vir Trojanus, cujus conſilio in 5. uſus eſt Æneas. 7 Divino nutu & poteſtate. 8 Tameſi hactenus in ſummo periculo verſamur. 9 Quandoquidem. 10 Protuliſtis, produxiſtis. 11 Alethes. 12 Euryali & Niſi. 13 O viriles animi. 14 Præmia. 15 Inſuper. 16 Statim & in præſentia Æneas, in poſterum & æternum Aſcanius, ubi ad ætatis maturitatem & imperium ſummum pervenerit. 17 Futurus. 18 Sermonem ex ore loquentis capit Aſcanius, ut ad quem iſta propiùs ſpectant. 19 Et per Deum familiarem domus Anchiſæ. 20 Antiquiſſimæ Deorum terræ, & parentis Deorum. 21 Adjuro. 22 Quicquid caſu aut conſilio agendum eſt. 23 Quæ in principe debet eſſe maxima. 24 Colloco eam fortunam & fidem. 25 Poteſtate veſtrâ, id eſt, me commendo veſtræ virtuti. 26 Nobis. 27 Ejus. 28 Erit nobis. 29 In caſtra ſua. 30 Vobis. 31 Sc. ex. 32 Inſculptis. 33 A Trojanis priùs; poſteà iterùm à Græcis expugnata. 34 Ab Heleno. 35 Phrygiæ oppido. 36 Sedes, quales ſunt tripodes Apollinis. 37 Vobis; quia mihi ab eâ datum eſt. 38 Regalibus inſignibus. 39 Mihi, aut patri. 40 Conſtituere, ita ut dux ibi quodvis munus extra ſortem accipiat. 41 Equitabat heri, cùm nos provocaret in campum.

*[1] Aureus? [2] ipſum illum [3] clypeum, [4] criſtaſque [5] rubentes*
*[6] Excipiam ſorti, [7] jam nunc tua præmia, Niſe.*
*Præterea bis ſex genitor lectiſſima [8] matrum*
*Corpora, captivoſque dabit, ſuaque omnibus arma:*
*[9] Inſuper his, campi quod rex habet ipſe Latinus.*
*Te verò, mea [10] quem ſpatiis propioribus ætas*
*Inſequitur, [11] venerande [12] puer, jam [13] pectore toto*
*Accipio, & [14] comitem caſus complector in omnes.*
*Nulla meis ſinè te quæretur gloria rebus,*
*Seu pacem, ſeu bella geram: tibi maxima rerum,*
*Verborumque [15] fides. Contra quem talia fatur*
*Euryalus: Me [16] nulla dies tam fortibus auſis*
*[17] Diſſimilem arguerit; [18] tantùm fortuna ſecunda,*
*Aut adverſa cadat: ſed te, [19] ſuper omnia dona,*
*Unum oro: genitrix, Priami de [20] gente vetuſtâ,*
*Eſt mihi: quam miſeram [21] tenuit non [22] Ilia tellus*
*Mecum incedentem; non [23] mœnia regis Aceſtæ.*
*Hanc ego nunc, ignarum hujus, quodcunque pericli eſt,*
*[24] Inque ſalutatam [25] linquo; (nox, & tua teſtis*
*[26] Dextera) quòd nequeam lachrymas perferre parentis.*
*At tu, oro, ſolare [27] inopem, & ſuccurre [28] relictæ:*
*Hanc ſine me ſpem ferre [29] tui: [30] audentior ibo*
*In caſus omnes. [31] Perculſâ mente dederunt*
*Dardanidæ lachrymas: ante omnes pulcher [32] Iülus,*
*Atque [33] animum [34] patriæ [35] ſtrinxit pietatis [36] imago.*
*Tùm ſic [37] effatur.*
*Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis:*

1 Aureis armis inſignitus.
2 Equum. Sic Il. 10. Hector Doloni promittit equos Achillis.
3 Quem Turnus habebat.
4 Galeæ ejus.
5 Purpureas.
6 Extra ſortem diviſæ prædæ, ex ſortes recipiam, & tibi dato.
7 Ex hoc tempore.
8 Ancillarum fertilium.
9 Sc. dabit.
10 Qui mihi ætate vicinior es, & minùs antecis, quam Niſus.
11 Formâ & forti pectore.

12 Euryale. 13 Perfecto amore. 14 Te ſocium. 15 Commiſſio & creditio erit. 16 Nullum tempus. 17 Imparem aut indignum probaverit. 18 Hoc tantùm de me promitto; fortuna, quod volet, faciat, qualitercunque evenerit, ſive proſperè, ſive adverſe. Al. *tantum fortuna ſecunda, Haud adverſa cadat.* 19 Plus quàm. 20 Genere nobili & antiquo ſ. filius Priami. 21 Ut me ſequeretur. 22 Trojana. 23 Tenuerunt in Siciliâ. 24 Tmeſis. Inſalutatam, non valedicto. 25 Relinquo. 26 Virtus. 27 Miſeram & conſolationis atque auxilii indigentem. 28 A me. 29 De te, id eſt, fac me poſſe ſperare, te non defuturum precibus meis. 30 Audacior. 31 Commiſeratione pueri. 32 Dedit lachrymas. 33 Ejus. 34 Qualis eſt in Æneâ patre. Pathos à ſimilitudine paſſionis, quam Oratores ὁμοιοπάθειαν vocant: de quo vide Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 35 Coarctavit. 36 Repræſentavit Euryalus caritatem erga parentes. 37 Iülus, id eſt, Aſcanius.

I Nam-

Digitized by Google

*[1] Namque erit iſta mihi genitrix, nomenque [2] Creüſa*
*Solum [3] defuerit: nec [4] partum gratia talem*
*Parva manet, caſus factum quicunque ſequetur.*
*Per [5] caput [6] hoc juro, per quod [7] pater [8] antè ſolebat,*
*Quæ tibi polliceor [9] reduci, rebuſque [10] ſecundis,*
*Hæc eadem matrique tuæ, generique [11] manebunt.*
*Sic [12] ait illachrymans: humero ſimul [13] exuit enſem*
*Auratum, mirâ quem fecerat arte Lycaon*
*[14] Gnoſſius, atq; [15] habilem vaginâ aptârat [16] eburnâ.*
*Dat Niſo Mneſtheus [17] pellem, horrentiſque leonis*
*Exuvias: galeam fidas [18] permutat [19] Alethes.*
*Protinùs armati incedunt: quos omnis euntes*
*[20] Primorum [21] manus ad portas, juvenumque ſenumque,*
*[22] Proſequitur votis: nec non & pulcher Iülus,*
*Ante [23] annos animumque gerens, curamque virilem,*
*Multa [24] patri portanda [25] dabat mandata: ſed auræ*
*Omnia [26] diſcerpunt, & nubibus [27] irrita donant.*
*[28] Egreſſi [29] ſuperant [30] foſſas, [31] noctiſq; per umbram*
*Caſtra [32] inimica petunt: multis tamen [33] antè futuri*
*[34] Exitio. Paſſim vino ſomnoque per herbam*
*[35] Corpora [36] fuſa vident; [37] arrectos littore [38] currus;*
*Inter [39] lora, [40] rotaſque viros, ſimul arma jacêre,*

1 Nam habeo eam matris loco. 2 Matris meæ. 3 Deerit. 4 Nam quæ te talem peperit, ingentem meretur gratiam, ſive incolumis redieris, ſive non. Præmia enim non eventis, ſed virtuti, debentur. 5 More ſumpto à Græcis jurare paratis Per caput alterius. Juv. 6. Sat. 6 Meum. 7 Æneas.

8 Priùs. 9 Reducto & redeunti. 10 Benè geſtis. Silentio mititur adverſa omnia. 11 Firma & conſervata erunt, ſi quid adverſi acciderit. Mos erat, ut decreta dona alicui, ſi cecidiſſet, cui debebantur, darentur domui ſuæ. 12 Aſcanius. 13 Ut daret Euryalo. 14 Cretenſis, ad diſtinctionem Lycaonis, quem in lupum fabulæ mutatum tradunt. 15 Portatilem. 16 Ex ebore facta. 17 Quâ exuerat leonem horribilem. 18 Quia ſunt aliæ galeæ explorantium. 19 Senior ille. 20 Procerum, à nominativo, *primores*. 21 Multitudo. 22 Porrò & longo ordine ſequitur. 23 Maturos. 24 Ad patrem ſuum deferenda. 25 His. 26 Diſtrahunt omnia mandata: quia non pertulerunt illa Æneæ. Promiſſa & mandata, quæ exitum non habent, Poëtæ dicunt à ventis diſcerpi. Catul. *Quæ cuncta aërii diſcerpunt irrita venti.* 27 Ad Æneam non perventura propter eorum necem. 28 Caſtris, aut caſtra. 29 Tranſgrediuntur. 30 Ante caſtra facitas. 31 Quia nox erat, & non videbantur. 32 Hoſtilia & ipſis nocitura, mortemque allatura; quia illîc diu commorati in hoſtes incident. 33 Priuſquam caſtra illa inimica eis ſint perniciosa. 34 Ad exitium, id eſt, necem. 35 Rutulorum. 36 Proſtrata. 37 Habentes temones arrectos ad littus. 38 Quibus depugnabant. 39 Habenas. 40 Curruum.



Digitized by Google

1 Dolia, ſcyphos, vaſa vinar:a.
Continens pro contento: vel, vina, quæ pota evomuerant.
2 Non ſolo nutu, ſed expreſſa voce.
3 Audacter operandum eſt.
4 Suadet occaſio, opportunitas.
5 Per hoſtium noſtrâ virtute cæſorum cædem, & noſtram audaciam.
6 Ad Æneam.
7 Multitudo bellantium.

[1] *Vina ſimul. Prior Hyrtacides ſic* [2] *ore locutus,* 319
*Euryale,* [3] *audendum dextrâ, nunc ipſa* [4] *vocat res.*
[5] *Hâc* [6] *iter eſt: tu, ne qua* [7] *manus ſe* [8] *attollere nobis*
*A* [9] *tergo poſſit,* [10] *cuſtodi, &* [11] *conſule longè.*
*Hæc ego* [12] *vaſta dabo, &* [13] *lato te limite ducam.*
*Sic* [14] *memorat,* [15] *vocemque premit: ſimul enſe* [16] *ſuperbum*
[17] *Rhamnetem aggreditur,* [18] *qui fortè tapetibus altis*
[19] *Exſtructus, toto proflabat pectore* [20] *ſomnum.* 326
*Rex* [21] *idem & regi Turno gratiſſimus augur;*
[22] *Sed non* [23] *augurio potuit depellere* [24] *peſtem.*
*Tres* [25] *juxtà famulos,* [26] *temerè inter tela jacentes,*
*Armigerumq; Rhemi* [27] *premit, aurigamq;* [28] *ſub ipſis*
[29] *Nactus equis,* [30] *ferroq; ſecat* [31] *pendentia* [32] *colla.* 331
*Tùm caput ipſi aufert* [33] *domino,* [34] *truncumq; relinquit*
*Sanguine* [35] *ſingultantem:* [36] *atro tepefacta cruore*
*Terra, torique* [37] *madent:* [38] *nec non Lamirumque, Lamumque,*
*Et juvenem Serranum; illâ qui* [39] *plurima nocte* 335
*Luſerat, inſignis facie, multoque jacebat*
*Membra* [40] *Deo victus: felix, ſi* [41] *protinùs illum*
*Æquaſſet nocti ludum,* [42] *in lucemque* [43] *tuliſſet!*
[44] *Impaſtus ceu* [45] *plena leo per ovilia* [46] *turbans,*

8 Erigere, aſſurgere contra nos. 9 Noſtro. 10 Obſerva. 11 Provide late. 12 Fuſa humo corpora. Al. Ego dabo hæc loca ſine obſtaculo pervia. 13 Aperiam tibi viam, quâ ſequaris, latam. 14 Niſus. 15 Submiſſe loquitur, aut ſupprimit & tacet. 16 Superbè ornatum. 17 Rutulum illum. 18 Rhamnes. 19 Fultus toro alto, tapetibus ornato, ſtertebat. Al. *Exſtructis.* 20 Vapores, unde ſomnus producitur. 21 Idem Rhamnes erat rex. 22 Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσσατο κῆρα μέλαιναν. Il. 3. 23 Arte augurandi, quâ debebat mala ſua præviſa cavere. 24 Mortem, perniciem, cædem à Niſo illatam 25 Junctam ſimul, ut ſint famuli Rhemi. Enumerat eos Poëta, quos Niſus, caſtra hoſtium ingreſſus, interfecit. 26 Negligenter, ſecurè, mixtim & ſine ordine. 27 Opprimit, id eſt, interficit. 28 Inter aut circà equos. 29 Eum 30 Gladio aut ſecuri amputat. 31 Quia caput vino ſomnoque gravatum erat. 32 Aurigæ, vel equorum. 33 Rhemo. 34 Corpus truncatum, & ſine capite. l. 2. *jacet ingens littore truncus.* 35 Quaſi ſingultando fluentem. 36 Quia potu vitiato. 37 Humectantur. 38 Inſuper premit, id eſt, opprimit. 39 Plurimùm, id eſt, in plurimam uſque noctem, ſive ad maximam noctis partem. 40 Vino, vel ſomno. 41 Porrò tenùs, ulteriùs pergendo, vel non intermittendo, id eſt, ſi luſiſſet noctem totam. 42 Uſque. 43 Illum ludum. 44 Famelicus, & qui pabulum non invenit. 45 Ovium. 46 Graſſatus. Alii agnoſcunt Tmeſin, perturbans ovilia.

*([1] Suadet enim [2] veſana fames) manditq; trahitq;*
[3] *Molle pecus, [4] mutumq; metu; [5] fremit ore [6] cruento.*
*Nec [7] minor Euryali [8] cædes: [9] incenſus [10] & ipſe*
[11] *Perfurit, ac multam: [12] in medio [13] ſinè nomine plebem,*
*Fadumq;, Hebeſumq; [14] ſubit, Rhetumq;, Abarimque,*
[15] *Ignaros: [16] Rhetum vigilantem, & [17] cuncta videntem;*
[18] *Sed magnum metuens ſe poſt [19] cratera [20] tegebat:*
*Pectore in adverſo [21] totum [22] cui [23] comminùs enſem*
[24] *Condidit aſſurgenti, & [25] multâ morte recepit.*
[26] *Purpuream vomit [27] ille [26] animam, & cum ſanguine mixta*
*Vina [28] refert moriens: [29] hic furto [30] fervidus inſtat.*
*Jamque ad Meſſapi ſocios tendebat, ubi ignem*
[31] *Deficere extremum, & [32] religatos [33] ritè videbat*
*Carpere gramen equos: breviter cùm talia Niſus,*
*(Senſit enim nimiâ cæde, atque [34] cupidine [35] ferri)*
[36] *Abſiſtamus, ait: nam lux [37] inimica propinquat:*
*Pœnarum exhauſtum ſatis eſt: [38] via facta per hoſtes.*
[39] *Multa virûm [40] ſolido argento perfecta relinquunt,*
*Armaque, craterasque ſimul, pulchroſque tapetas,*
*Euryalus [41] phaleras Rhamnetis, & [42] aurea bullis*
*Cingula, [43] Tiburti Remulo ditiſſimus olim*
*Quæ [44] mittit dona, [45] hoſpitio cùm [46] jungeret abſens*
*Cædicus: [47] ille ſuo moriens [48] dat habere [49] nepoti:*

1 Lupo ovilia perturbaſe. *Quos improba ventris Exegit cæcos rabies*, dixit 2. Æn. de lupis eſurientibus. 2 Male aut parum ſana. 3 Teneros agnos. 4 Et quibus balatus ablatus eſt præ timore. 5 Leo. 6 Sanguine perfuſo, aut ſanguinis ſitiente. 7 Quàm cædes Niſi, id eſt, quam Niſus fecerat. 8 Erat. 9 Inflammatus ardore vindictæ. 10 Etiam. 11 Perfectè furit. 12 Exiſtens in medio eorum. 13 Ignobilem. 14 Aggreditur. 15 Dormientes, ſomno vinoque ſepultos. 16 Sc. *ſed.* 17 Quæ fecerant Niſus & Euryalus. 18 Sc. *ille.* 19 Vas vinarium, tanquàm clypeum, qui alias pro telo. 20 Abſcondere volebat. 21 Capulo tenùs. 22 Rhœto. 23 De propinquo. 24 Abdidit Euryalus. 25 Cum multo cruore gladium iterùm ad ſe traxit atque eduxit. 26 Sanguinem, qui eſt ſedes animæ. 27 Rhœtus. 28 Evomit. 29 Euryalus furtivas ac nocturnas cædes proſequitur. 30 Ex ſucceſſu. 31 Extingui. 32 Ad ſtipitem, circum quem paſcebant. 33 Ex more militari. 34 Affectione cædendi. 35 Euryalum efferri. 36 Deſinamus. 37 Nobis, qui pauci ſumus. 38 Eſt. 39 Et hoc dicto, *relinquunt*, &c. 40 Integro & impermixto. 41 Ornamenta equorum. 42 Aureas bullas habentia. 43 Tiburtino. 44 Mittebat pro donis. 45 Jure hoſpitalitatis. 46 Sc. illi. Fuit mos hoſpitalitatis apud majores, ut hoſpites invicem ſibi munera darent. 47 Remulus Tiburtinus. 48 Dat ea habenda. Helleniſmus. 49 Rhamneti.

Poſt

*Poſt mortem, bello* [1] *Rutuli, prædiaque* [2] *potiti.*
*Hæc rapit, atque humeris* [3] *nequicquam fortibus* [4] *aptat.*
*Tùm galeam* [5] *Meſſapi* [6] *habilem, criſtiſq;* [7] *decoram*
*Induit:* [8] *excedunt* [9] *caſtris, &* [10] *tuta capeſſunt.*
*Intereà* [11] *præmiſſi equites ex* [12] *urbe Latina,*
*Cætera dùm* [13] *legio* [14] *campis inſtructa moratur,*
[15] *Ibant, & Turno regi* [16] *reſponſa ferebant,*
[17] *Tercentum,* [18] *ſcutati omnes, Volſcente* [19] *magiſtro.*
*Jamq;* [20] *propinquabant* [21] *caſtris,* [22] *muroque ſubibant,*
*Cùm procul* [23] *hos* [24] *lævo* [25] *flectentes* [24] *limite cernunt:*
*Et* [26] *galea Euryalum,* [27] *ſubluſtri noctis in umbra,*
[28] *Prodidit* [29] *immemorem,* [30] *radiiſque* [31] *adverſa refulſit.*
*Haud temerè eſt* [32] *viſum: conclamat ab agmine Volſcens:*
[33] *State viri: quæ cauſa viæ? qui-ve eſtis in armis?*
*Quò-ve* [34] *tenetis iter?* [35] *Nihil illi tendere contrà;*
*Sed* [36] *celerare fugam in ſylvas, & fidere* [37] *nocti.*

1 Aſſ ujus viri fortis. 2 Iis cingulis, id eſt, Cædicus, poſtquam à Rutulo quovis divite, à ſe ſuperato be lo publico, & ſingulari pugnâ cingula illa abſtuliſſet, legavit ea Remulo Tiburtino, qui moriens teſtamento legavit Rhamneti, nunc interfecto, unde abſtulit Euryalus. 3 Fruſtrà & ſine utilitate. Neque enim diu fruiturus erat: periturus ſc. Volſcentis manu. 4 Accommodat ea. 5 Dormientis. Meſſapus enim non erat cæſus. 6 Portabilem, aptam & convenientem. 7 Splendentem, pulchram. 8 Niſus & Euryalus. 9 Rutulorum. 10 Capiunt eunt loca, quæ putabant eſſe ſine hoſtibus: ſed adventante novo equitatu, minimè tuta invenerunt. 11 Ut unà cum Turno obſidionem firmarent: nam totum Latium conjuraverat in Trojanos. 12 Laurolavinio, regis Latini urbe. 13 Peditum, id eſt, peditatus, qui tardior inceſſus, quàm equitibus. 14 In locis amplis. 15 Prodibant. 16 Super ea re, an ſc. venturi eſſent Latini auxilio contra Trojanos. 17 Trecenti equites. Reſpicit militiam Rom. ubi equitum hic numerus in quaque legione. 18 Armati: ubi Servius ait, ſcuta fuiſſe equitum, clypeos peditum. 19 Equitum ſc. qui dignitas ſecunda erat à dictatura. 20 Hi trecenti equites appropinquabant. 21 Suorum, aut Trojanorum. 22 Vallum ſeu mœnia Trojanorum, muro deſignata. 23 Niſum & Euryalum. 24 Per viam tranſverſam à ſiniſtra parte. 25 Iter. 26 Meſſapi, criſtis decora. 27 Parum lucis habente, non penitus illuſtri, quod l. 6. dicit, *Luna ſub luce malignâ.* 28 Manifeſtavit hoſtibus. 29 Galeæ levis & nitidæ, quæ ipſum proditura eſſet: nam potius galeam abjeciſſet fulgentem. 30 Lunaribus, aut diei appetentis: ſuprà, *nam lux inimica propinquat.* 31 Objecta. 32 A Volſcente illos fugere. 33 Siſtite curſum. 34 Tenditis? 35 Niſus & Euryalus nihil ei reſpondebant, neque contra adverſos tendebant. 36 Celeriter arripiebant. 37 Tenebris, per quas elabi ſperabant.

*Obji-*

*Objiciunt equites ſeſe ad* [1] *divortia* [2] *nota,*
[3] *Hinc atque hinc, omnemque* [4] *abitum cuſtode* [5] *coronant.*
[6] *Sylva* [7] *fuit latè dumis, atque ilice* [8] *nigrâ,*
[9] *Horrida, quam* [10] *denſi complêrant undiq;* [10] *ſentes:*
[11] *Rara per* [12] *occultos* [13] *ducebat ſemita calles.*
*Euryalum tenebræ ramorum, oneroſaque* [14] *præda,*
*Impediunt,* [15] *fallitque timor regione viarum.*
*Niſus* [16] *abit: jamque* [17] *imprudens evaſerat hoſtes,*
*Atque locos, qui poſt,* [18] *Albæ de nomine,* [19] *dicti*
*Albani,* [20] *tùm rex* [21] *ſtabula alta Latinus habebat,*
[22] *Ut ſtetit, & fruſtrà abſentem reſpexit* [23] *amicum:*
[24] *Euryale infelix, quâ te regione reliqui?*
*Quà-ve ſequar? rurſùs* [25] *perplexum iter omne revolvens*
[26] *Fallacis ſylvæ, ſimul & veſtigia* [27] *retrò*
[28] *Obſervata* [27] *legit,* [29] *dumiſque ſilentibus errat.*
*Audit equos, audit ſtrepitus, & ſigna ſequentum.*
*Nec longum* [30] *in medio* [31] *tempus; cùm* [32] *clamor ad* [33] *aures*
*Pervenit, ac videt Euryalum: quem jam* [34] *manus omnis,*
[35] *Fraude loci, & noctis, ſubitò* [36] *turbante tumultu,*
*Oppreſſum rapit, & conantem* [37] *plurima* [38] *fruſtrà.*
[39] *Quid* [40] *faciat?* [41] *qua vi juvenem, quibus audeat armis*
*Eripere? an ſeſe medios* [42] *moriturus in hoſtes*
*Inſerat, & pulchram* [43] *properet per* [44] *vulnera mortem?*

1 Diverticula viarum, ſemitas tranſverſas. 2 Sibi, qui Latini erant. 3 Utrimque. 4 Locum, per quem abire poſſent. 5 In morem coronæ cingunt. 6 Deſcriptio ſylvæ ab arborum generibus. 7 Illîc. 8 Denſâ & obſcurâ. 9 Aſpera. 10 Spinæ denſè conditæ. 11 Anguſta. 12 A ſpinis & vepribus. 13 Euntes illac. 14 Spoliorum. 15 Facit eum errare, quia ignoravit regionem viarum. 16 Aufugit. 17 Ignarus relicti Euryali. 18 Urbis. 19 Sunt. 20 Cùm hoc fieret. 21 Equorum. 22 Poſtquàm Niſus ſtetit ad illos lacus. 23 Euryalum. 24 Hæc ſecum. 25 Implicitum variis circuitibus. 26 Ambagibus ſemitarum. 27 Repetit. 28 Memoriæ mandata. Idem dictum eſt in 2. de Æneâ, Creüſam repetente. 29 Inter dumos, ubi alta erant ſilentia. 30 Inter auditum ſonum, ſive clamorem, & viſum Euryalum. 31 Erat. 32 Eorum ſc. qui Euryalum comprehenderant. 33 Niſi. 34 Multitudo. 35 Quia non invenerat per ſylvas abitum. Sic modò dixit, *Fallacem ſylvam.* 36 Perturbante eum. 37 Sc. eluctari, aut hoſtem ferire. 38 Quia circumventus à multis, nihil potuit. 39 Pathos ab addubitatione, quam Græci ἀπορίαν vocant. Vide Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 40 Niſus. 41 Quibus viribus, copiis aut auxiliis? 42 Certus mori. 43 Celeriter provocet. 44 Et ab hoſtibus illata, & ab iis ſuſcepta.

I Ocius

1 Citò. 2 Ad ſe, ut fortiùs emittat. 3 Jaculum. 4 Verbis expreſſis, cum & mente precari poſſet. 5 Quia Dea es. 6 Favorabilis, aut citò. 7 Laborioſo periculo. 8 Ornamentum. 9 Latonæ filia Diana, aut Luna. 10 Ad tuas aras. 11 Pro ſalute meâ. 12 Aliqua dona. 13 Ad trabium in æde tuâ

*[1] Ociùs [2] adducto torquens [3] haſtile lacerto,*
*Suſpiciens altam Lunam, ſic [4] voce precatur:*
*Tu [5] Dea, tu [6] præſens noſtro ſuccurre [7] labori,*
*Aſtrorum [8] decus, & nemorum, [9] Latonia, cuſtos!*
*Si qua [10] tuis unquam [11] pro me pater Hyrtacus [10] aris*
*Dona tulit; ſi [12] qua ipſe meis venatibus auxi,*
*Suſpendi-ve [13] tholo, aut [14] ſacra ad [14] faſtigia fixi:*
*[15] Hunc ſine me turbare globum, & [16] rege tela per auras.*
*[17] Dixerat: & toto connixus corpore, [18] ferrum*
*Conjicit: haſta volans noctis diverberat [19] umbras,*
*Et venit [20] averſi in [21] tergum [22] Sulmonis, ibique*
*[23] Frangitur, ac [24] fixo tranſit [25] præcordia [26] ligno.*
*[27] Volvitur [28] ille, vomens calidum de pectore [29] flumen*
*Frigidus, & longis ſingultibus ilia [30] pulſat.*
*[31] Diverſi [32] circumſpiciunt: [33] hôc acrior idem,*
*Ecce, aliud [34] ſummâ telum [35] librabat [34] ab aure,*
*Dùm [36] trepidant: [37] it haſta Tago per tempus utrumq;*
*[38] Stridens, trajectoque [39] hæſit tepefacta cerebro.*
*[40] Sævit atrox [41] Volſcens, nec teli conſpicit uſquam*
*Auctorem, nec [42] quò ſe ardens [43] immittere poſſit.*
*Tu [44] tamen [45] intereà calido mihi ſanguine pœnas*
*Perſolves [46] amborum, inquit: [47] ſimul enſe [48] recluſo*

convexionem. *Tholus* enim eſt pars illa ſub tecto, in quâ trabes coëunt: fixo inſuper ſcuto, à quo dona & ſpolia ſuſpendebantur, quæ ſacrabantur Diis. 14 Sublimitatem delubri aut veſtibuli ſacri. 15 Multitudinem hanc trecentorum militum confuſam diſtrahere ac diſſipare, quo amicum eripiam. 16 Nam & ipſa Diana venatrix jaculatoriæ arti præeſt cum fratre. 17 Niſus. 18 Haſtile ferreum. 19 Tenebras dubias. 20 Averſè ſtantis, aut averſi à Niſo, converſi ad Euryalum. Al. *adverſi*, id eſt, è regione ſtantis. 21 Scutum tergore tectum. 22 Interemit Sulmonem. 23 Haſta. 24 Al. *fiſſo*, id eſt, fracto. 25 Intima cordis. 26 Scuti. 27 Retrorſùm. 28 Sulmo. 29 Sanguinem. 30 Trahit. 31 Ad diverſa loca. 32 Rutuli admirati, unde telum in Sulmonem per tenebras proficiſceretur. 33 Per hunc talem eventum Niſus vehementior factus. 34 Deſuper, & longe educto brachio. Geſtus jaculantis exprimitur. Nam manualia tela, aut ab aure, aut à latere jaciuntur. 35 Circumrotando emittebat. 36 Metu & feſtinatione. 37 Al. *iit*, id eſt, tranſiit. 38 Cum impetu magno volans. 39 In eo. 40 Ferocior fit. 41 Equitum magiſter. 42 In quem. 43 Inferre. 44 Tametſi non conſpiciam autorem, nec quem punire meritò debeam. Ad Euryalum loquitur. 45 Dum autor teli latebit. 46 Sulmonis & Tagi cæſorum. 47 Cùm id diceret. 48 Evaginato.

*Ibat [1] in Euryalum. Tùm [2] verò exterritus, [3] amens*
*Conclamat Niſus, nec ſe celare tenebris*
*Ampliùs, aut [4] tantum potuit perferre dolorem.*
*[5] Me, me: adſum, qui [6] feci: in me convertite ferrum,*
*O Rutuli: mea fraus omnis: nihil [7] iſte, nec auſus,*
*Nec potuit ([8] cœlum hoc, & [9] conſcia ſidera [10] teſtor:)*
*[11] Tantùm infelicem nimiùm dilexit amicum.*
*Talia dicta [12] dabat: ſed viribus enſis [13] adactus*
*[14] Tranſadigit coſtas, & candida pectora rumpit.*
*[15] Volvitur Euryalus letho, pulchroſque per artus*
*[16] It cruor, inque humeros cervix collapſa recumbit:*
*[17] Purpureus veluti cùm flos [18] ſucciſus aratro*
*[19] Langueſcit [20] moriens, [21] laſſo-ve [22] papavera collo*
*Demiſêre caput, pluviâ cùm fortè gravantur.*
*At Niſus ruit in [23] medios, [24] ſolumque per omnes*
*Volſcentem petit, [25] in ſolo Volſcente moratur.*
*Quem circum glomerati hoſtes, hinc comminùs, atque hinc*
*[26] Proturbant: [27] inſtat [28] non ſegniùs, [29] ac rotat enſem*
*[30] Fulmineum, donec [31] Rutuli clamantis in ore*
*[32] Condidit adverſo, & [33] moriens animam abſtulit [34] hoſti.*
*Tùm ſuper [35] exanimem ſeſe projecit [36] amicum*
*[37] Confoſſus, [38] placidâque ibi demùm morte quievit.*
*Fortunati [39] ambo! ſi quid mea carmina [40] poſſunt,*
*Nulla dies unquam [41] memori vos eximet ævo:*

1 Contrà. 2 Maximè. 3 Exiſtens hac mente, quia Euryalum ſalvare non poterat. 4 Quantus erat, amicum ante oculos interfici. 5 Me occidite, me ferro petite. 6 Facinus, quo illi perierunt. 7 Quem occidiſtis. 8 Sub quo ſumus. 9 Facti & teſtes rerum in nocte geſtarum. 10 In teſtimonium veritatis cito. 11 Me, cui ſe comitem junxit. Poteſt & eſſe Epiphonematis loco. In tantum Niſus dilexit infelicem Euryalum! 12 Niſus. 13 A Volſcente. 14 Tranſit. 15 Proſternitur. 16 Fluit. 17 Hyacinthus. 18 Reciſus vomere aut falce. 19 Flacceſcit. 20 Morte animæ vegetativæ, id eſt, deſiccari incipit. 21 Defatigato pondere. 22 Herbæ ſomniferæ. 23 Hoſtes. 24 Alios omnes præteriens Volſcentem aggreditur. 25 Cum illo ſolo congreditur, eumque unum ſternere conatur. 26 Protelant, cum turbâ & impetu irruunt, ut Volſcentem protegant. 27 Niſus inſtat in perſequendo Volſcente. 28 Ac ſi proturbatus non eſſet. 29 Circumagit. 30 In morem fulminis vibratum. 31 Volſcentis. 32 Abſcondidit eum. 33 Lethaliter vulneratus. 34 Volſcenti. 35 Mortuum, in quo non erat anima 36 Euryalum. 37 Ipſe à ſe, vel ab hoſtibus. 38 Placente, quia ibi erat corpus amici: *vel*, contentus perempto hoſte. 39 Eſtis. 40 Ad felicitatem facere poſſunt. 41 Veſtri.



Digitized by Google

*[1] Dùm domus Æneæ Capitolî [2] immobile ſaxum*
*Accolet, [3] imperiumque [4] pater Romanus habebit.*
*[5] Victores [6] prædâ Rutuli [7] ſpoliiſque potiti,*
*Volſcentem [8] exanimem flentes in [9] caſtra ferebant,*
*Nec minor in caſtris [10] luctus; Rhamnete reperto*
*[11] Exangui, & [12] primis [13] unâ tot [14] cæde peremptis,*
*Serranoque, Numâque; ingens [14] concurſus ad ipſa*
*Corpora, [15] ſemineceſq; viros, tepidaque [16] recenti*
*Cæde locum, & plenos ſpumanti ſanguine rivos.*
*Agnoſcunt ſpolia [17] inter ſe, galeamque [18] nitentem*
*Meſſapi, & multo phaleras ſudore [19] receptas.*
*[20] Et jam prima novo ſpargebat lumine terras,*
*[21] Tithoni [22] croceum linquens [23] Auroræ cubile:*
*Jam ſole [24] infuſo, jam [25] rebus luce [26] retectis,*
*Turnus in arma viros, armis circumdatus ipſe,*
*Suſcitat, [27] æratasque acies: in prælia cogit*
*[28] Quiſque [29] ſuos, variiſque [30] acuunt [31] rumoribus [32] iras.*
*[33] Quin ipſa arrectis (viſu miſerabile) in haſtis*
*Præfigunt capita, & multo clamore ſequuntur,*
*Euryali, & Niſi.*
*Æneadæ [34] duri, murorum in parte ſiniſtra,*
*Oppoſuêre aciem (nam [35] dextera cingitur [36] amni)*
*Ingenteſque [37] tenent foſſas, & [38] turribus altis*
*Stant [39] mæſti; [40] ſimul ora virûm [41] præfixa videbant.*

1 Quamdiu familia Æneæ habitabit Romam, a Tarpejam rupem, vel Terminum Deum. Cùm Tarquinius voluiſſet Jovi templum in rupe Tarpeja, cæterique Dii à Numâ ibi dicati ceſſiſſent, Terminus ſolus, qui ſub formâ ſaxi colebatur, cedere noluit: quod omen arripuerunt Romani, Imperium ſibi fore æternum. 3 Rerum omnium. 4 Princeps, Imperator.

5 Qui ſe victores jactabant, cùm potiùs victi cenſendi eſſent. 6 Rerum, quas exportarant. 7 Quæ è caſtris Turni extulerant. 8 Mortuum. 9 Turni. 10 Frat. 11 Sine ſanguine, id eſt, occiſo. 12 De primoribus. 13 Unius noctis occiſione. 14 Fit. 15 Semimortuos. 16 Sanguine recenter per cædem effuſo. 17 Quorum fuerant, quæ Niſo & Euryalo abſtulerant. 18 Quâ agnitus erat Euryalus. 19 Iterum atque iterum captas, & prius ab Euryalo aliis ablatas, & nunc rurſus à Rutulis Euryalo. 20 Deſcriptio diei. 21 Regis Orientalis. 22 Crocei coloris. 23 Pars auroræ. 24 In aërem. 25 Quæ occultæ fuerant tenebris. 26 Denudatis & apertis. 27 Æreis armis munitas. 28 Quilibet ducum. 29 Subditos. 30 Incendunt. 31 Duos Romanos Euryalum & Niſum, per eorum caſtra tranſire auſos, tantam cædem ſtragemque in caſtris nocte eâ ediſſe. 32 Ex Euryali & Niſi audacia ſuſceptas. 33 Quinetiam. 34 Laboribus aſſueti, & adverſa fortiter tolerantes. 35 Pars. 36 Tiberi. 37 Defendunt. 38 Sc. *in*, aut *pro*. 39 Propter amicorum necem. 40 Simulac. 41 Haſtis.

*Nota nimis miſeris, atroque fluentia [1] tabo.*
*Intereà pavidam [2] volitans pennata per urbem*
[3] *Nuncia fama ruit, matriſque [4] allabitur aures*
*Euryali; ac [5] ſubitus [6] miſeræ calor oſſa reliquit.*
*Excuſſi manibus [7] radii, [8] revolutaque [9] penſa.*
[10] *Evolat infelix, & fœmineo ululatu,*
*Sciſſa comam, muros amens, atque [11] agmina curſu*
[12] *Prima petit: non illa [13] virûm, non illa pericli,*
*Telorum-ve memor: cœlum [14] dehinc [15] queſtibus implet,*
[16] *Hunc ego te, Euryale, aſpicio? tu-ne ille [17] ſenectæ*
*Sera meæ [18] requies? potuiſti linquere ſolam*
*Crudelis? nec te, ſub tanta pericula miſſum,*
*Affari [19] extremùm miſeræ [20] data copia [21] matri?*
*Heu, [22] terra ignota, canibus data præda Latinis,*
[23] *Alitibuſque jacet! nec te, tua [24] funera, mater*
*Produxi, [25] preſſi ve oculos, aut vulnera lavi,*
[26] *Veſte tegens: tibi [27] quam noctes feſtina dieſque*
[28] *Urgebam, & [29] telâ curas [30] ſolabar [31] aniles.*
*Quò [32] ſequar: aut quæ nunc artus, avulſaq; membra,*
*Et [33] funus lacerum tellus habet? [34] hoc [35] mihi de te,*
*Nate, refers? hoc ſum terraque marique ſecuta?*
[36] *Figite me, ſi qua [37] eſt pietas, in me [38] omnia tela*
*Conjicite, ô Rutuli: me primam abſumite [39] ferro.*

1 Sanguine corrupto. a L. 11. *Et jam fama volans, tanti prænuntia luctus, Evandrum, Evandriq; domos & mœnia complet.* L. 12. *Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem.* 3 Malorum. 4 Lapſu pervenit. 5 Subitò aufugiens. 6 Matri. 7 Rotæ, quâ nebat, aut fila ad textoriam artem volvebat. 8 Retrorſùm voluta ſunt.

9 Fila nendo. 10 E domo. 11 Virorum. 12 Mulierum. 13 Quòd non deceret inter viros ſic divagari. 14 Poſtquam nati ora conſpexit. 15 Querelis. 16 Talem. ſc. detruncatum, & atro tabo fluentem? Lamentatio matris Euryali. 17 Spe meâ futuræ requies ſenectæ meæ. 18 Quem ſperabam fore requiem? 19 Supremo loco. 20 Facultas eſt facta. 21 Mihi. 22 Sc. *in*. 23 Avibus. 24 Sc. *in* vel, *ad*: vel, *funera*, id eſt, nec ego funerea quæ debebam eſſe; funera tua, id eſt, præfecta funeri tuo, extuli ad veſtibulum domus, cùm efferreris. 25 In morte clauſi. Oculos mortuorum claudere ſolebant proximi, filii, mater, aut pater. Penelope apud Ovid. in Hero. ep. *Dii, precor, hoc jubeant, ut, euntibus ordine fatis, Ille* (Telemachus) *meos* oculos comprimat, *ille tuos*. Ariadne ad Theſeum: *Ergo ego nec lacrymas matris moritura videbo, Nec, mea qui digitis lu*mina condat, *erit.* 26 Funebri. 27 Ex more veterum, qui ſibi aut ſuis in vita funebrem parabant veſtem, quâ mortui efferrentur. 28 Urgenter contexebam, aut nebam. 29 Texendo telam. 30 Leniebam. 31 Senectutis. 32 Te. 33 Cadaver. 34 Hoc caput, funus, vel etiam ſolatium, aut beneficium? 35 Matri tuæ. 36 In vobis. 37 Transfigite jaculis. 38 Omne genus telorum. 39 Gladio ferreo.

*Aut*

Digitized by Google

*Aut tu, magne* [1] *pater Divûm,* [2] *miſerere; tuoq;*
[3] *Inviſum* [4] *hoc detrude* [4] *caput ſub Tartara* [5] *telo,*
[6] *Quando* [7] *aliter nequeo* [8] *crudelem abrumpere vitam.*
[9] *Hoc fletu* [10] *concuſſi* [11] *animi,* [12] *mœſtuſq; per* [13] *omnes*
*It gemitus:* [14] *torpent* [15] *infractæ ad prælia vires.*
[16] *Illam* [17] *incendentem luctus,* [18] *Idæus, & Actor,*
*Ilionei monitu, & multùm lacrymantis Iüli,*
[19] *Corripiunt,* [20] *interque manus ſub tecta reponunt.*
*At* [21] *tuba* [22] *terribilem ſonitum procul ære canoro*
*Increpuit:* [23] *ſequitur* [24] *clamor, cœlumq;* [25] *remugit.*
[26] *Accelerant actâ pariter* [27] *teſtudine* [28] *Volſci,*
*Et* [29] *foſſas implere* [30] *parant, ac* [31] *vellere vallum.*
*Quærunt pars aditum, & ſcalis aſcendere muros,*
[32] *Quà rara eſt* [33] *acies,* [34] *interlucetque corona*
[35] *Non tam ſpiſſa viris: telorum effundere contrà*
*Omne genus* [36] *Teucri, ac duris* [37] *detrudere* [38] *contis,*
*Aſſueti* [39] *longo muros defendere bello.*
*Saxa quoque* [40] *infeſto volvebant pondere, ſi* [41] *quà*
*Poſſent* [42] *tectam aciem perrumpere: cùm tamen* [43] *omnes*
[44] *Ferre* [45] *libet ſubter denſa teſtudine* [43] *caſus.*
*Nec jam* [46] *ſufficiunt: nam, quà* [47] *globus imminet ingens,*
[48] *Immanem Teucri* [49] *molem* [50] *volvuntq;* [51] *ruuntque:*

1 O Jupiter. 2 Mei. 3 Superis. 4 Me. 5 Fulmine. 6 Quandoquidem. 7 Aliâ viâ. 8 Miſerabilem, me crudeliter torquentem. 9 Matris Euryali. 10 Perculſi ſunt. 11 Trojanorum. 12 Mœroris index. 13 Trojanos. 14 Pigreſcunt; labaſcunt. 15 Prius infractæ, nunc torpent: vel *infractæ*, id eſt, validè fractæ. 16 Matrem Euryali. 17 Excitantem.

18 Trojani illi. 19 Simul rapiunt, & abducunt. 20 Adductum. 21 Belli a. Præparatio ad oppugnationem. 22 Bellicum ſc. ſignum. 23 Tubæ clangorem. 24 Virorum. 25 Reſonat. 26 Celeriter inſultum faciunt. 27 Cooperturâ ex clypeis, ſicut teſtudo teſtâ ſuâ integitur. 28 Italiæ populi, qui Volſcente magiſtro advenerant. 29 Vallorum. 30 Nituntur. 31 Diruere ſeu dejicere munitionem caſtrorum ex paliſ ſeu ſtipitibus factam. 32 Quà rari ſtant propugnatores, neque corona & pinnæ murorum frequenti defenſore ſtipatæ. 33 Trojanorum. 34 Per medium, ac parum lucet circumſtantium manus. 35 Habens intervalla, per quæ lux quædam apparebat. 36 Parant. 37 Aſcendentes. 38 Sudibus. 39 Bello decennali in Troja antiqua. 40 Moleſtante. 41 Sc. *vi*, aut *ratione*, id eſt, ut quacunque ratione. 42 Clypeis, id eſt, ſub teſtudine incedentem. 43 Omnia adverſa. 44 Tolerare. 45 Hoſtibus eorum, id eſt, Volſcis & Rutulis. 46 Rutuli non ferre ſeu ſuſtinere valent vim Teucrorum. 47 Cuneus hoſtium. 48 Maximi ponderis. 49 Fragmentum muri aut rupis. 50 Devolvunt. 51 Cum impetu proſternunt. Sic Ter. *Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem.*

Quæ

*Quæ [1] ſtravit Rutulos latè, armorumque reſolvit*
*[2] Tegmina: nec curant [3] cæco contendere Marte*
*Ampliùs [4] audaces Rutuli; ſed pellere vallo*
*[5] Miſſilibus certant.*
*Parte aliâ horrendus viſu quaſſabat [6] Etruſcam*
*[7] Pinum, & [8] fumiferos infert Mezentius ignes.*
*At Meſſapus, equûm domitor, [9] Neptunia proles,*
*[10] Reſcindit vallum, & ſcalas [11] in mœnia [12] poſcit.*
*[13] Vos, ô [14] Calliope, precor, [15] aſpirate canenti,*
*Quas ibi [16] tùm [17] ferro ſtrages, quæ funera Turnus*
*Ediderit, quem quiſque virûm demiſerit [18] Orco:*
*Et mecum ingentes [19] oras evolvite belli.*
*Et [20] meminiſtis enim, Divæ, & memorare poteſtis.*
*[21] Turris erat [22] vaſto ſuſpectu, & [23] pontibus altis,*
*Opportuna [24] loco: ſummis quam viribus omnes*
*[25] Expugnare Itali, ſummaque [26] evertere [27] opum vi*
*Certabant: [28] Troes contrà defendere ſaxis,*
*Perque [29] cavas [30] denſi tela [31] intorquere feneſtras.*
*[32] Princeps ardentem conjecit [33] lampada Turnus,*
*Et [34] flammam affixit [35] lateri; quæ [36] plurima vento*
*[37] Corripuit tabulas, & poſtibus hæſit [38] adeſis.*
*Turbati [39] trepidare [40] intùs, fruſtraque [41] malorum*
*Velle fugam, dùm ſe [42] glomerant, retroque [43] reſidunt*
*In partem, quæ [44] peſte caret: tùm [45] pondere turris*

1 Proſtravit. 2 Ex clypeis facta, id eſt, ipſam teſtudinem, quæ armorum erat connexio. 3 Non viſi, nec planè videntes, id eſt, ſub hoſter teſtudine. 4 Licet audaces. 5 Sagittis. 6 Quia ipſe Etruſcus erat. 7 Haſtam ex ſolidâ pinu, *vel* facem pineam. 8 Pice & reſinâ, aut ſulphure illitos. 9 Neptuni filius, quia equi originem habuerant à Neptuno. 10 Reſecat. 11 Ad mœnia expugnanda, diſſecto prius vallo. 12 Exigit à ſuis. 13 Muſas omnes. 14 Unam nominat, reginam ſc. & principem, reliquas Muſas implicitè invocat. 15 Favorem date, & inſpirate mihi. 16 Cùm aſſilirent caſtra Trojanorum. 17 Enſe ferreo. 18 Ad infernum. 19 Extremitates, id eſt, etiam extremas partes, ſpatia magna. Metaphora eſt petita ab annalibus, qui evolvuntur ab iis, qui res geſtas diſquirunt. 20 Memoriâ tenetis hæc omnia, utpote Mnemoſynes filiæ: vide eundem hunc verſum l. 7. v. 645. 21 Quædam. 22 Habens vaſtum ſuſpectum, id eſt, turris erat alta & ampla. 23 Tabulatis, quibus aſcendebatur turris ab intrà, *vel* pontibus inter propugnacula: ut ſuprà. 24 Circa portas. 25 Evincere. 26 Funditùs dejicere. 27 Auxiliorum & facultatum ſuarum. 28 Certant. 29 Patulas. 30 Frequentes, ſc. *certabant*. 31 In Italos. 32 Exercitus & ejus oppugnationis. 33 Facem. 34 Facem, in qua erat flamma. 35 Turris. 36 Plurimùm aucta. 37 Simul invaſit & incendit. 38 Quos adedit. 39 Trepidabant. 40 Qui intùs erant. 41 Periculorum imminentium, id eſt, everſionis cum turri. 42 In morem glomeris volvuntur. 43 Se recipiunt. 44 Incendio, igne. Sic l. 5. *Eſt vapor, & toto deſcendit corpore peſtis*, id eſt, flamma. 45 Mole ſua.

1 *Pro-*

Digitized by Google

1 Proſtrata eſt. 2 Ruinæ. 3 Ipſi Trojani corruunt ſemimortui, priuſquam terram contingerent. 4 Sequente eos, id eſt, cadente, poſtquam ipſi cum altera parte ceciderant. 5 Quæ in manibus habebant. 6 Transfixi. 7 Sc. alter. 8 Elapſi ſunt è ruina. 9 Adhuc in primo ævo florens. Ætate major forte cum reſpectu ad Lycum tanquam fratrem.

*[1] Procubuit ſubitò, & cœlum tonat omne [2] fragore,*
*[3] Semineces ad terram, immani mole [4] ſecuta,*
*Confixique ſuis [5] telis, & pectora duro*
*[6] Transfoſſi ligno veniunt: vix unus Helenor,*
*[7] Et Lycus, [8] elapſi: quorum [9] primævus Helenor,*
*Mæonio regi [10] quem ſerva [11] Lycimnia [12] furtim*
*[13] Suſtulerat, [14] vetitiſq; ad Trojam miſerat armis,*
*Enſe [15] levis [16] nudo, [17] parmâque inglorius albâ.*
*[18] Iſque, ubi ſe Turni media inter [19] millia vidit,*
*[20] Hinc acies [20] atque hinc acies aſtare Latinas:*
*Ut [21] fera, quæ denſâ [22] venantum [23] ſepta coronâ*
*Contra tela ruit, ſeſeque [24] haud neſcia morti*
*Injicit, & ſaltu ſupra [25] venabula fertur:*
*Haud aliter [26] juvenis medios [27] moriturus in hoſtes*
*Irruit, &, quà tela videt denſiſſima, tendit.*
*At [28] pedibus longè [29] melior Lycus, [30] inter & hoſtes,*
*Inter & arma, [31] fugâ [32] muros [33] tenet; altaq; [34] certat*
*Prendere [35] tecta [36] manu, ſociûmque attingere dextras.*
*Quem Turnus pariter curſu teloque ſecutus,*
*Increpat [37] his [38] victor: Noſtraſ-ne [39] evadere, demens,*
*Speraſti te poſſe manus? ſimul arripit ipſum*
*Prendentem, & magnâ muri cum parte [40] revellit:*

10 Helenorem. 11 Nomine. 12 Illegitimo concubitu. 13 Natum educaverat. Sic ſuprà v. 201. *Argolicum terrorem inter, Trojæque labores* Sublatum erudiit. 14 Lege militari, quæ ſervis olim capitis pœnâ interdicebat militiam: vel *vetitis*, propterea quòd tyro eſſet & nondum bella tractare ſciret. 15 Celer & expeditus. 16 Stricto, id eſt, levis armaturæ miles, habens ſolummodò enſem. 17 Brevi ſcuto, & nullo inſigni adhuc ornato, ignobilis, nullamque gloriam conſecutus. Tironibus Rom. ad quos alluſum, dabatur parma alba & pura, inſigni prorſus nudâ; quod argumento facinoris alicujus, à ſe editi, inſignire in ſua manu & virtute erat. 18 Helenor. 19 Armatorum. 20 Ab utraque parte. 21 Leo, aut ſus ſylveſter. 22 Venatorum. 23 Circumdata. 24 Certa mori, & deſperata: *ſi ſubeant venabula pectus, Per ferrum tanti ſecurus vulneris exit*, Lucan. 1. 25 Venatorum tela. 26 Helenor. 27 Certus mori. 28 Curſu & velocitate pedum. 29 Præſtantior, quàm Helenor. 30 Per. 31 Fugiendo. 32 Novæ Trojæ. 33 Apprehendit. 34 Contendit accipere. 35 Al. *ſaxa*. 36 Quia tunc altâ non erant muri, ſed ad impetum tantùm repellendum. 37 Verbis. 38 Cùm eſſet voti compos, & eum teneret. 39 Effugere. 40 Abſtrahit illum.



Digitized by Google

** Qualis ubi aut leporem, aut [1] candenti corpore cygnum,*
*Suſtulit [2] alta petens pedibus [3] Jovis armiger [4] uncis;*
*[5] Quæſitum [6] aut [7] matri multis balatibus agnum*
*[8] Martius à ſtabulis rapuit [8] lupus. Undique [9] clamor*
*[10] Tollitur: [11] invadunt, & foſſas [12] aggere complent:*
*Ardentes tædas alii ad [13] faſtigia jactant.*
*Ilioneus ſaxo, atque ingenti fragmine [14] montis,*
*† Lucetium [15] portæ ſubeuntem, ignesq; [16] ferentem,*
*† Emathiona ‡ Liger; ‡ Chorinæum ſternit † Aſylas:*
*([17] Hic jaculo [18] bonus, [19] hic [20] longè fallente ſagitta)*
*† Ortygium ‡ Cæneus, victorem Canea Turnus:*
*[21] Turnus ‡ Ityn, ‡ Cloniumque, ‡ Dioxippum, ‡ Promulumque,*
*Et ‡ Sagarim, & ſummis [22] ſtantem pro turribus ‡ Idam:*
*‡ Privernum † Capys: [23] hunc primò [24] levis haſta ‡ Themillæ*
*[25] Strinxerat: [26] ille manum, projecto [27] tegmine, [28] demens*
*Ad [29] vulnus tulit: [30] ergo [31] alis allapſa [32] ſagitta,*
*Et [33] lævo infixa eſt lateri [34] manus, abditaque intùs,*
*[35] Spiramenta animæ [36] lethali vulnere [37] rupit.*
*Stabat in egregiis [38] Arcentis filius armis,*
*[39] Pictus acu chlamydem, & [40] ferrugine [41] clarus [42] Ibera,*

* Exiſtens talis, *qualis*, &c. Macrob. Sat. l. 5. c. 12. & 13. ex Hom. I. 12. & 22. 1 Candidor. 2 Erigens ſe e terrâ. 3 Aquila, Jovis dicta armigera, quod ſublime volet, nec unquam fulmine tangatur aut exanimetur. Plin. 10. l. 3, 6. 4 Incurvis. 5 Qui tunc quæritur. 6 Aut qualis eſt lupus, ubi rapuit, &c. 7 Ovi. 8 Martis fera, in tutela Martis habitus. 9 Rutulorum.

10 Erigitur. 11 Rutuli. 12 Terrâ, quæ aggeſta erat. 13 Culmina turrium ſæpè jaciunt. Æn. 2. *flammas ad culmina jactans.* 14 Rupis ſaxoſæ. † Italos. ‡ Trojanos. 15 Ab inferiori imminentem ad portam. 16 Inferentem. 17 Chorinæus erat. 18 Peritus & utilis. 19 Aſylas erat bonus. 20 Eminus enim miſſa non animadvertitur, neque ita facile declinatur. 21 Anadiploſis. 22 Pro defenſione turrium, id eſt, propugnantem defendentemque turres. 23 Privernum, quem Capys ſtravit. 24 Leviter veniens. 25 Leviter vulneraverat. 26 Privernus. 27 Corporis, id eſt, clypeo. 28 Immemor ſalutis ſuæ, quia clypeum projecit. 29 Factum à ſagitta Themillæ. 30 Quia inermis videbatur. 31 Pennata, pennis illapſa eſt. 32 A Capy immiſſa. 33 Simul cum lævo latere transfixa eſt. 34 Quam ad vulnus tulerat. 35 Pulmonem, inſtrumentum reſpirationis, aut cor, domicilium ſpirationis. 36 Mortifero. 37 Fregit. 38 Siculi. Perſonæ deſcriptio à genere armorum, habitu, forma & loco, in quo educatus fuerat. 39 Phrygio opere intertextam, quia ipſe Phryx. 40 Purpura ſubnigra. Ferrugineus color ferro candenti, aut certe ferrugini. i. e. rubigini ferri ſimilis eſt. 41 Relucens. 42 Hiſpana aut Bætica.

*Inſignis*

Digitized by Google

*Inſignis facie: genitor quem miſerat Arcens,*
[1] *Eductum* [2] *Martis luco,* [3] *Simethia circùm*
*Flumina,* [4] *pinguis ubi & placabilis ara* [5] *Palici.*
[6] *Stridentem fundam,* [7] *poſitis Mezentius armis,*
*Ipſe ter adductâ circùm caput egit* [8] *habenâ,*
*Et* [9] *media* [10] *adverſi* [11] *liquefacto* [12] *tempora* [13] *plumbo*
[14] *Diffidit, ac* [15] *multâ* [16] *porrectum extendit arenâ.*
*Tùm primùm* [17] *bello* [18] *celerem intendiſſe ſagittam*
*Dicitur,* [19] *antè feras ſolitus terrere fugaces*
*Aſcanius, fortemq;* [20] *manu* [21] *fudiſſe Numanum,*
*Cui Remulo cognomen erat, Turnique* [22] *minorem*
*Germanam, nuper* [23] *thalamo ſociatus, habebat.*
*Is primam ante aciem digna, atque indigna* [24] *relatu*
*Vociferans, tumiduſque novo præcordia* [25] *regno,*
[26] *Ibat, & ingenti ſeſe clamore ferebat.*
*Non* [27] *pudet obſidione iterùm valloque teneri,*
[28] *Bis capti Phryges, &* [29] *morti* [30] *prætendere muros?*
*En* [31] *qui* [32] *noſtra ſibi bello connubia poſcunt.*
*Quis Deus* [33] *Italiam, quæ vos dementia adegit?*
*Non hîc* [34] *Atridæ, nec* [35] *fandi fictor Ulyſſes:*
[36] *Durum à ſtirpe genus: natos ad flumina primùm*

1 Educatum. 2 Marti ſacro. 3 Simethum Siciliæ fl. prope Catanam h. *la Jaretta.* 4 Frequenti ſacrificio. 5 Palicorum. Erant *Palici* duo filii Jovis & Thaliæ Nymphæ, Siculis Dii habiti, culti ad lacus duos, *Crateras* dictos; inſigne juramenti religione, in perjurum ſc. implacabiles, in veracem placabiles: quorum aræ uberibus fertilis Siciliæ donis annuis coronantur. Vide Macrob. Sat. 5. l. 19. c. 6 Cum ſtridore emittentem glandem aut lapides. 7 Depoſitis. 8 Fundæ, quâ tenebatur. 9 Per medium. 10 Ex adverſo ſtantis. 11 Ex attritione aëris, & celeri motu, quo aër attenuatus accenditur. 12 Ardentis. 13 Glande plumbeâ. 14 Diſſecuit. 15 In media. 16 Arcentem extenſum, cùm morte gravaretur. 17 More bellico, aut animo bellandi & hoſtili. 18 Celeriter emiſſam. 19 Illa tempora. 20 Sagitta è manu miſſa. 21 Proſtraſſe. 22 Quia major ſoror Turni dicebatur Juturna. 23 Matrimoniali. 24 Quæ referantur. 25 Regis Turni affinitate: namque Regum fratres & affines olim nomine Regum inſigniebantur. 26 Conſpicuus. 27 Vox. 28 Imò ter, ab Hercule primùm; ſecundò ab Amazonibus; poſtremò à Græcis, duce Agamemnone. Deridet Trojanos. 29 Bello mortifero: quia omninò moriemini in hoc bello. 30 Objicere. 31 Quales; q. d. muliebris animi, qui ſe intra muros claudant. 32 Nobis pacta & debita. 33 Bello claram petere vos imbelles adegit? 34 Sunt. 35 Exornator loquendi, id eſt, non confidimus calliditati ſermonum, ſed virtuti noſtræ. 36 Nos enim *durum*, &c. ut primùm nati ſunt infantes, gelidis undis fluviorum induramus. Alluſum ad Celtas, qui recens natos ad fl. Rhenum clypeo impoſitos deferebant, exploraturi, ſi fluitaret ſcutum, ſobolem genuinam; ſi mergeretur, ſpuriam: nec non ad indurandum eos bello & rebus aſperis; *vel*, Natationi à prima pueritia natos noſtros aſſuefacimus.



Digitized by Google

*Deferimus, ſævoque gelu duramus, & undis:*
[1] *Venatu invigilant* [2] *pueri,* [3] *ſylvaſque fatigant:*
*Flectere* [4] *ludus equos, & ſpicula tendere* [5] *cornu.*
*At patiens operum,* [6] *parvoque aſſueta juventus,*
*Aut raſtris terram* [7] *domat, aut* [8] *quatit oppida bello,*
*Omne ævum ferro teritur, verſâque* [9] *juvencûm*
*Terga fatigamus* [10] *haſtâ; nec* [11] *tarda ſenectus*
*Debilitat vires animi, mutatque vigorem:*
[12] *Caniciem galeâ premimus, ſemperque* [13] *recentes*
[14] *Convectare juvat prædas, &* [14] *vivere* [15] *rapto.*
*Vobis* [16] *picta croco, & fulgenti* [17] *murice veſtis:*
*Deſidiæ* [18] *cordi: juvat* [19] *indulgere choreis:*
*Et* [20] *tunicæ* [21] *manicas, & habent* [22] *redimicula* [23] *mitræ.*
[24] *O verè* [25] *Phrygiæ, (neque enim* [26] *Phryges) ite per* [27] *alta*
*Dindyma; ubi* [28] *aſſuetis* [29] *biforem dat tibia cantum:*
*Tympana vos,* [30] *buxuſque* [31] *vocat* [32] *Berecyntbia* [33] *matris*
[34] *Idææ: finite arma* [35] *viris, &* [36] *cedite ferro.*
[37] *Talia* [38] *jactantem* [39] *dictis, ac* [40] *dira canentem:*
[41] *Non tulit Aſcanius:* [42] *nervoque obverſus equino,*

1 Venatui. 2 Cum adhùc ſunt pueri. 3 Feras ſylvarum. 4 Qui viris alibi labor, noſtris pueris ludus eſt. 5 Ex arcu cornu munito, ſaltem in extremis angulis. 6 Parcimoniæ. 7 Colit. 8 Concutit, ut eruat. 9 Boum aratoriorum. 10 Stimuli loco. 11 Tardiſſimos corpus.

12 Canos capillos, id eſt, etiam caneſcentes induimur galeâ. 13 Recenter raptas. 14 Qui primis hominibus, rudibus & ferarum more viventibus, honor erat. 15 Ex his, quæ ab hoſte, aut in ſylvis rapuimus. 16 Crocotium innuit, veſtem muliebrem, acu pictam, croco & purpurâ intertinctam. 17 Purpura. 18 Sunt ad placitum veſtium, id eſt, placent vobis. 19 Animum laxare tripudiis & ſaltationibus. 20 Veſtræ. Tunicas χειροδυτὰς innuit, prolixas ſc. inſ a brachia, & uſque in primores manus geſtare viris Rom. indecorum fuit. Agell. 7. l. 12. c. 21 Tegmina ad manus uſque protenſa. 22 Religaturas ad ornamentum ſpectantes. 23 Mitræ quidem Lydis ac Phrygibus tegmina erant capitis: aliis verò geſtare turpe habebatur, magis, ſi redimiculis mento ſubligarentur. 24 Ἀχαΐδες ἐκ ἔτ᾽ Ἀχαιοί. Il. 7. 25 Mulieres ex Phrygia. 26 Viri ex Phrygia. 27 Alios montes Phrygios, Cybeli ſacros. 28 Vobis aſſuetis ad ſonum tibiarum. 29 Gravem & acutum, binis foraminibus emiſſum, tibiis ſc. dextris & ſiniſtris, quæ Phrygiæ. 30 Fiſtula ex buxo. 31 Vos ad choreas. 32 Quæ creſcit in monte Phrygiæ Berecyntho. 33 Deorum. 34 Phrygiæ. 35 Vos, qui mulieres eſtis, relinquite nobis, qui viri ſumus, arma. 36 Diſcedite, aut date locum armis ferreis, quæ tractare neſcitis. 37 Facinora ſua & ſuorum. 38 Numanum. 39 Verbis laudatoriis. 40 Execrabilia in Trojanos. 41 Æn. 2. Non tulit *hanc ſpeciem furiatâ mente Chorœbus.* l. 8. Non tulit *Alcides animis.* 42 Contra verſus (ut fortius jaciat) arcu cornu oborato nervo ex equinis fetis.



Digitized by Google

*[1] Contendit telum, [2] diverſaque brachia ducens,*
*Conſtitit [3] ante Jovem, ſupplex [4] per vota precatus:*
*Juppiter omnipotens, [5] audacibus annue cœptis.*
*Ipſe tibi ad tua templa [6] feram ſolemnia dona,*
*Et ſtatuam ante aras [7] auratâ fronte juvencum*
*[8] Candentem, [9] paritérq; caput cum matre ferentem,*
*Jam cornu [10] petat, & pedibus qui ſpargat arenam.*
*[11] Audiit, & cœli [12] genitor de parte [13] ſerenâ*
*Intonuit [14] lævum: ſonat unà [15] lethifer [16] arcus:*
*Et [17] fugit [18] horrendum ſtridens elapſa ſagitta,*
*Perq; caput [19] Remuli venit, & [20] cava tempora [21] ferro*
*Trajicit. [22] I, verbis virtutem [23] illude ſuperbis:*
*[24] Bis capti Phryges hæc Rutulis reſponſa remittunt.*
*Hæc tantùm [25] Aſcanius. Teucri [26] clamore ſequuntur,*
*Lætitiâque fremunt, animoſque ad ſidera [27] tollunt.*
*[28] Ætherea tùm fortè [28] plagâ [29] crinitus Apollo*
*[30] Deſuper [31] Auſonias acies, [32] urbemque videbat.*
*[33] Nube ſedens, atq; [34] bis [35] victorem affatur Iülum:*
*[36] Macte [37] novâ virtute puer! [38] ſic itur [39] ad aſtra,*

1 Toto conatu tendit in hoſtem. 2 In diverſas partes, ita ut arcus, lignum aut chorda multum diſtraherentur. 3 In conſpectu Jovis. 4 Simul vovens. 5 Quia audacia erat id ephebo talem virum appeteré. 6 Offeram taurum ſolennem, aut ſpolia Numani Remuli.

7 Taurorum cornua deaurare; vitulorum frontes aureis laminis & coronis ornare in ſacris, ad majorcentiam victimæ faciebat. 8 Candidum, nitidum, ac præpinguem. 9 Staturâ matri æqualem. 10 Provocet. 11 Exaudit Aſcanium. 12 Deorum ac hominum Jupiter. 13 Prodigioſum, ut quod extra rationis aleam. 14 Tonare fecit ſiniſtram partem cœli: quod boni ominis. Nam læva tonitrua felicia putantur, quòd, quæ nobis ſiniſtra ſunt, ea ſuperis dextra eſſe credantur. Sic 2. Æn. *ſubitoque fragore* Intonuit lævum. 15 Mortem allaturus Numano. 16 Aſcanii. 17 Fugienti ſimilis pervolat. 18 Horribiliter. 19 Numani. 20 Cerebri expertia. 21 Quod ei affixum erat. 22 Vade modò. Loquitur Aſcanius. 23 Deride ſuperbè loquendo. Verſus leoninus. 24 Sic reſpondet temeritati Rutulorum, fortiter agendo, & parum dicendo. Sarcaſticè in Numanum ſua dicta, cum lethifera ſagitta repenſa. 25 Et dixit, & fecit. 26 Applauſu. 27 Extollunt. 28 A regione cœleſti. 29 Propter radios Solis dicitur Apollo crinitus, qui quandam capillorum ſpeciem videntur referre: ut & ſagittis inſtructus. 30 A ſuperiore loco. 31 Italórum. 32 Trojanorum obſeſſam. 33 Super nubem. 34 Verbis. 35 Numanum. 36 Amplificate honore. Rituale à ſacris, in quibus hoſtia immolata & cæſa, boni ominis gratia, dicebatur, mactus eſto taurus, id eſt, magis auctus. *Mactus* enim idem eſt, quod magis auctus. Solus autem vocativus utriuſque numeri eſt in uſu, *macte*, & in pl. *macti*, quibus propriè aliquem ob rem pene cœptam laudamus, & ad perficiendum adhortamur. Liv. Macti *virtute, milites Romani eſte.* 37 Inſolita. 38 Per talia facinora. 39 In numerum Deorum.



Digitized by Google

*[1] Diis genite, & geniture [2] Deos: jure omnia bella*
*Gente ſub [3] Aſſaraci [4] fato ventura [5] reſident:*
*[6] Nec te [7] Troja capit. Simul hæc [8] effatus, ab alto*
*Æthere ſe mittit; [9] ſpirantes dimovet auras,*
*Aſcaniumque petit: formâ tùm vertitur [10] oris*
*[11] Antiquum in Buten: [12] hic [13] Dardanio Anchiſæ*
*Armiger antè fuit, fiduſque [14] ad limina cuſtos.*
*Tum [15] comitem Aſcanio [16] pater [17] addidit: ibat Apollo*
*[18] Omnia [19] longævo ſimilis, vocemque, coloremq;,*
*Et crines [20] albos, & [21] ſæva ſonoribus [22] arma:*
*Atque [23] his [24] ardentem dictis [23] affatur Iülum:*
*[25] Sit ſatis, [26] Æneide, telis [27] impunè Numanum*
*[28] Oppetiiſſe tuis: primam hanc tibi magnus Apollo*
*Concedit laudem, & [29] paribus non invidet armis:*
*[30] Cætera [31] parce puer bello. Sic orſus Apollo,*
*Mortales [32] medio aſpectus ſermone reliquit,*
*Et procul in tenuem ex [33] oculis evanuit auram.*
*Agnovêre [34] Deum [35] proceres, [36] divinaque tela*
*[35] Dardanidæ, pharetramque fugâ ſenſêre ſonantem.*
*[37] Ergo [38] avidum pugnæ [39] dictis, ac numine Phœbi*
*Aſcanium [40] prohibent: ipſi in certamina rurſus*
*Succedunt, [41] animaſque in aperta pericula mittunt.*
*[42] It clamor [43] totis per propugnacula muris:*
*Intendunt [44] acres arcus, [45] amentaque torquent.*

1 Venere & Jove. 2 Julium Cæſ. & Auguſtum, pro Diis habendos. 3 Auſpiciis gentis Trojanæ. Aſſaracus pater Capyos fuit patris Anchiſæ. 4 Per fatalem præordinationem. 5 Sedabuntur, quieſcent in te: quia ſolus Aſcanius ſuperſtes manſurus eſt, intereuntibus Latino & Ænea. 6 Major es quàm quem caperet Troja. 7 Hæc parva. 8 Apollo. 9 Suave à Deo Sole ſpirantes. 10 Vultus. 11 In ſimilitudinem Butis ſenis. 12 Butes. 13 A Dardano orto. 14 Æditũus ſeu atrienſis: ut, *ad pocula*, *ad menſam*, &c. 15 Cuſtodem & pædagogum. 16 Æneas. 17 Buten. 18 Per omnia: κατά. 19 Buti. 20 Canos. 21 Terribilia ſtrepitu, quem faciebat, cùm armatus incederet. 22 Arcum & pharetram. 23 Hæc coram & clarè: nam prius illud elogium ad Aſcanii aures non pervenit. 24 Deſiderio dimicandi. 25 Tibi. 26 O Æneade, id eſt, fili Æneæ. 27 Sine vindicta, ac citra noxam tuam. 28 Interfectum eſſe. 29 Et gloriam tibi concedit in ſuis armis, id eſt, arcu & ſagittis. 30 Cæterum in præſens ſuperſede, ceſſaque ab ulteriore pugna. 31 Abſtine. 32 Ad medium tantum producto: quia reſponſum non expectabat, ſinè quo ſermo non eſt completus. 33 Mortalium. 34 Apollinem. 35 Principes Trojani. 36 Pharetram Apollinis. 37 Quia Apollinem agnoverant. 38 Cupidum pugnandi. 39 Monitis ac autoritate Apollinis: dixerat enim *Cætera parce puer bello*. 40 A pugna. 41 Vitam. 42 Diffunditur. 43 Quæ erant in totis muris. 44 Robuſtos, *vel* ipſi acres. 45 Amentata, id eſt, tela amentis, id eſt, loris, quibus alligantur & jaciuntur tela.



Digitized by Google

[1] *Sternitur omne ſolum telis : cùm [2] ſcuta , cavæque*
*Dant ſonitum [3] flictu galeæ . pugna aſpera [4] ſurgit.*
*Quantus ab occaſu veniens pluvialibus [5] Hœdis*
[6] *Verberat imber humum : quàm multâ grandine nimbi*
*In vada [7] præcipitant, cùm [8] Juppiter horridus Auſtris*
[9] *Torquet aquoſam [10] hyemem , & [11] cœlo cava nubila [12] rumpit.*
[13] *Pandarus & Bitias , [14] Idæo Alcanore [15] creti ,*
*Quos [16] Jovis [17] eduxit luco [18] ſylveſtris [19] Hiera ,*
*Abjetibus juvenes [20] patriis , & montibus [21] æquos :*
*Portam,quæ [22] ducis imperio [23] commiſſa, [24] recludunt,*
*Freti [25] armis , [26] ultròque invitant mœnibus hoſtem.*
*Ipſi intùs dextra , ac læva [27] pro turribus aſtant*
*Armati ferro , & [28] criſtis capita alta coruſci.*
*Quales [29] aëriæ , [30] liquentia flumina circùm ,*
*Sive Padi [31] ripis,[32] Atheſim ſeu [33] propter [34] amœnum,*
*Conſurgunt geminæ quercus , [35] intonſaque [36] cœlo*
*Attollunt capita , & ſublimi vertice [37] nutant.*
[38] *Irrumpunt, [39] aditus [40] Rutuli ut vidêre patentes.*
*Continuò [41] Quercens , & pulcher [41] Equicolus armis,*
*Et [42] præceps animi [41] Tmarus , & [43] Mavortius [41] Hæmon ,*
[44] *Agminibus totis , aut verſi terga [45] dedêre ,*
[46] *Aut ipſo portæ poſuêre in limine vitam.*
*Tùm magis [47] increſcunt animis [48] diſcordibus [47] iræ :*

1 Cooperitur. 2 Quibus repulſa erant tela. 3 Afflictu, ictu. 4 Inſtauratur. 5 Stellis duabus in Aurigæ brachio , quarum ortu & occaſu concitantur pluviæ , tempeſtates : quæ in Octobri oriuntur. 6 Impetu aquarum. 7 Præcipites cadunt. 8 Aër. Sic Horat. *Manet ſub Jove frigido Venator.* 9 In grandinem rotat , *vel* , deorſum impellit. 10 Tempeſtatem. 11 Per cœlum. 12 Tonitru. 13 Maximi illi Trojani. 14 Trojano. 15 Procreatis. 16 Jovi ſacro. 17 Extulit. 18 In ſylvis verſari ſolita. 19 Mater Idæa. 20 In patria illorum naſcentibus. 21 Pares , ſimiles. 22 Æneæ abeuntis. 23 Conjuncta & obſtruſa erat. 24 Aperiunt. 25 Quibus hoſtem propellere ſperabant. 26 Sinè inſtantia ejus. 27 Propugnantes : ut ſupra , *ſtantem pro turribus Idam.* Al. ipſi Pandarus & Bitias inſtar ac vice turrium , quia *abjetibus Idæis & montibus æqui.* 28 Galearum. 29 Valde altæ. 30 Venetiæ. 31 In. 32 Celebrem & maximum , poſt Padum , Italiæ fl. 33 Juxta. 34 Placidum aſpectu. 35 Ramoſa & frondoſa. 36 Ad cœlum uſque erigunt. 37 Caſum minari videntur. 38 Irruptionem faciunt. 39 Portarum. 40 Populi Turni. 41 Itali duces. 42 Inſtabilis. 43 Bellicoſus & Marti ſimilis. 44 Sc. ab. 45 Fugæ. 46 Significat , eos primò fugatos eſſe , & indè cæſos. 47 Augmentantur iræ Trojanorum. 48 Differentibus : alii enim expugnare , alii propugnare prætendebant.

Et

*Et jam collecti Troës glomerantur* [1] *eodem,*
*Et conferre manum, & procurrere* [2] *longiùs audent.*
[3] *Ductori Turno,* [4] *diverſâ in parte furenti,*
*Turbantique viros, perfertur nuncius, hoſtem*
[5] *Fervere cæde novâ, & portas præbere patentes.*
[6] *Deſerit inceptum, atque* [7] *immani concitus irâ,*
[8] *Dardaniam* [9] *ruit ad portam,* [10] *fratreſque ſuperbos.*
*Et primùm Antiphaten (is enim ſe primus* [11] *agebat)*
*Thebana de matre* [12] *nothum* [13] *Sarpedonis* [14] *alti,*
*Conjecto ſternit jaculo: volat* [15] *Itala cornus*
*Aëra per tenuem, ſtomachoque infixa ſub* [16] *altum*
*Pectus abit: reddit* [17] *ſpecus atri vulneris undam*
*Spumantem, & fixo ferrum in pulmone* [18] *tepeſcit.*
*Tùm Meropem, atque Erimantha* [19] *manu, tum ſternit Aphidnum:*
*Tùm Bitian, ardentem oculis, animiſque frementem,*
[20] *Non jaculo, (*[21] *neq; enim jaculo vitam ille dediſſet)*
*Sed magnum ſtridens* [22] *contorta* [23] *phalarica venit,*
*Fulminis acta modo: quam* [24] *nec duo taurea terga,*
[25] *Nec duplici ſquammâ lorica fidelis, & auro*
*Suſtinuit:* [26] *collapſa ruunt immania membra.*
*Dat tellus gemitum, &* [27] *clypeum ſuper intonat ingens:*
[28] *Qualis in* [29] *Euboïco Bajarum littore* [30] *quondam*
[31] *Saxea pila cadit: magnis quam molibus antè*
*Conſtructam* [32] *jaciunt Ponto:* [33] *ſic* [34] *illa ruinam*

1 Ad eundem locum, quo hoſtes.
2 Extra portas.
3 Ad ducem Turnum.
4 Ab hac, ubi porta erat aperta.
5 Enallage conjugationis.
6 Turnus.
7 Sæviſſimâ.
8 Caſtrorum portam, cognominem illi veteris Trojæ, quam Trojani aperuerant.
9 Præcipitanter currit.
10 Pandarum & Bitian.
11 Obviam.

12 Filium illegitimum. 13 Viri Trojani. 14 Nobilis, utpote nepotis Jovis. 15 Telum factum ex Italica cornu, à Turno emiſſum. 16 Profundum. 17 Hiatus, cavitas ſeu foramen vulneris. 18 Ibidem. 19 Hos tres comminus: Antiphaten eminus interfecerat. 20 Sc. *ſternit.* 21 Nam ille non potuiſſet lethaliter vulnerari jaculo. 22 Brachiis Turni. 23 Haſta valido præfixa ferro, ſulfure, reſinâ, bitumine, ſtupiſque convoluta, infuſo oleo incendiario; quæ baliſtæ impetu deſtinata, ardens figitur phalis & turribus incendendis. 24 Non clypeus ex duplici taurino tergore ſuſtinere valuit, ita ut omnia penetraret. 25 Nec lorica ex laminis aureis ſquammarum in morem conſerta. 26 Simul labentia corruunt. 27 Super quem cecidit: vel ſic, ingens clypeum ſuper eum inſonat. 28 Qualiter. 29 Ab Euboïcis Chalcidenſibus in Italia juxta Bajas habitato. 30 Aliquando. 31 Moles ex ſaxo, latere, cæmento, ligneiſque pilis jacta eductaque ad arcendum mare & tutandos portus: *vel*, columna lapidea. 32 Fluctus aut procellæ dejiciunt per mare. 33 Ut Bitias cecidit. 34 Saxea pila.

[1] *Prona trahit, penituſque* [2] *vadis illiſa* [3] *recumbit:*
[4] *Miſcent ſe maria, &* [5] *nigræ* [6] *attolluntur arenæ.*
*Tùm ſonitu* [7] *Prochyta alta tremit,* [8] *durumque cubile*
[9] *Inarime, Jovis imperiis impoſta Typhœo.*
[10] *Hìc Mars* [11] *armipotens animum vireſque* [12] *Latinis*
*Addidit, & ſtimulos* [13] *acres ſub pectore* [14] *vertit,*
*Immiſitque* [15] *fugam Teucris,* [16] *atrumque timorem.*
*Undique* [17] *conveniunt; quoniam data* [18] *copia pugnæ,*
*Bellatorque* [19] *animo* [20] *Deus incidit.*
*Pandarus, ut fuſo* [21] *germanum corpore cernit,*
*Et* [22] *quo ſit fortuna* [22] *loco, qui caſus agat* [23] *res,*
*Portam vi* [24] *multâ* [25] *converſo cardine* [26] *torquet,*
[27] *Obnixus latis humeris; multoſque* [28] *ſuorum*
[29] *Mœnibus excluſos* [30] *duro in certamine* [31] *linquit:*
*Aſt* [32] *alios ſecum includit, recipitque* [33] *ruentes,*
*Demens;* [34] *qui Rutulum in medio non* [35] *agmine* [36] *regem*
*Viderit* [37] *irrumpentem,* [38] *ultròque incluſerit urbi,*
[39] *Immanem* [40] *veluti pecora inter* [41] *inertia* [42] *tigrim.*
[43] *Continuò nova lux* [44] *oculis effulſit, &* [45] *arma*
[46] *Horrendùm ſonuêre: tremunt in* [47] *vertice criſtæ*

1 Ad terram inclinata. 2 Ad vada. 3 Proſternitur. 4 Intra molem & extra. 5 Quia profundæ, aut quia paludoſæ. 6 Eriguntur. 7 Inſula littoris Campani inter Miſenum promontorium & inſulam Pithecuſam quæ... 8 Ut ſit illi mortiferum cubile. 9 Ænaria & Inarime, quam, quòd flammas quandoque vomit, Typhœo giganti contra Deos pugnare auſo, ſuperjectam fabulantur. 10 Tranſitio ad pulcherrimum facinus Turni, qui intra muros concluſus, fortiſſime cum hoſtibus dimicavit. 11 Armorum & bellorum Deus. 12 Turni populis. 13 Vehementis furoris & iræ. 14 Vertendo pungit: tractum à virga, quæ dum vertitur, boves ſtimulantur. 15 Animum fugiendi. 16 Funeſtum, turpem: ut Horat. *atra cura*: quòd atra inauſpicata & funeſta erant. 17 Itali, quibus Mars animos addidit. 18 Copioſa pugnandi facultas. 19 In animum eorum, id eſt, omnem acceperunt animum ſeu cupiditatem bellandi. 20 Mars. 21 Bitiam. 22 In quo ſtatu: quia videt eam ad Latinos, relictis Teucris, defeciſſe. 23 Bellicas. 24 Magna. 25 Quam convertebat ad poſtes ſuos ut claudatur. 26 Torquendo claudit. 27 Conatus. 28 Ex ſuis commilitonibus. 29 Novæ Trojæ. 30 Quia invito Marte, qui, quos Latinis addidit, Teucris abſtulerat animos. 31 Sine ſpe evadendi. 32 Suos, Trojanos: nam Turnus ſolus ex hoſtibus receptus. 33 Præcipitantur accurrentes. 34 Utpote qui, quòd. 35 Trojanorum, ruentium ad portas. 36 Turnum. 37 Vi intrantem. 38 Ultra id, quod debebat facere. 39 Ferociſſimam. 40 S... *includeret*. 41 Arte ſe defendendi carentia, ut ſunt oves & capræ. 42 Turnum, Martis ſtimulis concitatum, Tigri, Trojanos, timore perculſos, pecori comparat. 43 Statim, poſtquam incluſus eſt Turnus. 44 Turni. 45 Ejus. 46 Horribiliter. 47 Capitis ejus.



Digitized by Google

1 *Sanguinea*, 2 *clypeoque* 3 *micantia fulgura mittit.*
*Agnoſcunt faciem inviſam, atque* 4 *immania membra,*
*Turbati ſubitò* 5 *Æneadæ. Tùm Pandarus ingens*
6 *Emicat*, & 7 *mortis fraternæ* 8 *fervidus irâ*
*Effatur:* 9 *non hæc dotalis regia Amatæ,*
*Nec muris* 10 *cohibet* 11 *patriis* 12 *media* 13 *Ardea Turnum.*
*Caſtra* 14 *inimica* 15 *vides: nulla hinc* 16 *exire* 17 *poteſtas.*
*Olli* 18 *ſubridens ſedato pectore Turnus,*
19 *Incipe, ſi qua animo virtus*, & *conſere dextram:*
20 *Hîc etiam inventum Priamo narrabis Achillem.*
21 *Dixerat:* 22 *ille rudem nodis*, & *cortice* 23 *crudo,*
24 *Interquet ſummis adnixus viribus haſtam.*
25 *Excepêre auræ vulnus: Saturnia Juno*
26 *Detorſit* 27 *veniens, portæque inſigitur haſta.*
28 *At non hoc* 29 *telum, mea quod vi dextera* 30 *verſat,*
*Effugies:* 31 *neq; enim* 32 *is teli, nec vulneris* 33 *author.*
*Sic ait*, & *ſublatum altè* 34 *conſurgit in enſem,*
*Et mediam* 35 *ferro gemina inter tempora* 36 *frontem*
*Dividit,* 37 *impubeſque* 38 *immani vulnere malas.*
39 *Fit ſonus: ingenti concuſſa eſt* 40 *pondere tellus.*
*Collapſos artus, atque arma cruenta* 41 *cerebro*
42 *Sternit humi moriens: atque illi* 43 *partibus æquis*
44 *Hùc caput atq; illùc humero ex utroq; pependit.*

1 Sanguinei coloris. 2 In clypeum. 3 Radios in morem fulminis reſplendentes. 4 *Præſtanti corpore Turnum, ac toto vertice ſuprà.* 5 Trojani, Æneæ ſubditi. 6 Eminet. 7 Propter necem fratris Bitiæ concepta. 8 Incenſus. 9 Hæc non eſt regia Latini, quam tibi filiæ dotis nomine ſpopondit Amata, Latini conjux. 10 Continet. 11 Intra quos natus eſt. 12 Mediò ſui. 13 Civitas, patria Turni. 14 Hoſtilia. 15 O Turne. 16 Exeundi. 17 Eſt tibi. 18 Sui fiducia, neglectu & contemptu hoſtis. 19 Mecum certamen. 20 Manu meâ cæſus, nuncius ibis Priamo apud inferos, narrans te incidiſſe in alterum Achillem, id eſt, Turnum, id eſt, morieris. 21 Turnus. 22 Pandarus. 23 Viridi, impolito. 24 In Turnum, licet in eum non pervenerit. 25 Aër & ventus vulnerata ſunt. 26 De Turno. 27 Haſtam venientem in Turnum. 28 Loquitur Turnus Pandaro. 29 Enſe. 30 Vibrat & tractat. 31 Neque enim ego ſic, ut tu modò, erravero. 32 Eſt talis, qualis tu es. 33 Ductor. 34 Erigit ſe. 35 Enſe ferreo. 36 Pandari. 37 Imberbes. 38 Sæviſſimo. 39 Ex ictu. 40 Corporis cadentis. 41 Effuſo. 42 Nam Pandarus ſternit ſuper humum. 43 In partibus æqualibus. Diviſum enim fuit æquali parte caput Pandari. 44 In utramque partem, tam dextram, quam ſiniſtram.

[1] *Diffugiunt* [2] *verſi* [3] *trepidâ formidine Troës.*
*Et,* [4] *ſi* [5] *continuò victorem ea cura ſubîſſet,*
*Rumpere clauſtra manu,* [6] *ſociosq; immittere* [7] *portis,*
*Ultimus ille dies* [8] *bello,* [9] *gentique fuiſſet.*
*Sed* [10] *furor ardentem,* [11] *cædisq; inſana cupido*
[12] *Egit in* [13] *adverſos.*
[14] *Principio Phalarim, &* [15] *ſucciſo poplite Gygen,*
[16] *Excipit:* [17] *hinc* [18] *raptas fugientibus ingerit haſtas*
[19] *In tergum: Juno vires animumque miniſtrat.*
[20] *Addit Halyn* [21] *comitem, & confixum Phegea*
[22] *parma:*
[23] *Ignaros deinde* [24] *in muris,* [25] *Martemque cientes,*
*Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytanimque,*
*Lyncea* [26] *tendentem contrà,* [27] *ſocioſque vocantem,*
[28] *Vibranti gladio connixus ab aggere* [29] *dexter*
*Occupat: huic unò dejectum* [30] *comminùs ictu.*
*Cum galeâ* [31] *longè jacuit caput: indè ferarum*
[32] *Vaſtatorem* [33] *Amycum;* *quo non* [34] *felicior alter*
*Ungere tela manu, ferrumque armare* [35] *veneno:*
*Et Clytium* [36] *Æoliden, &* [37] *amicum Cretea Muſis:*
*Cretea Muſarum comitem, cui carmina ſemper*
*Et citharæ* [38] *cordi,* [39] *numeroſque intendere nervis:*
*Semper equos, atque arma virûm, pugnaſque canebat.*
*Tandem ductores, audita cæde ſuorum,*
*Conveniunt Teucri, Mneſtheus,* [40] *acerque Sereſtus,*
[41] *Palanteſq; vident ſocios,* [42] *hoſtemq;* [43] *receptum.*

1 In diverſa fugiunt. 2 In fugam. 3 Mentes Trojanorum trepidas faciente. 4 Si Turno victori in animum ſubiiſſet portas reſerare. Si tàm uti victoriâ, quàm vincere novisset. 5 Ut diffugerunt. 6 Rutulos commilitones. 7 In portas. 8 Cum Trojanis gerendo. 9 Trojanæ, quam morte Aſcanii delevisset. 10 Martius. 11 Occidendi. 12 Impulit eum.

13 Eos, qui ante eum ex adverſo ei erant. Al. *averſos*, id eſt, fugientes, quos inſequi ardebat. 14 Enumerat aliquot, qui in pugna Turni manu ceciderunt. 15 Cui poples priùs ab eo ſucciſus erat. 16 E medio tollit. 17 Deinde, aut ex hac nece. 18 Quas in fugâ trepidi hoſtes Trojani abjecerant. 19 Quia terga dederunt. 20 Proſtratis. 21 Socium mortis. 22 Simul cum parma. 23 Ignorantes, quòd Turnus intra moenia eſſet. 24 Intra muros. 25 Bellum. 26 Impetum facientem. 27 Excluſos. 28 Evaginato & micanti. 29 A parte dextra, aut expeditus bellator. 30 Sc. *facto*, id eſt, conjunctâ manu. 31 A trunco. 32 Interfectorem. 33 Occupat 34 Peritior, magis idoneus. 35 Toxicô lethali & immedicabili. 36 Ex Æoli familia, aut ex Æolia in Trojam, indè cum Æneâ in Italiam profectum. 37 Vatem Lyricum, philomuſum. 38 Voluptati erant. 39 Rhytmos facere inventione aut crepitu nervorum, id eſt, qui ſecundum chordas verba componebat. 40 Strenuus. 41 Paſſim vagantes & oberrantes. 42 Turnum. 43 Intra moenia.



Digitized by Google

*Et Mneſtheus: Quo* [1] *deinde fugam? quò tenditis?*
*inquit.*
*Quos alios muros? quæ jam* [2] *ultra mœnia habetis?*
[3] *Unus homo, & veſtris (ô cives) undique* [4] *ſeptus*
*Aggeribus, tantas ſtrages* [5] *impunè per* [6] *urbem*
[7] *Ediderit? juvenum* [8] *primos tot miſerit* [9] *Orco?*
*Non* [10] *infelicis patriæ, veterumque* [11] *Deorum,*
*Et* [12] *magni Æneæ,* [13] *ſegnes* [14] *miſeretque,* [14] *pudetque?*
[15] *Talibus* [16] *accenſi* [17] *firmantur, & agmine denſo*
[18] *Conſiſtunt. Turnus paulatim excedere pugna,*
*Et* [19] *fluvium petere, ac* [20] *partem,* [21] *quæ cingitur*
*amni.*
[22] *Acriùs hoc Teucri clamore incumbere magno,*
*Et* [23] *glomerare manum.* [24] *Ceu ſævum* [25] *turba leonem*
*Cùm telis premit* [26] *infenſis: at territus* [27] *ille,*
*Aſper,* [28] *acerba tuens, retrò redit; & neque* [29] *terga*
*Ira dare, aut virtus patitur:* [30] *nec tendere contrà*
*Ille quidem,* [31] *hoc cupiens, potis eſt, per* [32] *tela viroſque.*
*Haud aliter retrò* [33] *dubius veſtigia Turnus*
[34] *Improperata refert, &* [35] *mens* [36] *exæſtuat ira.*
[37] *Quin etiam bis tùm medios invaſerat hoſtes:*
*Bis converſa fuga per muros* [38] *agmina vertit:*
*Sed* [39] *manus è caſtris properè coït omnis in unum;*
*Nec* [40] *contrà vires audet Saturnia Juno*
[41] *Sufficere:* [42] *aëriam cœlo nam Juppiter Irim*

1 Deinceps dirigitis vos fugientes? 2 Iſta. 3 A, turpe, quod multi ab uno in fugam verterentur. 4 Circumvallatus. 5 Sinè vindicta. 6 Veſtram. 7 Permittetur, ne edere? 8 Principes. 9 Ad inferoum? 10 Quæ penitus exterminatur. 11 Penates intelligit. 12 Tanti viri. 13 O ignavi. 14 *Miſeret* reſpicit ad *patriam; pudet* ad *Æneam.* 15 Verbis Mneſthei. 16 Trojani. 17 Firmi & conſtantes efficiuntur. 18 Circumſtant Turnum. 19 Tiberim. 20 Urbis. 21 Id eſt, dexteram. 22 Tantò vehementiùs. 23 Circumducere, globum facere. Æn. 2. *Sed* glomerare manum *bello, & concurrere in arcem Cum ſociis ardens animi.* 24 Aptiſſima comparatio, quâ Turnum leoni confert, qui neque omnium tela ſolus ſuſtinere, neque præ animi generoſitate fugam poteſt arripere. 25 Multitudo venantium. 26 Vim inferentibus. 27 Leo. 28 Videns acerbè. 29 In fugam verti. 30 Nec impetum facere in tantam multitudinem venantium. 31 Licet cupiat tendere contrà. 32 Quibus impeditur. 33 Quid faceret. 34 Non properata, id eſt, lentè & paulatim decedit. 35 Ejus. 36 Excandeſcit. 37 Inſuper. 38 Trojanorum. 39 Tota armatorum multitudo. 40 In contrarium, id eſt, contra Trojanorum impetum. 41 Subminiſtrare, Sic Æn. 2. *Ipſe pater Danais animos, vireſque ſecundas* Sufficit. 42 In aëre verſari ſolitam ad arcum cœleſtem.

Demiſit; [1] germanæ [2] haud mollia juſſa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
[3] Ergo nec clypeo [4] juvenis [5] ſubſiſtere tantum,
Nec dextrâ valet: injectis ſic undique telis
Obruitur: ſtrepit aſſiduo cava tempora circùm
[6] Tinnitu [7] galea, & [8] ſaxis [9] ſolida æra fatiſcunt,
Diſcuſſæque [10] jubæ [11] capiti: nec ſufficit [12] umbo
Ictibus: [13] ingeminant haſtis & Troës, & ipſe
[14] Fulmineus Mneſtheus: tùm toto [15] corpore ſudor
[16] Liquitur, & [17] piceum (nec [18] reſpirare poteſtas)
Flumen [19] agit: feſſos [20] quatit [21] æger anhelitus artus.
Tùm demùm præceps [22] ſaltu ſeſe omnibus armis
In fluvium dedit: [23] ille ſuo cum gurgite [24] flavo
[25] Accepit venientem, ac [26] mollibus [27] extulit undis,
Et lætum [28] ſociis, [29] ablutâ cæde, remiſit.

1 Sorori Jovis, id eſt, Junoni. 2 Minacia, aſpera, ſuperba, ſc. interitum Turni. 3 Quia Juno retraxit manum, & ita auxilio Deorum deſtitutus erat. 4 Turnus. 5 Suſtinere tantam vim. 6 Crepitu, qualem æs reddere ſolet. 7 Turni. 8 Injectis in ea. 9 Arma ærea firma & fortia hiſcunt. 10 Criſtæ galeæ. 11 A capite. 12 Curvatura ſive media pars clypei. 13 Ictus. 14 In morem fulminis impetum faciens. 15 Turni. 16 Defluit. 17 Pulvere miſto ſordidum, *vel* lentum & viſcoſum. 18 Reſpirandi. 19 Impellit. 20 Trahit. 21 Saucius & defatigatus. 22 Sese armatum in fluvium Tiberim projecit. Alluſum ad hiſtoriam Romanam Horatii Coclitis. 23 Fluvius. 24 Eo colore aqua Tiberis eſt. 25 Eum. 26 Molliter & lenè defluentibus. 27 Extra tulit. 28 Ad ſocios. 29 Aquis Tiberinis ſanguine, ex cæde ſuperfuſo, ablato: nam cæde contaminati, aquâ ſe abluere ſolebant.

P. VIRG.

# P. VIRGILII MARONIS

# ÆNEIDOS

## LIBER X.

### ARGUMENTUM.

JUpiter, convocato Deorum concilio, ad concordiam ipſos adhortatur. Ibi Venus de Trojanorum periculo, inſatiabilique Junonis odio conqueritur, aliquamque tandem tot calamitatum requiem petit. Juno contrà malorum omnium cauſam in Trojanos, veluti primos belli auctores, atque adeò in Venerem ipſam rejicit. Fruſtrà itaque tentatâ reconciliatione, Jupiter, ubi nullum videt eſſe contentionum finem, ne aut uxorem, aut filiam læderet, ſe neutrarum partium ſtudia ſecuturum pronunciat, ſed, pro ſua æquitate, omnia fatis eſſe permiſſurum. Interim Rutuli totis viribus ad oppugnationem redeunt, non minore animo obſeſſi ſe ad defenſionem parant. Dum hæc in Latio geruntur, Æneas, rebus in Etruria ex animi ſententia confectis, multorumque ſibi populorum auxiliis adjunctis, triginta navium claſſe ad ſuos revehitur. Ibi Nymphas, paulò antè in eam formam ex navibus ſuis transformatas, obvias habet: ex his, & de claſſis amiſſione, & de ſuorum periculo certior redditur. Indè in hoſtium uſque conſpectum profectus, copias ſuas exponit. Rutuli oppugnatione deſiſtunt, occurrenteſque ad littus, terrâ hoſtem prohibere conantur. Magno utrimque detrimento pugnatur. Ibi Pallas, magnâ prius editâ hoſtium ſtrage, tandem à Turno occiditur. Cujus rei dolore percitus Æneas, magnos Rutulorum acervos amico inferias mittit: Aſcanius quoque, eruptione facta ſuas cum patre copias conjungit. Quibus rebus permota Juno, & pro Turno ſolicita, impetrata à Jove venia, præſenti eum periculo eripit, objectâ illi falſâ Æneæ imagine, quam dùm in navim quandam fugientem inſequitur, vinculis à Junone ruptis, vi tempeſtatis ad littora Ardeæ proxima devehitur. Interim Mezentius, Jovis monitu pugnæ ſuccedens, magnum tàm Trojanorum, quàm Etruſcorum numerum proſternit; donec ab Ænea haſtæ ictu vulneratus, & à Lauſo filio protectus, ægrè ſe ad obligandum vulnus ex acie recipit. Ibi Lauſus quoque, dùm patrem ulciſci conatur ab Ænea interficitur: ejus rei nuntio accepto, Mezentius conſcenſo equo in prælium redit: ubi dùm filii mortem vindicare parat, eâdem, quâ filius, dextrâ concidit.

[1] P*Anditur* [2] *intereà* [3] *domus* [4] *omnipotentis* [5] *Olympi*,

1 Aperitur, id eſt, factus eſt dies. Nam, oriente Sole, coelum videtur aperiri, ſicut occidente, claudi: unde eſt illud 1 Æn. *Antè diem* clauſo *componet veſper* Olympo. 2 Dùm talia geruntur à Turno & Trojanis. 3 Coelum. 4 Omnia complectentis, omnibuſque potientis: Al. *omnipatentis*, id eſt, omni ex parte patentis.



Digitized by Google

1 Deorum. 2 Convocat Jupiter. Ovid. 1. Met. *Ingentes animos, dignas Jove concipit iras,* Conciliumque vocat: *tenuit mora nulla vocatos.* 3 In Cœli ſummam arcem & palatium Jovis. Alluſum ad circulum Lacteum deſcriptum, *Quà ſuper, iter eſt ad magni tecta Tonantis, Regalemque domum.* Ovid. Met. 1.

*[1] Conciliumque [2] vocat Divûm pater, atque hominum rex*
*[3] Sideream in ſedem: terras undè arduus omnes,*
*Caſtraque [4] Dardanidûm aſpectat, populoſq; [5] Latinos.*
*[6] Conſidunt tectis [7] bipatentibus, [8] incipit ipſe.*
*[9] Cœlicolæ magni, [10] quia-nam [11] ſententia vobis*
*[12] Verſa retrò? tantumque animis certatis [13] iniquis?*
*[14] Abnueram bello Italiam concurrere [15] Teucris.*
*[16] Quæ contra [17] vetitum diſcordia? [18] quis metus aut [19] hos,*
*Aut [20] hos arma ſequi, [21] ferrumq; laceſſere ſuaſit?*
*Adveniet [22] juſtum pugnæ ([23] ne arceſſite) [24] tempus,*
*Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim*
*[25] Exitium magnum, atq; [26] Alpes immittet [27] apertas.*
*Tùm certare odiis: tùm res [28] rapuiſſe licebit:*
*Nunc [29] ſinite, & [30] placidum [31] læti componite fœdus.*
*[32] Juppiter hæc [33] paucis: ac [34] non Venus [35] aurea contrà*
*[34] Pauca [36] refert.*
*O [37] pater, ô hominum, Divûmque [38] æterna poteſtas!*
*(Namque [39] aliud quid ſit, quod jam [40] implorare queamus?)*

4 Dardanidarum, id eſt, Trojanorum, à Dardano, Jovis filio, ortorum. 5 Italicos, Turno faventes. 6 Diſſimul ſedem capiunt. 7 Utrimque patentibus ſupernè & infernè, aut ab ortu & occaſu. 8 Concionem. 9 Cœlum colentes. 10 Al. *quæ nam.* 11 Decretum fatale. 12 Non ſortitur effectum, ſc. ut Æneas in Italiæ poſſeſſionem veniat? 13 Contra decretum molientibus? 14 Nolueram, & contra nutum, id eſt, voluntatem meam erat: ut viciſſim *annuere* dicitur, cum nutu, quo totum Olympum, tremefacit, ſibi aliquid placere teſtatur. 15 Cum Trojanis. 16 Qualis eſt iſta. 17 Prohibitionem meam. 18 Quæ religio? 19 Trojanos. 20 Rutulos. 21 Ferro ſe laceſſere. 22 Legitimum. 23 Nolite advocare, adducere, Tibul. l. 1. el. 10. *Quis furor eſt atram bellis arceſſere mortem? Imminet, & tacito clam venit illa pede.* 24 Bellum inquit Punicum ſecundum, quo Hannibal Italiam perpetuos octodecim annos crudeliſſimè vexavit. 25 Magnam cladem multorum civium. 26 Alpinos populos, aut eos, quos per Alpes traduxit Hannibal. 27 Ab Annibale, igne & aceto: Undè Juv. *montem qui fregit aceto.* 28 Res per injuriam abreptas repetere; bellum per feciales indicere; indè quà vi, quà armis rapere. 29 Deſinite. 30 Al. *placitum*, ſc. *mihi*, qui nolo Italiam concurrere Teucris. 31 Concordes ac faventes. 32 Elocutus eſt. 33 Verbis. 34 Multa. 35 Formoſiſſima. 36 Reſpondet. 37 Omnium. 38 Qui æternam poteſtatem ſeu imperium habes in homines & Deos. 39 Quod aliud numen aut auxilium ſit alibi, quam in te? 40 Cum miſericordia poſcere.

Cer-

Digitized by Google

*Cernis, [1] ut [2] inſultent Rutuli, Turnuſque feratur*
*Per [3] medios inſignis equis, [4] tumiduſque ſecundo*
*Marte ruat? non [5] clauſa [6] tegunt jam [7] mœnia Teucros.*
[8] *Quin intra portas, inque ipſis prælia [9] miſcent*
*Aggeribus [10] murorum, & [11] innundant [12] ſanguine [13] foſſæ.*
[14] *Æneas [15] ignarus abeſt: nunquam-ne [16] levari*
*Obſidione ſines? muris iterùm imminet hoſtis*
[17] *Naſcentis Trojæ, nec non [18] exercitus [19] alter:*
*Atque iterùm in Teucros Ætolis ſurgit ab [20] Arpis*
[21] *Tydides: equidem (credo) mea vulnera [22] reſtant:*
*Et [23] tua progenies, mortalia demoror arma.*
*Si ſinè [24] pace tuâ, atque invito [25] numine, Troës*
*Italiam petiêre, [26] luant peccata, neque illos*
*Juveris auxilio: ſin tot reſponſa ſecuti,*
*Quæ [27] ſuperi, [28] maneſque dabant: cur nunc tua [29] quiſquam*
[30] *Flectere juſſa poteſt? aut cur nova condere [31] fata?*
[32] *Quid repetam exuſtas [33] Erycino in littore claſſes?*
*Quid tempeſtatem [34] regem, ventoſque furentes*
[35] *Æoliâ excitos? aut actam nubibus [36] Irim?*

1 Quomodo. 2 Ob victoriam partam inſolentiores effecti. 3 Rutulos. 4 Et et inflatus bello, proſperè favore Martis peracto, præceps vehatur? 5 Tametſi clauſa. 6 Protegunt. 7 Pathos à loco, ad concitandam hoſtibus invidiam. 8 Quin-etiam. 9 Rutuli. 10 Mœnium. 11 Exundant, diffluunt. 12 Cæde meorum Trojanorum. 13 Sub aggeribus factæ. 14 Princeps eorum & protector. 15 Tantæ cladis. 16 Eos liberari. 17 Reædificari cœptæ. 18 Sicut exercitus Græcorum imminuit muris veteris Trojæ. 19 Latinorum. 20 A Diomede, ex Ætolia adveniente, in Apulia ædificata. 21 Diomedes Tydei filius. Diomedes non erat venturus, ſed timebat: nam Rutuli Venulum legatum ad Diomedem miſerant pro auxilio. 22 Quòd iterùm vulnerabor à Diomede, ſicut ante Trojam vulnerata ſum. Reſpexit ad vulnus, quod acceperat à Diomede, cum filio ſuppetias ferre vellet. Il. 5. 23 Ego à te genita, id eſt, Jovis filia & Dea exſpecto arma à mortali mihi inferenda. 24 Suffragio, veniâ. 25 Divinâ tuâ voluntate. 26 Dent pœnas pro peccatis ſuis. 27 Jupiter lib. 1. *Cernes urbem, & promiſſa Lavini Mœnia.* Et Apollo lib. 3. *Antiquam exquirite matrem.* 28 Inferi. Creüſa lib. 2. *Ad terram Heſperiam venies.* Et Anchiſes, *gens dura atque aſpera cultu, Debellanda tibi Latio eſt.* l. 5. & 6. 29 Intelligit de Junone. 30 Invertere & in perniciem mutare, id eſt, cur cedit Trojanis in perniciem, tuis paruiſſe mandatis? 31 Ut cadant, qui non ſunt caſuri. 32 Ad quid? q. d. fruſtra, cùm manifeſtum ſit. 33 Siculo, juxta Erycem, ubi Venus templum habet, & præcipuè colitur. l. 5. Æn. 34 Æolum, ſuprà lib. 1. pag. 162. 35 Excitatos & evocatos ex Æoli regia ad nocendum Trojanis. 36 Quæ Turno dedit obſidendæ novæ urbis conſilium. lib. 5. & 9. ſupra.



Digitized by Google

* Inferos. Undè ait ipſa Juno l. 7. *Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta movebo.*
1 Anteà non ſollicitata.
2 Obiter tangit eam fabulam, quâ rerum univerſitas inter Jovem, Neptunum & Plutonem ſorte dicitur eſſe diviſa. Undè eſt illud Neptuni l. 1. *Non illi imperium pelagi, ſævumque tridentem, Sed mihi ſorte datum.*

*Nunc etiam * Manes (hac [1] intentata manebat*
*[2] Sors rerum) [3] movet, & [4] ſuperis immiſſa repentè*
*[5] Alecto, medias Italûm [6] bacchata per [7] urbes.*
*[8] Nil ſuper imperio moveor: [9] ſperavimus iſta,*
*Dùm fortuna [10] fuit: vincant, quos vincere mavis.*
*Si nulla eſt regio, Teucris quam det tua [11] conjux*
*Dura; per everſa (genitor) [12] fumantia Trojæ*
*Excidia obteſtor, liceat dimittere ab armis*
*Incolumem Aſcanium, liceat ſupereſſe [13] nepotem!*
*Æneas ſanè ignotis jactetur in [14] undis,*
*Et, quamcumque viam dederit fortuna, ſequatur.*
*[15] Hunc tegere, & diræ valeam ſubducere pugnæ.*
*Eſt [16] Amathûs, eſt celſa mihi [16] Paphos, atque [16] Cythera,*
*[16] Idaliæque domus: [17] poſitis [18] inglorius armis*
*[19] Exigat hîc ævum, magnâ ditione, jubeto:*
*Carthago premat Auſoniam: nihil urbibus [20] indè*
*Obſtabit [21] Tyriis. Quid [22] peſtem evadere [23] belli*
*[24] Juvit, & [25] Argolicos medium fugiſſe per ignes?*
*Totque maris, vaſtaque exhauſta pericula terræ?*
*Dùm Latium Teucri, [26] recidivaq; Pergama quærunt?*
*[27] Non ſatiùs, cineres [28] patriæ [29] inſediſſe ſupremos,*
*Atque ſolum, quo Troja fuit? [30] Xanthum & Simoënta*
*Redde, oro, [31] miſeris: iterumque revolvere caſus*

3 Juno. 4 Ad ſuperos. 5 Furia illa infernalis. 6 Eſt. 7 Laurentum & Ardeam. 8 Nullo modo afficior ſuper promiſſione facta de imperio. 9 Ionnia iſta pollicita ſperavimus olim felices: nunc ſufficiet, ſi ſalvi evadere poſſimus. 10 Talis, ut ſperare poſſimus. 11 Juno. 12 Adhuc pene fumantia, nec dùm extincta. Ad movendum miſericordiam. 13 Meum, id eſt, ſervetur Aſcanius, à quo eſt futura gens Juliorum. 14 Tiberi vivus, Numicio mortuus. 15 Aſcanium protegere. L. 12. *nec Dii texêre Cupentum, Ænea veniente, ſui.* 16 Cypri inſ. urbs. Enumerat tuta aliquot Cypri loca, in quæ Aſcanium ex hoſtium manibus ſubmoveat. 17 Depoſitis. 18 Non glorioſus nec inclytus. 19 Aſcanius. 20 Ab Italia. 21 Carthagini præcipuè. 22 Incendium evaſiſſe. 23 Trojani, quo victores fuerunt Græci. 24 Profuit. 25 Per medios ignes ab Argolicis, id eſt, Græcis Trojæ immiſſos. 26 Renaſcentia in Italia ex reliquiis Trojæ, regna rediviva: *vel*, quæ bis ceciderunt, ſemel ab Hercule, atque iterum ab Agamemnone everſa. 27 Nonne melius fuit? 28 Trojæ. 29 Inhabitaſſe. 30 Fluvios Trojanos. 31 Trojanis.

*Da,*

Digitized by Google

*Da, pater, Iliacos Teucris.* [1] *Tùm* [2] *regia* [3] *Juno,*
[4] *Acta furore gravi: Quid me* [5] *alta ſilentia cogis*
[6] *Rumpere, &* [7] *obductum verbis* [8] *vulgare dolorem?*
*Æneam hominum quiſquam Divûmque* [9] *ſubegit*
*Bella ſequi? aut hoſtem regi ſe inferre Latino?*
*Italiam petiit* [10] *fatis auctoribus:* [11] *eſto,*
[12] *Caſſandra impulſus* [13] *furiis: nùm linquere caſtra*
*Hortati ſumus? aut vitam committere* [14] *ventis?*
*Nùm* [15] *puero* [16] *ſummam belli, nùm credere muros?*
[17] *Tyrrhenam-ve fidem, aut gentes* [18] *agitare* [19] *quietas?*
*Quis Deus in* [20] *fraudem? qua dura potentia noſtra*
[21] *Egit?* [22] *ubi hîc Juno, demiſſa-ve nubibus Iris?*
*Indignum eſt, Italos* [23] *Trojam circumdare flammis*
*Naſcentem, & patriâ Turnum conſiſtere terrâ,*
*Cui* [24] *Pilumnus avus, cui* [25] *Diva Venilia mater!*
[26] *Quid?* [27] *face Trojanos* [27] *atrâ vim ferre Latinis?*
*Arva aliena* [28] *jugo premere, atque* [29] *avertere prædas?*
*Quid?* [30] *ſoceros* [31] *legere, &* [30] *gremiis abducere pactas?*
*Pacem orare* [32] *manu, præfigere puppibus arma?*
*Tu potes Æneam manibus* [33] *ſubducere* [34] *Grajûm,*
[35] *Proq; viro* [36] *nebulam, & ventos* [37] *obtendere inanes,*

1 Deinde, poſtquam conticuit Venus.
2 Conjux.
3 Inquit.
4 Stimulata.
5 Alto ſeu imo pectore recondita.
6 Interrumpere, id eſt, quid me cogis eloqui, quæ ſilere malim, quàm in te quidquam dicere?
7 Celatum.
8 Vulgo manifeſtare.
9 Coëgit.
10 Fatorum autoritate.

11 Concedatur, & ita ſit. 12 Filiæ Priami. Anchiſes 3. lib. *Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat, Et ſæpè Heſperiam, ſæpè Itala regna vocare,* &c. 13 Inſano vaticinio. 14 Incertis & inanibus rebus. 15 Aſcanio: cui tamen Æneas non crediderat; ſed Mneſtheo & Sergeſto. 16 Præcipuam adminiſtrationem. 17 Etruſcorum auxilium. Ter. *Di veſtram fidem!* 18 Laceſſere. 19 Ante adventum Æneæ. 20 Damnum faciendum Turno. 21 Impulit eum. 22 Ubi fuit ad has res faciendas Juno? 23 Caſtra Trojana flamma & ferro oppugnare: ut lib. 9. Ironia. 24 Deus. 25 Ut malè urat Venerem, & Turni natales natalibus Æneæ adæquare videatur, Veniliam appellat Divam, quæ Nympha maris. 26 Quid cenſeres, juſtum ne an injuſtum ſit? 27 Bello ſævo ac pernicioſo. 28 Servitute. 29 Deprædari agros, avertendo pecora & armenta. Hæc propter cervum Tyrrhidaſque l. 7. 30 Latinum. Ad invidiam plurali utitur; ut & gremio Turni intercipere deſponſatam Laviniam. 31 Suffurari. 32 Indiciis manuum, præferendo ramum olivæ, pacem prætendere, & bellum minari, ac ſtatim inferre? idque propter *Centum oratores auguſta ad,* &c. *Et geminaſque legit de claſſe biremes, Remigioque aptat, ſocios ſimul inſtruit armis:* & *Scuta virûm fluvio,* &c. l. 7. 33 Clam abducere. 34 Diomedis. Il. 5. & Achillis. Il. 20. quibuſcum Æneas congreſſus, ultimo diſcrimini ereptus eſt à Venere & Neptuno. 35 Quem virum eſſe jactas. 36 Nubem, id eſt, rem inanem. 37 Contra tendere & præſentare.



Digitized by Google

*Et* [1] *potes in totidem* [2] *claſſem convertere Nymphas!*
*Nos* [3] *aliquid Rutulos contrà juviſſe* [4] *nefandum eſt.*
[5] *Æneas ignarus abeſt: ignarus &* [6] *abſit.*
[7] *Eſt Paphos, Idaliumque tibi, ſunt alta Cythera:*
[8] *Quid* [9] *gravidam bellis urbem, &* [10] *corda aſpera* [11] *tentas?*
*Nos-ne tibi* [12] *fluxas Phrygiæ res* [13] *vertere fundo*
*Conamur?* [14] *nos?* [15] *an miſeros qui Troas Achivis*
*Objecit? quæ cauſa fuit conſurgere in arma,*
[16] *Europamq;* [17] *Aſiamq; &* [18] *fœdera ſolvere* [19] *furto?*
[20] *Me duce Dardanius* [21] *Spartam expugnavit* [22] *adulter?*
*Aut ego tela dedi, fovique Cupidine bella?*
[23] *Tunc decuit metuiſſe tuis: nunc* [24] *ſera querelis*
*Haud juſtis* [25] *aſſurgis, &* [26] *irrita jurgia jactas.*
*Talibus* [27] *orabat Juno: cunctique* [28] *fremebant*
*Cœlicolæ* [29] *aſſenſu vario: ceu* [30] *flamina* [31] *prima,*
*Cùm* [32] *deprenſa fremunt ſylvis, &* [33] *cæca volutant*
*Murmura, venturos nautis* [34] *prodentia ventos.*
*Tùm* [35] *pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas,*
[36] *Infit: eo dicente,* [37] *Deûm domus alta ſileſcit;*
*Et* [38] *tremefacta ſolo tellus; ſilet* [39] *arduus æther:*

1 Licet hoc Cybele fecerit, tamen hoc Veneri imputatur, quia in ejus gratiam factum eſt. 2 Suprà l. 9. 3 In aliquo. 4 Secundum iniquum tuum judicium. Ironicè: vel interrogatoriè. 5 Sc. *ignarus*. Eadem verba repetit, quibus ſuprà uſa eſt Venus, irriſoriè & contemptim. 6 Q. d. quid tùm poſteà, ſi abeſt à terra aliena. 7 Q. d. abdas Æneam tuum illuc. 8 Omnium bellorum cauſam in Venerem rejicit, ut quæ Paridi rapiendæ Helenæ fuerit auctor. 9 Ardeam, quæ olim multa bella geſſit, & Rutulos acres, *Durum à ſtirpe genus*, &c. ut Numanus ſuprà 9. l. 10 Virorum. 11 Laceſſis? 12 Fragiles ex ſe aut etiam ſine inimicis perituras. 13 Evertere funditus. 14 Nos ne id conamur? 15 An is, ſc. Paris, qui raptâ Helenâ prædâque abactâ Troas obnoxios fecit Græcis? Omnem culpam Trojæ dirutæ in adulterum Paridem confert. Sic apud Horat. Od. 3. l. 3. *Ilion, Ilion, Fatalis, inceſtuſque judex, Et mulier peregrina vertit in pulverem.* 16 Propter Græcos. 17 Propter Trojanos. 18 Hoſpitia. 19 Furtivo raptu Helenæ. 20 Q. d. non, ſed te. 21 Amyclas nomine. 22 Paris. 23 Cùm ille raperet Helenam. 24 Nimis ſerò. 25 Contra nos. 26 Inania ac nihil profutura: quia ipſi Trojani peccaverunt. 27 Cauſam ſuam defendebat. 28 Indignabantur, propter certamen inter Deos. 29 Quia alii Veneri, alii Junoni aſſentiebantur. 30 Flatus ventorum. 31 Primum. 32 Percepta ſylvis. 33 Ignota, quorum ratio non apparet. Fit enim quadam arcanâ naturæ ratione, ut ſit murmur in ſylvis ante ventorum flatum. 34 Significantia procellas ventorum. 35 Jupiter. 36 Loqui incipit. 37 Cœlum, id eſt, cœlicolæ. Continens pro contento. 38 Eſt. 39 Sublimis.



Digitized by Google

*Tùm* [1] *Zephyri* [2] *poſuêre ;* [3] *premit placida æquora pontus.*
[4] *Accipite* [5] *ergo animis, atque hæc mea* [6] *figite dicta.*
*Quandoquidem* [7] *Auſonios conjungi fœdere Teucris*
[8] *Haud licitum eſt, nec veſtra capit diſcordia finem :*
[9] *Quæ* [10] *cuique eſt fortuna hodiè,* [11] *quam quiſque* [12] *ſecat ſpem,*
*Tros Rutulusve* [13] *fuat, nullo diſcrimine habebo :*
*Seu* [14] *fatis Italûm* [15] *caſtra obſidione tenentur,*
*Sive* [16] *errore malo* [17] *Trojæ,* [18] *monitiſque* [19] *ſiniſtris.*
*Nec Rutulos* [20] *ſolvo :* [21] *ſua cuique exorſa laborem*
*Fortunamque ferent : rex Juppiter omnibus* [22] *idem.*
Fata [23] viam invenient. [24] *Stygii per flumina* [25] *fratris,*
*Per pice* [26] *torrentes,* [27] *atrâque voragine ripas,*
[28] *Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.*
[29] *Hic* [30] *finis fandi : ſolio tùm Juppiter aureo*
*Surgit,* [31] *cœlicolæ* [32] *medium quem ad* [33] *limina ducunt.*
[34] *Intereà Rutuli portis circum omnibus inſtant*
*Sternere cæde* [35] *viros, &* [36] *mœnia cingere* [37] *flammis.*
*Aſt legio* [38] *Æneadûm* [39] *vallis* [40] *obſeſſa tenetur ;*
*Nec ſpes ulla fugæ : miſeri ſtant turribus altis*
*Nequicquam, &* [41] *rarâ muros cinxêre* [42] *coronâ.*
*Jaſius* [43] *Imbraſides,* [44] *Hicetaoniuſque Thymœtes,*

1 Venti. Species pro genere.
2 Sc. *ſeſe*, id eſt, quievêre, ſedati ſunt. Æn. 7. *Cùm venti poſuere, omniſque repentè reſedit Flatus.*
3 Cohibet, ne adſurgant, aquas maris æquas & tranquillas.
4 Auribus, id eſt, audite.
5 Quia nulla eſt in vobis concordiæ via.
6 Animis veſtris, id eſt, memores eſtote.

7 Italos. 8 Propter odia veſtra. 9 Quæcunque, ſive proſpera. 10 Pugnatorum, id eſt, cuilibet permittam ſuâ fortunâ uti, & neutrarum partium ſtudia ſequar. 11 Quam quiſque ſpei ſuæ & ſectæ viam aperit. 12 Tenet, habet. 13 Antiquè, pro *fuerit* : ab antiquo verbo *Fuo*. 14 Fatali pernicie & malo exitu : ſc. *non abſolvo Trojanos*. 15 Ipſa nova Troja. 16 Malè & ſiniſtrè interpretati reſponſa, ut Italiam peterent. 17 Trojanorum. 18 Deorum. 19 Siniſtre datis, ac malè intellectis. 20 Abſolvo, libero, indemnes facio. 21 Sua cuique, Rutulo, aut Trojano, opera adferent aut cladem aut victoriam. 22 Æquus erit, & in neutrarum partium ſtudia inclinans. 23 Perveniendi ad id, quod in fatis eſt, ſc. ut Æneas imperet in Italia. 24 Solemne & inviolatum Deorum juramentum. l. 6. 25 Plutonis. 26 Abundantes. 27 Nigrâ aut obſcurâ. 28 Jupiter nutu ſe approbare, quod dixit, ſignificavit. 29 Hoc juramentum Jovis. 30 Fuit. 31 Alluſum ad morem Senatorum deducentium è curià domum Coſſ. 32 Qui eſt principum locus. 33 Cœleſtis throni. 34 Dùm ſic Rutuli conſultant. 35 Trojanos. 36 Novæ Trojæ ſeu caſtrorum. 37 Facibus ardentibus. 38 Trojanorum. 39 Rutulorum. 40 Obſidetur. 41 Minimè denſâ. 42 Propugnantium multitudine, in coronæ formam ſtante. 43 Imbraſi filius. 44 Hicetaonis filius.

*Aſſa-*

*Aſſaracique* [1] *duo, & ſenior cum Caſtore* [2] *Tybris,*
*Prima acies: hos germani* [3] *Sarpedonis ambo,*
*Et Clarus, & Hæmon, Lyciâ comitantur ab* [4] *altâ.*
*Fert ingens toto connixus corpore ſaxum,*
*Haud partem exiguam montis,* [5] *Lyrneſius Acmon,*
*Nec Clytio genitore minor, nec fratre Meneſtheo.*
[6] *Hi jaculis;* [7] *illi certant defendere ſaxis,*
[8] *Molirique ignem,* [9] *nervoque aptare ſagittas.*
*Ipſe inter* [10] *medios,* [11] *Veneris juſtiſſima cura,*
[12] *Dardanius,* [13] *caput, ecce, puer* [13] *detectus* [14] *honeſtum,*
*Qualis gemma, micat, fulvum quæ* [15] *dividit aurum,*
*Aut* [16] *collo decus, aut* [16] *capiti, vel quale* [17] *per artem*
*Incluſum buxo, aut* [18] *Oriciâ* [19] *terebintho*
*Lucet ebur:* [20] *fuſos cervix* [21] *cui* [22] *lactea crines*
*Accipit, & molli* [23] *ſubnectit* [24] *circulus auro.*
*Te quoque* [25] *magnanimæ viderunt, Iſmare, gentes,*
[26] *Vulnera dirigere, &* [27] *calamos armare veneno,*
[28] *Mæoniâ* [29] *generoſe domo: ubi pinguia* [30] *culta*
*Exercentque viri,* [31] *Pactolusque irrigat* [32] *auro.*
*Affuit & Mneſtheus,* [33] *quem pulſi* [34] *priſtina Turni*
*Aggere murorum ſublimem gloria* [35] *tollit:*
*Et* [36] *Capys:* [37] *hinc nomen* [38] *Campana ducitur* [38] *urbi.*
[39] *Illi inter ſeſe duri certamina belli*
[40] *Contulerant: mediâ* [41] *Æneas freta nocte ſecabat.*

1 Major & minor. 2 Sc. *ſtabant.* 3 Regis Lyciæ, qui Trojanis venerat auxilio. 4 Nobili ac ſublimi. 5 Ex Lyrneſo, urbe Phrygiæ, oriundus. 6 Trojani. 7 Itali. 8 Cum mole ejicere ignem è phalaricis. 9 Arcui nervis obducto. 10 Trojanos. 11 Quia ſcivit illi regnum deberi. 12 Aſcanius. 13 Sinè galeâ. Reſpicit autem ad Julium Cæſarem, qui nudo capite ſæpè cum hoſte conflixit. 14 Pulchrum, & præ ſe ferens honeſtatem. 15 Auro ſc. incluſa, circumdata, *vel*, quæ eſt in medio annuli aurei: ut 1. Æn. *aut ubi flavo Argentum Parius-ve lapis circumdatur auro.* 16 Monile, aut corona. 17 Artificioſè. 18 In Orico, Epiri urbe maritimâ, naſcente. 19 Arbore nigrâ, ex quâ deſtillat laudatiſſimum reſinæ genus, quam *Terebinthinam* Latini vocant. 20 Diffuſos. 21 Aſcanio, id eſt, ad cujus decorem. 22 Lactei coloris. 23 Capillos. 24 Redimiculum capitis. 25 Italiæ. 26 Tela, quibus directis, vulneraſti multos. 27 Mittentem arundines, id eſt, leves ſagittas veneno illitas: ut vel levi ictu interimant. 28 Lydiâ: unde Tyrrheni originem traxerunt. 29 O Iſmare, alti & magni generis. 30 Arva colunt. 31 Lydiæ fluvius. 32 Aureis fluctibus. 33 Cujus hortatu & virtute pulſus caſtris Turnus lib. 9. 34 Pridiè ejus diei parta. 35 Extollit. 35 Adfuit. 37 Ab hoc. 38 Capuæ. 39 Rutuli & Itali. 40 Commiſcuerant. 41 Redit ad Æneam, quem ad finem l. 8. dixit in Etruriam ad Tarchontem eſſe profectum.

Nam-

Digitized by Google

*Namque ut ab Evandro [1] caſtris [2] ingreſſus Etruſcis,*
*[3] Regem adit, & regi memorat [4] nomenq; [5] genuſque,*
*Quid-ve petat, quid-ve ipſe [6] ferat: [7] Mezentius arma*
*[8] Quæ ſibi conciliet: violentaque pectora Turni*
*Edocet: [9] humanis quæ ſit fiducia rebus,*
*Admonet; [10] immiſcetque preces. Haud fit mora, [11] Tarchon*
*Jungit opes, fœduſque ferit. Tùm [12] libera fatis*
*Claſſem conſcendit juſſis [13] gens Lydia Divûm,*
*Externo commiſſa [14] duci. [15] Æneïa puppis*
*[16] Prima tenet, [17] roſtro [18] Phrygios ſubjuncta leones:*
*[19] Imminet Ida ſuper, [20] profugis gratiſſima Teucris.*
*[21] Hìc magnus ſedet Æneas, ſecumque volutat*
*Eventus belli varios: [22] Pallaſque ſiniſtro*
*Affixus lateri, jam quærit [23] ſidera, opaca*
*Noctis iter: [24] jam [25] quæ [26] paſſus terrâq; marique.*
*[27] Pandite nunc Helicona [28] Deæ, [29] cantuſq; movete,*
*Quæ manus intereà [30] Thuſcis comitetur ab oris*
*Æneam, armetque rates, pelagoque vehatur.*
*[31] Maſſicus [32] ærata [33] princeps ſecat æquora [34] Tigri;*
*Sub [35] quo mille [36] manus juvenum, qui [37] mœnia Cluſi,*
*Quique [38] urbem liquêre Coſas: queis [39] tela, ſagittæ,*

1 In caſtra Etruſcorum. Gr. a conſtricto. 2 Ingreſſus eſt Æneas. 3 Tarchonta. lib. 8. 4 Suum. 5 Significans ſe nobilem. 6 Adferat. 7 Sæviſſimus Etruſcorum rex, & ab eis propter ſævam tyrannidem expulſus. 8 Qualia, nempe potentiſſima Latini & Turni regum auxilia. 9 Fragilem eſſe humanam

conditionem; cùm etiam juſti ab impiis opprimi ſoleant, niſi viriliter reſiſtant. 10 Et ſimul precatur, ut in commune conſulant. 11 Etruſcorum rex. 12 Abſolutâ religione interdicti aruſpicis Etruſci, ne militarent ſub Etruſcis auſpiciis, ſed *externos adoptarent duces.* lib. 8. 13 Hetruſci ex Lydia orti; ſuprà lib 8. & 9. 14 Æneæ. 15 In quâ Æneas vehebatur. 16 Prætoria ſc. & regia, quæ flammas noctu cæteris præfert; *vel* tenet prima loca, ſeu primas partes in navigando. 17 In roſtro. 18 Qui erant inſignia Phrygum. 19 In puppi effigiata erat Ida, ſylva Phrygiæ, ut imminere videatur deſuper, quæ ſuppeditaverat materiam claſſi Æneæ. 20 Quia illùc convenerant. 21 In hac puppi. 22 Filius Evandri. 23 Nomina & naturam ſyderum, quæ apparebant in nocte opacâ. 24 Et quærit aliquando. 25 Mala & adverſa. 26 Æneas paſſus ſit. 27 Aperite nobis novum catalogum eorum, qui Æneam ex Etruria ad bellum ſunt ſecuti, contexturus, iterat invocationem ad Muſas. 28 O Muſæ. 29 Et excitate carmina rerum occultarum. 30 Ab Etruria. 31 Rex Cluſinorum. 32 Ære roſtratâ. 33 Suorum. 34 Navi, cui nomen ab inſigni Tigridis. 35 Maſſico. 36 Multitudo erat. 37 Urbem Etruriæ Cluſium, Porſenæ poſteà regiam. 38 Etruriæ, cui ſubjacet Herculis portus. 39 Erant.

I Co-

[1] *Coritique leves* [2] *humeris*, *&* [3] *lethifer arcus.*
[4] *Unà* [5] *torvus Abas: huic totum inſignibus armis*
[6] *Agmen*, *&* *aurato fulgebat* [7] *Apolline puppis.*
*Sexcentos illi dederat* [8] *Populonia* [9] *mater*
[10] *Expertos belli juvenes:* *aſt Ilva trecentos*,
[11] *Inſula* [12] *inexhauſtis chalybum* [13] *generoſa metallis.*
*Tertius ille hominum* [14] *Divûmque interpres Aſylas*,
[15] *Cui* [16] *pecudum fibræ*, *cæli cui ſidera* [17] *parent*,
*Et lingua volucrum*, *&* [18] *præſagi fulminis ignes:*
[19] *Mille* [20] *rapit* [21] *denſos acie, atq;* [22] *horrentibus haſtis.*
[23] *Hos* [24] *parêre jubent Alphea ab origine* [25] *Piſæ*,
*Urbs Etruſca* [26] *ſolo. Sequitur pulcherrimus Aſtur*,
*Aſtur* [27] *equo fidens*, *&* [28] *verſicoloribus armis.*
[29] *Tercentum adjiciunt* ([30] *mens omnibus una ſequendi*)
*Qui* [31] *Cærete domo*, *qui ſunt* [32] *Minionis in arvis*,
*Et* [33] *Pyrgi veteres*, [34] *intempeſtæque* [35] *Graviſcæ.*
*Non ego te*, [36] *Ligurum ductor, fortiſſime* [37] *bello*,
[38] *Tranſierim, Cygne*, *&* [39] *paucis comitate Cupavo:*
[40] *Cujus olorinæ ſurgunt de vertice pennæ.*
[41] *Crimen* [42] *amor* [43] *veſtrum*, [44] *formæque inſigne* [44] *paternæ.*
*Namque ferunt*, *luctu Cygnum Phaëthontis amati*,

1 Pharetræ, ſive ſagittarum thecæ. 2 Ab humeris dependentes. 3 Mortem afferre inimicis ſolitus. 4 Incedebat. 5 Torvus vultu in hoſtem. 6 Erat. 7 Simulacro Apollinis. 8 Civitas Thuſciæ. 9 Patria: Et, *quem mater Avicia miſit.* 7. l. 10 Peritos. 11 Adjacens Thuſciæ.

12 Nunquam exhauſta è fodinis ſuis, quin ſuperſit ſemper quod exhaurias. 13 Nobilitata & clara. 14 Quorum oracula interpretatus eſt. 15 Aſylæ. De Heleno lib. 3. *qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis, Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.* 16 Venæ jecoris ovium. 17 Peritiſſime agnoſcuntur, id eſt, qui peritiſſimus eſt aruſpex, & aſtrologus, & augur. 18 Sagacis, portendentis futura, id eſt, portentorum optimus interpres. 19 Juvenes aut viros. 20 Raptim ducit. 21 Agminatim incedentes. 22 Aſperis, & horrorem incutientibus. 23 Mille. 24 Duci ſuo Aſylæ. 25 Urbs Etruriæ, quæ traxit originem & denominationem a Piſis opp. juxta Alpheum Arcadiæ fl. 26 Situ & loco. 27 Equitandi peritiſſimus, ἱππόδαμος. 28 Variè depictis. 29 Trecenti viri adjungunt ſe Aſturi. 30 Voluntas erat. 31 Ex urbe Thuſcâ Cære ſeu Cærete, Agylla. lib. 8. 32 Etruriæ fl. 33 Parvum oppidum in Thuſciâ ab antiquis temporibus Etruſcorum piraticâ nobile. 34 Peſtiferæ, quaſi ſine temperie. 35 Sic dictæ, quòd *gravem* aërem ſuſtinerent. 36 Populorum Italiæ. 37 In bello. 38 Nolim præteriiſſe. 39 *Qui pauci numero, ſed bello vivida virtus.* 5. Æn. 40 Cycni filius, qui criſtas ex olorinis plumis in galeâ geſtabat. 41 Eſt. Dicit cauſam, quare ferret pennas oloris. 42 Quia nimium inter vos amaſtis. 43 O Cygne & Phaëton. 44 Ex formâ paternâ ſumptum, ſeu patris in cygnum mutati. Ovid. 2. Met. Erat autem Cygnus rex Ligurum, in Muſicis eximius.



Digitized by Google

*Populeas inter frondes, umbramque* [1] *ſororum,*
*Dùm canit, &* [2] *mæſtum* [3] *Muſâ ſolatur amorem,*
[4] *Canentem* [5] *molli plumâ* [6] *duxiſſe ſenectam,*
[7] *Linquentem terras, & ſidera voce ſequentem.*
[8] *Filius,* [9] *æquales* [10] *comitatus claſſe catervas,*
*Ingentem remis* [11] *Centaurum promovet: ille*
[12] *Inſtat aquæ, ſaxumque undis immane minatur*
*Arduus, & longâ ſulcat maria alta carinâ.*
*Ille etiam* [13] *patriis agmen* [14] *ciet Ocnus ab oris,*
[15] *Fatidicæ* [16] *Mantûs, &* [17] *Thuſci filius amnis,*
[18] *Qui muros, matriſq; dedit tibi, Mantua, nomen;*
*Mantua dives* [19] *avis: ſed* [20] *non genus omnibus unum:*
[21] *Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni:*
[22] *Ipſa caput* [23] *populis,* [24] *Thuſco de ſanguine* [25] *vires.*
[26] *Hinc quoque quingentos* [27] *in ſe Mezentius armat,*
*Quos* [28] *patre Benaco, velatus arundine glaucâ,*
[29] *Mincius* [30] *infeſtâ ducebat in æquora* [31] *pinu.*
[32] *It* [33] *gravis Auletes,* [34] *centenâque arbore fluctum*
*Verberat* [35] *aſſurgens:* [36] *ſpumant vada* [37] *marmore verſo.*
[38] *Hunc vehit immanis* [39] *Triton, & cærula* [40] *conchâ*
*Exterrens freta:* [41] *cui laterum tenus* [42] *hiſpida nanti*
*Frons* [43] *hominem præfert; in* [44] *Priſten deſinit alvus;*

1 Arborem in quas ſorores Phaëtontis mutatæ dicuntur. 2 Qui cauſa mœſtitiæ erat. 3 Cantu ſuo. 4 Caneſcentem. 5 Qualem cygni aut olores habent. 6 Traduxiſſe. 7 Subvolantem, & cum cantu ſonoro cœlum petentem, *vel*, in ſidera relatum, ut vidimus in Sphærâ. 8 Cygni, ſc. Cupavo. 9 Socias, virtute & cultu æquales, *vel*, diſtributas per proportionem navium. 10 Habens in comitatu. 11 Navem cui nomen ab inſigni Centauri; qui in prora effigiatus, ſaxum ingens projecturus in mare videbatur. 12 Inſtanter incumbit. 13 Patriæ ſuæ, id eſt, Etruſcis. 14 Excitat. 15 Vaticinantis. 16 Manto filia fuit Tireſiæ vatis, & mater Ocni. 17 Tiberis. 18 Ocnus. 19 Majoribus, ædificatoribus. 20 Fuit. 21 Mantua, urbs Tuſciæ, tres habuit tribus, & in ſingulis tribubus fuerunt quatuor curiæ. 22 Mantua fuit. 23 Illis ter quaternis, id eſt, omnes illi populi in Mantua progeniti ſunt. 24 Ex eo illi duodecim populi robur & autoritatem traxerunt. 25 Erant. 26 Ex his populis Mantuanis. 27 In odium & vindictam ſui in arma compellit Mezentius, ſub Ocno duce. 28 Habens originem ſive profluens ex lacu Benaco. 29 Fluvius juxta Mantuam fluens. Erat & puppis hujus inſigne. 30 Vim hoſtibus inferente. 31 Navi ex pinu factâ. 32 Progreditur. 33 Infeſtus Mezentio, fortis & militaris. 34 Centum remis. 35 Deſuper incumbens. 36 Propter ictus violentos. 37 Mari inverſo palmulis remorum. 38 Auletem. 39 Navis, cui inſigne Triton. 40 Vehit hunc. 41 Navi aut conchæ. 42 Piloſa. 43 Formam humanam. 44 Piſcem marinum longiſſimum, atque anguſti corporis.

Spu-

Digitized by Google

1 Cujus facies præcipuè humana erat, ſed cætera in piſcem deſinebant. 2 Primores. 3 Triginta. 4 Ad auxilium. 5 Novæ, id eſt, Æneæ & Trojanorum. 6 Maris, id eſt, aquas marinas. 7 Navibus, roſtris navium ære munitis. 8 Dies prior, qui Romanis abſolvebatur meridie, id eſt, nocte mediâ.

*Spumea [1] ſemifero ſub pectore murmurat unda.*
*Tot lecti [2] proceres [3] ter denis navibus ibant*
*[4] Subſidio [5] Trojæ, & campos [6] ſalis [7] ære ſecabant.*
*Jamque [8] dies [9] cœlo conceſſerat, [10] almaque curru*
*[11] Noctivago [12] Phœbe medium pulſabat Olympum.*
*Æneas ([13] neque enim membris dat cura quietem)*
*[14] Ipſe [15] ſedens, [16] clavumque [14] regit, [17] veliſque miniſtrat.*
*Atque [18] illi, medio in [19] ſpatio, [20] chorus, ecce, ſuarum*
*Occurrit comitum, [21] Nymphæ: quas alma [22] Cybele*
*[23] Numen habere maris Nymphaſque [24] è navibus eſſe*
*Juſſerat: [25] innabant pariter, fluctuſque [26] ſecabant,*
*Quot prius æratæ ſteterant ad [27] littora puppes.*
*Agnoſcunt longè [28] regem, [29] luſtrantque choreis.*
*[30] Quarum quæ [31] fandi doctiſſima [32] Cymodocea,*
*[33] Ponè ſequens, dextrâ [34] puppim tenet; ipſaque dorſo*
*Eminet, ac lævâ [35] tacitis [36] ſubremigat undis.*
*Tùm ſic [37] ignarum alloquitur. Vigilas-ne Deûm [38] gens,*
*Ænea? vigila, & [39] velis immitte rudentes.*
*Nos [40] ſumus Idææ [41] ſacro de [42] vertice pinus,*
*[43] Nunc pelagi Nymphæ, [44] claſſis tua: [45] perfidus ut nos*
*Præcipites ferro [45] Rutulus, flammâque premebat.*

9 Ab hemiſpherio noſtro diſceſſerat. 10 Rerum altrix, quæ cum ejus incremento creſcunt. 11 Per noctem vagari ſolito: erat ergo medium noctis. 12 Luna aſcenderat ad medium uſque cœli. 13 Quia præ curâ dormire non poteſt. 14 Sic & l. 5. Amiſſo Palinuro *ipſe ratem nocturnis rexit in undis.* 15 Ad gubernaculum. 16 Gubernaculum dirigit. 17 Miniſtrum ſe præbet velis. 18 Æneæ. 19 Curſus ſui. 20 Multitudo concedentium ſuarum Nympharum, ex navibus, quas à Troja eduxerat, in totidem Nymphas maris mutatarum: ſupra lib. 9. 21 Quæ erant Nymphæ. 22 Mater Deorum. 23 Divinam poteſtatem. 24 Verſas è navibus, id eſt, quæ priùs fuerant naves. 25 Illæ occurrentes. 25 Pectore ſuo. 27 Ripas Tiberis. 28 Regem ſuum Æneam. 29 Circumeunt natatu. 30 Ea. 31 Erat eloquentiſſima. 32 A *fluctuum receptu* dicta. 33 A tergo. 34 Æneæ. 35 Nulla vi agitatis. 36 More remigantis natat. 37 Rerum, quæ in caſtris, & navium ab incendio liberatarum, atque in Nymphas transformatarum. 38 Progenies. 39 Pande totos ſinus velorum & propera. 40 Quæ fuimus olim. 41 Matri Deorum. 42 Idæ. 43 Sumus. 44 Quæ fuimus. 45 Turnus, qui poſt fœdus Latini cum Æneâ, pacem rupit, & bellum excitavit.

Digitized by Google

*Rupimus* [1] *invita tua* [2] *vincula, teque per æquor*
*Quærimus: hanc* [3] *genitrix* * *faciem* [4] *miſerata* * *refecit,*
*Et dedit eſſe Deas,* [5] *ævumque agitare ſub undis.*
*At puer Aſcanius muro foſſiſque* [6] *tenetur,*
[7] *Tela inter media, atque horrentes* [8] *Marte Latinos.*
*Jam loca* [9] *juſſa tenet, forti permiſtus* [10] *Etruſco,*
[11] *Arcas eques: medias* [12] *illis opponere turmas,*
*Ne caſtris jungant,* [13] *certa eſt ſententia Turno.*
[14] *Surge age, & aurorâ ſocios veniente vocari*
*Primus in arma jube: & clypeum cape, quem dedit ipſe*
[15] *Invictum* [16] *Ignipotens, atque* [17] *oras ambiit auro.*
[18] *Craſtina lux (mea ſi non* [19] *irrita dicta putâris)*
*Ingentes* [20] *Rutulæ ſpectabit* [20] *cædis acervos.*
[21] *Dixerat; & dextrâ diſcedens impulit altam,*
[22] *Haud ignara modi, puppim: fugit* [23] *illa per undas*
[24] *Ocior & jaculo, & ventos* [25] *æquante ſagittâ.*
*Inde* [26] *aliæ* [27] *celerant* [28] *curſus: ſtupet* [29] *inſcius ipſe*
*Tros* [30] *Anchiſiades, animos tamen* [31] *omine* [32] *tollit.*
*Tùm breviter,* [33] *ſupera aſpectans convexa, precatur:*
*Alma parens* [34] *Idæa Deûm, cui* [35] *Dindyma cordi,*
[36] *Turrigeræque urbes,* [37] *bijugique* [38] *ad fræna leones,*
[39] *Tu mihi nunc pugnæ* [40] *princeps; tu ritè* [41] *propinques*

1 Q.d. Maluiſſemus tibi ſervire, quàm in Nymphas mutari, ſi per vim Rutulorum liceret. 2 Retinacula. 3 Mater Deorum Cybele. * Transformavit nos. 4 Conditionem noſtram. 5 Longiſſimum tempus. 6 Protegitur. 7 Hoſtium. 8 Bello. 9 Quæ juſſiſti ut caperentur ab iis. 10 Militi.

11 Auxilia equitum ex Arcadia profectorum, aut Evandri. 12 Equitibus venientibus. 13 Decrevit Turnus. 14 Exhortatio ad arma ſuſcipienda. 15 Invincibilem. 16 Vulcanus. 8. Æn. 17 Extremitates clypei. 18 Dies craſtinus. 19 Frivola & inania. 20 Cadaverum Rutulorum occiſorum. 21 Cymodocea Nympha. 22 Perita modi impellendi, ut quæ ipſa fuerat navis. 23 Navis. 24 Velocior. Hyperbole. 25 Velocitate volatus. 26 Nymphæ. 27 Celeriter peragunt. 28 Navium. 29 Ignarus undè tanta eſſet celeritas. 30 Anchiſæ filius Æneas. 31 Tali curſu proſpero viſo & audito. 32 Extollit. 33 Cœleſtia. 34 Quæ in Ida, monte Phrygiæ, præcipuè coleris. 35 Mons Phrygia ia et Cybelæ. 36 Turritæ. Cybele, quæ eadem cum Veſtâ & Terra, *turrita* incedere dicitur, propter turritas urbes quas gerit vel, *Quòd primis turres urbibus illa dedit.* 37 Bini ad jugum currus ſui nexi. Alludit ad fabulam, quâ dicitur Cybele Hippomenem & Atalantam, in leones commutatos, curri ſuo ſubjugaſſe. Vide Ovid. 10. Met. 38 Domiti. Nam, quæ animalia frænos recipiunt, domita ſunt. 39 Sis. 40 Præſes. 41 Propiùs advenire facias portentum hoc.

*An-*

Digitized by Google

*Augurium,* [1] *Phrygibusq; adſis pede, Diva,* [2] *ſecundo.*
[3] *Tantum* [4] *effatus: & intereà* [5] *revoluta ruebat*
*Matura jam luce dies, noctemque fugarat.*
*Principio ſociis* [6] *edicit,* [7] *ſigna ſequantur,*
*Atque animos* [8] *aptent armis pugnaque parent ſe.*
*Jamq;* [9] *in conſpectu Teucros habet, & ſua caſtra,*
*Stans celsâ in puppi:* [10] *clypeum tùm deinde ſiniſtrâ*
*Extulit* [11] *ardentem: clamorem ad ſidera* [12] *tollunt*
*Dardanidæ è muris:* [13] *Spes* [14] *addita ſuſcitat* [15] *iras.*
*Tela manu jaciunt:* [16] *quales ſub nubibus atris*
[17] *Strymoniæ dant* [18] *ſigna* [19] *grues: atq; æthera tranant*
*Cum ſonitu,* [20] *fugiuntque Notos clamore* [21] *ſecundo.*
*At* [22] *Rutulo Regi, ducibuſque* [23] *ea mira* [24] *videri*
*Auſoniis: donec verſas ad littora* [25] *puppes*
*Reſpiciunt, totumque* [26] *allabi* [27] *claſſibus æquor.*
[28] *Ardet* [29] *apex capiti,* [30] *criſtiſq;* [31] *à vertice flamma*
*Funditur, &* [32] *vaſtos* [33] *umbo vomit aureus ignes.*
*Non ſecùs,* [34] *ac liquidâ ſi quando nocte* [35] *Cometæ*
[36] *Sanguinei* [37] *lugubre rubent, aut* [38] *Sirius ardor.*
*Ille ſitim, morboſque* [39] *ferens mortalibus* [40] *ægris,*
*Naſcitur, &* [41] *lævo contriſtat lumine* [42] *cœlum.*
*Haud* [43] *tamen audaci Turno fiducia* [44] *ceſſit,*
*Littora* [45] *præripere, &* [46] *venientes pellere terra.*
[47] *Ultrò animos* [48] *tollit dictis, atque* [49] *increpat ultrò.*

1 Tui cultoribus. 2 Favorabili. 3 Id ſolùm. 4 Æneas. 5 Rediens per revolutionem. 6 Æneas manifeſtè præcipit. 7 Vexilla. 8 Irritent ad arma. 9 Ut poſſit caſtra ſua conſpicere, & à ſuis conſpici. 10 A Vulcano factum. 11 Radiantem. 12 Cognito Æneâ. 13 Victoriæ, viſo rege. 14 Quæ acceſſerat.

15 Animoſitatem, qualis eſt in iratis. 16 Vide Macrob. Sat. l. 5. c. 10. 17 Thraciæ. *Strymon* enim Thraciæ fluvius eſt. Species pro genere. 18 Avolatus, id eſt, cum quali clamore avolant. 19 Nam gruum in aëre clangor prognoſticum eſt ingruentis tempeſtatis. 20 Redeuntes ſc. à Nilo ad ſuum Strymona Thraciæ fl. 21 Læto, & ominis boni. 22 Turno. 23 Signa lætitiæ. 24 Videbantur. 25 Æneæ & ſociorum ejus. 26 Ad littora. 27 Cum navibus ipſis. 28 Reſplendet in capite ejus. 29 Summitas galeæ Æneæ. 30 Sc. à. 31 Deſuper. 32 Valdè amplos. 33 Curvatura clypei. 34 Humida & ſublucida. 35 Ignes vomunt. 36 Sanguinei coloris & ſanguinis effuſionem portendentes. 37 Lugubriter. 38 Illius ſtellæ ardentis. Sirius eſt ſtella in ore Canis majoris, peſtifer, & morbos adferens. *Jam rapidus torrens ſitientes Sirius agros Ardebat cœlo.* Georg 4. 39 Adferens. 40 Miſeris. 41 Infelici & triſti. 42 Aërem. 43 Licet ſic animatos videret in caſtris & accedentes è navibus. 44 Diſceſſit, amota eſt. 45 Antecapiendi. 46 Ad eam ſtruſcos. 47 Inſuper. 48 Erigit, effert. 49 Cum increpatione cohortatur.



Digitized by Google

*Quod votis optaſtis, adeſt, [1] perfringere dextra:*
*[2] In manibus Mars ipſe, viri. Nunc conjugis eſto*
*[3] Quiſq; ſuæ, [4] tectiq; memor: nunc magna [5] referto*
*Facta [6] patrum, laudeſque: [7] ultrò occurramus ad [8] undam,*
*Dùm [9] trepidi, [10] egreſſiſque [11] labant veſtigia prima.*
[12] Audentes Fortuna juvat!
*Hæc ait: & ſecum [13] verſat, quos ducere [14] contrà,*
*Vel quibus obſeſſos poſſit concredere [15] muros.*
*[16] Intereà Æneas ſocios de puppibus altis*
*[17] Pontibus exponit: multi [18] ſervare recurſus*
*Languentis pelagi, & [19] brevibus ſe credere [20] ſaltu:*
*Per [21] remos [22] alii. Speculatus littora [23] Tarchon,*
*[24] Quà vada non [25] ſperat, nec [26] fracta [27] remurmurat unda,*
*Sed mare [28] inoffenſum creſcenti [29] allabitur æſtu,*
*[30] Advertit ſubitò proras, ſocioſque precatur.*
*Nunc, ô [31] lecta manus, validis incumbite remis:*
*[32] Tollite, [33] ferte rates, [34] inimicam findite [35] roſtris*
*Hanc terram, ſulcumque ſibi [36] premat ipſa [37] carina.*
*Frangere nec tali [38] puppim [39] ſtatione recuſo,*
*Arreptâ tellure ſemel. Quæ talia poſtquam*
*Effatus Tarchon, ſocii conſurgere [40] tonſis,*
*[41] Spumanteſque rates arvis inferre Latinis:*
*Donec [42] roſtra tenent [43] ſiccum, & [44] ſedêre carinæ*
*Omnes [45] innocuæ: ſed [46] non puppis tua, Tarchon.*

1 Hoſtem conterere. 2 Poteſtas pugnandi eſt in promptu: nam præſentes jam ſunt hoſtes. 3 Veſtrum. 4 Domus. 5 Quiſque facito ut repræſentet. 6 Majorum ſuorum. 7 Priuſquàm nos invadant. 8 Tiberis. 9 Sunt. 10 E navi egredientibus. 11 Titubant & vacillant. 12 Sic Ennius; *Fortibus eſt Fortuna viris data.* Vide Macrob. Sat. l. 6. c. 1.

13 Cogitat. 14 Adventantes hoſtes. 15 Caſtrorum, id eſt, quos relinquat in obſidione. 16 Dum hæc ageret Turnus. 17 Per ſcalas navium. 18 Obſervabant tranquilli maris refluxum. 19 Vadis pelagi. 20 Saliendo in ea. 21 Auxilio remorum projectorum è navi ad modum ponticulorum *vel* ſcapharum. 22 Credebant ſe brevibus. 23 Etruſcorum rex. 24 Quà ſperabat profundum eſſe mare. Al. *ſpirant*, id eſt, quà vada non movent aquas. 25 Timet. 26 Nimio impetu. 27 Vehementem ſonum edit, id eſt, ubi neque defectus, neque nimia vis eſt aquarum. 28 Non impeditum, *vel* non offendens. 29 Ad littus. 30 Applicat. 31 Multitudo armatorum electa. 32 Erigite. 33 Transferte ad littus. 34 Indignatione & odio in Mezentium & Italos. 35 Navium. 36 Premendo faciat. 37 Venter navis. 38 Al. *puppes.* 39 Portu. 40 Remis. Al. *tranſtris.* 41 Spumis aquarum reſperſas. 42 Anteriores partes prorarum. 43 Sc. *littus.* 44 Super fundum. 45 Sinè noxâ ſive nocumento. 46 Sedit innocua.



Digitized by Google

1 Scopuli. 2 Nimis alto. 3 Vacillans. 4 Dùm eorum impetus ſuſtinet. 5 Frangitur. 6 Per aquas. 7 Summa tabulata navium. 8 Labentes. 9 Quæ ſegnes facere ac ſegnibus eſſe ſolet. 10 Celeriter adducit. 11 Ex adverſo. 12 Exercitum ſtatuit. 13 Incundi prælii. 14 Cornicines & tubicines canendo faciunt.

*Namque inflicta vadis, [1] dorſo dùm pendet [2] iniquo,*
*[3] Anceps, ſuſtentata diu, [4] fluctuſque fatigat,*
*[5] Solvitur, atque viros mediis exponit in undis:*
*Fragmina remorum, quos & [6] fluitantia [7] tranſtra*
*Impediunt, retrahitque [8] pedes ſimul unda relabens.*
*Nec Turnum [9] ſegnis retinet mora: ſed [10] rapit acer*
*Totam aciem in Teucros, & [11] contrà in littore [12] ſiſtit.*
*[13] Signa [14] canunt: primus turmas invaſit [15] agreſtes*
*Æneas, [16] omen pugnæ: ſtravitque Latinos,*
*[17] Occiſo Therone, virûm qui maximus [18] ultro*
*Æneam [19] petit: [20] huic gladio, perque ærea ſcuta,*
*Per tunicam [21] ſqualentem auro, [22] latus haurit apertum.*
*Indè Lycam ferit, [23] exſectum jam matre peremptâ,*
*Et [24] tibi, Phœbe, [25] ſacrum: [26] caſus evadere [26] ferri*
*Cui licuit [27] parvo: nec [28] longè Ciſſea [29] durum,*
*[30] Immanemque Gyan, ſternentes [31] agmina [32] clavâ,*
*Dejecit letho: nihil illos [33] Herculis arma,*
*Nil validæ juvêre manus, [34] genitorque Melampus,*
*Alcidæ comes, [35] uſque graves dùm terra [36] labores*
*[37] Præbuit. Ecce, Pharon, voces dùm [38] jactat [39] inertes,*
*[40] Intorquens jaculum, [41] clamanti, [42] ſiſtit [43] in ore.*
*Tu quoque flaventem primâ lanugine malas*
*Dùm ſequeris [44] Clytium, [45] infelix, nova [46] gaudia, Cydon,*
*[47] Dardaniâ ſtratus dextrâ, [48] ſecurus amorum,*

15 Agricolarum. 16 Portendens indigenas ſuperandos, cùm agreſtes ſuperentur. 17 Enumerat eos, qui manibus Æneæ in primo conflictu concidêre. 18 Non laceſſitus. 19 Aggreditur. 20 Theroni. 21 Auro contextam in ſpeciem ſquammarum. 22 Sanguinem & ſpiritum à latere confoſſo elicit. 23 Per ſectionem exemptum. 24 Qui prodeunt exſecti ex matris utero, Phœbo, ut medicorum præſidi, ſacri ſunt. Hinc Æſculapius Phœbi filius. 25 Conſecratum. 26 Necem per ferrum, quam nunc incurrit ſenior. 27 Cùm adhuc in utero matris eſſet. 28 Ab iis jam dictis. 29 Fortem. 30 Ingentem & ferocem. 31 Trojanorum & Etruſcorum. 32 Baculo nodato, quali uſus eſt Hercules. 33 Quibus Hercules ubique victor uſus erat, ut clava. 34 Eorum. 35 Semper. 36 Monſtra, virtutis exercendæ ſegetem & materiam. 37 Herculi. 38 Jactanter effutit. 39 Frivolas & ſine ſale. 40 Æneas. 41 Pharoni. 42 Statuit ipſum. 43 Cùm jam eſſet in ore; alioqui dicendum eſſet *in os*. 44 Puerum, quem turpiter amabat. 45 Amore perdito. 46 Novas amorum voluptates. 47 Æneæ Trojani. 48 Privatus, ſecretuſque ab amorum curâ.



Digitized by Google

[1] *Qui juvenum tibi ſemper erant, miſerande jaceres;*
*Ni fratrum ſtipata cohors foret obvia, Phorci*
*Progenies, ſeptem numero, ſeptenaque tela*
[2] *Conjiciunt: partim* [3] *galeâ, clypeoq;* [4] *reſultant*
[5] *Irrita, deflexit partim* [6] *ſtringentia* [7] *corpus*
*Alma Venus.* [8] *Fidum Æneas affatur Achatem:*
[9] *Suggere tela mihi (non* [10] *ullum dextera fruſtra*
*Torſerit in Rutulos)* [11] *ſteterunt quæ in corpore Grajûm*
[12] *Iliacis campis: tùm magnam corripit haſtam,*
*Et* [13] *jacit: illa volans clypei tranſverberat æra*
*Mæonis, &* [14] *thoraca ſimul cum pectore rumpit.*
[15] *Huic* [16] *frater* [17] *ſubit Alcanor, fratremque ruentem*
*Suſtentat dextrâ: trajecto* [18] *miſſa lacerto*
[19] *Protinùs haſta* [20] *fugit, ſervatq; cruenta* [21] *tenorem,*
*Dexteraq; ex humero* [22] *nervis* [23] *moribunda pependit.*
*Tùm Numitor, jaculo fratris de corpore rapto,*
*Æneam petiit: ſed non &* [24] *figere contrà*
*Eſt licitum, magnique* [25] *femur perſtrinxit Achatæ.*
*Hìc* [26] *Curibus fidens,* [27] *primævo corpore, Clauſus*
*Advenit, &* [28] *rigida* [29] *Dryopen ferit eminùs haſta,*
*Sub* [30] *mentum* [31] *graviter preſſa, pariterq;* [32] *loquentis*
*Vocem, animamq;* [33] *rapit* [34] *trajecto gutture: at* [35] *ille*
[36] *Fronte* [37] *ferit terram, & craſſum vomit ore cruorem.*
*Tres quoq;* [38] *Threïcios,* [39] *Boreæ de gente ſupremâ,*
*Et tres, quos Idas pater, &* [40] *patria* [41] *Iſmara* [42] *mittit,*
[43] *Per varios* [44] *ſternit caſus: occurrit Haleſus,*
[45] *Auruncæque manus:* [46] *ſubit & Neptunia proles,*
[47] *Inſignis* [48] *Meſſapus equis:* [49] *expellere* [50] *tendunt*

1 Amorem. 2 Uno impetu: quia ſinguli ſingula. 3 Æneæ. 4 Te à retrò ſaliunt. 5 Sc. effecta. 6 Leviter contingentia. 7 Æneæ. 8 Arcigerum. 9 Subministra. 10 Telum eorum 11 Idomeneus. Il. 13. A' [illegible] 12 Sc. in. 13 Eam. 14 Munimentum pectoris. 15 Mœonis. 16 Ejus. 17 Succurrit. 18 Ab Æneâ. 19 Continuò

20 Protellitur. 21 Currendi modum. 22 Per nervos. 23 Jam jam moritura. 24 In corpus Æneæ. 25 Coxam leviter vulneravit. 26 Sabinis, quos è Curibus, oppido Sabinorum, eduxerat. Al. viribus. 27 Exiſtens in primo flore ætatis. 28 Durâ & difficulter flexibili. 29 Rutulum. 30 Dryopis. 31 Violenter impreſſâ. 32 Dryopis 33 Aufert. 34 Tranſfixo. 35 Dryops. 36 Ὀ δ' χθόνα τύψε μετώπῳ. Od. 22. 37 Concutit. 38 Thracios viros. 39 Thraciam perflantis, id eſt, ab extremo Septentrione. 40 Illorum. 41 Thraciæ mons & urbs. 42 In auxilium. 43 Vario eventu & vario genere mortis. 44 Clauſus. 45 Auruncorum, qui ſunt antiquiſſimi Italiæ populi. 46 Sub ſequitur in auxilium veniens. 47 Inſigniter inſtructus. 48 *At Meſſapus equûm domitor, Neptunia proles, Quem neque fas igni cuiquam, nec ſternere ferro.* l. 7. 49 Adverſarios ſuos. 50 Contendunt aliquando unius partis, aliquando alterius partis.

Nunc hi, nunc illi: certatur [1] limine in ipſo
Auſoniæ: [2] magno diſcordes æthere venti
Prælia ceu [3] tollunt, animis & viribus [4] æquis:
[5] Non ipſi inter ſe, non nubila, non [6] mare cedit:
[7] Anceps [8] pugna diu: ſtant [9] obnixa [10] omnia [11] contrà.
Haud aliter Trojanæ acies, acieſque Latinæ,
[12] Concurrunt: [13] hæret pede pes, denſuſque viro vir.
[14] At parte ex alia, qua ſaxa [15] rotantia latè
Intulerat [16] torrens, [17] arbuſtaque diruta [18] ripis,
Arcadas [19] inſuetos acies inferre pedeſtres,
Ut vidit [20] Pallas [21] Latio dare terga ſequaci,
([22] Aſpera [23] queis natura loci dimittere quando
Suaſit equos) [24] unum quod rebus reſtat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.
Quò fugitis ſocii? [25] per vos, & fortia [26] facta,
Per [27] ducis Evandri [28] nomen, [29] devictaque bella,
Spemque [30] meam, [31] patriæ [32] quæ nunc ſubit [33] æmula laudis,
[34] Fidite ne pedibus: ferro [35] rumpenda per [36] hoſtes
Eſt via, qua [37] globus ille virûm [38] denſiſſimus urget:
Hâc vos, & [39] Pallanta [40] ducem patria [41] alta repoſcit.
Numina nulla [42] premunt; [43] mortali urgemur ab hoſte
Mortales: totidem nobis animæque [44] manuſque.

1 Littore & ingreſſu Italiæ. 2 Spatioſo aëre. Ὡς δ' εὖρός τε, νότος τ' ἐριδαίνετον, &c. Il. 16. 3 Erigunt. 4 Æqualibus. 5 Ipſi venti non cedunt alter alteri. 6 Aqua maris. 7 Incertæ victoriæ. 8 Committitur. 9 Ventis obnitentia. 10 Elementa. 11 Ex adverſâ parte. 12 Contrà ſtant. Φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ, Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Il. 16. 13 Pes unius adverſarii conjungitur pedi. 14 Omiſſo Æneâ, narrat, eaque ab Arcadibus in diverſâ campi parte ſunt fortiter geſta. 15 Obvoluta. 16 Amnis impetuoſus. 17 Erant. 18 In aut cum. 19 Non ſolitos pedeſtri prælio certare. 20 Filius Evandri. 21 Latinis Inſequentibus. 22 Quia inacceſſibilis videbatur, id eſt, cùm non poſſent per loca, ſaxis & arbuſtis impedita, equos agere, ac proinde deberent deſcendere ab equis, & pedeſtres certare. 23 Quibus Arcadibus. 24 Fuga ſc. quæ in rebus extremis ſola ſalus, ultimum perfugium: vel ſic; accendit animoſitatem eorum aliquando precibus, & aliquando increpationibus, quæ una & ſola res reliqua eſt rebus conſilio & ope egentibus. 25 Obſecro. 26 Veſtra in aliis præliis. 27 Qui vos duxit. 28 Famam & gloriam. 29 Finita, cum victoria geſta. 30 Quæ eſt de me, *vel*, quam habeo de vobis. 31 Paternæ, id eſt, patris mei Evandri. 32 Spes mea. 33 Imitatrix. 34 Nolite ſpem in fuga collocare. 35 Aperienda. 36 Medios. 37 Cœtus. 38 Frequentiſſimus. 39 Me, id eſt, patria hoc petit à nobis, ut, victis ac cæſis hoſtibus revertamur. 40 Veſtrum. 41 Nobilis. 42 Opprimunt nos. 43 Qui poteſt mori, uti nos. 44 Sunt.



Digitized by Google

*Ecce maris magno claudit nos* [1] *obice pontus:*
[2] *Deeſt jam terra fugæ:* [3] *pelago Trojam-ne petemus?*
*Hæc* [4] *ait, & medius denſos prorumpit in hoſtes.*
*Obvius* [5] *huic* [6] *primùm, fatis adductus* [7] *iniquis,*
*Fit* [8] *Lagus:* [9] *hunc,* [10] *magno vellit dùm* [10] *pondere ſaxum,*
[11] *Interto* [12] *figit telo, diſcrimina coſtis*
*Per medium quà ſpina dedit, haſtamque receptat*
*Oſſibus hærentem:* [13] *quem non ſuper occupat Hisbon,*
*Ille quidem* [14] *hoc ſperans. Nam Pallas* [15] *antè ruentem,*
*Dùm furit, incautum crudeli morte* [16] *ſodalis*
[17] *Excipit, atque enſem* [18] *tumido in pulmone recondit.*
[19] *Hinc* [20] *Sthelenum* [21] *petit, &* [22] *Rhœti de* [23] *gente vetuſtâ*
*Anchemolum,* [24] *thalamos auſum* [25] *inceſtare* [26] *novercæ.*
*Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in arvis,*
[27] *Dauciа, Laride, Thymberque, ſimillima proles,*
*Indiſcreta ſuis, gratuſque* [28] *parentibus error;*
[29] *At nunc* [30] *dura dedit vobis* [30] *diſcrimina Pallas:*
*Nam tibi, Thymbre, caput* [31] *Evandrius abſtulit enſis;*
*Te deciſa* [32] *ſuum, Laride, dextera quærit,*
[33] *Semianimeſq; micant digiti,* [34] *ferrumq; retractant.*
[35] *Arcadas accenſos monitu, & præclara tuentes*
*Facta* [36] *viri, miſtus dolor & pudor armat in hoſtes.*

1 Objectu & obſtaculo. 2 Et ita non eſt, quò fugiamus, locus. Ergo via ferro per hoſtes eſt facienda cum magna laude. 3 Per pelagus. 4 Pallas. 5 Pallanti. 6 Primo loco. 7 Ipſum ad mortem urgentibus. 8 Rutulus. 9 Lagum. 10 Magni ponderis: ut: Ære cavo *clypeum magni geſtamen Abantis*, id eſt, æris cavi. 11 Intorſum torto. 12 Transfigit. 13 Quem tamen Pallanta inclinatum, ut haſtam revelleret, non occupavit deſuper, uti ſperaverat, Hisbon. 14 Poſſe occupare Pallanta. 15 Priùs. 16 Sui. 17 Ipſum. 18 Inflato. 19 Poſt hos. 20 Servius legit *Sthenium*. 21 Aggreditur. 22 Marrubiorum regis. 23 Rhœtus enim originem ducebat à Phorco marino Deo. 24 Rhœtus, Marrubiorum in Italia rex, Caſperiam ſecundam uxorem filio Anchemolo ſuperinduxerat, privignus novercam ſtupravit: hinc iratum patrem fugiens, ſe ad Turnum contulit. 25 Per inceſtum polluere. 26 Caſperiæ. 27 Larides, Thymberque gemelli, Dauci filii, ita inter ſe ſimiles, ut vix diſcerni poſſent, ne à parentibus quidem. 28 Quia parentes alium pro alio nominabant. 29 *Diſcrevit mors ſæva viros*, &c. Luc. 3. 30 Intolerabiles differentias. 31 Pallantis, filii Evandri. 32 Fautorem & adjutorem. 33 Semivivi adhùc palpitantes ſe movent. 34 Arma. 35 Commemorat ſtragem, quam cum ſuis edidit Pallas. 36 Viriliter agentis Pallantis.

*[1] Tùm Pallas [2] bijugis [3] fugientem Rhœtea præter*
*[4] Trajicit : hoc ſpatium, tantumq; [5] moræ fuit [6] Ilo :*
*[7] Ilo namque procul validam [8] direxerat haſtam,*
*Quam [9] medius Rhœtus [10] intercipit, [11] optime Teuthra,*
*Te fugiens, fratremque Tyren; curruque [12] volutus*
*[13] Cadit ſemianimis Rutulorum [14] calcibus arva.*
*Ac, velut [15] optatò ventis æſtate coortis,*
*Diſperſa immittit [16] ſylvis incendia paſtor :*
*Correptis ſubitò [17] mediis, extenditur unà*
*Horrida per latos [18] acies Vulcania campos;*
*[19] Ille ſedens [20] victor flammas [21] deſpectat [22] ovantes.*
*Non aliter [23] ſocium virtus [24] coït omnis in unum,*
*Teque juvat, Palla : ſed [25] bellis acer [26] Haleſus*
*Tendit in [27] adverſos, ſeque in ſua [28] colligit arma.*
*[29] Hic mactat † Ladona, † Pheretaque † Demodocumque :*
*† Strymonio dextram fulgenti deripit enſe,*
*[30] Elatam in [31] jugulum: ſaxo ferit ora † Thoantis,*
*[32] Oſſaque diſpergit cerebro permiſta cruento.*
*Fata [33] canens ſylvis [34] genitor celarat Haleſum :*
*Ut [35] ſenior letho [36] canentia lumina ſolvit,*
*[37] Injecêre manum Parcæ, [38] teliſque [39] ſacrarunt*
*Evandri : quem ſic Pallas [40] petit, antè precatus :*

1 Deinde cùm videret ſuos, animatos. 2 Binis equis. 3 Præter fugientem Rhœtea; qui Rutulus, ut & Ilus. 4 Transfigit haſtâ. 5 Dilationis à morte. 6 Cujus mortem aliquantulum morata eſt mors interpoſita Rhœti. 7 In Ilum. 8 Pallas. 9 In medium occurrens. 10 Intercurrens in ſe capit. 11 Peritiſſime.

12 Dejectus. 13 Ferit. 14 Pedibus. 15 Ex voto, in tempore: ut, *Optatò advenis.* 16 In ſylvas. 17 Obſtantibus. 18 Ignis, copia flammarum. 19 Paſtor, qui optatò incendia immiſit. 20 Voti compos. 21 Deſuper aſpicit. 22 More ovantium ſalientes & crepitantes. 23 Sociorum Pallantis. 24 Convenit in unum conſenſum & locum. 25 Strenuus bellator. 26 Rutulus. 27 Arcadas. 28 Circumvolvit & communiit ſe ſcuto ſuo, propter vim plurimorum. 29 Haleſus occidit. † Arcadas. 30 Extenſam. 31 Jugulo Haleſi vulnus minantem. 32 Capitis Thoantis. 33 Prædicens ei. Al. *cavens*, id eſt, evitans fatalem neceſſitatem; quæ Haleſo necem minabatur. 34 Pater Haleſi. Ad delectandum inſerit Poëta fabulam Haleſi, fato in bellum, mortuo patre, protracti. 35 Pater. 36 Pupillas albicantes diſſolvit, id eſt, poſt obitum verò patris. 37 Deæ, fatorum diſpenſatrices, vindicârunt ſibi & traxerunt ſibi debitum. Locum hunc interpretatur. Macrob. Sat. l. 3. c. 7. ubi Virgilium hoc in verſu *proprietatem & humani & divini juris executum eſſe* dicit. *Nam ex manus injectione, mancipium deſignavit, & ſacrationis vocabulo, obſervantium divini juris implevit.* 38 Ut illis mactetur. 39 Addixerunt. 40 Aggreditur.

Da nunc, Tibri [1] pater, ferro, [2] quod miſſile libro,
[3] Fortunam, atque viam duri per pectus Haleſi!
Hæc arma, exuviaſque viri, [4] tua quercus habebit.
Audiit [5] illa Deus: dùm [6] texit Imaona Haleſus,
[7] Arcadio infelix [7] telo dat pectus [8] inerme.
[9] At non cæde viri tantâ perterrita, Lauſus,
Pars ingens belli, ſinit agmina; [10] primus [11] Abantem
[12] Oppoſitum interimit, pugnæ [13] nodumq; [14] moramque.
Sternitur [15] Arcadiæ proles; [16] ſternuntur Etruſci;
Et [17] vos, ô Grajis [18] imperdita corpora Teucri.
Agmina concurrunt ducibuſque; & viribus [19] æquis:
Extremi [20] addenſant acies, [21] nec turba moveri
Tela manuſque ſinit; [22] hinc Pallas inſtat & urget;
[23] Hinc contrà [24] Lauſus: nec multùm [25] diſcrepat [26] ætas:
Egregii formâ, ſed queis fortuna negârat
In patriam reditus. Ipſos concurrere paſſus
Haud tamen inter ſe magni regnator [27] Olympi:
Mox [28] illos [29] ſua fata manent [28] Majore ſub hoſte.
Intereà [30] ſoror alma monet ſuccurrere Lauſo
[31] Turnum, qui [32] volucri curru medium ſecat agmen.
Ut [33] vidit [34] ſocios: [35] tempus [36] deſiſtere pugnâ;
Solus ego in Pallanta feror; ſoli mihi [37] Pallas
Debetur: cuperem, ipſe [38] parens ſpectator adeſſet.

1 Numen vicinum & præſens invocat; nam circa ripas ejus pugnabant. 2 Quod, ut emittatur, diſtrictum geneo. 3 Proſperum contactum. 4 Tibi ſacra. 5 Vota & verba Pallantis. 6 Dùm ſcuto ſuo protegit Imaona. Al. Dum detexit, id eſt, ſpoliat. 7 Ab Arcade, id eſt, Pallante, miſſo. 8 Sine armis. 9 At Lauſus, filius Mezentii, non patitur agmina Rutulorum eſſe perterrita ſive perterreri tam vehementi cæde Haleſi; quia ipſe reſtaurat prælium. 10 Se irrumpens. 11 Trojanum. 12 Obſtantem, fortiter pugnantem. 13 Robur & firmamentum, id eſt, qui ſuſtentaret onus ingruentium pugnatorum. Elegans Metaphora ab arboribus ducta, quæ, qua ex parte ſunt nodoſæ, difficulter cuneis perrumpi poſſunt. *Nodus* propriè eſt denſa peditum multitudo. 14 Obſtaculum moram facturum ingruere volentium. 15 Juventus ex Arcadia profecta, quæ duce Pallante venerat. 16 Qui cum Tarchonte venerant auxilio Æneæ, occiduntur à Lauſo. 17 Sternimini à Rutulis & Latinis. 18 Quos non perdiderant Græci, reliquiæ Danaum. 19 Æqualibus. 20 Condenſant. 21 Turba denſa & conferta non dat ſpatium movendis telis manibuſque ad feriendum. 22 Ex una parte. 23 Ex alia parte ex adverſo. 24 Filius Mezentii. 25 Diſtat. 26 Amborum. 27 Cœli, id eſt, Jupiter. 28 Pallantem interimendum à Turno, Lauſum ab Ænea. 29 Propria moriendi genera exſpectant. 30 Juturna ſoror Turni, quæ Diva & Nympha, adeoque præſens. 31 Fratrem ſuum. 32 Velociter acto. 33 Turnus. 34 Contra Pallanta certantes. 35 Loquitur Turnus. 36 Deſiſtendi à pugna. 37 Victoria de Pallante. 38 Evander.

*Hæc ait: & ſocii* [1] *ceſſerunt æquore* [2] *juſſi,*
*At* [3] *Rutulûm abſceſſu* [4] *juvenis, tùm* [5] *juſſa ſuperbi*
*Miratus, ſtupet in Turno;* [6] *corpuſque per ingens*
[7] *Lumina volvit,* [8] *obitque truci procul* [9] *omnia viſu.*
*Talibus & dictis it contra dicta* [10] *tyranni:*
*Aut ſpoliis ego jam raptis laudabor* [11] *opimis,*
*Aut* [12] *letho inſigni:* [13] *ſorti pater æquus utrique eſt,*
*Tolle minas: fatus, medium procedit in* [14] *æquor:*
[15] *Frigidus Arcadibus* [16] *coït in præcordia ſanguis.*
*Deſiluit Turnus* [17] *bijugis; pedes apparat ire*
*Comminùs: utque leo,* [18] *ſpeculâ cùm vidit ab altâ*
*Stare procul campis* [19] *meditantem prælia taurum,*
[20] *Advolat: haud alia eſt Turni* [21] *venientis imago.*
*Hunc* [22] *ubi contiguum miſſæ fore credidit haſtæ,*
[23] *Ire prior Pallas, ſi quà fors adjuvet* [24] *auſum*
*Viribus* [25] *imparibus; magnumque ita* [26] *ad æthera fatur.*
*Per* [27] *patris hoſpitium, & menſas, quas* [28] *advena adiſti,*
*Te precor, Alcide, cœptis ingentibus* [29] *adſis!*
[30] *Cernat* [31] *ſeminecì ſibi me rapere arma* [32] *cruenta,*
[33] *Victoremque ferant morientia lumina Turni.*
*Audiit Alcides* [34] *juvenem, magnumque ſub imo*
*Corde premit* [35] *gemitum, lachrymaſq; effudit* [36] *inanes.*
*Tùm* [37] *genitor natum dictis affatur amicis:*
[38] Stat ſua cuique dies: breve & [39] irreparabile tempus

1 Diſceſſerunt à campo plano & æquo. 2 Al. *juſſo*, id eſt, quod eos juſſerat derelinquere. 3 Quia Rutuli tam citò parebant. 4 Pallas. 5 Turni. 6 Ejus. 7 Oculos. 8 Circumagit. 9 Quæ Turnum contingebant. 10 Superbi regis. 11 De principe hoſtilis exercitus detractis. 12 Morte glorioſâ. 13 Æquo, certò ſcio, animo feret pater meus Evander, quem cupis ſpectatorem adeſſe, utramque ſortem aut victoriæ, aut pulchræ mortis: reſp. ad id, *cuperem ipſe parens ſpectator adeſſet.* 14 Planitiem. 15 Præ timore. 16 Congelatur. 17 Bigis. 18 Montis aut rupis. 19 Animo agitantem, id eſt, ſe exercentem ad prælia. 20 Ad taurum. 21 Contra Pallanta. Turnum enim leoni, Pallantem tauro comparat. 22 Ubi credidit Turnum eſſe intra jactum haſtæ, & poſſe eâ feriri. 23 Voluit aut cœpit. 24 Audentem contendere. Alludit ad ſententiam illam, *Audentes fortuna juvat.* 25 Longè inferioribus. 26 Cœlum ſuſpiciens, ubi Hercules. 27 Evandri, qui te hoſpitio, interempto Caco, accepit. 28 Cùm ex Hiſpania exterus & ignotus primùm advenires. 29 Ut auxilio ſis. 30 Videat Turnus. 31 Seminecato. 32 Cruore ſuo perfuſa. 33 Me victorem patiantur, id eſt, cogantur in vita hoc ſpectaculum ferre. 34 Pallanta. 35 Quia exaudire non potuit. 36 Non profuturas, nihil impetraturas, ut cui contra fata auxilio venire non liceret. 37 Jupiter Herculem. 38 Unicuique conſtitutum eſt proprium tempus vitæ. 39 Poſtquam ſemel elapſum eſt.



Digitized by Google

Omnibus eſt [1] vitæ : ſed [2] famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. [3] *Troja ſub mœnibus altis*
*[4] Tot gnati [5] cecidêre Deûm : [6] quin occidit unà*
*Sarpedon, [7] mea progenies : etiam [8] ſua Turnum*
*Fata vocant, [9] metaſque dati [10] pervenit ad ævi.*
*Sic [11] ait, atque [12] oculos Rutulorum [11] rejicit arvis.*
*At [13] Pallas magnis emittit viribus haſtam,*
*Vaginâque [14] cavâ fulgentem diripit enſem.*
*[15] Illa volans, humeris ſurgunt quà [16] tegmina ſumma,*
*Incidit, atque viam clypei [17] molita [18] per oras,*
*[19] Tandem etiam magno [20] ſtrinxit de corpore Turni.*
*Hîc Turnus ferro præfixum [21] robur acuto*
*In Pallanta diu [22] librans jacit, atque ita fatur:*
*Aſpice, nùm mage ſit noſtrum [23] penetrabile telum.*
*Dixerat : ac clypeum, tot ferri [24] terga, tot æris,*
*Cùm pellis toties obeat circumdata tauri,*
*[25] Vibranti cuſpis medium tranſverberat ictu,*
*Loricæque [26] moras, & [27] pectus perforat ingens.*
*[28] Ille rapit [29] calidum fruſtrà de vulnere [29] telum :*
*[30] Unâ eâdemque viâ ſanguiſque [31] animuſque [32] ſequuntur.*
*[33] Corruit [34] in [35] vulnus : ſonitum [36] ſuper arma dedêre,*
*Et [37] terram [38] hoſtilem moriens petit ore cruento.*

1 Etiam longiſſimæ. Horat. Od. 3. l. 2. *Omnes eodem cogimur, omnium Verſatur urna, ſeriùs, ociùs, Sors exitura, & nos in æternum Exilium impoſitura cymbæ.* Ovid. 10. Met. *Seriùs aut citius metam properamus ad unam : Tendimus hùc omnes : hæc eſt domus ultima, voſque Humani generis longiſſima regna tenetis.*

2 Æternum nomen præclaris facinoribus propagare aut promereri, hoc eſt opus ad virtutem pertinens. 3 A majori ad minus. 4 Achilles Thetidis. Memnon Auroræ, Aſcalaphus Martis filius. 5 Occubuerunt. 6 Quin etiam cecidit pariter cum aliis. 7 Filius meus, qui à Patroclo fuit interfectus. 8 Debita : quia & ipſe occidetur, ſed ab Æneâ. 9 Periodum vitæ conceſſæ. 10 Ferè. 11 Jupiter ad Herculem. 12 Avertit oculos à Rutulorum campis, neutrius exercitus res curaturus, permittens omnia fatis. 13 Pugna Pallantis cum Turno. 14 Quem cavam reliquit. 15 Haſta. 16 Munimenta. 17 Sc. *eſt*, quaſi cum difficultate. 18 Per extremas circumferentias clypei. 19 Poſt varios conatus. 20 Levi ſc. vulnere non nihil abſtulit. 21 Haſtam ex robore. 22 Cùm diu libraſſet & direxiſſet. 23 Penetrativum. 24 Laminas, quibus armabatur clypeus è taurinâ pelle. 25 Per haſtam vibrantem illato. 26 Impedimenta, id eſt, monimentum pectoris. 27 Pallantis. 28 Pallas extrahit. 29 Haſtam calefactam. 30 Per vulnus. 31 Anima. 32 Telum. 33 Pallas. 34 Super. 35 Quod in pectore habuit. 36 Deſuper. 37 Γαῖαν ὀδὰξ ἕλον. Il. *Procubuit moriens, & humum ſimul ore momordit.* Æn. 11. 38 Quam hoſtis occupavit.

*Quem Turnus* [1] *ſuper aſſiſtens, ſic ore profatur.*
*Arcades hæc, inquit, memores mea dicta referte*
[2] *Evandro: qualem* [3] *meruit, Pallanta* [4] *remitto.*
*Quiſquis honos tumuli, quicquid ſolamen* [5] *humandi*
*eſt,*
[6] *Largior:* [7] *haud illi ſtabunt Æneïa parvo*
*Hoſpitia: & lævo* [8] *preſſit pede, talia fatus,*
[9] *Exanimum, rapiens immania pondera* [10] *baltei,*
*Impreſſumque* [11] *nefas; unâ ſub nocte* [12] *jugali*
[13] *Cæſa manus juvenum* [14] *fœdè,* [15] *thalamiq;* [16] *cruenti:*
*Quæ* [17] *bonus Eurytion* [18] *multo* [19] *cælaverat auro:*
[20] *Quo nunc Turnus* [21] *ovat ſpolio, gaudetq;* [22] *potitus.*
[23] Neſcia [24] mens hominum [25] fati, ſortiſque futuræ,
[26] Et ſervare [27] modum, rebus ſublata [28] ſecundis.
*Turno tempus* [29] *erit,* [30] *magno cùm optaverit emptum*
*Intactum Pallanta; & cùm* [31] *ſpolia iſta,* [32] *diemque*
*Oderit. At ſocii, multo gemitu lachrymiſque,*
[33] *Impoſitum* [34] *ſcuto referunt Pallanta frequentes.*
[35] *O dolor, atque decus magnum, rediture,* [36] *parenti!*
*Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem* [37] *aufert:*
*Cùm tamen ingentes* [38] *Rutulorum linquis* [38] *acervos,*

1 Pede premens, & inſultabundus. 2 Ad Evandrum. 3 Remitti à me, id eſt, mortuum, qui ad me occidendum miſſus erat. Aliis viſum eſt potiùs elogium, quàm Sarcaſmus. 4 Ei talem. 5 Sepeliendi. 6 De largitate mea, & non ex merito ipſius dono totum honorem. 7 Non modico, ſed magno conſtabunt ei jura hoſpitalitatis cum Æneâ contracta. 8 Obvolvit. 9 Mortuum Pallanta. 10 Quo ornatus erat Pallas. 11 In quo inſculptum erat nefandum facinus Danai filiarum, ſc. *manus juvenum*, &c. 12 Nuptiali, quamprimùm juncti erant cum novis nuptis. 13 Multitudo juvenum, id eſt, quinquaginta filiorum Ægypti occiſa à Danai filiabus, uxoribus ſuis, exceptâ Hypermneſtrâ, quæ ſola Lynceum ſervavit. 14 Turpiter & inhoneſte: quia contra jura conſanguinitatis. 15 Erant inſculptæ in balteo. 16 Cruore aſperſi. 17 Sculptor bonus & peritus. 18 Denſo. 19 Inſcripſerat. 20 Cujus baltei ſpolio. 21 Exultat. 22 Eo. 23 Exclamatio in Turni temerariam exultationem ob Pallantis necem: qui, cùm in ſecunda fortuna ſibi imperare nequiret, haud multò pòſt ſimilem ſortem experturus erat. 24 Eſt. 25 Præordinationis divinæ: quia ſæpè læta principia infelicem ſortiuntur exitum. 26 Sc. *neſcia*. 27 Menſuram eis. 28 Elata. 29 Adveniet. 30 Pretio, id eſt, carè emiſſe, quòd non tetigiſſet Pallanta. 31 Namque Æneam, dubium utrum parceret Turno ſupplici, admonuit vindictæ balteus iſte in humero Turni conſpectus: ut ad finem l. 12. videre eſt. 32 Quo ea abſtulit. 33 Ex more & honore militari. 34 Suo. 35 O Palla. Exclamatio Poëtæ, aut ſociorum, cadaver reportantium, lamentatio in luctum & dolorem ſenis Evandri, ubi caſum filii acceperit. 36 Parenti Evandro jam orbo & ſeni. 37 Te bello per mortem. 38 Editâ à te tantâ Rutulorum ſtrage, quorum acervos liquiſti.

Nec

Digitized by Google

*Nec jam* [1] *fama mali tanti, ſed* [2] *certior auctor,*
*Advolat* [3] *Æneæ:* [4] *tenui diſcrimine lethi*
*Eſſe* [5] *ſuos;* *tempus* [6] *verſis* [7] *ſuccurrere Teucris.*
*Proxima quæque* [8] *metit gladio,* [9] *latumque per* [10] *agmen*
[11] *Ardens limitem agit ferro: te, Turne, ſuperbum*
[12] *Cæde* [13] *novâ* [14] *quærens. Pallas, Evander, in ipſis*
[15] *Omnia ſunt* [16] *oculis, menſa, quas* [17] *advena primus*
*Tunc adiit,* [18] *dextraque* [19] *data.* [20] *Sulmone* [21] *creatos*
*Quattuor* [22] *hic juvenes, totidem quos educat* [23] *Ufens,*
*Viventes* [24] *rapit,* [25] *inferias* [26] *quos immolet* [27] *umbris,*
[28] *Captivoq;* [29] *rogi perfundat ſanguine flammas.*
*Inde* [30] *Mago procul* [31] *infenſam cùm tenderet haſtam,*
[32] *Ille aſtu ſubit, ac* [33] *tremebunda* [34] *ſupervolat haſta:*
*Et* [35] *genua* [36] *amplectens effatur talia ſupplex.*
*Per* [37] *patrios manes, & ſpes* [38] *ſurgentis Iüli,*
*Te precor, hanc* [39] *animam ſerves* [40] *natoque patrique.*
[41] *Eſt domus alta;* *jacent* [42] *penitùs defoſſa* [43] *talenta*
*Cælati argenti, ſunt auri pondera* [44] *facti*

1 Rumor incertus. 2 Nuncius ſuper eâ re miſſus. 3 Ad Æneam. 4 In modica diſtantia. 5 Æneæ ſocios. 6 In fugam. 7 Opem ferendi. 8 Amputat. 9 Latam per cæſos hoſtes ubi ſtravit viam. 10 Hoſtium. 11 Furore excandeſcens. 12 Pallantis. 13 Inſolitâ & magnâ. 14 Ut te interimat. 15 Hæc. 16 Æneæ, id eſt, Æneas hæc omnia conſiderat. 17 Cùm adveniret. 18 Amicitiæ & fidei. 19 Evandro. 20 Urbe Latii. 21 Procreatos. 22 In hujuſmodi ardore. 23 Etiam quatuor filios Ufentis. 24 Capit. 25 Ut ſint ſacra mortuorum, quæ inferis ſolvuntur. Moris erat in funere virorum fortium, captivos necari, ſeu inferias placandis eorum Manibus. Quod poſtquam crudele viſum eſt, placuit gladiatores ante ſepulchra dimicare: qui à *buſtis Buſtarii* dicti ſunt. Il. 23. Achilles 12. Trojanos Patroclo mittit inferias. 26 Ideò ut eos. 27 Manibus Pallantis. 28 Captivorum: ut, Captivi *pendent currus.* 29 Pyræ incenſæ, in qua Pallas concremabitur. 30 In Magum, virum magnum. Sic ſupra: Ilo *namque procul*, &c. 31 Vim inferentem. 32 Magus, videns haſtam venientem, fraude & aſtutiâ infert ſe ſub haſtam. 33 Et forti impulſu. 34 Volat ſupra ipſum, nec contingit. 35 Pro more ſupplicum. Verecúndiæ veteres frontem aſſignabant, impudentiæ os, ſagacitati vel irriſioni naſum, judicio aurem, faſtui ſupercilium, virtuti & fidei dextram, miſericordiæ genua, quæ illius, cui ſe ſupplices ingererent, contingebant. 36 Magus. 37 Patris tui Anchiſæ. 38 Ad gloriam & imperium. 39 Meam, quâ ablatâ, etiam præ dolore moriturus eſt. 40 Unico filio meo & patri mihi. 41 Mihi. 42 Altè infoſſa in hac alta domo. 43 Pondera. 44 In vaſis & ſignis ſculpti.



Digitized by Google

[1] *Infeſtique mihi:* [2] *non hîc victoria Teucrum*
[2] *Vertitur: haud* [3] *anima una dabit* [4] *diſcrimina tanta.*
[5] *Dixerat. Æneas contrà cui talia* [6] *reddit:*
*Argenti atque auri memoras quæ multa talenta,*
*Gnatis* [7] *parce tuis: belli* [8] *commercia Turnus*
*Suſtulit iſta prior, jam tùm* [9] *Pallante perempto.*
[10] *Hoc patris Anchiſæ manes, hoc ſentit Iülus.*
*Sic* [11] *fatus, galeam lævâ tenet, atque* [12] *reflexâ*
[13] *Cervice* [14] *orantis* [15] *capulo tenùs abdidit enſem.*
[16] *Nec procul Æmonides, Phœbi* [17] *Triviæq; ſacerdos,*
[18] *Infula cui* [19] *ſacrâ redimebat tempora vittâ,*
*Totus collucens veſte, atque inſignibus* [20] *armis.*
*Quem* [21] *congreſſus agit campo, lapſumque ſuperſtans*
*Immolat, ingentiq; umbrâ* [22] *tegit:* [23] *arma* [24] *Sereſtus*
[25] *Lecta refert humeris; tibi rex,* [26] *Gradive,* [27] *tropæum.*
*Inſtaurant* [28] *acies, Vulcani ſtirpe creatus*
[29] *Cæculus, & veniens* [30] *Marſorum à montibus Umbro.*
[31] *Dardanides contrà furit: Anxuris enſe ſiniſtram,*
*Et totum clypei ferro dejecerat orbem.*
*Dixerat* [32] *ille aliquid* [33] *magnum,* [34] *vimq; affore verbo*
*Crediderat,* [35] *cœloque animum fortaſſe* [36] *ferebat,*
[37] *Canitiemque ſibi, & longos* [38] *promiſerat annos.*
*Tarquitus exultans* [39] *contrà fulgentibus armis,*
[40] *Sylvicola Fauno, Dryope quem Nympha* [41] *creârat,*

1 Nondùm ſignati. 2 Non mutatur nec transfertur in hac re, id eſt, ſi me ſervas. 3 Unius hominis vita. 4 Ut eâ ſalvâ, victi cenſeientur Trojani. 5 Magus. 6 Reſpondet. 7 Conſerva. 8 Ignoſcendi facultatem, ſive ut caput auro redimas. 9 Simulac Pallanta peremit. 10 Ut ſimiliter faciam. Reſp. ad illud, *Per patrios manes & ſpes ſurgentis Iüli.*

11 Æneas. 12 Incurvata. 13 In. 14 Magis. 15 Uſque ad manubrium, quo capitur. Pathos à modo: de quo Macrob. Sat. l. 4. c. 4. 16 Abeſt. 17 Dianæ. 18 Velamentum capitis ſacerdotalis vittis ornatum laneis, albis, & coccineis, iiſque utrimque dependentibus. 19 Sacerdoti conſecrata. 20 Al. *albis*. 21 Æneas congrediens perſequitur. 22 Cadaver ejus. 23 Sc. *illa inſignia*. 24 Trojanus. 25 Collecta. 26 O Mars. 27 In victoriæ monumentum. 28 Fuſas ab Æneâ & ſociis ejus. 29 De Cæculo & Umbrone lib. 7. ſub finem. 30 Populorum Italiæ. 31 Dardani nepos Æneas. 32 Anxur. 33 Elatum, ſuperbificum, τί μέγα. 34 Efficaciam. 35 Ad cœlum uſque. 36 Efferebat, extollebat. 37 Senectutem. Seneca: *Nemo tam Divos habuit faventes, Craſtinum ut poſſit ſibi polliceri*, nedùm canitiem. Et *certam præſens vix habet hora fidem*, dixit Ovid. Cic. *Quis eſt enim, quamvis adoleſcens, cui exploratum ſit, ſe ad veſperam eſſe victurum?* 38 Cùm inter dicendum & cogitandum trajiceretur. 39 Ex adverſo contra Æneam. 40 Sylvas colenti. 41 Procreaverat.

Obvius

Digitized by Google

*Obvius* [1] *ardenti ſeſe obtulit:* [2] *ille* [3] *reductâ,*
[4] *Loricam, clypeique ingens onus, impedit haſtâ.*
*Tùm caput* [5] *orantis nequicquam, & multa parantis*
*Dicere, deturbat* [6] *terræ; truncumq;* [7] *repentem*
*Provolvens,* [8] *ſuper hæc inimico pectore fatur.*
*Iſtîc nunc,* [9] *metuende, jace: non te optima mater*
[10] *Condet humi,* [11] *patrio-ve* [12] *onerabit membra* [13] *ſepulchro:*
*Alitibus linquêre feris, aut gurgite merſum*
*Unda feret, piſceſq;* [14] *impaſti vulnera* [15] *lambent.*
[16] *Protinùs Antheum, & Lycam,* [17] *prima agmina Turni,*
[18] *Perſequitur, fortemq; Numam, fulvumq; Camertem,*
*Magnanimo Volſcente* [19] *ſatum: ditiſſimus agri*
*Qui fuit* [20] *Auſonidûm, &* [21] *tacitis regnavit* [21] *Amyclis.*
[22] *Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt,*
*Centenaſque manus, quinquaginta oribus ignem*
*Pectoribuſque* [23] *arſiſſe;* [24] *Jovis cùm fulmina contra*
*Tot paribus ſtreperet clypeis, tot* [25] *ſtringeret enſes:*
*Sic toto Æneas* [26] *deſævit in æquore victor,*
[27] *Ut ſemel intepuit mucro:* [28] *quin ecce Nyphæi*
*Quadrijuges in equos, adverſaque pectora* [29] *tendit.*
*Atque* [30] *illi* [31] *longè gradientem, &* [32] *dira frementem*
*Ut videre: metu verſi, retròque ruentes,*
*Effunduntq;* [33] *ducem, rapiuntque ad* [34] *littora currus.*
*Intereà* [35] *bijugis infert ſe Lucagus albis*
*In* [36] *medios, fraterque Liger: ſed* [37] *frater habenis*
*Flectit equos, ſtrictum* [38] *rotat* [39] *acer Lucagus enſem.*

1 Æneæ ferro ſævienti in hoſtes. 2 Ardens Æneas. 3 Retroacta ad majorem vibrandi impetum. 4 Æneas confixit haſtâ loricam & clypeum Tarquiti, adeoque impedivit. 5 Tarquiti. 6 Ad terram. 7 Al. tepentem, id eſt, ſemicalidum. 8 Inſuper. 9 Qui te metuendum putabas. 10 Sepeliet. 11 Patrio. 12 Accumulabit. 13 In. 14 Famelici. 15 Vorabunt. 16 Poſt eandem Tarquiti. 17 Qui ſuſtentabant prima agmina. 18 Æneas. 19 Progenitum. 20 Auſonidarum. 21 Latii oppido propè Tarracinam, quod ſilentio periiſſe fertur, captum ſc. ab hoſte, cujus adventum nemo nunciare auderet, poſtquam interdicto cautum eſſet, ne quis interturbaret Remp. multoties rumoribus hoſtilibus territam. 22 Sicut gigas Briareus deſævit, qui centum brachia totidemque manus, quinquaginta capita, totidem ventres habuiſſe fingitur. 23 Spiraſſe, evomuiſſe. 24 In bello giganteo. 25 Evaginaret. 26 Multùm ſævit. 27 Poſtquàm ſemel incaluit ſanguine mucro ejus, id eſt, poſtquàm ſemel concitatus eſt ad iram. 28 Quinimò. 29 Æneas. 30 Equi. 31 Longis gradibus ſpirantem Æneam. 32 Dirè. 33 Nyphæum. 34 Tiberina. 35 Equis. 36 Pugnantium. 37 Liger aurigandi fungitur officio. 38 Circumagit. 39 Strenuus bellator.

Haud

Digitized by Google

*Haud [1] tulit Æneas tanto ſervere furentes :*
*[2] Irruit , [3] adverſâque [4] ingens apparuit haſtâ.*
*Cui [5] Liger :*
*[6] Non [7] Diomedis equos, non currum cernis [8] Achillis,*
*Aut Phrygiæ [9] campos : [10] nunc belli finis & [11] ævi*
*His dabitur terris. [12] Veſano talia [13] latè*
*Dicta [14] volant Ligeri : ſed non & [15] Troïus heros*
*Dicta parat contrà : jaculum nam torquet in [16] hoſtem.*
*Lucagus , ut [17] pronus pendens in verbera [18] telo*
*Admonuit [19] bijugos , [20] projecto dùm pede lævo*
*Aptat ſe pugnæ , ſubit [21] oras [22] haſta per imas*
*Fulgentis clypei ; tùm lævum [23] perforat [24] inguen.*
*[25] Excuſſus curru moribundus volvitur [26] arvis.*
*Quem [27] pius Æneas dictis affatur amaris :*
*Lucage , [28] nulla [29] tuos currus fuga ſegnis equorum*
*Prodidit , aut vanæ vertêre ex hoſtibus [30] umbræ :*
*Ipſe [31] rotis ſaliens , [32] juga deſeris. Hæc ita fatus ,*
*Arripuit [33] bijugos : [34] frater tendebat inermes*
*Infelix palmas , curru delapſus [35] eodem :*
*[36] Per te , per qui te [37] talem genuêre parentes.*
*Vir Trojane , [38] ſine hanc animam , & [39] miſerere precantis.*
*[40] Pluribus oranti [41] Æneas , [42] Haud talia [42] dudùm*
*Dicta dabas: morere, & [43] fratrem ne deſere frater.*
*Tùm latebras animæ [44] pectus mucrone [45] recludit.*
*Talia per campos [46] edebat funera [47] ductor*
*Dardanius , torrentis aquæ , vel turbinis [48] atri*
*More furens. Tandem erumpunt, & [49] caſtra relinquunt,*

1 Eos. 2 In eos. 3 Ex adverſo inferendâ. 4 Uti Heroas inducunt Poëtæ. 5 Ait. 6 Sic Turnus l 9. *Haud ſibi cum Danaïs rem , ſaxo , & pube Pelaſgâ Eſſe putent ,* mollitiem ſc. exprobrans. 7 Quamvis à Diomede ferè ſuperatus fueris. 8 A quo etiam , licet non omninò victus fuit. Oblique fugacitatem Æneæ exprobrat Liger. 9 E quibus evaſiſti. 10 Sed vides equos & currum eorum , qui te in hoſtili terrâ nunc interficient : nam *belli finis* , &c. 11 Vitæ tuæ. 12 Vaniloquo. 13 Diffuſè. 14 Effluunt. 15 Æneas non reſpondet illi verbis vanis. 16 Lucagum. 17 Habitum hunc aurigarum memoravit ſub finem 3. Georg. *proniique in verbera pendent.* 18 Flagello aut telo inſtigavit 19 Equos. 20 Extento. 21 Extremitates. 22 Ab Æneâ miſſa. 23 Haſta. 24 Femur. 25 Lucagus. 26 Per arva. 27 Quamvis pius. 28 Nec te equi tardè fugientes , nec territi prodiderunt , ſed te ipſe. 29 Ut meos. 30 Apparitiones. 31 Curru. 32 Equorum. 33 Equos a'bos. 34 Liger. 35 Quo frater deſederat. 36 Oro. 37 Tam inclytum & victorioſum. 38 In corpore. 39 Mei. 40 Verbis. 41 Reſpondit. 42 Paulò antè. 43 Lucagum. 44 Sc. pectus. 45 Aperit. 46 Exhibebat. 47 Æneas. 48 Caliginoſi. 49 Sua.

*Aſca-*

Digitized by Google

*Aſcanius puer, & nequicquam obſeſſa juventus.*
[1] *Junonem intereà compellat Juppiter ultrò:*
[2] *O germana mihi, atque eadem gratiſſima conjux,*
[3] *Ut rebare, Venus (nec te ſententia fallit)*
*Trojanas ſuſtentat* [4] *opes: non* [5] *vivida bello*
[6] *Dextra viris, animuſq; ferox, patienſq; pericli.*
*Cui* [7] *Juno* [8] *ſubmiſſa: Quid, ô pulcherrime conjux,*
[9] *Sollicitas* [10] *ægrum, & tua* [11] *triſtia dicta timentem?*
*Si mihi, quæ quondam fuerat, quamq; eſſe* [12] *decebat,*
[13] *Vis in amore foret:* [14] *non hoc mihi namque negares*
[15] *Omnipotens:* [16] *quin & pugnæ ſubducere Turnum,*
*Et Dauno poſſem incolumem ſervare* [17] *parenti.*
*Nunc* [18] *pereat, Teucriſque* [19] *pio det ſanguine pœnas.*
*Ille tamen* [20] *noſtrâ deducit origine nomen;*
*Pilumnuſque illi* [21] *quartus pater: & tua largâ*
*Sæpe manu, multiſque oneravit* [22] *limina donis.*
*Cui Rex* [23] *ætherei breviter ſic fatur Olympi:*
*Si* [24] *mora* [25] *præſentis lethi, tempuſque* [26] *caduco*
*Oratur* [27] *juveni,* [28] *meque hoc ita ponere ſentis;*
[29] *Tolle fugâ Turnum, atque inſtantibus* [30] *eripe fatis,*
*Hactenùs indulſiſſe vacat: ſin* [31] *altior iſtis*
*Sub precibus* [32] *venia ulla latet, totumque* [33] *moveri*
*Mutari-ve putas bellum; ſpes* [34] *paſcis inanes.*
*Cui* [35] *Juno illacrymans:* [36] *Quid ſi, quod* [37] *voce*
[38] *gravaris,*
[39] *Mente dares? atque hæc Turno* [40] *rata vita maneret?*

1 Interſerit Poëticum ſigmentum. 2 Juno quare ſoror & conjux Jovis ſingatur, vide ſuprà l. 1. v. 50. & apud Macrob. in Somn. Scip. l. 1. c. 17. 3 Ironicè: q. d. vides, quod non auxilio Veneris, ſed propriâ virtute freti ſuperent Trojani. 4 Facultates. 5 Fortis in bello vel ad bellum. 6 Eſt. 7 Reſpondit. 8 Humilis. 9 Afficis novo cruciatu. 10 Animos quia video, quod mihi maximè diſplicet, ſc. virtute Trojanos ſuperiores eſſe. 11 Severa. Ἔπεα κερτόμια 4. Il. 12 Sc. tum. 13 Ea vehementia. 14 Quod peto. 15 Cùm ſis omnipotens. 16 Quo minùs poſſem eum ſubtrahere. 17 Patri Turni. 18 Turnus. Concedit Ironicè: quod ne fiat, tacitè optat. 19 Te piè colentis. 20 A ſtirpe Deorum. 21 Suprà l. 6. *parens*; hoc libro, *avus*; hîc, *quartus pater*. A primo generis auctore Pilumno poſteri quoque dicti Pilumni: ut Arſaces, Pharaones, Ptolemæi, Cæſares. 22 Templi tui. 23 Cœleſtis: quia ſunt Olympi montes in terris. 24 Dilatio. 25 Imminentis. 26 Mortali, & in bello hoc caſuro, ſive morituro. 27 Turno. 28 Statuere me talem modum poſſe putas cupiſque. 29 Amove ab oculis Æneæ. 30 Libera. 31 Majoris momenti, ſc. ut aliud indulgeam. 32 Indulgentia. 33 Sc. *putas*. 34 Foves. 35 Ait. 36 Quid mali eſſet. 37 Fato: namque *Jovis vocem fata ſequuntur*. 38 Negas dare. 39 Nutu ac voluntate. 40 Firma & conſtans.

*[1] Nunc [2] manet [3] inſontem [4] gravis exitus: aut ego veri*
*[5] Vana feror: [6] quod ut, ô potiùs, formidine falſâ*
*Ludar, & in melius tua, qui potes, [7] orſa reflectas!*
*Hac ubi dicta dedit, cælo ſe protinùs alto*
*[8] Miſit, [9] agens hyemem [10] nimbo ſuccincta per auras:*
*Iliacamque aciem, & [11] Laurentia caſtra petivit.*
*[12] Tùm [13] Dea [14] nube cavâ tenuem ſine viribus [15] umbram,*
*[16] In faciem Ænea (viſu mirabile monſtrum)*
*Dardaniis [17] ornat telis, clypeumque, [18] jubaſque*
*[19] Divini aſſimilat [20] capitis: dat [21] inania verba:*
*Dat ſine [22] mente ſonum, [23] greſſuſq; effingit [24] euntis.*
*Morte [25] obitâ [26] quales fama eſt [27] volitare [26] figuras,*
*Aut quæ [28] ſopitos deludunt [29] ſomnia ſenſus.*
*At primas læta ante acies exſultat [30] imago,*
*Irritatque [31] virum telis, & [32] voce laceſſit.*
*[33] Inſtat cui Turnus, ſtridentemq; eminùs haſtam*
*Conjicit: [34] illa [35] dato [36] vertit veſtigia tergo.*
*Tùm verò Æneam averſum ut [37] cedere Turnus*
*Credidit, atq; animo ſpem [38] turbidus hauſit inanem:*
*[39] Quò fugis, Ænea? thalamos ne deſere [40] pactos:*
*[41] Hâc dabitur [42] dextrâ [43] tellus quæſita per [44] undas.*
*Talia [45] vociferans [46] ſequitur, [47] ſtrictumque [48] coruſcat*

1 Quia fatum mutare non vis. 2 Exſpectat. 3 Turnum. 4 Moleſta & ignominioſa mors. 5 Du or imperita veritatis, id eſt, à vero aberro & falſa ſum. 6 Utinam illudar & decipiar potius. 7 Statuta fatalia exorſa. 8 Demiſit. 9 Impellens ante ſe tempeſtatem ventoſam, qualis in hyeme eſſe ſolet. 10 In cyclum collecta condenſâ nube.

11 Laurentium populorum. 12 Docet, quomodo abductus fuerit Turnus aſtutiâ Junonis. Αὔταρ ὁ εἴδολον τεῦξ, ἀργυρότοξ☉ Α'πόλλω Α'υτῷ τ' Αἰνείᾳ ἴκελον ϗ τεύχεσι τοῖον. Hom. 5. Il. 13 Juno. 14 Ex aëre. 15 Simulacrum corporis. 16 In ſimilitudinem. 17 Effingit. 18 *Terribilem criſtis galeam.* Æneæ l. 8. Galeas autem ornare ſolebant avium pennis plumiſque, leonum & equorum jubis, vel etiam ſetis caudæ equinæ. 19 Quòd in Deum eſſet aſſumendus. 20 Ejus. 21 Fictitia, venientia ab umbrâ. 22 Mentis concepta. 23 Modum incedendi. 24 Æneæ. 25 Suſcepta & completa. 26 Qualia ſimulacra. 27 Per umbras infernas. 28 Sopore oppreſſos. 29 Inſomnia & phantaſmata. 30 Juno verſa in umbram Æneæ. 31 Turnum. 32 Verbis contumelioſis provocat. 33 Inſtanter imminet. 34 Imago. 35 Inſequenti. 36 Obvertit per fugam. 37 Locum dare. 38 Arrogantiâ tumens, atque adeò vanâ ſpe elatus. 39 Vociferabatur, quo, &c. 40 Cum Latino de Laviniâ. 41 Ironicè: ut illud. *En agros, &, quem bello, Trojane, petiſti Heſperiam metire jacens.* 42 Quia interfectum ſepeliendum dabo. 43 Italia. 44 Maris. 45 Turnus. 46 Simulacrum Æneæ. 47 Evaginatum. 48 Vibrat.

Mu-

*Mucronem ; [1] nec ferre videt ſua gaudia ventos.*
*[2] Fortè [3] ratis , celſi [4] conjuncta [5] crepidine ſaxi ,*
*Expoſitis ſtabat [6] ſcalis , & [6] ponte parato ,*
*[7] Quà rex [8] Cluſinis [9] advectus [10] Oſinius [8] oris.*
*[11] Hùc ſeſe trepida Ænea fugientis imago*
*Conjicit in latebras : nec Turnus [12] ſegnior inſtat ,*
*Exſuperatque [13] moras , & pontes tranſilit altos.*
*Vix proram [14] attigerat, rumpit [15] Saturnia [16] funem,*
*[17] Avulſamq; rapit [18] revoluta per æquora navem.*
*[19] Illum autem Æneas abſentem in prælia poſcit ;*
*[20] Obvia multa [21] virûm demittit corpora [22] morti.*
*Tunc [23] levis haud [24] ultrà latebras jam quærit imago ,*
*Sed [25] ſublime volans [26] nubi ſe immiſcuit atræ ;*
*Cùm Turnum [27] medio intereà fert æquore [28] turbo.*
*Reſpicit [29] ignarus rerum , [30] ingratuſque ſalutis ,*
*Et [31] duplicet [32] cum voce manus ad ſidera [33] tendit :*
*[34] Omnipotens genitor , tanton' me [35] crimine dignum*
*[36] Duxiſti ? & [37] tales voluiſti [38] expendere pœnas ?*
*Quò [39] feror ? undè abii ? quæ me [40] fuga ? [41] quem-ve [42] reducet ?*
*[43] Laurentes-ne iterùm muros , aut caſtra videbo ?*
*[44] Quid [45] manus illa virûm , qui me , meaque arma ſecuti ?*
*Quoſque , nefas , omnes infandâ in morte reliqui ?*
*[46] Et nunc [47] palantes [48] video, gemitumq; [49] cadentum*

1 Nec animadvertit venum eſſe ſuum gaudium , ut quod venti diſſipent. 2 Præter ſpem Turni. 3 Navis. 4 Fune alligata eminentiæ abruptæ rupis. 5 Crepidini. 6 Quibus in navem conſcenderetur. 7 Rate aut nave. 8 Cluſio , Thuſciæ , civitate. 9 Erat. 10 Oſinius Maſſicus. 11 Ad hanc ratem. 12 Tardior. 13 Impedimenta, quæ moras facere poſſent. 14 Turnus. 15 Juno. 16 Retinacula , ne redire poſſet in prælium , deprehenſo dolo. 17 A littore. 18 Navem revolutam , Hypallage. 19 Turnum. 20 Occurrentia. 21 Rutulorum. 22 Ad mortem. 23 Inanis & ſine corpore. 24 Ulteriùs , id eſt , Juno evanuit. 25 In altum. 26 Reſoluta eſt in atram nubem. 27 Sc. *in*. 28 Impetus ventorum. 29 Turnus , neſciens propter ſuam ſalutem id Junonem egiſſe. 30 Acceptâ ſalute ingratus , nullamque gratiam habens pro illis , quæ in ejus ſalutem facta erant : utpote qui ea neſciret. 31 Complicatas. 32 Simul precans ac dicens. 33 Tollit. 34 Jupiter. 35 Dedecore , aut tam nefando facinore inhoneſtæ fugæ. 36 Cenſuiſti ? 37 Tam contumelioſas. Credebat ſe in aqua perire. 38 Perſolvere. 39 Impellor ? 40 Aufert. 41 Qualem ? fugæ ſc. crimini obnoxium , meorumque deſertorem. 42 Fuga. 43 Laurentis civitatis , id eſt , Laurolavini. 44 Faciet , aut de me dicet ? 45 Ille exercitus. 46 Sc. *quos*. 47 Oberrantes , quaſi oves ſine paſtore , amiſſo duce. 48 Videre mihi videor. 49 Occumbentium.

I Ac-

*[1] Accipio: quid agam? aut quæ jam ſatis ima [2] dehiſcat*
*Terra mihi? vos ô, potiùs miſereſcite, [3] venti!*
*In rupes, in [4] ſaxa, volens vos Turnus adoro.*
*[5] Ferte ratem, [6] ſæviſque vadis immittite Syrtis;*
*[7] Quò neque me Rutuli, neque [8] conſcia fama ſequatur.*
*Hæc [9] memorans, animo [10] nunc huc, nunc fluctuat illuc:*
*An ſeſe [11] mucrone ob tantum dedecus amens*
*[11] Induat, & [12] crudum per coſtas exigat enſem;*
*[13] Fluctibus an [14] jaciat [15] mediis: & littora nando*
*Curva petat, Teucrûmque iterùm ſe reddat [15] in arma.*
*Ter [16] conatus [17] utramq; viam: ter maxima Juno*
*Continuit, [18] juvenemque animo miſerata [19] repreſſit.*
*[20] Labitur [21] alta ſecans, fluctuque æſtuque ſecundo,*
*Et [22] patris [23] antiquam Dauni defertur ad [24] urbem.*
*At Jovis intereà monitis Mezentius [25] ardens*
*Succedit pugnæ, Teucroſque invadit [26] ovantes.*
*Concurrunt [27] Tyrrhenæ acies, atque omnibus [28] uni,*
*Uni odiiſque viro, teliſque frequentibus inſtant.*
*[29] Ille, velut rupes, vaſtum quæ [30] prodit in æquor,*
*Obvia ventorum [31] furiis, [32] expoſtaque ponto,*
*Vim cunctam, atque minas [33] perfert cœliq; mariſque,*
*Ipſa immota [34] manet: [35] prolem Dolicaonis, Hebrum,*
*Sternit humi; cum quo Latagum, Palmumque [36] fugacem:*
*Sed [37] Latagum ſaxo, atque ingenti fragmine montis*
*Occupat os, [38] faciemque adverſam: poplite Palmum*

1 Auribus ſc. id eſt, audio.
2 Hiatum faciat.
3 Quia terra deeſt.
4 Scopulos.
5 Impellite navem, id eſt, rumpite navem, & ſubmergite me.
6 Per vada ſæva Syrtis, id eſt, in Syrtes & ad extrema maris loca, ut obruar & peream.
7 Ad quas Syrtes.
8 Talis dedecoris.
9 Turnus. Docet, quò Turnus delatus ſit, & in ejus locum ſuffectus Mezentius.
10 Nunc in hanc, nunc in illam ſententiam per modum fluctus agitur.
11 Sic 7. bell. Gall. Cæſ. *ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant*: *vel*, an ſe gladio ſuo tranſfigat.
12 Crudelem.
13 In medios fluctus.
14 Seſe.
15 Armis.
16 Turnus.
17 Et ſe interficere, & in fluctus dare, & ſic natare ad littus.
18 Turnum.
19 Eum.
20 Turnus celeriter navigat.
21 Maria.
22 Ejus.
23 Nobilem.
24 Ardeam.
25 Accenſus furore bellico.
26 De victoria.
27 Etruſcæ.
28 Mezentio. 8. lib.
29 Mezentius.
30 Protenditur.
31 Vehementi impetui.
32 Expoſita mari.
33 Ad finem ſuſtinet.
34 Al. *manens*.
35 Filium.
36 Fugere ſolitum.
37 Mezentius ſternit.
38 Ejus, id eſt, Latagi.

Suc-

*Succiſo* [1] *volvi* [2] *ſegnem ſinit*, [3] *armaque* [4] *Lauſo*
*Donat habere* [5] *humeris*, & [6] *vertice figere* [7] *criſtas*.
[8] *Nec non Evantem* [9] *Phrygium: Paridiſque Mimanta*
[10] *Æqualem, comitemque*; [11] *unâ quem nocte* [12] *Theano*
[13] *In lucem genitori Amyco dedit*, & *face prægnans*
*Ciſſeis regina Parin creat*: [14] *urbe paternâ*
*Occubat*; [15] *ignarum* [16] *Laurens habet* [16] *ora Mimanta*.
*Ac velut ille* [17] *canum morſu de montibus altis*
[18] *Actus aper* (*multos* [19] *Veſulus quem* [20] *pinifer annos*
*Defendit, multoſque palus* [21] *Laurentia*) *ſylvâ*
*Paſtus arundineâ*; *poſtquam inter retia ventum eſt*,
*Subſtitit, infremuitque ferox*: & *inhorruit* [22] *armos*:
*Nec* [23] *cuiquam* [24] *iraſci*, [25] *propiuſ-ve accedere* [26] *virtus*;
*Sed jaculis*, [27] *tutiſque procul clamoribus inſtant*:
*Haud aliter, juſta quibus eſt Mezentius* [28] *ira*,
[29] *Non ulli eſt* [30] *animus ſtricto concurrere ferro*:
[31] *Miſſilibus longè*, & [32] *vaſto clamore* [33] *laceſſunt*.
[34] *Ille autem impavidus partes* [35] *cunctatur in omnes*,
*Dentibus infrendens*, & [36] *tergo decutit haſtas*.
[37] *Venerat antiquis* [38] *Coriti de finibus Acron*,
*Grajus homo*, [39] *infectos linquens* [40] *profugus* [39] *hymenæos*:
*Hunc ubi* [41] *miſcentem longè media agmina* [42] *vidit*,
[43] *Purpureum pœnis*, & [44] *pactæ conjugis oſtro*:
[45] *Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpè* [46] *peragrans*,

1 Occumbere. 2 Non ambulantem ob ſucciſum poplitem ejus, id eſt, nervum poſt genua. 3 Palmi & Lagagi. 4 Pollo ſuo. 5 Ad ornatum humerorum. 6 Super caput ſuum. 7 Palmi. 8 Sternit. 9 Trojanum. 10 Coævum. 11 Eadem nocte, quâ Hecuba, Ciſſei regis Thraciæ filia, peperit Paridem, Priami filium, quem utero geſtans ſe facem parturire ſomniavit. 12 Mater. 13 Peperit. 14 Qui Paris in Troja ſepultus jacet. 15 Ignoratum, advenam, peregrinum. 16 Provincia, quæ eſt juxta Laurolavinium in agro Laurenti. 17 Quem canes minati erant. 18 Pulſus. 19 Mons Liguriæ. 20 Ferens pinos in vertice. 21 Latina. 22 Anteriores humeros. 23 Venatorum. 24 More iratorum irruere. 25 *Licet eminùs eſſe Fortibus*. Ovid. 26 Fortitudo eſt. 27 Quibus ſe tutabantur, aut quibus nihil imminet periculi. 28 Ad iram. 29 Eorum. 30 Audentia. 31 Jaculis. 32 Valdè amplè diffuſo. 33 Provocant Mezentium. 34 Mezentius. 35 Verſat, diſponit ſe. 36 Scuto ſuo tergore bubulo munito. 37 Docet jam, quam ſtragem Mezentius ediderit, & primùm mortem Acronis, deinde Orodis. 38 Thuſciæ oppidi, patriæ Dardani. 39 Sponſam, nuptias imperfectas. 40 Patriam fugiens. 41 Turbantem. 42 Mezentius. 43 Purpureâ eminentem criſtâ, & purpurâ ſponſæ ſuæ inſigni. 44 Deſponſatæ. 45 Famelicus. 46 Circumiens.

(1 *Sua-*

1 Lupo, id eſt, incitat lupum.
2 Veſaniam patiens.
3 Talis leo.
4 Cui cornua incipiunt ſurgere, vel cornibus eminentem.
5 Immaniter.
6 Erexit prius.
7 Quaſi deſuper.
8 Polluit.
9 Famelica.
10 Immundus.
11 Irruit.
12 Confertos.
13 Quòd cum tali congredi debebat.
14 Præ dolore. Pathetico modo: de quo Macrob. Sat. l. 4. c. 4.

*([1] Suadet enim [2] veſana fames) ſi forte fugacem*
*[3] Conſpexit capream, aut [4] ſurgentem in cornua cervum,*
*Gaudet hians [5] immane, comaſq; [6] arrexit, & hæret*
*Viſceribus [7] ſuper accumbens: [8] lavit [9] improba [10] teter*
*Ora cruor.*
*Sic [11] ruit in [12] denſos alacer Mezentius hoſtes.*
*Sternitur [13] infelix Acron, & [14] calcibus [15] atram*
*Tundit humum [16] exſpirans, [17] infractaq; tela cruentat.*
*Atque [18] idem fugientem haud eſt dignatus Oroden*
*Sternere, nec [19] jactâ [20] cæcum dare cuſpide vulnus.*
*[21] Obvius, [22] adverſoque occurrit, ſeque viro [23] vir*
*Contulit, haud [24] furto melior, ſed [25] fortibus armis.*
*Tùm ſuper [26] abjectum poſito pede, nixus & haſta,*
*Pars belli [27] haud temnenda, [28] viri, [29] jacet [30] altus Orodes.*
*Conclamant ſocii, lætum [31] Pæana [32] ſecuti.*
*[33] Ille autem exſpirans: [34] Non me, quicunque es, [35] inulto,*
*Victor, nec [36] longùm lætabere: te quoque [37] fata*
*Proſpectant [37] paria, atq; eadem mox [38] arva tenebis.*
*At quem [39] ſubridens mixtâ Mezentius irâ:*
*[40] Nunc morere: aſt [41] de me [42] Divûm pater, atque hominum rex*
*Viderit. Hoc [43] dicens, [44] eduxit corpore telum.*
*Olli [45] dura quies oculos, & [46] ferreus urget*
*[46] Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.*

15 Perniciosam. 16 Spiritum emittens. 17 Quæ nunquam fregerat. 18 Mezentius. 19 A tergo. 20 Improviſum. 21 Mezentius. 22 Ex adverſo occurrenti. 23 Mezentius. 24 Non inſidiis aut dolis peritior, quàm Orodes. 25 Multâ virtute agendis. 26 Proſtratum Oroden. 27 Sed magni facienda. 28 Mezentius ait, ô viri, &c. 29 Proſtratus. 30 Magnus. 31 Acclamationem exultantium ſuper hoſte Orode ſtrato. Propriè *Pæan* eſt hymnus in laudem Apollinis. ἀπὸ τοῦ παίειν, id eſt, à *feriendo*, quòd ſagittis ſuis Pythonem ſerpentem confeciſſet. 32 Subſequentes & approbantes dictum ejus. 33 Orodes inquit. 34 Sc. *ea.* 35 Ultio fiet de morte meâ in te. 36 Per longum tempus. 37 Similes exitus. 38 Proſterneris etiam in his arvis. 39 Dixit. 40 Mors tua tibi certa & inevitabilis eſt. 41 An mihi nocere poſſit. 42 Quem vos talem putatis. 43 Mezentius. 44 Extraxit. 45 Mors. 46 Sopor mortis.

1 Ca-

*[1] Cædicus Alcathoum obtruncat, [1] Sacrator Hydaſpem,*
*Partheniumque [1] Rapo, & [2] prædurum viribus Orſen,*
*[2] Meſſapus Cloniumque, Lycaoniumque Ericaten:*
*[3] Illum [4] infrænis equi lapſu tellure jacentem;*
*[5] Hunc peditem [6] pedes, & Lycius [7] proceſſerat Agis:*
*[8] Quem tamen [9] haud expers [1] Vulerus [9] virtutis avitæ*
*Dejicit; [1] Atronium Salius, Saliumque [1] Nealces,*
*[10] Inſignis jaculo, & [11] longè fallente ſagittâ.*
*Jam [12] gravis æquabat luctus, & [13] mutua Mavors*
*Funera: cadebant pariter, pariterque [14] ruebant*
*[15] Victores, victiq;: neq; [16] his fuga nota, nec [17] illis.*
*Dii [18] Jovis in tectis [19] iram [20] miſerantur [21] inanem*
*[22] Amborum, & tantos mortalibus eſſe labores.*
*[23] Hinc Venus, [24] hinc contrà ſpectat [25] Saturnia Juno:*
*[26] Pallida Tiſiphone media inter [27] millia [28] ſævit.*
*At [29] verò ingentem quatiens Mezentius haſtam*
*Turbidus [30] ingreditur campo: [31] quàm magnus Orion,*
*Cùm pedes incedit medii per maxima [32] Nerei*
*Stagna, viam [33] ſcindens, humero ſupereminet [34] undas;*
*[35] Aut ſummis referens [36] annoſam montibus ornum,*
*Ingrediturque [37] ſolo, & caput inter nubila [38] condit.*
*Talis ſe [39] vaſtis infert Mezentius armis.*
*[40] Huic contrà Æneas, [41] ſpeculatus in agmine longo,*
*Obvius ire parat: manet imperterritus [42] ille,*
*[43] Hoſtem magnanimum opperiens, & mole ſuâ [44] ſtat:*

1 Rutuli, reliqui ſunt Trojani. 2 Valdè durum. 3 Priorem, id eſt, Clonium. 4 Efferati, non parentis, nec audientis habenas. 5 Lycaonium. 6 Pedeſter obtruncat. 7 Dimicaturus contra Meſſapum. 8 Lycium. 9 Particeps, id eſt, non degenerans à virtute avi & majorum ſuorum. 10 Valdè expeditus. 11 Ex improviſo invadente, & quæ miſſa eminus non advertitur, nec cavetur. 12 Durus. 13 Mutuò illata. 14 Cadebant. 15 Prius. 16 Unius partis viris. 17 Alterius partis viris. 18 In cœlo. 19 Mortalium. 20 Cum miſeratione aſpiciunt. 21 Nihil proficientem ad hujus aut illius partis victoriam. 22 Populorum, Rutulorum ſc. & Trojanorum. 23 Ex unâ parte Trojanos verſus. 24 E contrario, ex oppoſitâ parte. 25 Saturni filia. 26 Furor bellicus pallorem inducens. 27 Pugnantium. 28 Graſſatur. 29 Præcipuè. 30 Incedit per campum. 31 Qualis Orion, qui ab Oenopione occæcatus conſuluit oraculum quâ ratione poſſet viſum recipere: reſponſum tulit, ſi per mare, ortum verſus incederet, ut ſolis radii oculis illuceſcerent: quod fecit. 32 Maris. 33 Interſecans. 34 Maris. 35 Aut quàm magnus incedit. 36 Vetuſtam, annis plenam. 37 Super terram. 38 Abſcondit. 39 Valdè amplis. 40 Mezentio. 41 Ipſum. 42 Mezentius. 43 Æneam. 44 In veſtigio conſiſtit virtute ſuâ confiſus.

*Atque*

*Atque oculis* [1] *ſpatium emenſus,* [2] *quantum ſatis haſta:*
*Dextra* [3] *mihi Deus, & telum, quod miſſile* [4] *libro,*
*Nunc adſint:* [5] *voveo* [6] *prædonis corpore raptis*
*Indutum ſpoliis, ipſum te,* [7] *Lauſe,* [8] *trophæum*
*Æneæ:* [9] *dixit,* [10] *ſtridentemque eminùs haſtam*
*Jecit: at illa volans* [11] *clypeo eſt excuſſa,* [12] *proculque*
*Egregium* [13] *Anthorem latus inter & ilia figit:*
*Herculis Anthorem comitem, qui miſſus ab* [14] *Argis*
[15] *Hæſerat Evandro, atq;* [16] *Italâ conſederat urbe.*
*Sternitur* [17] *infelix* [18] *alieno vulnere, cœlumque*
*Aſpicit, & dulces moriens reminiſcitur* [19] *Argos.*
*Tùm pius Æneas haſtam jacit: illa per* [20] *orbem*
[21] *Ære cavum triplici, per* [22] *linea terga,* [23] *tribuſque*
*Tranſiit intextum* [23] *tauris opus,* [24] *imaque ſedit*
*Inguine: ſed* [25] *vires haud* [26] *pertulit: ociùs enſem*
*Æneas, viſo* [27] *Tyrrheni ſanguine, latus*
*Eripit* [28] *à femore, &* [29] *trepidanti fervidus inſtat.*
*Ingemuit chari graviter genitoris amore,*
*Ut* [30] *vidit,* [31] *Lauſus, lacrymaq; per* [32] *ora voluta.*
*Hîc mortis* [33] *duræ caſum, tuaque optima facta,*
*(Si qua* [34] *fidem tanto eſt* [35] *operi* [36] *latura vetuſtas)*
*Non equidem, nec te, juvenis memorande, ſilebo.*
[37] *Ille pedem referens, & inutilis,* [38] *inque ligatus*
*Cedebat,* [39] *clypeoq;* [40] *inimicum haſtile trahebat.*
[41] *Proripuit* [42] *juvenis, ſeſeque immiſcuit armis:*
*Jamque* [43] *aſſurgentis* [44] *dextra, plagamque ferentis*

1 Tantum. 2 Sit. 3 Sint mihi loco numinis. Nunc ſuprà, Contemptor Divûm Mezentius. 4 Concutio. 5 Conſecro, dedico. 6 Alienam terram invadentis. 7 Qui filius erat. 8 Converſi & victi hoſtis inſigne. 9 Mezentius. 10 Ex celeri motu. 11 Æneæ, à Vulcano fabrefacto. 12 Stantem. 13 Al. *Antonem*: undè Antoniorum familiam duci volunt. 14 Civitate Peloponneſi. 15 Adhæſerat. 16 Pallantea ſimul ſedem & habitationem a ceperat. 17 Author. 18 Telo in alium, ſc. Æneam, non in illum, directo. Pathos à cauſâ. Vide Macrob. l. 4. c. 4. 19 Patriam ſuam. In ſing. dicitur *hoc Argos*: in pl. *hi Argi*. 20 Clypeum. 21 Confectum. 22 Tergora trium taurorum in ſcuto, tecta lino, cui poſſet appingi inſigne. 23 Trium taurorum tergoribus. 24 Et ad imum deducta manſit hærens ad inguen Mezentii. 25 Armorum & corporis. 26 Superavit. 27 Mezentii. 28 Qui ad femur pendebat. 29 Mezentio. 30 Talia. 31 Filius Mezentii. 32 Lauſi. 33 Acerbæ & præmaturæ. 34 Credulitatem. 35 Pietati & virtuti tuæ. Nam ex ſcelerato patre Lauſus generatus, pius ac mitis erat. 36 Allatura. 37 Mezentius, Pater Lauſi. 38 Illigatus & impeditus haſtâ Æneæ. 39 Simul cum clypeo. 40 Quo ab inimico vulneratus erat. 41 Al. *prorupit*. 42 Lauſus. 43 Erigentis ſe, ut deſuper feriat. 44 Al. *dextram*.



Digitized by Google

*Æneæ ſubiit mucronem, [1] ipſumque morando*
*Suſtinuit: [2] ſocii magno clamore ſequuntur,*
*[3] Dùm genitor nati [4] parmâ protectus abiret:*
*Telaque conjiciunt, proturbantque eminùs [5] hoſtem*
*Miſſilibus: [6] furit Æneas, [7] tectuſque tenet ſe.*
*[8] Ac velut, effuſâ ſi [9] quando grandine [10] nimbi*
*[11] Præcipitant; omnis campis diffugit arator,*
*Omnis & agricola, & tutâ latet [12] arce viator,*
*Aut amnis ripis, aut alti [13] fornice ſaxi,*
*[14] Dùm pluit in terris: ut poſſint, Sole reducto,*
*[15] Exercere diem: [16] ſic obrutus undique [17] telis*
*Æneas, [18] nubem belli, [19] dùm detonet, omnem*
*Suſtinet, & Lauſum [20] increpitat, Lauſoq; minatur.*
*Quò moriture ruis? majoraque [21] viribus audes?*
*[22] Fallit te incautum [23] pietas tua. Nec minùs [24] ille*
*[25] Exſultat demens: [26] ſævæ jamque [27] altiùs iræ*
*Dardanio ſurgunt [28] ductori, [29] extremaque Lauſo*
*Parcæ fila legunt: validum namque [30] exigit enſem*
*Per medium Æneas juvenem, [31] totumq; [32] recondit.*
*Tranſiit & parmam mucro, levia [33] arma, [34] minacis,*
*Et tunicam, [35] molli [36] mater quam neverat auro:*
*Implevitq; [37] ſinum [38] ſanguis: tùm [39] vita per auras*
*[40] Conceſſit mœſta ad [41] manes, corpuſq; reliquit.*
*At verò, ut vultum vidit [42] morientis, & ora,*
*[43] Ora modis, [44] Anchiſiades, pallentia miris,*
*Ingemuit, miſerans graviter, dextramq; [45] tetendit;*

1 Æneam, facientem impetum in patrem, impediendo impeditum tenuit. 2 Lauſi, id eſt, Rutuli. 3 Donec. 4 Scuto. 5 Æneam. 6 Quod plenam de tanto hoſte victoriam reportare non poſſit. 7 Tectus clypeo ſe tuetur continetque, donec detonet telorum imber. 8 Comparatione Hyperbolica vim telorum, quæ in Æneam undique conjiciuntur, amplificat. 9 Quandoque. 10 Nubes ventoſæ. 11 Se. 12 Arboris, ripæ, aut ſaxi, quæ vim & injuriam tempeſtatis arceat. 13 Circumferentia. 14 Quamdiu. 15 Redire ad opus diurnum, aut exerceri per diem, 16 Eodem modo, ut agricola ſerenitatem exſpectans, grandine obruitur, oppreſſus eſt. 17 Inimicorum. 18 Bellantium impetum. 19 Donec deferveat. 20 Redarguit. 21 Quam ſint vires tuæ. 22 Quia conaris, quod perficere non poteris. 23 In patrem. 24 Lauſus. 25 Inſultat in Æneam. 26 Magnæ & diræ. 27 Profundius, intenſius. 28 Æneæ. 29 Extremum contextum vitæ, id eſt, mortem, jam jam impendentem Lauſo, colligunt. 30 Educit. 31 Enſem. 32 Abſcondit in corpore juvenis. 33 Juvenis. 34 Æneæ. 35 Nobili & ſubtili. A materia. 36 Lauſi. 37 Lauſi. 38 Effuſus. Pathos ab atteſtatione: de quo Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 39 Anima Lauſi. 40 Commigravit. 41 Inferos. 42 Lauſi. 43 Anadiploſis. 44 Anchiſæ filius Æneas. 45 Extendit & porrexit Lauſo, *vel*, extenſam & ſuſpenſam tenuit, ne ampliùs percuteret.

*[1] Et mentem patriæ ſubiit pietatis imago.*
*Quid tibi nunc, miſerande puer, pro [2] laudibus iſtis?*
*Quid pius Æneas tantâ dabit indole dignum?*
*Arma, quibus [3] lætatus, habe tua: teque parentum*
*Manibus, & [4] cineri ([5] ſi qua eſt ea cura) remitto.*
*Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem:*
*[6] Æneæ magni dextrâ cadis. Increpat ultrò*
*[7] Cunctantes ſocios, & terrâ [8] ſublevat ipſum,*
*Sanguine [9] turpantem comptos [10] de more capillos.*
*Intereà [11] genitor, Tiberini ad fluminis undam,*
*[12] Vulnera [13] ſiccabat lymphis, corpuſque [14] levabat*
*Arboris [15] acclivis trunco: procul ærea [16] ramis*
*Dependet galea, & prato gravia [17] arma quieſcunt.*
*Stant [18] lecti circùm juvenes: ipſe [19] æger, [20] anhelans*
*Colla fovet, fuſus [21] propexam [22] in pectore barbam:*
*Multa [23] ſuper [24] Lauſo rogitat, multoſq; remittit,*
*Qui [25] revocent, [26] mœſtiq; [27] ferant mandata parentis.*
*At Lauſum ſocii [28] exanimem ſuper [29] arma ferebant*
*[30] Flentes, [31] ingentem, atq; [32] ingenti vulnere victum.*
*Agnovit longè [33] gemitum [34] præſaga mali [35] mens:*
*[36] Canitiem immundo deformat pulvere, & ambas*
*[37] Ad cœlum tendit palmas, & [38] corpore inhæret.*
*Tanta-ne me tenuit vivendi, nate, voluptas?*
*Ut pro me hoſtili [39] paterer ſuccedere dextræ,*

1 Et commovit animum Æneæ, quoniam ipſe afficeretur dolore, ſi quid ſimile ſuo contigiſſet Aſcanio: vel, imago pietatis, quam erga patrem habuerat. 2 Laudabilibus tuis auſis. 3 Es in vita. 4 Antiquæ ſepulturæ majorum tuorum. 5 Si qua te fato functum muneris hujus tangat cura aut gratia. 6 Morienti ſolatium eſt, magni potiùs alicujus manibus perire, quàm gregarii militis. 7 Immorantes levare Lauſum. 8 Surſùm levat. 9 Fœdantem. 10 Tunc enim viri, ut mulieres, componebant capillos. 11 Mezentius. Aut ad fabulam alludit, quâ dicuntur defuncti, ubi ſemel lethæas aquas guſtaverint, rerum omnium terrenarum curam deponere. 12 Sua, ab Æneâ illata. 13 Siſtebat ſanguinem, lavabat, purgabatque aquis. 14 Al. *lavabat*. 15 Accumbens. 16 Arboris illius. 17 Clypeus jacet, poſitus eſt. Ab animali ad non animal. 18 Ad corporis tutelam. 19 Saucius. 20 Crebrò reſpirans reficit colla laſſa, ſuſtinens ſe arboris trunco. 21 Multum & per omnia pexam. 22 Per pectus. 23 De. 24 Filio ſuo. 25 Ipſum à pugnâ. 26 Quod filium in tali diſcrimine reliquerit. 27 Adferant. 28 Mortuum. 29 Clypeum ejus. 30 Defluentes. 31 Juvenem. 32 *Validum namque exigit enſem Per medium Æneas juvenem, totumque recondit.* 33 Sociorum, id eſt, cauſam gemitus, quæ mors Lauſi erat. 34 Præſagiens malum. 35 Mezentii. 36 Quod in gravi luctu fieri ſolet, caput canum ſpargit fœdatque pulvere. Pathos ab ætate: ut eſt apud Macrob. Sat. l. 4. c. 3. 37 Non precaturus, ſed execraturus Deos. 38 Hæret in corpore Lauſi. 39 Te.

1 *Quem*

*[1] Quem genui? tua-ne hac genitor per [2] vulnera [3] ſervor,*
*Morte tuâ vivens? heu! nunc miſero mihi [4] demùm*
*[5] Exilium infelix, nunc [6] altè [7] vulnus [8] adactum.*
*[9] Idem ego, nate, tuum maculavi [10] crimine [11] nomen,*
*Pulſus [12] ob invidiam [13] ſolio, ſceptriſque paternis.*
*[14] Debueram patriæ pœnas, odiiſque [15] meorum:*
*[16] Omnes per mortes animam [17] ſontem ipſe [18] dediſſem.*
*[19] Nunc vivo; neque adhùc [20] homines, [21] lucemque relinquo:*
*Sed [22] linquam. Simul hæc dicens, [23] attollit in [24] ægrum*
*Se femur; & quanquam [25] vis alto vulnere [26] tardat,*
*[27] Haud dejectus [28] equum [29] duci jubet: [30] hoc [31] decus illi,*
*Hoc ſolamen erat: bellis [32] hoc victor [33] abibat*
*Omnibus: [34] alloquitur [30] mœrentem, & talibus infit:*
[30] *Rhœbe, diu* (Res ſi qua diu mortalibus ulla eſt)
*Viximus: aut hodiè [35] victor ſpolia illa [36] cruenta,*
*Et caput Æneæ referes, [37] Lauſique dolorum*
*Ultor eris mecum: aut, [38] aperit ſi nulla [39] viam vis,*
*Occumbes pariter: neque enim, fortiſſime, credo,*
*Juſſa aliena pati, & [40] dominos dignabere Teucros.*
*[41] Dixit: & exceptus [42] tergo [43] conſueta locavit*

1 Pathos à relatione. 2 Vulnus, quod aſpicio ab Ænea tibi illatum. Invidioſè & patheticè. 3 Salvor. 4 Cum tuî carendum eſt. 5 Expulſio è patria mea eſt mihi dura & intolerabilis. 6 Profundè. 7 Doloris. 8 Per filii mei pectus, vel meum pectus. 9 Qui cauſa mortis fui. 10 Tyrannide meâ.

11 Tuam gloriam: qui fuiſſes regis filius habitus. 12 Quia mihimet invidebant. 13 Regno meo. 14 Morte tuâ luis crimen, invidiam, pœnas meas: quas ipſe lubens obiiſſem. 15 Quæ de me, patre tuo, erant. 16 Per omnia mortis genera. 17 Culpabilem & noxiam. 18 Dare debuiſſem, id eſt, debueram me cuilibet periculo ſine ullius mortis metu objicere. Eſt autem pathos per hyperbolen, id eſt, nimietatem. Vide Macrob. l. 4. c. 6. 19 Qui mori debui. 20 Societatem hominum. 21 Vitam, aut lumen cœli. 22 Statim vitam. 23 Erigit. 24 Saucium, vulneratum. 25 Violentia profundi vulneris prius ſuſcepti. 26 Ipſum. 27 Tamen non dejectus animo. 28 Suum. 29 Adduci. 30 Equum triſtem, quia dominum ſuum triſtem ſentiebat. Sic Achilles Xanthum equum alloquitur. 19. Il. 31 Equi. 32 Per hunc equum. 33 Evadebat. 34 Mezentius. 35 Mecum. 36 Arma Æneæ Lauſi ſanguine perfuſa. Namque arma Lauſo juſſit habere ſua. 37 Quos pro Lauſo patior. 38 Si virtuti adverſus ſit eventus. 39 Ad tantam victoriam. 40 Tuos effectos. 41 Mezentius. 42 Equi ſe præbentis. 43 Equo.



Digitized by Google

Membra, manuſque ambas jaculis oneravit acutis,
1 Ære caput fulgens, 2 criſtâque hirſutus equinâ.
Sic curſum in 3 medios 4 rapidus dedit: 5 æſtuat ingens
Imo in corde 6 pudor, miſtoque inſania 7 luctu,
Et furiis agitatus 8 amor, & 9 conſcia virtus:
Atque hîc Æneam magnâ 10 ter voce vocavit.
Æneas agnovit 11 eum, lætuſque precatur:
12 Sic pater ille Deûm faciat, 12 ſic altus Apollo,
13 Incipias 14 conferre manum.
15 Tantum effatus, & 16 infeſtâ 17 ſubit 18 obvius haſtâ.
19 Ille autem: Quid me erepto, ſæviſſime, nato
Terres? 20 hæc via ſola fuit, quâ perdere poſſes.
Nec mortem 21 horremus, 22 nec Divûm parcimus ulli.
23 Deſine, nam venio moriturus, & hæc tibi porto
24 Dona priùs. Dixit, telumque intorſit in 25 hoſtem.
Indè 26 aliud 27 ſuper, atque aliud figitque, volatque
Ingenti gyro: ſed 28 ſuſtinet aureus umbo.
Ter circùm 29 aſtantem 30 lævos equitavit in 31 orbes,
Tela manu jaciens: ter ſecum Troïus heros
Immanem ærato circumfert 32 tegmine 33 ſylvam.
Indè ubi 34 tot traxiſſe moras, tot 35 ſpicula 36 tædet
37 Vellere, & urgetur pugnâ congreſſus 38 iniquâ:
Multa 39 movens animo, jam tandem 40 erumpit, & inter

1 Galeâ ærea. 2 In galeâ poſitâ. Κόρυς ἱπποδάσεια. 3 Hoſtes. 4 Celer. 5 Ebullit. 6 Quod filium occidi permiſiſſet, & vulneratus diſceſſiſſet. 7 Quod filium amiſiſſet. 8 In filium. 9 Cujus ſibi conſcius erat. 10 Sæpè. 11 Vocem ejus. 12 Precantis optantiſque Adverbium. 13 Sc. ut. 14 Concertare mecum. 15 Id ſolum.

16 Ad vulnus infligendum paratâ, protentâ. 17 Accedit. 18 Mezentio. 19 Mezentius ait. 20 Extincto nato: quia ſi vivere voluiſſem, nunquam me interficere potuiſſes: nunc autem, quia invitus vivo, ſorte me perdere poteris. 21 Expaveſcimus. 22 Neque enim Deorum quempiam veneror ſupplex, uti tu, neque ulli Deûm vitam debere volo, cujus me uſque tædet amiſſo filio. Impiè, ex perſona contemptoris Deum. 23 Terrere, aut mortem minari. 24 Infeſta jacula. 25 Æneam. 26 Telum. 27 Inſuper. 28 Vim telorum Mezentii. 29 Æneam. 30 Sibi lævos, ut ſc. dextram Æneæ partem circumveniret, quæ nuda erat, neque ſcuto tecta. 31 Gyros. 32 Clypei. 33 Clypeum præfert impeditum, tot exceptis jaculis horrentem inſtar ſylvæ. 34 Tædùm diſtuliſſe mortem Mezentii. 35 A Mezentio miſſa. 36 Æneam. 37 Avellere. 38 Inæquali: cùm ipſe pedes contra Mezentium equitem ingreſſus eſſet. 39 Conſiderans, quomodo ſc. ſe contra hoſtem munitum tueretur, & tamen illum vinceret. 40 In pugnam.

1 Bel-

Digitized by Google

[1] *Bellatoris equi cava tempora conjicit haſtam.*
*Tollit ſe arrectum* [2] *quadrupes, & calcibus auras*
*Verberat,* [3] *effuſumque equitem ſuper ipſe ſecutus*
[4] *Implicat,* [5] *ejectoque incumbit* [6] *cernuus armo.*
*Clamore incendunt cœlum Troëſque Latinique.*
[7] *Advolat Æneas, vaginâque eripit enſem:*
*Et* [8] *ſuper hæc: Ubi* [9] *nunc Mezentius* [10] *acer? & illa*
[11] *Effera vis animi? contrà* [12] *Tyrrhenus, ut auras*
*Suſpiciens* [13] *hauſit cœlum, mentemque recepit:*
*Hoſtis amare, quid increpitas, mortemq; minaris?*
[14] *Nullum in cæde nefas, nec ſic ad prælia veni,*
*Nec tecum* [15] *meus hæc pepigit mihi* [16] *fœdera Lauſus.*
[17] *Unum hoc* [18] *per, ſiqua eſt victis venia hoſtibus, oro,*
*Corpus* [19] *humo patiare* [19] *tegi: ſcio* [20] *acerba meorum*
*Circumſtare odia: hunc (oro) defende* [21] *furorem,*
*Et me* [22] *conſortem nati concede ſepulchro.*
*Hæc* [23] *loquitur,* [24] *juguloque* [25] *haud inſcius accipit* [26] *enſem,*
[27] *Undantique animam diffundit in arma cruore.*

1 Belligeri. 2 Equus. 3 Excuſſum. 4 Ipſum. 5 Mezentio. 6 Pronus ac in faciem cadens ruit ſupra dominum. 7 Celeriter accurrit ad lapſum. 8 Inſuper ait. 9 Eſt ille. 10 Strenuus. 11 Immanis. 12 Mezentius, ut ad ſe rediit, recepitque animam ruinâ equi & ſuâ conſternatum. 13 Oculis. 14 Neque duxi nefas mori: neque vivendi animo huc veni. 15 Filius. 16 Ut mihi parcas. 17 Solum. 18 Eam veniam, quæ eſt hoſtibus. 19 Sepeliri. 20 Immitia in me. 21 Sc. *meorum*, ne propter hunc furorem inſepultum me dilanient, & projiciant devorandum feris & alitibus. 22 Ejuſdem ſortis cum filio Lauſo. 23 Mezentius. 24 Suo, id eſt, gutture. 25 Sciens & videns. 26 Æneæ. Oſtendit illum præbuiſſe jugulum. 27 Ordo eſt: *Et diffundit animam in arma* cum cruore *undanti*, id eſt, undatim effluenti.



Digitized by Google

# P. VIRGILII MARONIS
# ÆNEIDOS
## LIBER XI.

### ARGUMENTUM.

OCciſo Mezentio, victor Æneas Marti trophæum erigit. Pallantis mortui corpus magno pompæ apparatu ad Evandri urbem remittit; ubi ſummo & patris & ſuorum omnium luctu excipitur. Interim oratores à Latinis miſſi, dierum 12. inducias impetrant: quo temporis ſpatio utrique ſuorum cadavera perquirunt, ſupremoque ſepulturæ honore proſequuntur. Eodem quoque tempore Venulus, quem ſub belli initium legatum ad Diomedem miſerant Latini, ad ſuos rediens, auxilia ſibi denegata renunciat. Eâ ſpe destitutus Latinus, conſilio convocato, de ſumma belli conſultat, legatoſque de pacis conditionibus ad Æneam mittendos cenſet. Ibi Drances & Turnus, pro inveterato inter ipſos odio, ſe mutuis conviciis proſcindunt. Interim Æneas bipartitò diviſis copiis, levis armaturæ equites planis itineribus ad urbem præmittit: ipſe cum reliquo exercitu per loca ſylvis montibuſque impedita, ad editiorem oppidi partem contendit. Cujus rei nuncio Laurentum perlato, concilium dimittitur: paranturque ea, quæ ad urbis defenſionem putantur pertinere. Turnus, cognito per exploratores Æneæ conſilio, bifariam & ipſe ſuas copias partitur. Equitibus Meſſapum & Camillam præficit, eoſque hoſtium equitibus opponit: ipſe cum peditibus anguſtias, quà neceſſariò Æneæ ad urbem iter erat, breviori itinere occupat, atque ibi in inſidiis ſubſiſtit. Interim equeſtre prælium committitur, diuque dubio utrimque eventu pugnatur. Ibi Camilla, magnâ prius editâ hoſtium ſtrage, dum Chloreum Cybeles ſacerdotem, armorum ejus pulchritudine capta incautius ſequitur, ex inſidiis ab Arunte haſtâ trajicitur. Quam tamen ſacræ virginis cædem Aruns non diu tulit inultam: nam & ipſe paulò poſt ab Opi Dianæ miniſtrâ, ſagittâ trajectus, offenſi numinis pœnas perſolvit. Camillæ nece conſternati Rutuli, fugam arripiunt. Trojani urbis oppugnationem parant. Ejus calamitatis nuncio ab Acca, Camillæ comite, ad Turnum perlato, relictis, quas obſederat, anguſtiis ſuis, auxilio accurrit. Eodem ſubſequitur & Æneas, & quoniam imminente jam nocte prælium committi non poterat, utrique poſitis ante urbem caſtris conſidunt.

[1] *OCeanum [2] interea ſurgens Aurora reliquit.*
*Æneas (quanquam & [3] ſociis dare tempus*
*[4] humandis*

1 Mare, quod totum circuit terrarum orbem. Exordium à temporis matutini deſcriptione. 2 Dum gererentur, quæ dicta ſunt. 3 Interfectis. 4 Sepeliendis.

1 Præ-

Digitized by Google

[1] *Præcipitant curæ, [2] turbataque [3] funere [4] mens eſt)*
*Vota [5] Deûm [6] primo [7] victor ſolvebat [6] Eoo.*
*Ingentem quercum deciſis undique ramis*
*Conſtituit [8] tumulo, fulgentiaque [9] induit arma,*
*Mezenti duci [10] exuvias: (tibi magne [11] tropæum*
*[12] Bellipotens) aptat [13] rorantes [14] ſanguine [15] criſtas,*
*[15] Telaque [16] trunca viri, & [17] bis ſex [15] thoraca petitum,*
*Perfoſſumque locis, [15] clypeumque ex ære [18] ſiniſtræ*
*Subligat, atque [15] enſem [19] collo ſuſpendit [20] eburnum.*
*Tùm ſocios (namque omnis eum [21] ſtipata tegebat*
*Turba ducum) ſic [22] incipiens hortatur [23] ovantes:*
*[24] Maxima res effecta, viri: timor omnis abeſto,*
*[25] Quod [26] ſupereſt: hæc ſunt ſpolia, & [27] de rege ſuperbo*
*Primitiæ, manibuſque [28] meis [29] Mezentius [30] hic eſt.*
*Nùnc [31] iter ad [32] regem nobis, muroſque Latinos:*
*[33] Arma parate animis, & ſpe [34] præſumite bellum:*
*Ne qua mora [35] ignaros (ubi primùm [36] vellere ſigna*
*[37] Annuerint ſuperi, [38] pubemque educere caſtris)*

1 Feſtinate urgent, premuntque. 2 Percuſſa. 3 Pallantis imprimis. 4 Ejus. 5 Quæ Diis pro victoria habenda voverat. 6 Primo mane, cum primo ortu Solis. 7 St. *tamen*. 8 In colliculo: quia trophæa non figebantur, niſi in eminentioribus locis. 9 Quercum.

10 Quæ fuerant ſpolia, quibus exutus erat Mezentius. 11 Spolia detracta duci, & ad tuam gloriam ſuſpenſa. Solebant enim victores tropæum, in victoriæ ſignum, in colle aliquo conſtituere, & arma, hoſtibus victis erepta, & alias exuvias ad tropæum affixas ſuſpendere. *Tropæum* propriè eſt ſignum & monumentum victoriæ ereptum, & quidem eo loco, in quo hoſtes in fugam verſi ac victi ſunt: à Τρέπω, id eſt, *verto*. 12 Mars. 13 Diſtillantes. 14 Mezentii. 15 Galeæ Mezentii. Ut trophæum referat hominis formam, ecce primum criſtas galeæ, deinde tela in manu, clypeum ad ſiniſtram, thoraca in media arbore, enſem demiſſum ad latus ex balteo, qui collo appenſus. 16 Perfracta: ita enim tropæa poni conſuevêre. 17 Duodecim vulneribus ab Æneâ perfoſſum thoraca intelligo potius, quàm à 12. Etruriæ principibus, ut volunt quidam. 18 Ad ſiniſtram partem. 19 Ad collum Mezentii. 20 Habentem eburneam vaginam aut capulum. 21 Denſe circumſtans. 22 Æneas. 23 Exultans præ gaudio. 24 Quia primam victoriam, eamque inſignem conſecutus erat. 25 Sc. *ejus*. 26 Sc. de reliqua belli parte. 27 Primæ exuviæ Mezentio detractæ. 28 Cum reſpectu, ad ſpolia opima, ubi dux ſuâ manu hoſtium ducem conficit. 29 Refero ad titulum trophæi. *Mezentius hic eſt*, &c. 30 Talis, ſc victus & occiſus. Ut, hunc *ego te, Euryale, aſpicio*. 31 Eſt, aut reſtat. Propoſitio conſilii. 32 Latinum. 33 Parate animos armis. Hypallage. 34 Mente præoccupate. 35 Vos improviſos & imprudentes. 36 A loco ſuo, ubi fixa erant. Bonum omen erat, ſi evulſa ſequerentur. 37 Nutu conceſſerint. Neque enim niſi captato augurio, aut ſinè Deûm numine evellebantur ſigna. 38 Tirones, id eſt, novos milites.



Digitized by Google

*Impediat, ſegneſque metu ſententia tardet.*
*Intereà ſocios,* [1] *inhumataque corpora terræ*
*Mandemus:* [2] *qui ſolus* [3] *honos* [4] *Acheronte ſub imo eſt.*
*Ite, (*[5] *ait) egregias animas, quæ ſanguine nobis*
*Hanc* [6] *patriam peperêre ſuo, decorate* [7] *ſupremis*
*Muneribus:* [8] *mœſtamque Evandri primus ad urbem*
*Mittatur Pallas: quem* [9] *non virtutis egentem*
*Abſtulit* [10] *atra dies, &* [11] *funere* [12] *merſit* [11] *acerbo.*
*Sic ait* [13] *illacrymans, recipitque ad* [14] *limina greſſum,*
*Corpus ubi exanimi* [15] *poſitum Pallantis Acetes*
*Servabat ſenior, qui* [16] *Parrhaſio Evandro*
[17] *Armiger* [18] *antè fuit: ſed* [19] *non felicibus* [20] *æquè*
*Tùm comes auſpiciis charo datus* [21] *ibat* [22] *alumno.*
*Circùm omnis* [23] *famulûmque manus, Trojanaque turba.*
*Et mœſtæ* [24] *Iliades crinem de more* [25] *ſolutæ.*
*Ut verò Æneas foribus ſeſe intulit altis,*
*Ingentem gemitum* [26] *tunſis ad ſidera* [27] *tollunt*
*Pectoribus,* [28] *mœſtoque* [29] *immugit* [30] *regia luctu.*
[31] *Ipſe caput* [32] *nivei* [33] *fultum Pallantis, & ora*
*Ut* [34] *vidit,* [35] *lævique* [36] *patens in* [37] *pectore vulnus*
[38] *Cuſpidis Auſoniæ, lacrymis ita fatur obortis:*
*Te-ne, inquit, miſerande* [39] *puer, cùm* [40] *læta veniret,*
*Invidit fortuna mihi? ne regna videres*

1 Inhumatorum ſociorum. Cæſorum in bello funebres pompæ à ſuis honeſtabantur elogiis, orationibus, epitaphiis.
2 Τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. 16. Il.
3 Humandi.
4 Eſt apud inferos: quia ſine ſepultura non traducuntur ad inferos, ſed ſentium errant annos, ut in 6. vidimus.
5 Æneas ad ſocios ſuos.

6 Regionem acquiſiverunt. 7 Ultimis officiis. 8 Propter mortem futuri regis. 9 Abundè magnâ virtute præditum. Litotes, id eſt, tenuitas vel ſimplicitas ſermonis. 10 Funeſta & inimica. 11 Fato immaturo, & *miſer ante diem.* Tranſlatio à pomis. 12 Oppreſſit. 13 Æneas. 14 Caſtrorum. 15 Repoſitum. Ritè omnia conclamatorum corpora in limine ædium collocabantur efferenda: pedibus ad viam extentis, quaſi non reverſuris, aut quia homines capite naſcuntur, pedibus efferuntur. In funere verò familia, amici, fœminæ imprimis Φιλοῖκτιστον γένος, crinibus ſolutis, luctu, planctu, ejulatu omnia replebant. 16 Arcadico. 17 Ab officio. 18 Quàm Pallanti. 19 Propter mortem Pallantis. 20 Ut patri armiger fuerat. 21 Iterat. 22 Filio Pallanti. 23 Arcadum multitudo. 24 Trojanæ ancillæ erant aut ſtabant in circuitu. 25 In ſignum triſtitiæ. 26 Percuſſis. 27 Erigunt. 28 Mœſtitiæ indice. 29 Intrinſecus mugit & reſonat. 30 Æneæ in caſtris. 31 Æneas. 32 Albiſſimi. 33 Suſtentatum pulvinari, & toro funereo. 34 Pathos ab atteſtatione rei viſæ: ut annotavit Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 35 Pulchro, nondum piloſo. 36 Amplum & latè apertum. 37 Ejus. 38 Ab haſta Turni illatum. 39 Pathos ab ætate. 40 Injectâ jam ſpe potiundæ Italiæ.

Ne-

*Noſtra, neque ad ſedes victor veherêre paternas?*
*Non hæc Evandro de [1] te promiſſa parenti*
*Diſcedens dederam, cùm me [2] complexus [3] euntem*
*[4] Mitteret in magnum imperium, [5] metuenſque moneret*
*Acres eſſe [6] viros, cum [7] durâ [8] prælia gente.*
*Et nunc [9] ille [10] quidem [11] ſpe multum captus inani,*
*[12] Fors & [13] vota facit, [14] cumulatq; altaria donis.*
*Nos juvenem exanimum, & [15] nil jam cœleſtibus ullis*
*Debentem, [16] vano mœſti comitamur honore.*
*[17] Infelix, nati funus [18] crudele videbis.*
*[19] Hi noſtri reditus, [20] exſpectatique triumphi?*
*Hæc mea magna [21] fides? at [22] non, Evandre, pudendis*
*Vulneribus [23] pulſum aſpicies, [24] nec [25] ſoſpite dirum*
*Optabis nato funus pater: hei mihi, quantum*
*Præſidium Auſonia, & quantum tu perdis, Iüle!*
*Hæc ubi deflevit, tolli miſerabile [26] corpus*
*Imperat, & toto [27] lectos ex agmine mittit*
*Mille [28] viros, qui ſupremum comitentur [29] honorem,*
*Interſintque [30] patris lachrymis: ſolatia luctus*
*Exigua ingentis, miſero [31] ſed debita patri.*
*Haud ſegnes alii crates, & [32] molle pheretrum*
*Arbuteis texunt virgis, & vimine [33] querno,*
*Exſtructoſque [34] toros [35] obtentu frondis [36] inumbrant.*
*Hîc [37] juvenem [38] agreſti ſublimem in ſtramine ponunt:*
*[39] Qualem [40] virgineo demeſſum pollice florem,*

1 Incolumitate tuâ.
2 Evander.
3 Abire volentem.
4 Me.
5 Tibi.
6 Quibuſcum bellaudum eſſet.
7 Aſpera, & laboris patiente.
1 Latinâ, Rutulâ, Volſcâ. l. 9.
8 Eſſe.
9 Pater tuus Evander.
10 Certè.
11 Pathos præter ſpem: de quo Macrob. Sat. l. 4. c. 6.
12 Fortè etiam.
13 Pro ſalute & læto reditu tuo.
14 Cumulatim onerat.

15 Non ultrà obnoxium Diis cœleſtibus pro ſalute & vita conſervanda. 16 Nihil defuncto profuturo. 17 Evandre. 18 Crudeliter affectum. 19 Suntne hujuſmodi? 20 Multum optati. 21 Quâ promiſeram te incolumem reducendum? 22 Non averſis & tergo acceptis, ſed pulchris, loco honeſtu, adverſo pectore: id quod fortiter pugnando morientis eſt, non autem vertentis tergum. 23 Pallanta filium tuum. 24 Neque imprecaberis tibi aut filio mortem, tædio aut pudore, quod filius inhoneſta fuga ſaluti ſuæ conſuluerit. 25 Incolumi. 26 Pallantis. 27 Electos. 28 Trojanos, Thuſcos, Arcades. 29 Funeris. 30 Evandri. 31 Sc. tamen. 32 Mollem capulum, quo mortui efferri ſolent. 33 Quod ex quercu eſt. 34 Lectulos. 35 Obtentis frondibus. 36 Umbra tegunt. 37 Pallanta. 38 Super frondes. 39 Sc. ponunt. Vide Catul. 63. Ep. Eſt autem pathos à parabola, ut annotavit Macrob. Sat. l. 4. c. 5. 40 Virginis.

*Seu mollis violæ, ſeu languentis hyacynthi,*
*Cui neque fulgor adhuc, nec dum* [1] *ſua forma receſſit,*
*Non jam* [2] *mater alit tellus, vireſque miniſtrat.*
[3] *Tum geminas veſtes,* [4] *oſtroque auroque rigentes,*
*Extulit Æneas: quas* [5] *illi* [6] *læta laborum,*
*Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido*
*Fecerat, & tenui telas* [7] *diſcreverat auro.*
[8] *Harum unam* [9] *juveni* [10] *ſupremum mœſtus honorem*
*Induit, arſuraſque* [11] *comas obnubit amictu.*
*Multaque præterea Laurentis* [12] *præmia pugnæ*
[13] *Aggregat, & longo prædam jubet ordine duci.*
*Addit equos, & tela, quibus ſpoliaverat hoſtem.*
*Vinxerat & poſt terga* [14] *manus, quos mitteret umbris*
[15] *Inferias,* [16] *cæſo ſparſuros ſanguine flammas:*
*Indutoſque jubet* [17] *truncos hoſtilibus armis*
*Ipſos ferre duces,* [18] *inimicaque nomina* [19] *figi.*
[20] *Ducitur* [21] *infelix* [22] *ævo confectus Acetes,*
*Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus* [23] *ora,*
*Sternitur & toto projectus corpore* [24] *terræ.*
*Ducunt &* [25] *Rutulo perfuſos ſanguine* [26] *currus,*
*Poſt bellator* [27] *equus,* [28] *poſitis inſignibus, Æthon,*
*It lacrymans, guttiſque humectat grandibus ora.*
*Haſtam alii* [29] *galeamque ferunt: (nam* [30] *cætera Turnus*
*Victor habet:) tum mœſta* [31] *phalanx, Teucrique ſequuntur,*
[32] *Tyrrhenique duces, &* [33] *verſis Arcades armis.*
*Poſtquam omnis longè comitum proceſſerat ordo,*
*Subſtitit Æneas, gemituque* [34] *hæc addidit alto,*
*Nos alias hinc* [35] *ad lacrymas eadem horrida belli*

1 Propria pulchritudo. 2 Procreans eum. 3 Funebris pompæ deſcriptio. 4 Purpura. 5 Æneæ. 6 Quia in gratiam Æneæ, quem amabat, manibus hoc fecerat. 7 Depinxerat. 8 Harum geminarum veſtium. 9 Corpori Pallantis. 10 Sc. *in*. 11 Capillos ejus velat altera veſte. 12 Spolia. 13 Accumulat. 14 Eorum. 15 *Inferiæ* ſunt ſacra mortuorum. 16 Quem cæſi ſpargerent. 17 Arborum truncis.

18 Inimicorum, quibus arma illa fuerant adempta. 19 Affigi. 20 Quaſi præ dolore non poſſet ire. 21 *Qui non felicibus æque Tuæ comes auſpiciis*, &c. modò. 22 Senio confectus. Pathos ab ætate & geſtu. 23 Faciem. 24 In terram. 25 Rutulorum. 26 Hoſtibus ereptos. 27 Pallantis. 28 Exutus phaleris. 29 Pallantis. 30 Arma cum balteo. 31 Peditum multitudo. 32 Etruſci. 33 Inverſis haſtis, mucrone inclinato & per terram tracto, pro uſitato more ac recepto in exſequiis militaribus. 34 Verba. 35 Ad alia funera ſequentis belli.

*Fata*

Digitized by Google

*Fata vocant : [1] ſalve æternùm mihi , maxime Palla ,*
*Æternùmque [1] vale. Nec plura [2] effatus , ad altos*
*Tendebat muros , greſſumque in caſtra ferebat.*
[3] *Jamque [4] oratores aderant ex [5] urbe Latinâ ,*
[6] *Velati ramis [7] oleæ , [8] veniamque rogantes :*
*Corpora , per [9] campos [10] ferro quæ [11] fuſa jacebant ,*
*Redderet , ac tumulo ſineret [12] ſuccedere terræ :*
[13] *Nullum cum victis [14] certamen , & [15] æthere caſſis :*
*Parceret [16] hoſpitibus [17] quondam , [18] ſocerisq; vocatis.*
[19] *Quos bonus Æneas , [20] haud aſpernanda precantes ,*
[21] *Proſequitur veniâ , & verbis hæc inſuper addit.*
[22] *Quæ-nam vos tanto fortuna [23] indigna , Latini ,*
[24] *Implicuit bello , [25] qui nos fugiatis amicos ?*
*Pacem-ne exanimis , & [26] Martis ſorte peremptis*
*Oratis ? [27] equidem & vivis concedere vellem.*
*Nec [28] veni , niſi fata locum ſedemque [29] dediſſent :*
*Nec bellum cum [30] gente [31] gero. [32] Rex [33] noſtra reliquit*
[34] *Hoſpitia , & Turni potiùs ſe credidit armis :*
*Æquius [34] huic Turno fuerat ſe [35] opponere [34] morti.*
*Si bellum finire manu , ſi [36] pellere Teucros*
[37] *Apparat , [38] hic [39] decuit mecum concurrere telis :*
[40] *Vixêt , cui vitam Deus , aut ſua dextra dediſſet.*
*Nunc ite , & [41] miſeris ſupponite civibus [42] ignem.*
*Dixerat Æneas : olli obſtupêre ſilentes ,*

1 Mortuis *Salve* & *Vale* dicitur , quod ab eis dividimur , non ultra visuri eos. 2 Æneas. 3 Deſcribit adventum legatorum à Latino miſſorum , petentium veniam ſepeliendi corpora defuncta , quam eis lubens conceſſit Æneas. 4 Caduceatores , legati. 5 Laurolavinio , urbe Latini. 6 In ſignum pacifici adventus. 7 Arboris olivæ.

8 Beneficium , conceſſionem petitionis cujuſdam. 9 Qui jam penes Trojanos victores. 10 Armis ferreis. 11 Proſtrata. 12 Terram ſubire , terrâ condi. 13 Sc. *dicentes.* 14 Eſſe debere. 15 Mortuis , vitâ privatis. 16 Latinis. 17 Antequàm Turnus fœdus inter Latinum & Æneam diſturbaret. 18 Al. *ſociiſque.* 19 Oratores. 20 Licita & honeſta : quia ſepeliendi beneficium univerſis debetur. 21 Quibus concedit veniam. 22 Qualis. Admirantis eſt , non dubitantis. 23 Aſpernanda. 24 Illaqueavit. 25 Utpote qui. 26 Bellica , quam Mars ſibi vindicat. 27 Sepulturam mortuis , & pacem vivis concedere vellem. 28 Veniſſem in Italiam. Enallage modi. 29 Mihi. 30 Veſtra Latina , ſed cum Turno. 31 Volens ac lubens. 32 Latinus. 33 Jura hoſpitalitatis inter nos contracta. 34 Huic periculo mortis. Q. d. decuiſſet Turnum , violatorem pacis , ſingulari potiùs certamine mecum decertaſſe , quàm hunc ſuorum fudiſſe ſanguinem , Δεικτικῶς , quaſi jacentes oſtendit. 35 Objicere. 36 Ab Italia. 37 Prætendit. 38 In hoc campo. 39 Eum. 40 Is noſtrum vixiſſet. Syncope. 41 Qui alienâ culpâ pereunt. 42 Quo crementur.

*Converſique oculos intèr ſe, atque ora tenebant.*
*Tùm ſenior, ſemperque odiis & [1] crimine Drances*
*Infeſtus juveni Turno, ſic ore viciſſim*
*[2] Orſa refert. O famâ ingens, ingentior [3] armis,*
*Vir Trojane, quibus [4] cælo te laudibus æquem?*
*[5] Juſtitiæ-ne [6] priùs [7] mirer, belli-ne laborum?*
*Nos verò [8] hæc patriam grati referemus ad [9] urbem:*
*Et te, [10] ſiqua [11] viam dederit fortuna, Latino*
*[12] Jungemus regi: quærat ſibi fœdera Turnus.*
*Quin & [13] fatales murorum [14] attollere moles,*
*Saxaque [15] ſubvectare humeris [16] Trojana [17] juvabit.*
*[18] Dixerat hæc: [19] unoque [20] omnes eadem [19] ore fremebant.*
*Bis ſenos [21] pepigêre dies, & [22] pace ſequeſtrâ,*
*Per ſylvas Teucri miſtique impunè Latini*
*[23] Erravêre jugis: [24] ferro ſonat [25] alta [24] bipenni*
*Fraxinus: evertunt [26] actas ad ſidera pinus:*
*[27] Robora nec cuneis, & [28] olentem ſcindere [29] cedrum,*
*Nec [30] plauſtris ceſſant [31] vectare [32] gementibus ornos.*
*[33] Et jam fama volans, [34] tanti prænuncia luctus,*
*Evandrum, Evandrique domos, & mœnia [35] complet,*
*[36] Quæ modo victorem Latio Pallanta ferebat.*
*Arcades [37] ad portas ruere, & de [38] more vetuſto*

1 Turni, qui pacem ſuperat, aut invidiæ.
2 Exordia ſermonis ſui.
3 Effectu ipſo.
4 Cœlitibus ob pietatem & virtutem æquiparem & æqualem cenſeam: *vel*, quibus laudibus ad cœlum te tollam?
5 Conſtructio Græca: τ̃ δικαιοσύνης ἢ θαυμάσαιμι ἄν; & ſubintelligendum ἕνεκα, id eſt, *cauſâ*; vel *laudem*.

6 Principalius. 7 In te. 8 Humanitatis tuæ indicia. 9 Laurolavinium. 10 Si voluntatem noſtram fortuita occaſio comitetur. 11 Modum. 12 Conciliabimus. 13 Fatò tibi promiſſa novæ urbis mœnia. 14 Erigere. 15 Ad conſtructionem murorum. 16 Ad Trojæ novæ conſtructionem. 17 Delectabit nos. 18 Drances. 19 Pari conſenſu. 20 Reliqui legati. 21 Pacti ſunt. 22 Ad tempus mediâ & quaſi depoſitâ, quæ non terminet, ſed differat bellum, id eſt, induciis. 23 Libere divagati ſunt in ſummitatibus ſub vertice montium. 24 Securi ancipiti, aut duas pinnas habente. 25 Al. *iſta*. 26 Extenſas. 27 Ligna quercna. 28 Ut cadaverum fœtorem expellat. 29 Funeream arborem, quæ & odorem in funere ipſo, & famam fortiter cadentibus æternam refert. 30 Curribus. 31 Ad pyram conſtruendam. 32 Præ magnitudine ponderis. 33 Proſequitur lamentationem & affectum paternum Evandri in Pallanta filium unigenitum. 34 Qualis eſſe ſolet in nece unigeniti regis. 35 Luctu, aut ſermone de morte Pallantis. 36 Eadem fama, quæ adferebat paulò antè Pallanta victorem eſſe in agro Latino: quia multos, priuſquàm occumberet, ſtravit. 37 Ex urbe ad portas effuſim currebant. 38 Inſtituto.

Digitized by Google

[1] *Funereas rapuêre faces: lucet via longo*
*Ordine flammarum, & latè [2] diſcriminat agros.*
[3] *Contrà turba [4] Phrygum veniens, plangentia jungit*
*Agmina: quæ poſtquam [5] matres ſuccedere [6] tectis*
*Viderunt, mœſtam [7] incendunt clamoribus urbem.*
*At non Evandrum potis eſt vis ulla tenere:*
*Sed venit in [8] medios: [9] pheretro [10] Pallanta [9] repoſto*
*Procumbit ſuper, atque [11] hæret lacrymanſque gemenſque:*
*Et [12] via [13] vix tandem [14] voci laxata [15] dolore eſt:*
*Non [16] hæc, ô Palla, dederas promiſſa [17] parenti,*
[18] *Cautiùs ut ſævo velles te [19] credere Marti.*
*Haud ignarus eram, quantum nova gloria in [20] armis,*
*Et [21] prædulce decus primo certamine poſſet.*
[22] *Primitiæ, juvenis, miſeræ, bellique propinqui*
[23] *Dura rudimenta, & [24] nulli exaudita Deorum*
*Vota, preceſq; mea: tuque, ô [25] ſanctiſſima [26] conjux,*
[27] *Felix morte tuâ, neque in hunc ſervata dolorem.*
*Contrà ego vivendo [28] vici mea fata, ſuperſtes*
*Reſtarem ut genitor: Troûm [29] ſocia arma [30] ſecutum*
[31] *Obruerent Rutuli [32] telis, [33] animam ipſe dediſſem:*
*Atque [34] hæc pompa domum me, non Pallanta, [35] referret.*

1 Raptim & certatim contexuerunt faces funeribus aptas, vel quas noctu ante funera geſtare ſolebant.
2 Illuſtrat ita agros, ut in latum diſcerni ac diſcriminari poſſent.
3 Ex adverſo.
4 Trojanorum, ab Æneâ cum funere miſſorum.
5 Arcadum.
6 Ad tectum regium.
7 Quaſi in publico incendio ululatibus omnia complent, miſcentque. Ducta Metaphora à re militari, quâ igne ac flammis urbes incenduntur. 8 Pompam ducentium. 9 Capulo, quo ferebatur, repoſito. 10 Al. *Pallante.* 11 In eo. 12 Meatus & arteria. 13 Cum difficultate. 14 Sermoni. 15 Propter dolorem nimium conſtricta. 16 Hujuſmodi. Pathos contrarium illi, quod ſumitur à loco præter ſpem, id eſt, ex eo quod jam ſperavit. Vide Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 17 Mihi. 18 Prudentiùs. 19 Committere bello. 20 Apud armatum: cujus conſilium cupiditas victoriæ plerumque conturbat. 21 Belli gloria in expertis nimium dulcis. 22 Principia tua, ô Palla, ſunt infelicia. 23 Eruditiones & tyrocinia ad bellum propinquum gerendum ſunt difficilia atque infelicia. 24 A nullo. 25 Caſta, pia, piiſſima, non alicujus religionis, ſed ſolius caſtitatis reſpectu. Conſule Macrob. Sat. l. 3. c. 3. 26 Mater Pallantis. 27 Felix es, quod mortua ſis. 28 Inverſo & præpoſtero fatorum ordine, filio meo ſupervivo. Q. d. Superavi naturalem ordinem vitâ longiore, qui eſt, ut fiant parentibus ſuperſtites filii. 29 Æquius fuerat me ſecutum Trojana arma, mortem oppetiiſſe, quam te. 30 Scilicet *quem.* 31 Obruere debebant. 32 Suis. 33 Ego dare debuiſſem vitam. 34 Hic magnificus apparatus funebris. 35 Referre deberet.

*[1] Nec vos [2] arguerim, Teucri, nec fœdera, [3] nec quas*
*Junximus hoſpitio dextras: [4] ſors iſta ſenectæ*
*Debita erat noſtræ: quod ſi [5] immatura manebat*
*Mors natum, [6] cæſis Volſcorum millibus [7] antè,*
*[8] Ducentem in Latium Teucros [9] cecidiſſe juvabit.*
*[10] Quin ego [11] non alio digner te funere, Palla,*
*Quàm pius [12] Æneas, & quàm [13] magni Phryges, & quàm*
*Tyrrhenique duces, Tyrrhenûm exercitus omnis.*
*Magna [14] trophæa ferunt, [15] quos [16] dat tua dextera letho.*
*[17] Tu quoq; nunc ſtares immanis [18] truncus in [19] armis,*
*[20] Eſſet par ætas, & idem ſi robur ab annis,*
*Turne: ſed infelix Teucros quid [24] demoror armis?*
*[22] Vadite, & hæc memores [23] regi mandata referte:*
*Quòd vitam [24] moror [25] inviſam, [26] Pallante perempto,*
*Dextera cauſa tua eſt, [27] Turnum gnatoque, patrique*
*[28] Quam debere vides: [29] meritis vacat hic tibi ſolus*
*Fortunæque locus: non vitæ gaudia quæro,*
*Nec fas: [30] ſed gnato [31] manes [32] perferre ſub imos.*

1 Quia & abſolvo Teucros: miſero meo fato magis imputo.
2 Reprehenſos velim.
3 Neque fidem jure hoſpitalitatis mutuò datam & acceptam.
4 Hoc infortunium & miſera conditio.
5 Præcox, & antè debitos annos veniens exſpectabat.
6 Occiſis ab eo.
7 Prius-quam caderet.
8 Ipſum.
9 Oppetiiſſe delectabit me, ſolatio mihi erit.
10 Quinetiam. Aliud argumentum ſolatii.
11 Aliâ pompâ funebri te non dignum cenſeam aut faciam.
12 Dignatur.
13 Magnifici.
14 Nam ferunt ſecum magna ſpolia, ab hoſtibus ſuperatis aut in fugam verſis detracta, eorum &c.
15 Hi fuêre, Lagus, Sthenius, Rhœtus, Anthemolus, Laüdes, Tiber, Rhœteus, Hilus, Haleſus.
16 Dedit.
17 Sicut reliqui duces, à Pallante caſi, de quibus hæc ſunt tropæa.
18 Detruncatus capite aut aliis membris.
19 Tuis: ſicut in Mezentii tropæo viſum eſt.
20 Si Pallas fuiſſet æqualis tibi ætate, id eſt, ſi Pallas non fuiſſet junior, quam ut tecum contenderet.
21 Detineo ab armis, id eſt, cur eos non remitto, ut Turnum cædant?
22 Ite, ô Teucri.
23 Veſtro Æneæ.
24 Suſtineo.
25 Moleſtam & odioſam mihi.
26 Id eſt, non ampliùs vellem vivere, niſi dextera tua eſſet in cauſa.
27 Necem Turni.
28 Quam dextram ultricem necis filii mei futuram & ſpero, & ob hoc ſolum in vita maneo, ut interfecti Turni nuncium ad natum ipſe moriens deferam.
29 Benè merendi de Evandro, id eſt, dicite, nihil eſt aliud, quod poſſit vel virtus tua, vel fortuna præſtare; (nam his rebus victoria contingit) niſi ut, occiſo Turno, & vindices filium, & patrem conſoleris orbatum. Id quod etiam paulò pòſt ab Ænea præſtitum eſt.
30 Deſiderio.
31 Ad inferos, ubi ſunt manes Pallantis.
32 Nuncium necis Turni.

Au-

[1] *Aurora* [2] *intereà* [3] *miſeris mortalibus* [4] *almam*
*Extulerat lucem, referens opera atque labores.*
*Jam pater Æneas, jam curvo in littore* [5] *Tarchon*
*Conſtituêre* [6] *pyras:* [7] *huc corpora* [8] *quiſque* [9] *ſuorum*
[10] *More tulêre patrum:* [11] *ſubjectiſque ignibus* [12] *atris*
*Conditur in tenebras* [13] *altum* [14] *caligine cœlum.*
*Ter circùm accenſos* [15] *cincti fulgentibus* * *armis*
*Decurrêre* [16] *rogos: ter* [17] *mœſtum funeris ignem*
[18] *Luſtravêre in equis,* [19] *ululatuſque ore dedêre.*
[20] *Spargitur & tellus lachrymis, ſparguntur &* [21] *arma:*
[22] *It cœlo clamorque virûm, clangorque tubarum.*
[23] *Hinc alii ſpolia occiſis direpta Latinis*
*Conjiciunt* [24] *igni, galeas enſeſque decoros,*
*Frenaq;* [25] *ferventeſq;* [26] *rotas:* [27] *pars* [28] *munera nota,*
*Ipſorum clypeos, &* [29] *non felicia tela.*
*Multa boum* [30] *circà mactantur corpora morti:*
[31] *Setigeroſque ſues,* *raptaſque ex omnibus agris*
[32] *In flammam jugulant pecudes: tùm* [33] *littore toto*
*Ardentes ſpectant ſocios, ſemiuſtaque ſervant*
*Buſta: neque avelli poſſunt,* [34] *nox humida donec*
*Invertit cœlum ſtellis fulgentibus* [35] *aptum.*
*Nec minùs & miſeri diverſa in parte Latini*
[36] *Innumeras ſtruxêre pyras, & corpora partim*
*Multa virûm* [37] *terræ infodiunt,* [38] *avectaque partim*
*Finitimos tollunt in agros,* [39] *urbique remittunt.*
[40] *Cætera,* [41] *confuſæque ingentem* [41] *cædis acervum,*

1 Refert, quomodo per inducias & pacem ſequeſtram mandata ſint ſepulturæ interfectorum utrimque corpora.
2 Dùm hæc apud Evandrum fierent.
3 Quia lucis egentibus.
4 Altricem vitæ.
5 Etruſcorum rex.
6 Strues lignorum, ut incendantur.
7 Ad has pyras.
8 Æneas Trojanos, Tarchon Etruſcos ſuos; uterque Arcadas.
9 Amicorum.

10 Ex vetere patrum inſtitutione. 11 Sub pyras. 12 Funebribus aut fumoſis futuris. 13 Altè & profundè. 14 Fumi. 15 Teucri & Hetruſci. *Gladiis. 16 Congeries lignorum. 17 Mœſtitiam adferentem. 18 Circumierunt more luſtrantium. 19 Ejulatus lamentabiles. 20 Conſpergitur. 21 Eorum. 22 Diffunditur ad cœlum. 23 Deinde. 24 In ignem. 25 Quondam fervidè actas, ferventes continuo motu. 26 Curruum. 27 Alii conjiciunt in ignem. 28 Arma ipſis occiſis nota. 29 Quibus infeliciter uſi erant, cùm proſtrati ſint. 30 Corpora urenda. 31 Apros. 32 Projiciendos. 33 Per totum littus. 34 Donec nox ingruit. Namque oſſilegium de nocte erat, ſi planè eſſent combuſti: alias extinguebatur flamma vino, & die ſequente rurſùs accenſa. 35 Α'πτόμενον, ἄρμενον, ſtellis quaſi clavis fixum & diſtinctum. 36 Utpote longe majori clade affecti. 37 In terram, ſuper quam jacebant. 38 Amicorum cadavera tota cremanda mittunt. 39 Ad urbem eorum, qui illic oriundi erant. 40 Corpora. 41 Stragis cæſorum commixtæ, quia ignobilium & plebejorum.

1 Nec

*[1] Nec numero, [2] nec honore cremant: tunc undique vaſti*
*Certatim crebris collucent ignibus agri.*
*Tertia [3] lux gelidam cœlo dimoverat [4] umbram*
*Mœrentes [5] altum cinerem, & confuſa ruebant*
*Oſſa focis, tepidoque [6] onerabant aggere terra.*
*[7] Jam verò in tectis, [8] prædivitis urbe Latini,*
*Præcipuus [9] fragor, & longè pars maxima luctus.*
*Hîc [10] matres, miſeræq; [11] nurus, hîc chara ſororum*
*Pectora [12] mœrentum, [13] puerique parentibus orbi,*
*[14] Dirum execrantur bellum, [15] Turnique hymenæos:*
*[16] Ipſum armis, ipſumque [17] jubent decernere ferro,*
*Qui regnum Italiæ, & [18] primos ſibi poſcat honores.*
*[19] Ingravat hæc [20] ſævus Drances, ſolumq; [21] vocari*
*Teſtatur, ſolum [22] poſci in certamina Turnum.*
*Multa ſimul contrà variis ſententia dictis*
*[23] Pro Turno, & magnum [24] reginæ nomen obumbrat:*
*Multa [25] virum [26] meritis [27] ſuſtentat fama [26] tropæis.*
*[28] Hos inter motus, medio flagrante tumultu,*
*Ecce, [29] ſuper mœſti magni Diomedis ab [30] urbe*
*[31] Legati reſponſa [32] ferunt: nihil omnibus [33] actum*

1 Et ſinè numero, id eſt, non numerando eorum corpora. 2 Et ſinè honore, id eſt, ſinè inſignibus comburunt. 3 Solis. 4 Terræ, id eſt, noctem humidam & frigidam. 5 Eruebant oſſa & cineres è focis, quæ terræ mandabant, extructo aggere. 6 Ea. 7 Deſcribit ſtatum domus Latini, in quâ variæ de bello habitæ ſunt ſententiæ, aliis Turnum accuſantibus, aliis propter Amatam reginam defendentibus. 8 Præter cæteros, divitis, habentis latam familiam, multoſque cives. 9 Concrepitus murmurantium erat. 10 Quæ liberos lugebant. 11 Quæ maritos ac ſponſos lugebant. 12 Propter necem fratrum. 13 Filii cæſorum. 14 Cum Deorum irâ acceptum. 15 Turnum, Laviniæ nuptias, quaſi ſponſalium jure ſibi debitas, poſcentem. 16 Turnum. 17 Volunt. 18 Regales. 19 In malum Turni auget, & graviora, id eſt, majoris momenti facit: ut qui eadem audierat ex ore Æneæ, ſuprà: *Æquiùs huic Turno fuerat ſe opponere morti, Si bellum finire manu, ſi pellere Teucros Apparat, his decuit mecum concurrere telis.* 20 Inimicus Turni. 21 Provocari ab Ænea in ſingulare certamen ex legatione affirmat. 22 Ab Ænea. 23 Contra Drancem facit. 24 Amatæ magna autoritas quaſi umbrâ ſuâ protegit Turnum. Metaphora ab arbore. 25 Turnum. 26 Præclaris facinoribus, per quæ tropæa figere meruerat, nam multos obtruncaverat. 27 Defendit. 28 In urbe concitatos. 29 Inſuper. 30 Arpis ſive Argyripâ. 31 Venulus, aliique, miſſi à Latino, Turno, Mezentio ad Argyripam petitum auxilia à Diomede. l. 8. *Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem, Qui petat auxilium.* 32 Adferunt. 33 Eſſe, id eſt, fruſtrà petitum eſſe auxilium.

1 Tan-

Digitized by Google

*Tantorum impenſis* [1] *operum: nil dona, nec aurum,*
*Nec magnas* [2] *valuiſſe preces: alia arma Latinis* 229
*Quærenda, aut* [3] *pacem* [4] *Trojano ab rege* [3] *petendum.*
[5] *Deficit ingenti* [6] *luctu rex ipſe Latinus.*
[7] *Fatalem Æneam manifeſto numine* [8] *ferri*
*Admonet* [9] *ira Deûm,* [10] *tumulique* [11] *ante ora recentes.*
*Ergo* [12] *concilium magnum,* [13] *primoſque ſuorum*
[14] *Imperio accitos alta intra* [15] *limina* [16] *cogit.* 235
[17] *Olli convenêre,* [18] *fluuntque ad regia* [19] *plenis*
*Tecta* [19] *viis: ſedet in* [20] *mediis* [21] *&* [22] *maximus ævo,*
[23] *Et primus ſceptris,* [24] *haud lætâ fronte, Latinus:*
*Atque hîc legatos,* [25] *Ætolâ ex urbe* [26] *remiſſos,*
*Quæ* [27] *referant, fari jubet, &* [28] *reſponſa* [29] *repoſcit*
*Ordine cuncta ſuo: tunc* [30] *facta ſilentia linguis,* 241
*Et* [31] *Venulus* [32] *dicto parens, ita farier* [33] *infit.*
*Vidimus, ô cives, Diomedem,* [34] *Argivaque caſtra,*
*Atque iter emenſi* [35] *caſus ſuperavimus omnes,* 244
*Contigimuſque* [36] *manum, quâ concidit* [37] *Ilia tellus.*
[38] *Ille urbem* [39] *Argyripam,* [40] *patriæ cognomine gentis,*
[41] *Victor* [42] *Gargani condebat* [42] *Japigis* [43] *agris.*
*Poſtquàm* [44] *introgreſſi, &* [45] *coràm data* [46] *copia fandi,*
[47] *Munera præferimus,* [48] *nomen, patriamque docemus;*

1 Tàm ſumptuoſæ legationis. 2 Apud Diomedem contra Æneam. 3 Αἰτε'ειν εἰρήνην. Græciſmus Lucretio familiaris. *Pœnas in morte timendum:* &, *motu privandum eſt corpora.* 4 Æneâ. 5 Viribus. 6 Dolore, quod ſpe auxiliorum à Diomede deſtitutus eſſet, in quo anchoram ſalutis ſuæ poſuerat.

7 Fatis advectum. 8 Duci ad regnum Italiæ. 9 Pugna infelix, quæ Diis iratis videtur commiſſa. 10 Occiſorum. 11 Admonent id. 12 Convocatorum cœtum. 13 Primores. 14 Mandato regio advocatos. 15 Regiæ domus. 16 Congregat Latinus. 17 Omnes illi, qui convo aderant. 18 Confluunt, celeriter accurrunt. 19 Opplendo vias. 20 Ut omnes audire poſſet. 21 Al. *Rex.* 22 Antiquiſſimus. 23 Ut ætate, ita imperio primus: *vel*, primus inter ſceptra tenentes duces, Turnum, Mezentium, &c. ut qui ſceptris innixi curiam intraverint. 8. Æn. *Quam Turne regi*, &c. 24 Triſti, ob reſponſum inexſpectatum. 25 Quam Ætoli, id eſt, ex Ætolia profecti conſtinxerant in Apulia. 26 A Diomede. 27 Reportent à Diomede. 28 Diomedis. 29 Exigit. 30 Sunt. 31 Princeps legationis. 32 Mandato regio obediens. 33 Incipit. 34 Caſtella ab Argivis in Italia conſtituta. 35 Itineris, ut flumina, latrones, id eſt, perfecimus legationem noſtram. 36 Diomedis. 37 Urbs Ilii: nam Ulyſſes cum Diomede Palladium ſuſtulit. 38 Diomedes, ad quem legati ſumus. 39 Argyripam, Arpos: hodiè, *monte S. Angelo.* 40 Argivæ. 41 Voti compos. 42 Gargani Japygii: eſt autem *Japygia* pars Apuliæ, in qua mons Garganus. 43 In. 44 Sumus. 45 In præſentia ejus. 46 Facultas loquendi. 47 Pro more gentium, ut legati ſemper munera ferant. 48 Nobilitatem & genus noſtrum.

*Qui*

Digitized by Google

1 Nos. 2 Nobis. 3 Benigno. 4 In quibus Saturnus olim regnavit cum Jano, & aurea condidit ſæcula. 5 Qui primi Italiam tenuiſtis. 6 Quietos alioqui & amantes pacis. 7 Vobis. 8 Quæ ſi noveritis, longe fugeritis. 9 Devaſtavimus tanquam ſacros, ſeq. inde, ſceleſti *ſupplicia expendimus.*

*Qui bellum intulerint, quæ cauſa* [1] *attraxerit Arpos.*
[2] *Auditis ille hæc* [3] *placido ſic reddidit ore:*
*O fortunatæ gentes,* [4] *Saturnia regna,*
[5] *Antiqui Auſonii; quæ vos fortuna* [6] *quietos*
*Sollicitat,* [7] *ſuadetque* [8] *ignota laceſſere bella?*
*Quicunque Iliacos ferro* [9] *violavimus agros,*
*(*[10] *Mitto ea, quæ* [11] *muris bellando* [12] *exhauſta ſub altis,*
[13] *Quos Simoïs* [14] *premet ille viros)* [15] *infanda per orbem*
*Supplicia, &* [16] *ſcelerum pœnas expendimus omnes,*
*Vel Priamo miſeranda* [17] *manus:* [18] *ſcit triſte Minervæ*
[19] *Sidus, &* [20] *Euboïcæ cautes,* [21] *ultorque* [22] *Caphareus.*
[23] *Militiâ ex illa diverſum ad littus* [24] *abacti;*
[25] *Atrides* [26] *Protei Menelaus* [26] *ad uſque columnas*
*Exulat;* [27] *Ætnæos vidit Cyclopas Ulyſſes.*
*Regna* [28] *Neoptolemi* [29] *referam,* [30] *verſoſque penates*
[31] *Idomenei? Libyco-ve habitantes* [32] *littore* [33] *Locros?*
[34] *Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achivûm,*
[35] *Conjugis infandæ* [36] *prima inter limina dextrâ*

10 Prætermitto & dicere nolo. 11 Trojæ, id eſt, quod ſtrages de nobis illic editæ ſunt, quamvis victores fuerimus. 12 Tranſacta ſunt. 13 Qui pro ſepulchro habuerunt Simoënta notiſſimum fluvium Trojæ. 14 Obrutos aquis, id eſt, immerſos continet. Unde in 1. *Ubi tot Simoïs correpta ſub undis Scuta virûm, galeaſque, & fortia corpora volvit.* 15 Quæ effari, nequeo. 16 De ſceleribus in Trojanos commiſſis. 17 Exiſtentes multitudo armata miſeranda etiam hoſti noſtro. 18 Teſtis & infenſæ Minervæ irâ tempeſtas concitata, qua naufragi alliſi ſumus ad rupes Euboïcas & promontorium Caphareа. 19 Arcturus; aliis Aries; aliis ipſa Minerva tempeſtatem ex ſideris ortu concitans; aliis fax, quam Nauplius, Palamedis filii mortem ulturus, Minervæ iuſſu extulit noctu Græcis tempeſtate laborantibus, quaſi ſignum portus; unde illi ad Capharea & cautes Euboïcas naufragi interierunt. 20 Quæ ſunt in Eubœâ inſulâ. 21 Injuriæ, Minervæ illatæ: (nam Ajax Oileus vim Caſſandræ in Palladis templo obtulerat) *vel* Nauplio, propter mortem Palamedis. 22 Promontorium Græcorum naufragio infame. 23 Infauſta ſc. quam apud Trojam geſſimus. 24 Sumus. 25 Atrei filius. 26 Ad fines Ægypti, ubi regnavit Proteus. 27 Ulyſſes longis erroribus per Siciliam, Cyclopas, in Ætnâ, Siciliæ monte, habitantes, vectus eſt. 28 Ab Oreſte occiſi in templo Apollinis, cùm vellet ducere Hermionem, Oreſti deſponſatam. 29 Vultis ut. 30 Everſos, dirutos, & ad alium tranſlatos, ipſo à civibus pulſo. 31 Regis Cretenſium. 32 In. 33 Ajacis Oilei ſocios, à Trojano bello redeuntes. 34 Agamemnon. 35 Uxoris Clytemneſtræ. 36 Cum primùm domum ſuam ingrederetur.

1 Op-

[1] *Oppetiit :* [2] *deviſtâ Aſiâ ſubſedit adulter.*
[3] *Invidiſſe Deos , patriis ut redditus oris ,*
*Conjugium* [4] *optatum , &* [5] *pulchram* [6] *Calydona viderem ?*
*Nunc etiam horribili viſu portenta* [7] *ſequuntur :*
*Et ſocii amiſſi* [8] *petierunt æthera pennis ,*
[9] *Fluminibuſque vagantur* [10] *aves (heu dira* [11] *meorum*
*Supplicia !) & ſcopulos lachrymoſis vocibus implent.*
[12] *Hæc* [13] *adeò ex illo mihi jam* [14] *ſperanda fuerunt*
*Tempore , cùm ferro* [15] *cœleſtia corpora demens*
*Appetii , &* [16] *Veneris* [17] *violavi vulnere dextram.*
*Ne verò , ne me ad* [18] *tales impellite pugnas.*
*Nec mihi cum Teucris ullum poſt* [19] *eruta* [20] *bellum*
*Pergama ; nec veterum memini* [21] *lætor-ve* [22] *malorum.*
*Munera , quæ patriis ad me portatis ab oris ,*
*Vertite ad Æneam : ſtetimus* [23] *tela aſpera contrà ,*
[24] *Contulimuſq; manus :* [25] *experto credite ,* [26] *quantus*
*In clypeum aſſurgat, quo* [27] *turbine torqueat* [28] *haſtam.*
*Si* [29] *duo* [30] *prætereà* [31] *tales* [32] *Idæa* [33] *tuliſſet*
*Terra viros , ultrò* [34] *Inachias veniſſet ad urbes*
*Dardanus , &* [35] *verſis lugeret Græcia fatis.*
*Quicquid apud* [36] *duræ* [37] *ceſſatum eſt mœnia Trojæ ,*
*Hectoris , Æneæque manu victoria Grajûm*

1 Terram, id eſt, occiſus eſt.
2 Cùm Agamemnon Trojam deviciſſet, Ægiſthus remanſit inhabitans, id eſt, Trojam potuit vincere, ſed non adulterum pellere.
3 Vultis ut referam & mihi invidiſſe Deos, id eſt, noluiſſe quaſi per invidiam.
4 Caſtum.
5 Impollutam.
6 Civitatem meam.

7 Perſequuntur me. 8 Avolaverunt, in aves, quæ *Diomedeæ* dicuntur, mutati : de quibus Ovid. Met. 14. 9 Per flumina. 10 In aves converſi. 11 Sociorum. 12 Dicta mala. 13 Omninò. 14 Exſpectanda, timenda. Sic. l. 1. *At ſperate Deos memores fandi atque nefandi.* 15 Martis & Veneris. Il. 5 16 Æneæ filio ſuccurrentis. 17 Vulneravi. 18 Quarum etiam victoria perniciosa eſt: quia contra Deorum gentem, & Veneris filium Æneam. 19 Everſa. 20 Eſt, aut erit. 21 Suprà hoc l. *quas illi læta laborum, Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido Fecerat.* Cui non diſſimilis & illa conſtructio, *Juſtitia-ne priùs mirer, belli-ne laborum?* ſuprà hoc l. 22 Quæ Teucris intulimus. 23 Æneæ. 24 Cum eo, id eſt, & cominùs & eminùs inter nos bella tractavimus. Deſcribit hanc pugnam Homer. Il. 5. 25 Mihi, qui periculum feci. 26 Quantum valeat impulſu clypei in congreſſu. 27 Impetu cum gyro. 28 Quam impellit. 29 Duos. 30 Præter hos. 31 Qualis eſt Æneas. 32 Phrygia. 33 Produxiſſet. 34 Argolicas, quas Inachus olim poſſederat, id eſt, populus Dardanius ſeu Trojani in Græciam veniſſent. 35 Mutatis, ita ut, quæ nunc victoria gaudet, lugeret, quòd victa eſſet. 36 Difficulter expugnabilis. 37 Ab expugnatione.

¹ *Hæſit, & in decimum veſtigia* ² *rettulit annum.*
³ *Ambo* ⁴ *animis, ambo inſignes præſtantibus armis:*
⁵ *Hic pietate* ⁶ *prior:* ⁷ *coëant in fœdera dextræ,*
⁸ *Quà datur: aſt,* ⁹ *armis concurrant* ¹⁰ *arma, cavete.*
¹¹ *Et reſponſa ſimul quæ* ¹² *ſint,* ¹³ *rex optime regum,*
*Audiſti, & quæ* ¹⁴ *ſit magno* ¹⁵ *ſententia* ¹⁶ *bello.*
¹⁷ *Vix ea legati: variuſque per ora cucurrit*
¹⁸ *Auſonidum* ¹⁹ *turbata fremor: ceu ſaxa morantur*
*Cùm* ²⁰ *rapidos amnes,* ²¹ *clauſo fit* ²² *gurgite murmur,*
*Vicinæque fremunt ripæ* ²³ *crepitantibus undis.*
*Ut primùm* ²⁴ *placati animi, &* ²⁵ *trepida ora quièrunt,*
²⁶ *Præfatus Divos, ſolio* ²⁷ *rex* ²⁸ *infit ab alto.*
²⁹ *Antè equidem* ³⁰ *ſummâ de re ſtatuiſſe, Latini,*
*Et vellem, & fuerat* ³¹ *melius: nec tempore tali*
³² *Cogere concilium,* ³³ *cùm muros obſidet hoſtis.*
*Bellum* ³⁴ *importunum, cives, cum* ³⁵ *gente Deorum,*
*Invictiſque viris gerimus:* ³⁶ *quos nulla* ³⁷ *fatigant*
*Prælia,* ³⁸ *nec victi poſſunt abſiſtere ferro.*
*Spem, ſiquam accitis* ³⁹ *Ætolûm habuiſtis in armis,*
⁴⁰ *Ponite: ſpes ſibi* ⁴¹ *quiſque, ſed, hæc* ⁴² *quàm anguſta, videtis.*
⁴³ *Cætera* ⁴⁴ *quâ rerum jaceant perculſa ruinâ,*

1 Immorata eſt, dubia fuit. 2 Extendit, id eſt, dilata eſt. 3 Tàm Æneas, quàm Hector. Εχλωρ, Α'ισσας δ' εἰ Τρώων εἶν ἀρίσον Il. 17. ♦ Magnanimitate. 5 Æneas. 6 Præſtantior eſt. 7 Feriant fœdus cum Ænea & ineant pacem. 8 Quâcumque

ratione aut conditione licet, & permittitur. 9 Cum armis illius. 10 Veſtra. 11 Hæc erant verba Diomedis, quæ nunc refert Venulus concludens. 12 Nobis data, aut qualia ſint reſponſa Diomedis. 13 Latinè. 14 Diomedi. 15 Quia ſuadet, ut pacem ineamus. 16 De. 17 Retulerant. 18 Auſonidarum. 19 De conditione belli. 20 Impetuoſos. 21 Saxorum objectione præcluſo. 22 Impetu aquarum. 23 Ex confractione. 24 Fuerunt. 25 Timore & irâ. 26 Præmiſſâ precatione & invocatione Deorum. Nam apud antiquos, antequàm verba in ſenatu, vel concione facerent, Deos precabantur. 27 Latinus. 28 Incipit loqui. 29 Priuſquàm ad hunc ſtatum & acceptam cladem perveniſſet. 30 De ſalute Reipublicæ conſuluiſſe. 31 Utilius. 32 Congregare. 33 Q. d. cùm ſerum eſt. 34 Contra id quod oportebat, & non ſuo tempore ſuſceptum. 35 Originem ducente à Diis, propter Æneam, nec non Trojanos. 36 Hinc Annibali ſuo dat orationem illam Livius. *Cum eo hoſte res eſt, qui nec bonam nec malam ferre fortunam poteſt, ſeu vincit, ferociter inſtat victis; ſeu victus eſt, inſtaurat cum victoribus certamen.* 37 Locus ab impoſſibili. 38 Etiam quando vincuntur, & inferiores ſunt viribus, adhùc rebellant. 39 Ætolorum, qui cum Diomede in Apuliam venerant. 40 Deponite eam. 41 Sit, id eſt; quiſque ſperet in virtute ſua & non in auxilio alieno. 42 Sit hæc ſpes, quam in ſe quiſque locat. 43 Præter ſpem, ſc. vires, auxilia. 44 At quam ruinam minentur, aut quomodo jam labefactata ſint.

An-

Digitized by Google

*Ante*[1] *oculos*, [2] *interque manus ſunt omnia veſtras.*
*Nec quemquam* [3] *incuſo:* [4] *potuit quæ plurima virtus*
*Eſſe, fuit: toto certatum eſt* [5] *corpore regni.*
*Nunc adeò,* [6] *quæ ſit dubiæ ſententia menti,*
[7] *Expediam, & paucis (animos adhibete)* [8] *docebo.*
[9] *Eſt* [10] *antiquus ager,* [11] *Thuſco mihi proximus* [11] *amni,*
[12] *Longus in occaſum, fines ſuper uſque* [13] *Sicanos:*
[14] *Arunci, Rutulique ſerunt, & vomere duros*
*Exercent colles, atque* [15] *horum* [16] *aſperrima paſcunt.*
*Hac omnis regio, & celſi plaga* [17] *pinea montis*
[18] *Cedat amicitiæ Teucrorum, & fœderis æquas*
[19] *Dicamus* [20] *leges, ſocioſque* [21] *in regna vocemus:*
*Conſidant, ſi* [22] *tantus amor, & mœnia condant.*
*Sin alios fines, aliamque capeſſere gentem*
*Eſt animus,* [23] *poſſuntque ſolo decedere noſtro,*
[24] *Bis denas* [25] *Italo* [26] *texamus robore naves,*
*Seu* [27] *plures complere valent:* [28] *jacet omnis ad* [29] *undam*
*Materies: ipſi numerumque, modumque* [30] *carinis*
*Præcipiant: nos* [31] *æra,* [32] *manus,* [33] *navalia demus.*
*Prætereà, qui dicta* [34] *ferant, & fœdera* [35] *firment,*
*Centum oratores* [36] *primâ de gente Latinos*
[37] *Ire placet,* [38] *paciſque manu* [39] *prætendere* [38] *ramos:*

1 Veſtros. 2 Videtis, & tractatis res bellicas, & ita noſſe poteſtis, in quam fragili ſint ſtatu. 3 Damno. Occupatione tacitæ ſuſpicioni occurrit, ne ſc. videatur infelicem belli eventum aut Turni, aut alterius cujuſpiam ignaviæ imputare. 4 Quia quid virtutis erat, impertitum eſt. 5 Totis imperii viribus. 6 Quid ſentiam in hac re dubia faciendum. 7 Expeditè & paucis dicam. 8 Quid ſentiam. 9 Deſcribit agrum, qui eſt inter Laurentum & Tiberim, quem ajunt à Latinis accepiſſe Æneam. 10 Diu à meis non innovatus, id eſt, inutilis mihi. 11 Tiberi. 12 Longè protenſus occidentem verſus. 13 Sicilienſes, id eſt, ad Siciliam. 14 Quem agrum Arunci, antiquiſſimi Italiæ populi, &c. 15 Collium, id eſt, loca montoſa & ſylvis aſpera in paſcuorum uſum vertunt. 16 Incultiſſima depaſcunt per greges ſuos. 17 Pinis conſita. 18 Concedatur, aut convertatur ad amicitiam Trojanorum obtinendam. 19 Adferamus. 20 Ut neque victi planè, neque victores cenſeantur. 21 In partem regni. 22 Conſidendum in Italia eſt ipſis. 23 Al. *poſcuntque*. 24 Quo numero inſtructi Trojani à Troja exierant, mare conſcenderant. l. 9. 25 In Italiâ nato. 26 Ædificemus. 27 Naves, texamus eas. 28 Parata. 29 Tiberinam. 30 Ædificandis. 31 Ad roſtra facienda. 32 Operarios. 33 Trabes & loca, atque cætera ad conſtructionem navium neceſſaria. 34 Adferant & dicant. 35 Cum eo. 36 Nobiliſſimâ ac principali progenie. 37 Proficiſci ad Æneam. 38 Oleam, pacis inſigne. 39 Præferre.



Digitized by Google

*[1] Munera portantes, eboriſque, aurique talenta,*
*[2] Et ſellam, regni [3] trabeamque inſignia noſtri.*
*Conſulite [4] in medium, & rebus ſuccurrite [5] feſſis.*
*[6] Tum [7] Drances idem, [8] infenſus, quem gloria Turni*
*[9] Obliquâ invidiâ ſtimuliſque agitabat amaris,*
*[10] Largus opum, & [11] linguâ melior; ſed [12] frigida bello*
*[13] Dextera, [14] conſiliis habitus [15] non futilis auctor;*
*[16] Seditione potens (genus huic materna ſuperbum*
*Nobilitas dabat, [17] incertum de patre [18] ferebat)*
*Surgit, & his [19] onerat dictis, atque [20] aggerat iras.*
*Rem [21] nulli obſcuram, noſtra nec [22] vocis egentem,*
*Conſulis, ô bone rex: cuncti ſe ſcire fatentur,*
*[23] Quid fortuna ferat, populi; ſed dicere [24] muſſant.*
*Det [25] libertatem fandi, [26] flatuſque remittat,*
*Cujus ob [27] auſpicium infauſtum, moreſque [28] ſiniſtros*
*([29] Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)*
*Lumina tot cecidiſſe ducum, totamque videmus*
*[30] Conſediſſe urbem luctu: dum Troïa [31] tentat*
*Caſtra, [32] fuga fidens, & [33] cœlum territat armis.*

1 Ex conſilio Diomedis, qui cenſuerat, regia munera ad Æneam juſtiùs vertenda, quàm ad ſe. 2 Curulem. Cum reſpectu ad Romanos, qui regibus benè meritis & ſociis ſummo pro munere mittebant ſellam eburneam curulem, quali vehebantur magiſtratus ſui præcipui, Ædiles, Prætores, Conſules. 3 Veſtem auguralem, ſegmentis varii coloris, inſtar trabium pictam. 4 Εἰς κοινὸν, in rem communem, & non ad ſuum quiſque commodum. 5 Debilibus, belloque depreſſis. 6 Deinde poſtquam conticuit Latinus. Poſt concionem Latini addit ſententiam Drancis, qui admonuit Laviniam quoque cum cæteris donis Æneæ concedendam, aut Turno, ſi eam vindicare velit, cum Æneâ ſingulari certamine congrediendum eſſe. 7 De quo priùs meminit. 8 Multum offenſus & moleſtus Turno. 9 Occultâ, non apertâ. 10 Largiter dives. 11 Abundantior ſermone facundo. Contrà, Hercules apud Ovid. Met. 9. *Melior mihi dextera lingua.* 12 Tarda ad bellum. 13 Ejus erat. 14 In conſiliis dandis. 15 Non inanis nec profuſus verborum. 16 Per ſeditionem, aut ad ſeditionem concitandam valens. 17 Ignotum. 18 Efferebat: quia neſciebatur, quis ejus eſſet pater. 19 Turnum. 20 Accumulat. 21 Omnibus manifeſtam. 22 Declarationis. 23 Id eſt, pacem petendam eſſe. 24 Contra Turnum clare eloqui non audent, ne mutire quidem: muſſant ergo, & intra ſe murmurant: *μύζουσι*. 25 Ut det *παῤῥησίαν*. 26 Φύσημα, ſpiritus altos, ſuperbiam, ventoſas minas. 27 Inauſpicatos ductus. 28 Pravos. 29 Quod verum eſt, & quod Reipublicæ conducere ſentio. 30 Clade afflictam in luctu jacere, in luctu eſſe demerſam. 31 Quaſi congredi non audens. 32 Fugam Turno objicit, quòd falſam Æneæ imaginem, à Junone objectam, quò Turnum eriperet, inſecutus è prælio fuerit ſubductus. L. 10. 33 Multum minatur.



Digitized by Google

*[1] Unum etiam donis iſtis, quæ plurima [2] mitti*
*Dardanidis, [3] ducique jubes, unum, optime regum,*
*Adjicias, nec te ullius violentia vincat,*
*[4] Quin [5] gnatam egregio genero, digniſq; [6] hymenæis*
*Des pater, & pacem hanc æterno [7] fœdere jungas.*
*[8] Quòd ſi tantus habet mentes & pectora [9] terror,*
*[10] Ipſum obteſtemur, [11] veniamque oremus ab ipſo:*
*[12] Cedat jus proprium regi, [13] patriæque remittat.*
*Quid miſeros toties in aperta pericula cives*
*Projicis? ô [14] Latio caput horum & cauſa malorum!*
Nulla [15] ſalus bello: [16] pacem [17] te poſcimus omnes,
*Turne, ſimul pacis ſolum inviolabile [18] pignus.*
*Primus ego, inviſum quem tu tibi fingis (& [19] eſſe*
*[20] Nil moror) en [21] ſupplex venio: miſerere tuorum:*
*[22] Pone animos, & [23] pulſus [24] abi: [25] ſat funera [26] fuſi*
*Vidimus, ingentes & [27] deſolavimus agros.*
*Aut (ſi [28] fama [29] movet, ſi tantum pectore [30] robur*
*Concipis, & ſi adeò [31] dotalis regia [32] cordi eſt)*
*Aude, atq; [33] adverſum fidens fer pectus in [34] hoſtem.*
*[35] Scilicet, ut Turno [36] contingat regia conjux,*
*Nos, [37] animæ viles, inhumata infletaque turba,*
*Sternamur [38] campis! etiam tu, ſiqua tibi [39] vis,*
*Si [40] patrii quid [40] Martis habes, [41] illum aſpice [42] contrà,*

1 Donum. 2 Sc. aurum, ebur & ſellam. 3 Al. ducique: ſc. de navibus, vel agro, quæ verbis offerenda ſunt. 4 Quin minùs, ut non. 5 Filiam tuam Laviniam. 6 Æneæ, ut te ni generi. 7 Affinitatis matrimonialis. 8 Quòd ſi per Turnum facere non audes, oremus ipſum tandem, ut patiatur te Regem ac patrem uti jure ſuo.

Invidioſè & Ironicè. 9 Metus de Turno. 10 Turnum obſecremus. 11 Hanc gratiam. 12 Ut concedat. 13 Et concedat hoc propter ſalutem patriæ. 14 Italiæ, id eſt, ô Turne. 15 Eſt. 16 De pacis commodis lege Tibul. l. 1. El. 10. 17 O Turne, à te exigimus pacem, qui ſolus das bellum. 18 Laviniam, quæ ſola eſt inviolabile pignus pacis. 19 Inviſus tibi. 20 Non recuſo, dùm Reip. conſulam. 21 Ironia. 22 Depone ferociam. 23 A fortiori. Reſpicit commentum illud Junonis, quo ſubtrahebatur Turnus l. 10. 24 Ab inſtituto. 25 Satis funerum. 26 Fugati & proſtrati. 27 Inaratos ac vaſtos reliquimus, ut quibus deſunt manus agricolarum, abductis ad bella colonis. 28 Nominis tui. 29 Incitat te ad audendum. 30 Fortitudinem. Metaphora à ligno ad animum. 31 Regnum Latini, quod tu tibi dotale ex nuptiis Laviniæ tibi deberi credis & ſpe devoraſti. 32 Tantum tibi placet. 33 Tu ſingulari certamine cum Ænea congredere. 34 Æneam. 35 Nos intereà, ut tu potiaris Laviniâ & regno, mactemur tanquam viles more pecudum honore funeris & luctus deſtituti. 36 Cæſo Æneâ. 37 Tanquam animæ viles. 38 Per campos. 39 Virtus eſt. 40 Animi virilis & bellicoſi, qualis in patria tua eſſe ſolet. 41 Æneam. 42 Ex adverſo. Iterat exhortationem ad monomachiam.

Qui

*Qui* [1] *vocat.*
[2] *Talibus* [3] *exarſit* [4] *dictis* [5] *violentia Turni:*
*Dat gemitum,* [6] *rumpitque has* [7] *imo pectore voces:*
[8] *Larga quidem ſemper tibi, Drance,* [9] *copia fandi,*
*Tunc cùm bella* [10] *manus poſcunt, patribuſque vocatis*
*Primus* [11] *ades: ſed non replenda eſt curia verbis,*
[12] *Quæ tuto tibi magna volant, dùm* [13] *diſtinet hoſtem*
*Agger murorum, nec inundant ſanguine foſſæ.*
*Proinde* [14] *tona eloquio,* [15] *ſolitum tibi, meque timoris*
*Argue,* [16] *tu Drance:* [17] *tot quando* [18] *ſtragis acervos*
*Teucrorum tua dextra dedit, paſſimque* [19] *tropæis*
[20] *Inſignes agros: poſſit quid vivida* [21] *virtus,*
*Experiare licet: nec longè ſcilicet hoſtes*
*Quærendi nobis: circumſtant undique* [22] *muros.*
[23] *Imus in adverſos? quid* [24] *ceſſas? an tibi* [25] *Mavors*
[26] *Ventoſâ in linguâ, pedibuſque* [27] *fugacibus iſtis*
*Semper erit?*
[28] *Pulſus ego? aut quiſquam merito, fœdiſſime,* [29] *pulſum*
*Arguet? Iliaco* [30] *tumidum qui creſcere Tibrim*
*Sanguine, &* [31] *Evandri totam cum ſtirpe videbit*
*Procubuiſſe domum, atque exutos Arcadas armis?*
[32] *Haud ita me experti Bitias & Pandarus* [33] *ingens,*
*Et quos* [34] *mille* [35] *die victor ſub Tartara miſi,*
[36] *Incluſus muris, hoſtilique aggere* [37] *ſeptus.*
[38] *Nulla ſalus bello?* [39] *capiti* [40] *cane talia demens*

1 Provocat te ad ſingulare certamen. 2 Subinfert reſponſum Turni, multùm in Drancem commoti, &c. 3 Excanduit. 4 Verbis Drancis. 5 Turnus ipſe. 6 Violenter exprimit. 7 Summâ indignatione. 8 Abundans. Supereſt quidem tibi eloquentia, ſed importuna & impotens: poſcunt hæc tempora non in Curiâ orationem, ſed urbis propugnationem. 9 Fuit. 10 Operationes, non verba. 11 In conſultando. 12 Quæ tibi extra periculum poſito & in pacis tempore excurrunt inflata. 13 Arcet, διείργει, à te tenet. 14 Altè tona. 15 Pro more tuo, quod facere ſoles. 16 Qui timidiſſimus es. 17 Amariſſima Ironia. 18 Stratorum hoſtium. 19 A te in fugam verſorum. 20 Inſignitos. Al. *inſignis*, id eſt, nobilitas, clarificas: ab *inſignio*. 21 Tua. 22 Civitatis noſtræ. 23 Quin age, progrediamur in hoſtem jam in proximo experturi uter noſtrum fortior, quid, an ceſſas ire? *Tutius eſt igitur vanâ contendere linguâ, Quàm pugnare manu.* 24 Differs exire in hoſtem? 25 Animoſitas bellica. 26 Vaniloqua. 27 Aſſiduè fugere ſolitis. 28 Reſpondet ad illa, quæ dixerat Drances, *fuga fidens, & pulſus abi.* 29 In fugam verſum. 30 Inflatum & craſſum. 31 Cæſo Pallante filio ejus unico. 32 Non talem, ut me pulſum dicas. 33 Gigantææ molis uterque l. 9. 34 Viri. 35 Uno, id eſt, ſpatio unius diei. 36 Intra ipſa hoſtium caſtra, ſub finem l. 9. 37 Circumdatus. 38 Repetit cum indignatione & Ironicè verba hæc Drancis. 39 Æneæ. 40 Prædica.



Digitized by Google

*Dardanio,* [1] *rebuſque tuis: proinde omnia magno*
*Nec ceſſa turbare metu, atque* [2] *extollere vires*
*Gentis* [3] *bis victæ, & contrà* [4] *premere arma Latini.*
[5] *Nunc &* [6] *Myrmidonum* [7] *proceres Phrygia arma* [8] *tremiſcunt,*
*Nunc &* [9] *Tydides, &* [10] *Lariſſæus Achilles:*
*Amnis &* [11] *Adriacas retrò fugit* [12] *Aufidus* [11] *undas.*
*Vel cùm ſe* [13] *pavidum contra mea jurgia fingit*
[14] *Artificis ſcelus, &* [15] *formidine crimen acerbat.*
[16] *Nunquam animam* [17] *talem dextrâ hac (*[18] *abſiſte moveri)*
*Amittes:* [19] *habitet tecum, & ſit pectore in* [20] *iſto.*
[21] *Nunc ad te, & tua (magne* [22] *pater)* [23] *conſulta revertor.*
[24] *Si* I. *nullam noſtris ultrà ſpem ponis in armis,*
II. *Si tam deſerti ſumus,* III. *&, ſemel* [25] *agmine* [26] *verſo,*
[27] *Funditùs occidimus,* IV. *nec habet fortuna* [28] *regreſſum;*
[29] *Oremus pacem, & dextras* [30] *tendamus* [31] *inermes.*
[32] *(Quanquam, ô! ſi* [33] *ſolitæ quidquam virtutis* [34] *adeſſet,*
[35] *Ille mihi ante alios,* [36] *fortunatuſque laborum,*
*Egregiuſque* [37] *animi, qui, ne* [38] *quid tale videret,*

1 Quibus nulla ſalus eſt per bellum, qui eas defendere non audes. 2 Efferre. 3 Sub Laomedonte, & ſub Priamo. 4 Deprimere & vilipendere. 5 Secundum judicium tuum. 6 Populorum Theſſaliæ. 7 Ductores, ſc. Achilles & Patroclus. 8 Ironia, cum minimè tremant.

9 Diomedes Tydei filius. 10 Theſſalus, ex Lariſſâ, Theſſaliæ oppido. 11 Mare Adriaticum. 12 Apuliæ fl. ſe in mare Adriaticum exonerans. 13 Non audere verum dicere. 14 Artifex ſceleſtus, id eſt, Drances, qui dixerat, *licet arma mihi, mortemque minetur.* Eſt enim ſceleratorum, ſimulare formidinem. 15 Innuit crimen meum multò majus eſſe, ſi auderet. 16 Per me fruêre animâ ignavâ, & indignâ, quâ inquinentur manus mea. *Nos hæc à ſcabie tenemus ungues.* 17 Tam vilem & meticuloſam. 18 O Drance, deſine conturbari: nolo enim in te irruere. 19 Anima tua. 20 Tuo tam vili pectore. 21 Poſtquàm acerbè reſpondit dictis Drancis, tranſit ad dicta Latini. 22 Latinè. 23 Conſultationes, aut res, de quibus conſultum eſt. Latinus hortatus fuerat, *conſulite in medium.* 24 Objectiones *IV.* diluit diſertè, rationibus contrà allatis totidem. *I. II. III. IV.* 25 Exercitu noſtro. 26 In fugam. 27 Ad fundum uſque penitùs occubuimus. 28 Reditum cum favore ad eum, unde diſceſſerit. 29 Ab hoſte noſtro. 30 Protendamus. 31 Imbelles, victas. 32 Utinam ſit mihi iterùm cum hoſte congrediendi poteſtas. Ἀποσιώπησις, quaſi abhorrentis illud *Oremus pacem.* Vide Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 33 Antiquæ. 34 Ineſſet nobis. 35 Haberetur à me præſtans. 36 Feliciter functus laboribus vitæ. Hellen. ut *Egregius animi.* 37 Egregium habens animum. 38 Deditionem hoſti factam.

Pro-

Digitized by Google

*Procubuit moriens, & humum [1] ſemel ore momordit.)*
I. *Sin & opes nobis, & adhuc [2] intacta juventus,*
II. [3] *Auxilioq; urbes Italæ [4] populiq; ſuperſunt:*
III. *Sin & Trojanis cum multo [5] gloria venit*
[6] *Sanguine; ſunt illis ſua funera, parque per omnes*
*Tempeſtas: cur [7] indecores in [8] limine primo.*
*Deficimus? [9] cur ante tubam tremor occupat artus?*
[10] Multa dies variuſque [11] labor mutabilis ævi
Rettulit in [12] melius: IV. multos [13] alterna reviſens
[14] Luſit, & in [15] ſolido [16] rursùs fortuna locavit.
[17] *Non erit auxilio nobis Ætolus, & [18] Arpi?*
*At Meſſapus erit, [19] felixque Tolumnius, & quos*
*Tot populi miſêre duces: [20] nec parva ſequetur*
*Gloria [21] delectos Latio & Laurentibus agris.*
*Eſt [22] & [23] Volſcorum egregiâ [24] de gente Camilla,*
[25] *Agmen agens equitum, & [26] florentes ære catervas.*
[27] *Quòd ſi me ſolum Teucri in [28] certamina poſcunt;*
*Idque [29] placet, [30] tantumque [31] bonis communibus obſto:*

1 Uno impetu, id eſt, morſu terram petens ex indignatione, ne vocem emitteret viro forti indignam, id eſt, utinam potiùs, quàm dedidi tius ſim, ego occubuerim fortiter ſicut Mezentius & Lauſus occubuerunt.
2 De qua adhùc delectus habendus eſt.

3 Ad auxilium, id eſt, qui nobis auxilio ſint. 4 Italiæ. 5 Victoriæ. 6 Suorum ſc. effuſo. 7 Contrà decus agentes. 8 Principio belli. 9 Cur ante claſſicum, & antequàm appareat periculum, trepidi malè ominamur belli exitum? 10 Ecphoneſis in ludibrium fortunæ inconſtantis & variæ, quæ cùm in omnibus rebus, tùm maximè in bello dominatur. 11 Conatus & caſus. 12 Meliorem exitum, quàm incepta ſint. 13 Alternatim, modò hos, modò illos: ἀλλοπρόσαλλος. 14 Illuſit & depreſſit. Ovid. 3. Triſt. *Nempe dat, & quodcunque libet fortuna, rapitque; Irus & eſt ſubitò, qui modò Crœſus erat.* Idem l. 4. de Ponto: *Ludit in humanis divina potentia rebus, Et certam præſens vix habet hora fidem.* 15 Statu. Al. *ſolio.* 16 Jam illuſos. 17 Quid ſi Græculus ille, Diomedem innuit, iners & infelix, quod accepiſtis ex oratione legatorum, neget auxilia: at certè aderit nobis Meſſapus fortis, ut pote invulnerabilis l. 7. & Tolumnius augur l. 8. 18 Populi Arpenſes. 19 In bello. 20 Imò magna. 21 Id eſt, ſine externo milite ſuperabunt. 22 Etiam auxilio nobis. 23 Populorum Italiæ. 24 Virgo bellatrix. De Camilla vide quæ ad l. 7. ſub finem; ubi & hoc hemiſtichium cum ſeq. verſu habetur. 25 Dux equitum. 26 Copias adunatas armis æreis. 27 Ad id reſpondet, quod in fine orationis adjecerat Drances, provocatum Turnum ab Ænea, ut ſingulari certamine rem decernerent. 28 Singularia. 29 Tibi, ô Rex. 30 Quantum Drances dicit. 31 Paci, concordiæ ac ſaluti Reipublicæ obſum, ut, niſi dimicavero, concidant Latini.

*[1] Non adeò has exoſa manus victoria fugit,*
*Ut tantâ quicquam pro ſpe tentare recuſem.*
*Ibo animis [2] contrà, [3] vel magnum [4] præſtet [5] Achillem,*
*[6] Factaque Vulcani manibus [7] paria induat arma*
*Ille licet: [8] vobis animam hanc, ſoceroque Latino,*
*Turnus ego, haud [9] ulli veterum virtute [9] ſecundus,*
*[10] Devoveo: [11] ſolum Æneas vocat? [12] & vocet, oro.*
*Nec Drances [13] potiùs, [14] ſive eſt hæc ira Deorum,*
*[15] Morte luat: [16] ſive eſt virtus & gloria, [17] tollat.*
*[18] Illi hæc inter ſe dubiis de rebus [19] agebant*
*Certantes: caſtra [20] Æneas [21] aciemque movebat.*
*Nuncius ingenti per [22] regia tecta tumultu*
*Ecce [23] ruit, magniſque urbem terroribus implet,*
*Inſtructos acie [24] Tyberino à flumine [25] Teucros,*
*[26] Tyrrhenamque manum totis deſcendere campis.*
*[27] Extemplò turbati [28] animi, [29] concuſſaque vulgi*
*Pectora, & [30] arrectæ ſtimulis haud mollibus iræ.*
*Arma manu trepidi poſcunt: [31] fremit arma juventus:*
*Flent mœſti, [32] muſſantque patres: hîc undique clamor*
*[33] Diſſenſu vario magnus ſe tollit in auras:*
*[34] Haud ſecùs, atque alto in luco cùm fortè caterva*
*[35] Conſedêre avium, [36] piſcoſo-ve amne [37] Paduſæ*

1 Non tam infelix hactenus in bello fui, ut recuſem conari quantumlibet difficile pro rebus communibus, vel pro ſpe tantæ laudis, quàm conſequar, ſi ſolus cæteris omnibus ſalutem peperiſſe dicar. 2 Æneam, vel obvius Æneæ. 3 Etiamſi. 4 Superet viribus. 5 Qui Hectora vicit. 6 Qualia Æneas reverà habuit, licet id ignoraret Turnus.

7 Armis Achillis. 8 Pro ſalute veſtra, & Latini. 9 Ullo inferior. 10 Morti addico Alluſum ad morem & formulam Rom. ducum ſe pro legionibus & patria devoventium. De devotionis formula vide Liv. 9. & quæ nos ad Flor. p. 56. Videndus præter alios Caſaubonus ad Suet. Calig. c. 14. 11 Si verum eſt, quod Æneas vocat me ſolum. 12 Sine eum vocare, paratus ſum. 13 Quàm ego. 14 Sive Diis iratis & nobis adverſis bellare cœpimus. 15 Oro aut volo ut perſolvat morte hoc diſcrimen belli. 16 Sive ex hoc bello maneat. 17 Ea, id eſt, nolo Drances, aut ſuccumbat, aut vincat, ubi ſolus Turnus vocetur. 18 Turnus & Drances aut Latini omnes. 19 Conſultabant & diſſertabant. 20 Sc. dùm. 21 Inſtructam multitudinem populorum. 22 Regiam Latini. 23 Præcipitanter currit. 24 Ubi prima caſtra locaverant. 25 Nuncians. 26 Exercitum Etruſcorum, quorum dux erat Tarchon. 27 E veſtigio, ſtatim. 28 Populi. 29 Attonita ſunt. 30 Accenſæ ſunt puncturis duris. 31 Cum fremitu efflagitat arma, conclamat ad arma. 32 Intra ſe murmurant & queruntur ſeniores: ſuprà, *ſed dicere muſſant.* 33 Quia alii à Turno, alii à Drance diſſentiebant. 34 Se voces in auras tollunt. Comparatio ducta ab avium diverſarum concentu. 35 Simul ſedem ceperunt. 36 Piſcibus abundanti. 37 Fluvii, qui in Padum influit.

*Dant ſonitum* [1] *rauci per ſtagna* [2] *loquacia cygni.*
*Imò, ait, ô cives,* [3] *arrepto tempore, Turnus,*
[4] *Cogite concilium, & pacem* [5] *laudate* [6] *ſedentes:*
*Illi armis in* [7] *regna ruunt. Nec plura locutus*
[8] *Corripuit ſeſe, & tectis citus extulit altis.*
*Tu, Voluſe,* [9] *armari Volſcorum* [10] *edice* [11] *maniplis,*
*Duc, ait, & Rutulos equites* [12] *Meſſapus* [13] *in armis,*
*Et cum* [14] *fratre Coras latis* [15] *diffundite campis.*
[16] *Pars* [17] *aditus urbis* [18] *firment,* [19] *turreſq;* [20] *capeſſant:*
*Cætera,* [21] *quà* [22] *juſſo, mecum* [23] *manus inferat arma.*
[24] *Ilicet in muros tota diſcurritur urbe.*
[25] *Concilium ipſe pater, & magna* [26] *incepta Latinus*
*Deſerit, ac triſti turbatus tempore* [27] *differt:*
[28] *Multaque ſe incuſat,* [29] *qui non* [30] *acceperit ultrò*
[31] *Dardanium Æneam,* [32] *generumque adſciverit* [33] *urbi.*
[34] *Præfodiunt alii portas, aut* [35] *ſaxa,* [36] *ſudeſque*
*Subvectant:* [37] *bello dat ſignum* [38] *rauca* [39] *cruentum*
*Buccina: tunc muros* [40] *variâ cinxêre* [40] *coronâ*

1 Cum rancedine quadam canori. *Raucus* enim, teſte Servio, dictio media eſt. *Volucrum raucarum ad littora nubem.* Æn. 7. 2 Sonora, cygnorum voces referentia; *vel* loquaces cygni. Hypallage. 3 Sumpta hac occaſione, id eſt, poſtquam ex ſubito affultu Æneæ opportunitatem habuit concilii diſſolvendi. 4 Conſultate. Ironica exhortatio in eos, qui pacem ſuaſerant. 5 Eſt autem hic modus imperandi, qui vim prohibendi habet: vult enim dicere, non eſſe tempus conſultandi, ſed bellandi. 6 In concilio; *vel* deſides, pigri. 7 Noſtra. 8 Raptim ſe retraxit, & egreſſus eſt è concilio. 9 Ut armentur. Sic l. 1. *Tu das epulis accumbere Divûm.* 10 Edic, impera. 11 Manipularibus, id eſt, ſignoferis militibus, qui triginta fuerunt in legione. *Manipulus* à *manu* fit, & proprie ſignificat manualem herbarum faſciculum, quem manu quis apprehendit metendo. Ponitur tamen pro exigua militum manu, quæ unum ſignum ſequebatur. Erat autem pars Centuriæ ita dicta, quod ſub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus, *manipulos* fœni ac herbarum haſtis alligatos pro ſignis ſive vexillis gerebat in bello. Hinc *Manipulares milites* dicti. Ovid. 3. Faſt. *Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos: Undè maniplaris nomina miles habet.* 12 Meſſape. 13 Armatos. 14 Catillo, l. 7. 15 Diffusè reducite. 16 Civium aut militum. 17 Acceſſus. 18 Muniant, obſtruant. 19 Murorum. 20 Teneant & defendant. 21 In omnem occaſionem & eventum. 22 Juſſero: ut *faxo*, pro fecero. 23 Armata multitudo. 24 Confeſtim. 25 Cœtum procerum. 26 De pace tractanda. 27 Pacem in aliud tempus. 28 Πολλὰ, multum, ſæpe. 29 Quòd, quia. 30 In generum & regnum. 31 A Dardano ortum. 32 Maritum filiæ. 33 Ad aut in urbem ſuam. 34 Ducunt foſſas ante portas: ut ex præcepto Turni *aditus urbis firment.* 35 Ad feriendum & repellendum hoſtem. 36 Stipites. 37 Ineundo. 38 Rauce ſonans. 39 Cruoris effundendi indicium. 40 Vario cœtu, in modum coronæ circumſtante.

Ma-

*Matronæ, puerique: vocat [1] labor [2] ultimus omnes.*
*Nec non ad templum, ſummaſque ad Palladis arces,*
[3] *Subvehitur magnâ* [4] *matrum* [5] *regina catervâ,*
[6] *Dona ferens;* [7] *juxtàque* [8] *comes Lavinia virgo,*
*Cauſa mali* [9] *tanti, atque oculos* [10] *dejecta* [11] *decoros.*
[12] *Succedunt matres, & templum thure vaporant,*
*Et mœſtas alto fundunt de* [13] *limine voces.*
[14] *Armipotens, belli præſes,* [15] *Tritonia virgo,*
[16] *Frange manu telum* [17] *Phrygii* [18] *prędonis, &* [19] *ipſum*
[20] *Pronum ſterne* [20] *ſolo,* [21] *portiſque* [22] *effunde ſub altis.*
[23] *Cingitur ipſe* [24] *furens certatim in prælia Turnus:*
*Jamque adeò* [25] *Rutulum* [26] *thoraca indutus, ahenis*
*Horrebat* [27] *ſquamis,* [28] *ſuraſque incluſerat* [29] *auro,*
[30] *Tempora* [31] *nudus adhùc, laterique accinxerat enſem,*
*Fulgebatque altâ decurrens* [32] *aureus* [33] *arce,*
*Exultatque animis, & ſpe jam* [34] *præcipit* [35] *hoſtem.*
[36] *Qualis, ubi abruptis fugit* [37] *præſepia vinclis*
*Tandem liber equus, campoque potitus aperto,*
*Aut* [38] *ille in* [39] *paſtus,* [40] *armentaque* [41] *tendit equarum,*
*Aut aſſuetus aquæ perfundi flumine noto*
*Emicat, arrectiſque fremit cervicibus altè*
[42] *Luxurians, luduntque* [43] *jubæ per colla, per armos.*
*Obvia* [44] *cui, Volſcorum acie comitante, Camilla*
*Occurrit, portiſque ab equo* [45] *regina* [46] *ſub ipſis*
*Deſiluit: quam tota* [47] *cohors imitata, relictis*

1 Extrema neceſſitas, quaſi ille dies vitæ aut mortis, libertatis aut ſervitutis futurus ſit arbiter.
2 Summus & maximus.
3 Surſum vehitur pilento: ut lib. 8. *caſtæ ducebant ſacra per urbem Pilentis matres in mollibus.*
4 Matronarum.
5 Amata.
6 Palladi apta, ut peplum, adferens aut offerens.
7 Propè ipſam.
8 Matri.
9 Quantum bellum adferebat. 10 Propter virginalem verecundiam. 11 Pulchros. 12 Templum intrant. 13 Templi. 14 Habens poteſtatem ſuper arma & bella. 15 Pallas. 16 Irritum fac. 17 Æneæ. 18 Prædatoris, qui Turno conjugem prædari conatur. 19 Prædonem. 20 Inclinatum ad terram. 21 Noſtris. 22 Evacua vires ejus. 23 Armis ſuis. 24 Amore Laviniæ. 25 Quali Rutuli utuntur. 26 Munimentum pectoris ſive loricam. 27 Integumentis in modum ſquammarum piſcium factis. 28 Crura ſua. 29 Aureis ocreis. 30 Quo obequitans agnoſceretur à ſuis, dum oratione eos cohortaretur. 31 Nondum habens galeam, id eſt, ſinè galeâ. 32 Aureis armis inſtructus. 33 Regiæ, quâ Laviniam videre ſperabat. 34 Præoccupat. 35 Præcipuum Æneam. 36 Exiſtens talis, *qualis*, &c. Vide Macrob. Sat. l. 6. c. 3. 37 Stabulorum. 38 Equus. 39 Gregem. 40 Paſcua. 41 Petit. 42 Petulanter decurrens. 43 Ejus. 44 Turno ſic decurrenti. 45 Volſcorum. 46 Ante ipſas portas, ſalutatura Turnum, ut exercitus ducem. 47 Turma Volſcorum: nam *cohors* proprie eſt equitum.



Digitized by Google

*Ad terram* [1] *defluxit equis: tùm talia* [2] *fatur:*
*Turne,* [3] *ſui meritò ſi qua eſt fiducia* [4] *forti,*
*Audeo & * [5] *Æneadûm promitto occurrere turmæ,*
*Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contrà.*
*Me* [6] *ſine prima manu tentare* [7] *pericula belli:*
*Tu* [8] *pedes ad* [9] *muros* [10] *ſubſiſte, & mœnia* [11] *ſerva.*
*Turnus ad hæc, oculos* [12] *horrendâ in virgine fixus:*
*O* [13] *decus Italiæ virgo, quas* [14] *dicere grates,*
*Quas-ve* [15] *referre* [14] *parem? ſed nunc (eſt omnia quando*
[16] *Iſte animus* [17] *ſupra) mecum* [18] *partire laborem.*
*Æneas (ut fama* [19] *fidem, miſſique reportant*
*Exploratores)* [20] *equitum levia* [21] *improbus arma*
*Præmiſit,* [22] *quaterent campos: ipſe* [23] *ardua montis*
*Per deſerta jugo properans adventat ad urbem.*
[24] *Furta paro belli, convexo in tramite ſylvæ,*
[25] *Ut bivias armato obſidam milite fauces.*
*Tu* [26] *Tyrrhenum equitem collatis excipe ſignis:*
*Tecum* [27] *acer Meſſapus erit, turmæque Latinæ,*
[28] *Tyburtique manus, ducis & tu* [29] *concipe curam.*
*Sic* [30] *ait, &* [31] *paribus Meſſapum in* [32] *prælia dictis*
[33] *Hortatur,* [34] *ſociosque duces, & pergit in hoſtem.*
*Eſt curvo* [35] *anfractu vallis,* [36] *accommoda fraudi,*
[37] *Armorumq; dolis:* [38] *quam denſis frondibus* [39] *atrum*
[40] *Urget utrimque latus, tenuis* [41] *quà ſemita ducit,*

1 Expedite & cum arte quadam deſcendit ex equis.
2 Camilla.
3 Benè ſperandi de ſe.
4 Cuicunque, ſive viro, ſive mulieri, id eſt, ſi unuſquiſque fortis fidit viribus ſuis.
5 Æneadarum, ad urbem ingruentium.
6 Permitte.
7 Experimenta ſeu præludia belli.
8 Pedeſter ſinè equo.
9 Civitatis hujus.
10 In inſidiis remorare.

11 Cuſtodi. 12 Armis terribili ac metuenda, aut veneratione colenda. 13 Ornamentum. 14 Coner dicere tibi verbis gratias. 15 Re ipſa exhibere & reddere. 16 Tuus. 17 Vincit omne genus beneficii, aut quia ſinè pari magna es. 18 Divide. 19 Credulitatem & certificationem. 20 Velites, id eſt, levis armaturæ equites. 21 Improbandus & deteſtabilis prædo. 22 Ut perturbarent eos, qui in campis ſunt. 23 Loca inacceſſa. 24 Animus eſt mihi eum adoriri aut inſidiis excipere. 25 Poſtquam obſidebo exitus ab iis, qui in ſylva ſunt, aut introitus ingredi volentibus, in duas vias diviſos. 26 Tyrrhenos equites conjunctis ducibus (Meſſapo & Tyburto) per inſidias cape & adorire. 27 Strenuus bellator. 28 Exercitus Tyburti ducis, ſc. Catillus & Coras, Tyburti fratres. 29 Simul cum illis cape ac gere. 30 Turnus. 31 Iis, quibus Camillam hortatus eſt. 32 Obeunda. 33 Admonet & animat. 34 Ejus, aut ſuos duces, id eſt, ductores aliorum. 35 In loco circumfracto, id eſt, angulo. 36 Idonea inſidiis, quas paulo antè appellavit *furta belli*. 37 Armatorum. 38 Vallem. 39 Obſcurum. 40 Coarctat. 41 Per quam viam.



Digitized by Google

*Anguſtaque ferunt [1] fauces, [2] adituſque maligni*
*[3] Hanc ſuper, in [4] ſpeculis ſummoque in vertice montis,*
*Planities [5] ignota jacet, [6] tutique receptus:*
*Seu [7] dextrâ lævaque velis occurrere [8] pugnæ,*
*Sive [9] inſtare jugis, & grandia [10] volvere ſaxa.*
*[11] Hùc [12] juvenis notâ fertur regione viarum,*
*[13] Arripuit locum, & ſylvis [14] inſedit [15] iniquis.*
*[16] Velocem [17] intereà [18] ſuperis in ſedibus [19] Opim,*
*Unam ex [20] virginibus ſociis, [21] ſacrâque catervâ,*
*[22] Compellabat, & has triſtes [23] Latonia voces*
*[24] Ore dabat. Graditur bellum ad [25] crudele Camilla,*
*O [26] virgo, & noſtris [27] nequicquam cingitur [28] armis,*
*[29] Cara mihi ante alias; nec enim novus iſte [30] Dianæ*
*Venit amor, [31] ſubitâque animum dulcedine [32] movit.*
*Pulſus ob invidiam [33] regno, vireſque [34] ſuperbas,*
*[35] Priverno [36] antiquâ [37] Metabus cùm excederet urbe,*
*[38] Infantem [39] fugiens, media inter prælia belli*
*[40] Suſtulit exilio comitem, matriſque [41] vocavit*
*Nomine Caſmillæ, [42] mutatâ parte, Camillam.*
*[43] Ipſe [44] ſinu [45] præ ſe [46] portans juga [47] longa petebat*
*[48] Solorum nemorum: tela undique [49] ſæva [50] premebant,*
*Et [51] circumfuſo [52] volitabant milite [53] Volſci*

1 Exitus. 2 Acceſſus obſcuri & nimis arctî. 3 Vallem. 4 Loco, apto ſpeculationi. 5 Aliena, aut occulta. 6 Latebræ ſeu receptacula quò ſe tutò recipere poteſt exercitus. 7 A dextrâ parte vel ſiniſtrâ. 8 In pugnam. 9 Velis inſiſtere per juga. 10 Deſu, et in aſcendentes hoſtes. 11 Ad hanc vallem. 12 Turnus. 13 Occupavit. 14 Inſidias facturus locum cepit. 15 Quia videre permittunt & non videri. 16 Facta digreſſione in conſilium & colloquium Dianæ cum Nympharum ſuarum una, de conſervanda ab interitu Camilla, deſcribit ſtudium & genus Camillæ. 17 Dum hæc à Turno fierent. 18 Cœlo. 19 Nympham venatricem. 20 Comitibus Dianæ, Nymphis; quin & ipſa Diana Opis vocabatur. Macrob. Sat. l. 5. c. 22. 21 Et ex choro Dianæ conſecrato. 22 Alloquebatur. 23 Latonæ filia Diana. 24 Eloquebatur. 25 Quia fata ipſi per id mortem minantur. 26 Opi. 27 Quippe illis peritura. 28 Sagittis. 29 Dilecta mihi plus quàm aliæ. 30 Mihi. 31 Quæ citò perire poſſet, ſed antiqua. 32 Affecit. 33 Suo. 34 Potentiorem inimicorum. 35 Volſcorum oppidum, hodiè *Peperno*. 36 Nobili, & quæ diu regnaverat. 37 Privernorum rex, pater Camillæ. 38 Adhùc. 39 Camillam. 40 Surſum & in humeris tulit, ut eſſet comes exilio ſuo. 41 Eam Camillam. 42 Quia ablata litera S. Al. *mutilatâ*. 43 Pater. 44 Suo, id eſt, in brachia. Ovid. de Latona Met. 6. *Hinc quoque Junonem fugiſſe puerpera fertur, Inque ſuo portaſſe ſinu duo numina natos.* Horàt. Od. 18. l. 2. *Pellitur paternos in ſinu ferens Deos, Et uxor, & vir, ſordidoſque natos.* 45 Ante. 46 Filiam. 47 Longè poſita, remotiore. 48 Deſertorum; ne in manus perſequentium veniret cum filia ſua. 49 Sævorum hoſtium; ipſum perſequentium. 50 Eum. 51 Ut non eſſet evadendi locus. 52 Circa eum. 53 Privernates.

*Ecce, [1] fuga medio ſummis [2] Amaſenus [3] abundans*
*Spumabat ripis (tantus ſe [4] nubibus imber*
*[4] Ruperat) [5] ille [6] innare parans, infantis amore*
*[7] Tardatur, [8] charoque oneri timet: [9] omnia ſecum*
*[10] Verſanti ſubitò, vix hæc ſententia [11] ſedit.*
*[12] Telum immane, manu validâ quod fortè gerebat*
*Bellator, [13] ſolidum nodis, & robore [14] cocto:*
*[15] Huic [16] natam, [17] libro & ſylveſtri ſubere clauſam,*
*[18] Implicat, atque [19] habilem mediæ [20] circumligat haſtæ,*
*[21] Quam dextrâ ingenti librans, ita [22] ad æthera fatur:*
*Alma, tibi [23] hanc, nemorum [24] cultrix Latonia virgo,*
*Ipſe pater [25] famulam voveo: [26] tua prima per auras*
*Tela tenens ſupplex hoſtem fugit: accipe, [27] teſtor,*
*Diva, [27] tuam, quæ nunc [28] dubiis committitur auris.*
*[29] Dixit, & [30] adducto [31] contortum haſtile lacerto*
*[32] Immittit: [33] ſonuêre [34] undæ: rabidum ſuper [35] amnem*
*[36] Infelix fugit [37] in jaculo ſtridente Camilla.*
*At Metabus, magnâ propiùs jam urgente [38] catervâ,*
*Dat ſeſe [39] fluvio, atque haſtam [40] cum virgine [41] victor*
*[42] Gramineo, [43] donum Triviæ, de [42] ceſpite vellit.*
*Non [44] illum tectis [45] ullæ, non [46] mœnibus urbes*
*Accepêre: (neque ipſe [47] manus feritate dediſſet)*

1 Cùm Metabus, exiſtens in medio fugæ, perveniſſet tranſiturus ad eum. 2 Volſcorum fluvius. 3 Superfluens. 4 Per nubes ruptas diſſolverat ſe, id eſt, deſcenderat. 5 Pater. 6 In Amaſeno, ut ſalvet infantem. 7 Impeditur: quia noluit eam relinquere. 8 Filiæ quam in ſinu gerebat. 9 Omnes modos ſe & filiam ſervandi. 10 Cogitanti Metabo. 11 Placuit & cordi fuit. 12 Accipit haſtam valdè magnam. 13 Exiſtens integrum & durum, non cavernoſum, ſed firmum propter nodos. 14 Indurato ab ætate, ſole, igne, fumo: *ut ramale vetus prægrandi ſubere coctum*: Perſius de hoc ipſo Virgilii opere. 15 Telo, id eſt, haſtæ. 16 Camillam. 17 Interiori arboris cortice & ligno levi, quod facile ſupernatat, è ſylvis rapto involutam. 18 Implicando alligat. 19 Portabilem per aquas. 20 Filiam. 21 Haſtam. 22 Cœlum ſuſpiciens me precator. 23 Filiam eam. 24 Habitatrix. 25 Tibi dico & conſecro ut ſerviat tibi. 26 Tibi ſacra, id eſt, illa tuis telis alligata. 27 Obteſtor tibi devotam & dedititiam. 28 De quibus dubitandum eſt, an incolumem eam redditura ſint. 29 Metabus finiverat jam preces. 30 Ad ſe tracto. 31 Impulſum. 32 In auras. 33 Ex impulſu. 34 Amaſeni. 35 Amaſenum. 36 Miſera. 37 Alligata jaculo ſtridenti. 38 Hoſtium. 39 In fluvium. 40 Ad quam Camilla erat alligata. 41 Voti compos. l. 8. *mihi* victor *honores Perſolves*. 42 Terra herboſa, in quâ fixa erat haſta. 43 Filiam, Dianæ munere & opera incolumem. Al. quam pater Dianæ dederat. 44 Metabum. 45 Quæcunque in Italia eſſent. 45 Nec in civitates, nec in privatam admiſſus eſt domum. 47 Subdidiſſet ſe, conſenſiſſet recipere volentibus præ feritate ſuâ, id eſt, quia feræ vitæ aſſuetus erat.



Digitized by Google

*Paſtorum & [1] ſolis [2] exegit montibus [3] ævum.*
*[4] Hîc natam in dumis, interque [5] horrentia [6] luſtra,*
*[7] Armentalis equæ mammis, & lacte [8] ferino*
*[9] Nutribat, teneris immulgens [10] ubera [11] labris.*
*Utque pedum primis [12] infans veſtigia [13] plantis*
*[14] Inſtiterat, jaculo [15] palmas oneravit acuto,*
*Spiculaque ex humero [16] parva ſuſpendit & arcum.*
*[17] Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,*
*[18] Tigridis exuviæ per dorſum à vertice [18] pendent.*
*Tela manu [19] jam cùm tenerâ [20] puerilia [21] torſit,*
*Et [22] fundam [23] tereti circùm caput [24] egit [23] habenâ,*
*[25] Strymoniamque gruem, aut album dejecit [26] olorem.*
*Multæ [27] illam [28] fruſtrà [29] Tyrrhena per oppida matres*
*Optavêre [30] nurum: ſolâ contenta [31] Dianâ,*
*[32] Æternûm [33] telorum, & virginitatis amorem*
*[34] Intemerata colit: vellem [35] haud correpta fuiſſet*
*Militiâ [36] tali, conata laceſſere Teucros:*
*Chara mihi comitumque foret nunc una mearum.*
*[37] Verùm age, quandoquidem fatis urgetur [38] acerbis,*
*[39] Labere Nympha polo, fineſque [40] inviſe Latinos,*
*Triſtis ubi [41] infauſto committitur omine pugna*
*[42] Hæc cape, & [43] ultricem pharetrâ deprome ſagittam:*
*Hâc quicumque [44] ſacrum violârit vulnere corpus,*

1 Deſertis. 2 Tranſegit. 3 Vitam. 4 In ſolis montibus. 5 Inculta. 6 Speluncas ferarum. 7 Indomitæ, & quæ gregatim inter armenta verſabatur. 8 Equæ feræ. 9 Nutriebat. 10 Equæ. 11 In labia Camillæ. 12 Camilla. 13 Primo ingreſſu. 14 Signaverat. 15 Manus ejus. 16 Cùm adhùc eſſet parva. 17 Loco vittæ aureæ, quâ virgines capillos ſuos alligant, & coopertimenti veſtis muliebris ad talos uſque demiſſæ. 18 Pellis tigridis devictæ pendet illi. 19 Cum adhuc eſſet infans. 20 Pueritiæ apta. 21 Illa. 22 Inſtrumentum effundendi atque jaciendi lapidem. 23 Loro, quo habetur, id eſt, tenetur, rotundo in longum. 24 Rotavit. 25 Threïciam, è Thracia advenam, & in Strymone fluvio verſari ſolitam. 26 Cygnum. 27 Camillam. 28 Quia nubere nolebant. 29 Nobiles matronæ quæ habitant in diverſis oppidis Tyrrhenis. 30 Filiorum ſuorum conjugem. 31 Me & præſidio meo. 32 In æternum. 33 Venatoriorum. 34 Exiſtens intacta & incorrupta. 35 Quod non implicata fuiſſet. 35 Quam Latini contra fata adverſus Trojanos gerunt. 37 Epilogus conſtat mandatis exequendis. 38 Immaturis & inevitabilibus. 39 O Opi, leniter deſcende cœlo. Βάσκ' ἴθι Ἶρι ταχεῖα λιπῶσ' ἕδȣ Ὀλύμποιο. Il. 23. 40 Scrutare. 41 Quia interficietur. 42 Tela. 43 Vindicatricem necis ejus. 44 Mihi dicatum.

*[1] Tros, Italus-ve, mihi [2] pariter det ſanguine pœnas.*
*[3] Pòſt ego [4] nube cavâ miſerandæ corpus & arma*
*[5] Inſpoliata [6] feram [7] tumulo, [8] patriæque [9] reponam.*
*[10] Dixit: at [11] illa leves cœli demiſſa per auras*
*Inſonuit, [12] nigro circumdata turbine corpus.*
*[13] At [14] manus [15] intereà muris Trojana propinquat*
*Etruſcique duces, equitumque exercitus omnis,*
*[16] Compoſiti numero in turmas: fremit [17] æquore toto*
*Inſultans [18] ſonipes, & [19] preſſis [20] pugnat habenis*
*[21] Hùc obverſus & hùc: tùm latè [22] ferreus [23] haſtis*
*[24] Horret ager, campiq; armis [25] ſublimibus [26] ardent.*
*Nec non Meſſapus [27] contrà, [28] celereſque Latini,*
*Et cum [29] fratre Coras, & virginis [30] ala Camillæ,*
*[31] Adverſi [32] campo apparent, haſtaſq; [33] reductis*
*Protendunt longè dextris, & ſpicula [34] vibrant:*
*Adventûſque virûm, fremitûſque [35] ardeſcit equorum.*
*Jamque [36] intra jactum teli progreſſus [37] uterque*
*[38] Subſtiterat: ſubito [39] erumpunt clamore, [40] frementeſque*
*Exhortantur equos: fundunt ſimul undique tela*

1 Sive ſit Trojanus ſive Italus. 2 Pari forma. 3 Poſteà, quàm interfecta fuerit. 4 Tecta in nube concavâ, quæ Deorum machina fertur à Poëtis. 5 Per ſpoliationem non ablata. 6 Inferam in tumulum. τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. Il. 16. 7 Defendebantur cadavera ab amicis, ne ſpoliarentur.

8 Suæ. 9 Reſtituam. 10 Diana. 11 Opis. 12 Ad luctum concolori nube tecta deſcendit. Venus contrà ad lætitiam *æthereos inter Dea candida nimbos Dona ferens aderat.* lib. 8. 13 Narrat, quomodo exercitus Æneæ ad urbem advenerit, & quomodo acceptus ſit à Latinis, qui jam exierant. 14 Exercitus. 15 Diſtributi ſecundùm numerum debitum in turmas: turma autem conſtat ex 30. ut plurimùm equitibus. 16 Dum Opim dimittebat Diana. 17 Campo plano. 18 Equus, à calceamentis ferreis, quibus ſonum edit, ingrediens. 19 Compreſſis, ne in hoſtem ruat. 20 Repugnat. 21 Modò in hanc, modo in illam partem, cùm maluiſſet in hoſtem progredi. 22 Armis ferreis armatorum coopertus. 23 Extenſis. 24 Terribilis eſt. 25 Ab altis viris geſtis. 26 Reſplendent. 27 Ex adverſa parte. 28 Agiles & expediti in bello. Reſpicit militiam Romanam & equites Romuli, quos *Celeres* appellavit. 29 Catillo. 30 Equitum cornu, quod duxit Camilla. *Ala* enim propriè equitum, ut *Cornu* peditum. 31 Ex adverſo ſtantes. 32 In. 33 Manu retrorſum ductis, ad majorem impetum. 34 Quatiunt. 35 Fervet moræ impatiens. 36 Ut telo jacto contingere ſe mutuo poſſent. 37 Exercitus Trojanorum & Latinorum. 38 Reſtiterat. 39 Ex ſtatione ſuâ in pugnam. 40 Furentes; id eſt, Martio furore accenſos.

*Cre-*

Digitized by Google

*Crebra*, [1] *nivis ritu*, [2] *cœlumque* 3 *obtexitur* 4 *umbrâ.*
*Continuò* 5 *adverſis* [6] *Tyrrhenus, & acer Aconteus,*
*Connixi incurrunt* 5 *haſtis, primique* 7 *ruinam*
*Dant ſonitu ingenti,* [8] *præfractaque* 9 *quadrupedantum*
*Pectora* [10] *pectoribus rumpunt:* [11] *excuſſus Aconteus*
*Fulminis in morem, aut tormento* [12] *ponderis acti,*
13 *Præcipitat longè, & vitam diſpergit in auras.*
14 *Extemplò* [15] *turbata* [16] *acies,* [17] *verſique Latini*
18 *Rejiciunt parmas, &* [19] *equos ad mœnia vertunt.*
*Troës* [20] *agunt:* [21] *princeps* [22] *turmas* [23] *inducit* 24 *Aſylas.*
*Jamque propinquabant portis,* [25] *rurſùſque Latini*
*Clamorem tollunt, & mollia* [26] *colla reflectunt:*
27 *Hi fugiunt, penitùſque datis referuntur habenis.*
*Qualis ubi* [28] *alterno procurrens* [28] *gurgite* [29] *pontus*
30 *Nunc ruit ad terras,* [31] *ſcopuloque ſuperjacit undam*
32 *Spumeus,* 33 *extremamque* 34 *ſinu perfundit arenam:*
*Nunc rapidus retrò atque æſtu revoluta reſorbens*
*Saxa, fugit, littuſque* 35 *vado labente relinquit.*
*Bis Thuſci Rutulos egêre ad mœnia* 3[6] *verſos,*
*Bis* 37 *rejecti* 3[8] *armis reſpectant terga tegentes.*
*Tertia ſed poſtquam congreſſi in prælia, totas*
39 *Implicuêre inter ſe acies,* [40] *legitque virum vir,*

1 Ad morem nivis ex aëre decidentis.
2 Licuit ergo in umbrâ pugnare, quod dixit Lacon.
3 Obtegitur.
4 Telorum.
5 In haſtas mutuas.
6 Videtur hic eſſe Orphitus, Æneæ favens, cui à ſe interfecto infrà inſultat Camilla: *Silvis te, Tyrrhene, feras agitare putaſti?*
7 Dejecti mutuo impetu.
8 Pertracta. 9 Equorum, quaternis pedibus currentium. 10 Mutuò occurrentibus. 11 Equo. 12 Pilæ ferreæ vel plumbeæ ſive glandulæ à machina bellica actæ. 13 Se, id eſt, præcipitatur, præceps ruit. 14 Illicò, ut viderunt Acontea excuſſum. 15 Attonitæ ſunt. 16 Latinorum. 17 In fugam. 18 Retrò agunt, non abjiciunt, ſcuta ſua levia. 19 Fugiunt Latini morte Acontei. 20 Perſequuntur ſic arte fugientes. 21 Principium tenens. 22 Equitum Latinorum. 23 Immittit, contra hoſtes inducit. 24 Trojanus. 25 Reſumptis viribus; *vel*, quia fugam ex arte & conſilio ſimularant. Al. *verſique*, ſc. in perſequentes. 26 Equorum. 27 Trojani, qui priùs inſecuti erant. 28 Alternis fluctibus, æſtu reciproco fluens refluenſque. 29 Mare. 30 Aliquando. 31 Jacit undam ſuper ſcopulos. 32 Spumoſus. 33 Profundiſſimam, remotiſſimam. 34 Curvatione & flexu undarum. 35 Labens ipſe per vadum. Hypallage. 36 In fugam. 37 Repulſi. 38 Rutulorum. 39 Statario jam prælio & manu conſerta. 40 Quiſque ſibi hoſtem ex adverſo eligit cum quo confligeret.



Digitized by Google

*Tum verò & [1] gemitus morientum, & ſanguine in [2] alto*
*Armaque, corporaque, & permiſti cæde virorum*
*Semianimes volvuntur equi; pugna [3] aſpera ſurgit.*
*[4] Orſilochus Remuli (quando [5] ipſum horrebat adire)*
*Haſtam intorſit equo, ferrumque ſub aure reliquit.*
*[6] Quo ſonipes ictu furit [7] arduus, altaque jactat,*
*Vulneris impatiens, arrecto pectore, crura.*
*Volvitur [8] ille [9] excuſſus humi. [10] Catillus Jolam,*
*Ingentemque animis, ingentem corpore & armis*
*Dejicit Herminium; nudo cui vertice fulva*
*[11] Cæſaries, nudique humeri: nec [12] vulnera [13] terrent:*
*[14] Tantus [15] in arma patet! latos huic haſta per armos*
*Acta tremit, [16] duplicatque viro [17] transfixa dolorem.*
*Funditur ater ubique cruor: [18] dant funera ferro*
*Certantes, [19] pulchramque petunt per vulnera mortem.*
*[20] At medias inter cædes exultat [21] Amazon,*
*Unum exerta latus pugnæ, [22] pharetrata Camilla:*
*Et [23] nunc [24] lenta manu ſpargens haſtilia [25] denſat,*
*Nunc validam dextrâ rapit indefeſſa [26] bipennem.*
*Aureus ex [27] humero ſonat arcus, & [28] arma Dianæ.*
*[29] Illa etiam, ſi quando [30] in tergum pulſa receſſit,*
*Spicula [31] converſo [32] fugientia dirigit arcu.*
*At [33] circùm [34] lectæ [35] comites, Larinaq; virgo,*
*Tullaque, & aratam quatiens Tarpeja ſecurim,*
*[36] Italides: [37] quas ipſa [38] decus ſibi [39] dia Camilla*
*Delegit, pacíſque bonas bellíque miniſtras.*

1 Auditi aut facti ſunt.
2 Profunde & denſo.
3 Quia neutri cedebant.
4 Thuſcus ille.
5 Orſilochum formidabat invadere lancea.
6 Parem in equo Mezentii caſum habes lib. 10. ſub finem.
7 Erecta cervice.
8 Orſilochus.
9 Ab equo.
10 Frater Coræ.
11 Erat.
12 Tela, quibus vulnera fiunt.
13 Eum.
14 Epiphonema in hominis infractum animi robur.

15 Contra tela hoſtilia. 16 Ingeminat dolorem à vulnere duplici, quia transfixa. 17 Secundum humerum penetrans. 18 Efficiunt. 19 Honorabilem. Æn. 2. *pulchrumque mori ſuccurrit in armis.* 20 Refert pugnam & variam ſtragem Camillæ. 21 Tanquam Amazon, Amazonidum more habens lævam mammam nudam, dextram verò cauterio exuſtam, ut expeditius tela torqueret & ſagittas mitteret. Hinc *Amazon* componitur ex *a* priv. & μαζὸς, *mamma*. 22 Pharetris inſtructa. 23 Aliquando. 24 Flexibilia. 25 Multiplicat ea. 26 Securim duas pinnas habentem. 27 Ejus. 28 Sagittæ. 29 Camilla. 30 Retrorſum. 31 In hoſtem. 32 Cum ea; *vel*, ipſa fugiens. Parthorum more, *qui mittunt poſt terga ſagittas*. 33 Camillam. 34 Delectæ ad hoc munus, ſc. *erant*. 35 Camillæ. 36 In Italiæ ortæ fæminæ. 37 Italidas. 38 Ad decus, ad ornamentum. 39 Generoſa. Al. *dura*.

1 *Qua-*

Digitized by Google

[1] *Quales* [2] *Threïciæ cùm flumina* [3] *Thermodoontis*
*Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis:*
*Seu circum* [4] *Hippolyten, ſeu cùm ſe* [5] *Martia* [6] *curru*
*Penthesilea* [7] *refert: magnoque ululante tumultu,*
*Fœminea exultant* [8] *lunatis agmina peltis.*
[9] *Quem telo primum, quem poſtremum* [10] *aſpera virgo*
*Dejicis? aut quot humi morientia corpora fundis?*
*Eumenium* [11] *Clytio* [12] *primùm patre: cujus* [13] *apertum*
[14] *Adverſi longâ tranſverberat* [15] *abiete pectus.*
*Sanguinis* [16] *ille* [17] *vomens rivos cadit, atque cruentam*
[18] *Mandit humum, morienſque ſuo ſe in* [19] *vulnere verſat.*
[20] *Tùm Lirin, Pagaſumque* [21] *ſuper: quorum* [22] *alter* [23] *habenas*
[24] *Suffoſſo revolutus equo dùm colligit,* [25] *alter*
*Dùm* [26] *ſubit, ac dextram* [27] *labenti* [28] *tendit* [29] *inertem,*
*Præcipites pariterque ruunt: his* [30] *addit Amaſtrum*
[31] *Hippotadem:* [32] *ſequiturque incumbens eminùs haſtâ*
*Tereaque, Harpalicumque, & Demophoonta, Chrominque:*
*Quotque emiſſa manu contorſit ſpicula virgo,*
*Tot Phrygii cecidêre viri: procul* [33] *Orphitus armis*
[34] *Ignotis, & equo* [35] *venator* [36] *Japyge fertur:*
[37] *Cui* [38] *pellis latos humeros erepta juvenco*
[39] *Pugnatori operit:* [40] *caput ingens, oris* [41] *hiatus,*
*Et* [42] *malæ texêre lupi, cum dentibus albis:*

1 Exiſtentes tales, *quales*, &c. 2 In Thracia olim reſidentes. 3 Fluminis Thraciæ, hodie *Pormon*. 4 Hippolyte & Pentheſilea ſorores erant, reginæ Amazonum: illa Theſeo, ex quo Hippolytum peperit; hæc bello Trojano nobilitata. 5 Bellatrix, bellicoſa. 6 De quo pugnaverat. 7 E pugna. 8 Cetris ſeu brevibus ſcutis in formam lunæ inciſis, aut lunam ſemiplenam referentibus. 9 Ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕςατον ἐξενάριξεν; Hector. 5. Il. Homeri. 10 Acris & ſtrenua Camilla. 11 Cui Clytius erat pater. 12 Illa dejicit. 13 Nudatum. 14 Ex adverſo ſtantis. 15 Haſta abiegna. 16 Eumenius. 17 Æn. 9. *Purpuream* vomit *ille animam*: & l. 9. de Euryalo moriente: *Volvitur ille*, vomens *calidum de pectore flumen*. 18 Mordicus oppetit. Sic ſuprà: *Humum ſemel ore momordit*. 19 Sanguine. 20 Deinde dejicit. 21 Eumenium. 22 Prior Liris. 23 Equi. 24 Transfoſſo. 25 Poſterior Pagaſus. 26 Succurrit, & ſe ad ſuſtentationem ruentis inclinat. 27 Liri. 28 Extendit, porrigit. 29 Parum efficacem, nihil proficientem. 30 Camilla. 31 Hippotæ filium. 32 Perſequitur. 33 Tyrrhenus ille. 34 Novis, inſuetis, quæ mox numerantur: pro loricâ tergus taurinum, pro galea lupi caput, pro haſtâ ſparus. 35 Quo venari ſolitus erat. 36 Apulo. Apulia *Japygia* dicta fuit. 37 Orphito. 38 Lorica ex corio juvenci conſerta. 39 Bellatori. 40 Et cui. 41 Rictus. 42 Maxillæ.



Digitized by Google

*[1] Agreſtiſque manus armat [1] ſparus : [2] ipſe [3] catervis*
*[4] Vertitur in mediis, & toto vertice [5] ſuprà eſt.*
*Hunc illa [6] exceptum ( [7] neque enim labor agmine verſo )*
*Trajicit, & ſuper hæc inimico pectore fatur.*
*[8] Sylvis te, [9] Tyrrhene, feras agitare putaſti?*
*Advenit, qui veſtra, dies, [10] muliebribus armis*
*Verba redargueret : [11] nomen tamen [11] haud levo [12] patrum*
*[13] Manibus hoc referes, telo [14] cecidiſſe Camillæ.*
*[15] Protinùs Orſilochum, & Buten, duo maxima Teucrûm*
*Corpora : ſed Buten [16] adverſum cuſpide [17] figit,*
*Loricam galeamque inter, quà colla [18] ſedentis*
*Lucent, & lævo dependet [19] parma lacerto.*
*[20] Orſilochum [21] fugiens, magnumque agitata per [22] orbem,*
*[23] Eludit [24] gyro interior, [25] ſequiturq; ſequentem.*
*Tùm validam perque arma [26] viro perque oſſa ſecurim,*
*Altior inſurgens, oranti & multa precanti*
*[27] Congeminat : vulnus [28] calido rigat ora cerebro.*
*Incidit [29] huic, ſubitoque aſpectu territus [30] haſit*
*[31] Appenninicola bellator filius Auni,*
*[32] Haud Ligurum extremus, [33] dùm [34] fallere fata ſinebant.*

1 Et cui telum ruſticum &c. 2 Pugnator Orphitus. 3 Suis aut Rutulorum. 4 Agit. 5 Omnes, id eſt, eminet. 6 Fraude circumventum, cùm in ſe irrueret. 7 Quod illi non difficile erat, toto agmine in fugam converſo unàque Orphito. 8 An utique putabas tibi venatori rem eſſe cum feris? eſt cum viris; imò cum fœmina; eâque, cujus manu cecidiſſe tibi laudi erit, & apud inferos ſolatio.

9 Orphite. 10 A virgine tractatis. 11 Laudem gravem & magni momenti. 12 Majorum tuorum. 13 Ad manes. 14 Quòd occiſus ſis telo meo, cujus nomen tam inclytum eſt. 15 Statim, poſt Orphiti necem. Proſequitur reliquam Camillæ pugnam, & quam fecerit ſtragem. 16 Ex adverſo ſtantem. 17 Transfigit Camilla. Al. *fixit*. 18 Seſſoris, equitis. 19 Scutum. 20 Et fixit. 21 Cum fugam ſimularet. 22 Circuitum. 23 Eum. 24 Breviori ſc. circulo ſeu revolutione & recurſu & ad centrum tendente: revertendi ſc. animo, illumque ex compendio adoriendi. 25 Quod neceſſe eſt in circulo redeuntibus: quia uterque alternus ſequebatur. Unde Ovid. *Volvitur Ixion, & ſe ſequiturque fugitque.* 26 Orſilocho figit. 27 Multiplicat. 28 Recenter effuſo. 29 In hanc virginem. 30 Reſtitit. 31 Apenninum montem incolentis. Liguria majore ex parte Apennino monti ſubjacet. 32 Bellator non viliſſimus, ſed inter primos Ligurum. 33 Donec. 34 Uti fallaciis in bello.



Digitized by Google

*[1] Iſque ubi ſe nullo jam curſu evadere [2] pugnâ*
*Poſſe, neque [3] inſtantem [4] reginam avertere cernit;*
*[5] Conſilio verſare dolos ingreſſus, & aſtu,*
*Incipit hæc: Quid [6] tam egregium, ſi fœmina forti*
*Fidis [7] equo? dimitte [8] fugam, & te comminùs [9] æquo*
*Mecum crede ſolo, pugnæque accinge [11] pedeſtri:*
*Jam noſces, [12] ventoſa [13] ferat cui gloria [14] laudem.*
*[15] Dixit: at [16] illa [17] furens, acrique incenſa dolore,*
*Tradit equum [18] comiti, paribusq; [19] aſſiſtit in armis,*
*Enſe [20] pedes nudo [21] purâque interrita parmâ.*
*At [22] juvenis [23] viciſſe dolo ratus, avolat ipſe,*
*(Haud [24] mora) [25] converſiſque [26] fugax aufertur habenis,*
*[27] Quadrupedemque citum [28] ferratâ calce fatigat.*
*[29] Vane Ligur, fruſtraque animis elate [30] ſuperbis,*
*Nequicquam [31] patrias tentaſti [32] lubricus artes,*
*Nec fraus te [33] incolumem fallaci perferet [34] Auno.*
*Hæc fatur virgo, & [35] pernicibus [36] ignea plantis*
*Tranſit equum curſu: frænisque [37] adverſa prehenſis*
*[38] Congreditur, pœnaſque [39] inimico à ſanguine ſumit.*
*[40] Quàm facile accipiter ſaxo, [41] ſacer ales, ab alto*

1 Aunus, filius Auni. 2 Al. *pugna*: ut 10 Æn. *tempus deſiſtere* pugnæ. Al. *pugnam*. 3 Inſequentem eum. 4 Camillam. 5 Conatus tractare dolos providentia & calliditate. 6 Eſſe putans tam excellens facinus. 7 Quo avehi poſſe ſperas. 8 Equum fugæ præſidium & ſpem. 9 Committe te terræ æqualiter utrique ad certamen congruæ. 11 Quæ fit à peditibus. 12 Vana, inanis more venti. 13 Adferat. 14 Id eſt, cedat in laudem. Al. *fraudem*, id eſt, damnum, perniciem. 15 Aunus. 16 Camillâ. 17 Irâ. 18 Suæ. 19 Aſtat congredi parata. Al. *reſiſtit*. 20 Pedeſtris. 21 Solâ ſine alio munimento, *vel*, nondùm depicta aliquo inſigni. Jam enim primum in bella deſcenderat Camilla, nec dum ſpecimen aliquod virtutis ediderat, quo parma inſigniri mereretur. 22 Aunus. 23 Evaſiſſe illam, ſe votum obtinuiſſe. 24 Fit. 25 Ad nutum, id eſt, facta plena poteſtate. 26 Ut fugax vel fugiens. 27 Equum celerem. 28 Ferreo calcari munita. 29 Inanis, mentiens in factis & verbis. Nam Ligures, qui Apenninum tenuerunt, latrones, inſidioſi, fallaces, mendaces, fuerunt. 30 Quod ſic viceris per fraudem evadens. 31 Patris tui, id eſt, fraudulentas. 32 Fallax, & ut anguilla lubrica elabi ſperans, mobilis. 33 Salvum. 34 Patri. 35 Velocibus. 36 Citato curſu & quaſi igneo levis, ipſum equitem antevertit: de Camillæ pernicitate dictum 7. l. ſub finem. *Illa vel intacta ſegetis per ſumma volaret, &c.* 37 Ex adverſo veniens & oppoſita equo, quem præverterat. 38 Cum Anno. 39 Anni ſc. 40 Tam facilè, *quàm*, &c. Comparatione victoriæ celeritatem amplificat. 41 Marti conſecratus, ut Aquila Jovi, Columba Veneri, Pavo Junoni. Huic avi nativum odium, & internecinum bellum eſt cum aquilâ. Ovid. 1. Triſt. el. 1. *Terretur minimo pennæ ſtridore columba Unguibus, accipiter, ſaucia facta tuis.*

Com-

*Conſequitur pennis [1] ſublimem in nube columbam,*
*Comprenſamque [2] tenet, [3] pedibuſque eviſcerat uncis:*
*Tùm cruor & vulſæ labuntur ab [4] æthere plumæ.*
*At [5] non [6] hæc [5] nullis [7] hominum ſator atque Deorum*
*Obſervans oculis, ſummo ſedet altus Olympo:*
*[8] Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia ſæva*
*[9] Suſcitat, & ſtimulis [10] haud mollibus [11] incitat iras.*
*Ergo inter cædes, [12] cedentiaque [13] agmina, Tarchon*
*Fertur equo, variiſque inſtigat [14] vocibus [15] alas,*
*[16] Nomine quemque [17] vocans, [18] reficitque in prælia [19] pulſos.*
*[20] Quis metus, ô [21] nunquam dolituri, ô ſemper [22] inertes*
*Tyrrheni, quæ tanta [23] animis ignavia venit?*
*[24] Fœmina [25] palantes agit, atq; [26] hæc agmina [27] vertit?*
*[28] Quò ferrum? quid-ve hæc geritis tela [29] irrita dextris?*
*At non in [30] Venerem ſegnes, [31] nocturnaque bella,*
*Aut ubi curva [32] choros indixit tibia Bacchi,*
*[33] Exſpectare dapes, & [34] plenæ pocula menſæ.*
*[35] Hic amor, [36] hoc ſtudium, [37] dùm [38] ſacra [39] ſecundus aruſpex*
*Nunciet, ac [40] lucos [41] vocet hoſtia pinguis in altos.*
*Hæc [42] effatus, equum in [43] medios, moriturus & [44] ipſe,*

1 In ſublimi volantem. 2 Columbam. 3 Unguibus eam viſceribus ſpoliat. 4 Ubi columbam deprehendit & eviſceravit. 5 Non negligentibus, ſed diligentibus & certis. 6 Quæ Camilla geſſerat. 7 Jupiter. 8 Tyrrhenorum ducem. 9 Occulta inſpiratione. 10 Duris & acribus. 11 Al. *injicit iras*, id eſt, indignationem & ulciſcendi animum. 12 Terga dantia, id eſt, inter occiſos & fugientes. 13 Peditum. 14 Cohortationibus. 15 Equitum. 16 Proprio. 17 Compellans. 18 Inſtaurat. 19 Prius. 20 Qualis, vel quantus. 21 Stupidi, dolorem non ſentientes, ſemper toleraturi tantam ſtragem tantumque dedecus. 22 Ignavi, ſine arte. 23 Veſtris. 24 Una. 25 Vos oberrantes, ut ſtolida pecora, fugat? A turpi. 26 Tanta. 27 In fugam. 28 Ad quem uſum geritis gladium? 29 Inutilia vobis, cùm fugiatis omnes unam fœminam. 30 Amores, id eſt, non ſoletis ſic fœminas fugere, rem Veneream cum eis habituri, ut nunc unam fugitis. 31 Quæ cum puellis geruntur in cubiculis. 32 Bacchantium. 33 Obſervare. 34 Qualia ſolent propinari in cœnâ opiparâ & plenâ. 35 In hac re eſt vobis amor. 36 Hæc diſciplina, hæc militia veſtra eſt. 37 Donec. 38 Secunda. 39 Secunda & proſpera nuntiaturus. 40 Ubi ſacris diebus epulabantur poſteà Romani. 41 Vos. 42 Tarchon. 43 Hoſtes. 44 Eo conſilio, ut mortis diſcrimina adiret.



Digitized by Google

*Concitat, & Venulo adverſum ſe* [1] *turbidus* [2] *infert:*
*Direptumque ab equo dextrâ complectitur hoſtem,*
*Et gremium ante ſuum multâ vi concitus* [3] *aufert.*
[4] *Tollitur in cœlum clamor, cunctique Latini*
*Convertêre oculos: volat* [5] *igneus æquore Tarchon*
*Arma* [6] *virumque ferens: tùm ſummâ* [7] *ipſius ab haſtâ*
*Diffringit ferrum, & partes* [8] *rimatur* [9] *apertas,*
*Qua vulnus* [10] *lethale ferat: contrà* [11] *ille repugnans*
[12] *Suſtinet à* [13] *jugulo* [14] *dextram, & vim viribus* [15] *exit.*
*Utque volans altè* [16] *raptum cùm fulva draconem*
*Fert aquila,* [17] *implicuitque pedes, atque unguibus hæſit:*
[18] *Saucius at ſerpens ſinuoſa volumina verſat,*
*Arrectiſque* [19] *horret* [20] *ſquamis, & ſibilat ore,*
[21] *Arduus inſurgens:* [22] *illa* [23] *haud minus* [24] *urget adunco*
[25] *Luctantem roſtro, ſimul æthera verberat alis.*
*Haud aliter prædam* [26] *Tyburtum ex* [27] *agmine Tarchon*
*Portat* [28] *ovans.* [29] *Ducis exemplum, eventumque ſecuti*
[30] *Mæonidæ* [31] *incurrunt: tùm* [32] *fatis debitus Aruns*
*Velocem jaculo & multâ* [33] *prior* [34] *arte Camillam*
*Circuit, &,* [35] *quæ ſit* [36] *fortuna* [37] *facillima, tentat.*
[38] *Quà ſe cunque furens* [39] *medio tulit* [39] *agmine virgo,*
*Hâc Aruns* [40] *ſubit, & tacitus* [41] *veſtigia* [42] *luſtrat:*

1 Commoto animo, vel terribilis. 2 Al. *offert.* 3 Ipſum. 4 A Tyrrhenis. Hoc eſt, quod alibi dixit: *It clamor cœlo.* 5 Curſu citatus celeri: ut modò de Camilla. 6 Venulum. 7 Venuli. 8 Diffindens ſcrutatur. 9 Nudatas. 10 Mortiferum. 11 Venulus obluctans, ne occidatur. 12 Seorſum tenet. 13 Suo.
14 Tarchontis. 15 Evitat, aut etiam evitare laborat: ſic de Entello l. 5. *Corpore tela modò atque oculis vigilantibus* exit. 16 A ſe. 17 In draconem. 18 Vulneratus ab unguibus. 19 Fit aſper ac rigidus. 20 Ejus. 21 Deſuper. 22 Aquila. 23 Imò plus. 24 Serpentem. 25 Ut evadat. 26 Tyburtinorum. 27 Toto. 28 Exultans. 29 Tarchontis ductum, & virtutem & felicitatem. 30 Tyrrheni, Tarchontis ſocii, ex Mœonia, id eſt, Lydiâ oriundi. lib. 8. Mœoniæ *delecta juventus.* 31 Impetum faciant. 32 Deſtinatus fataliter ad mortem. Fatale enim erat, ex mandato Dianæ, ut ſuprà, mori illum, quiſquis Camillam interficeret. 33 Peritior. 34 Fraude & quaſi ex inſidiis: non auſus congredi. 35 Quæ offeratur occaſio, quâ citius & tutius eam intercipere poſſet. 36 Adoriendi Camillam. 37 Maximè opportuna. 38 Quacunque viâ. 39 Per medium agmen. 40 Clam & ſucceſſive ſubſequitur. 41 Ejus. 42 Obſervat.

Quæ-

1 Camilla. 2 Aruns. 3 Clam. 4 Quibus celeriter utebatur. 5 Accedit ad Camillam. 6 More errantium circumvagatur. 7 Quem Camilla fecerat. 8 Inevitabilem. 9 Improbandus: quia nimiùm avidus & inſidioſus. 10 Quam miſſurus eſt in Camillam. 11 Cùm Camilla occurreret. In hac parte deſcribit necem Camillæ ab Arunte illatam, dum ardentior atque incautior Chlorea ſacerdotem Cybeles inſequitur.

*Quà victrix redit* [1] *illa, pedemque ex hoſte reportat,*
*Hàc* [2] *juvenis* [3] *furtim celeres detorquet* [4] *habenas.*
*Hos* [5] *aditus, jamque hos aditus, omnemque* [6] *pererrat*
*Undique* [7] *circuitum, &* [8] *certam quatit* [9] *improbus* [10] *haſtam.*
[11] *Fortè ſacer* [12] *Cybele Chloreus, olimque ſacerdos,*
*Inſignis longè Phrygiis fulgebat in armis,*
[13] *Spumantemque agitabat equum,* [14] *quem pellis ahenis*
[15] *In plumam ſquamis,* [16] *auroque inſerta,* [17] *tegebat.*
[18] *Ipſe* [19] *peregrinâ ferrugine* [20] *clarus & oſtro,*
*Spicula torquebat Lycio* [21] *Cortynia* [22] *cornu:*
*Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati*
[23] *Caſsida: tùm* [24] *croceam, chlamidemque,* [25] *ſinuſque* [26] *crepantes*
[25] *Carbaſeos, fulvo in nodum collegerat auro,*
[27] *Pictus acu tunicas, &* [28] *barbara* [29] *tegmina crurum.*
[30] *Hunc virgo, ſive ut* [31] *templis præfigeret arma*
*Troïa,* [32] *captivo ſive ut ſe ferret* [33] *in auro,*
*Venatrix,* [33] *unum ex omni certamine pugnæ*
[34] *Cæca ſequebatur, totumque* [35] *incenſa per agmen*
[36] *Fœmineo prædæ, & ſpoliorum ardebat amore.*
*Telum ex inſidiis* [37] *cùi tandem,* [38] *tempore capto,*

12 Conſecratus Cybele. Al. *Cybelo*, nempe ut mons pro numine, quod ibi colitur, ponatur. 13 Animoſum. 14 Equum. 15 In morem plumarum. 16 Squamis aureis conſtructa. 17 Id eſt, habebat pro cooperimento tegmen ex pelle, cui inſertæ erant ſquamæ æreæ, & aureæ in morem plumarum ac ſquammarum piſcium ſe mutuò tegentes. 18 Chloreus eques erat. 19 Hiſpana ferrugine & oſtro, propriè: utroque claruit enim Hiſpania ferro & cocco, ut & velleribus nativi ferruginei coloris, lib. 9. *ferrugine clarus Iberâ*. 20 Inſignis. 21 Cretenſia: *Cortyna* enim urbs Cretæ, ſagittandi arte nobilis. 22 Arcu. 23 Caſſis aut galea. 24 Crocei coloris. 25 Laxas veſtes per ſinum diffluentes ex carbaſo factas. 26 Quia auro rigebant. 27 Indutus tunicam Phrygia pictam arte & acu. 28 Externa. 29 Ut ocreas, vel braccas. 30 Chlorea ſacerdotem. 31 Templo Dianæ. A cauſa finali. 32 In veſtibus ac armis aureis ab hoſte detractis. 33 Solum inter omnes in pugna certantes. 34 Cupidini potiundi horum ſpoliorum. 35 Al. *incanta*. 36 Vehementi. 37 Camillæ moranti. 38 Opportunitate captâ.

Digitized by Google

*Conjicit, & ſuperos Aruns ſic voce precatur:*
[1] *Summe Deûm, ſancti cuſtos [2] Soractis Apollo,*
*Quem [3] primi colimus, cui [4] pineus ardor acervo*
*Paſcitur, & [5] medium, freti pietate, per ignem*
*Cultores multâ premimus veſtigia [6] pruna:*
*Da, pater, hoc noſtris aboleri [7] dedecus [8] armis,*
*Omnipotens: non exuvias, [9] pulſa-ve trophæum*
*Virginis, aut ſpolia ulla peto: mihi [10] cætera laudem*
*Facta [11] ferant: hæc dira meo [12] dùm vulnere [13] peſtis*
*Pulſa cadat, patriam [14] remeabo inglorius urbem.*
[15] *Audiit, & [16] voti Phœbus ſuccedere [16] partem*
[17] *Mente dedit, [18] partem volucres diſperſit in auras.*
[16] *Sterneret ut ſubitâ turbatam morte Camillam,*
[17] *Annuit oranti: [18] reducem ut [19] patria alta [20] videret,*
*Non [21] dedit: inque [22] Notos [23] vocem vertêre procellæ.*
*Ergo ut miſſa [24] manu ſonitum dedit haſta per auras,*
*Convertêre [25] animos [26] acies, oculoſque [27] tulêre*
*Cuncti ad [28] reginam Volſci: nihil ipſa nec auræ,*
*Nec ſonitus [29] memor, ac venientis ab æthere teli:*
*Haſta ſub [30] exertam donec perlata [31] papillam*
[32] *Hæſit, [33] virgineumque altè bibit acta cruorem.*
[34] *Concurrunt trepidæ [35] comites, [36] dominamque ruentem*
*Suſcipiunt: fugit ante omnes [37] exterritus Aruns,*
[38] *Lætitiâ, miſtoque metu: nec jam ampliùs haſtæ*

1 Duo precatur, ut Camillam ſternat, & in patriam redeat. 2 Montis Hirpinorum. 3 Præcipui. 4 Pyra è prunis pineis acervatim aggeritur, id eſt, qui tibi ingentem pyram extruimus. 5 Nos cultores tui incedimus illæſi per medium ignem ſuper prunas. 6 Carbone. 7 Quod à virgine ſuperamur tot viri. 8 Hoc telo. 9 Occiſæ. 10 Quæ poſthac facturus ſum. 11 Adferant. 12 Dummodò. 13 Camilla, ut peſtis multos interimens. 14 Repetam ſinè gloria Soracte. 15 Preces Aruntis. 16 Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε. Il. 16. Annuit ſc. de occidenda Camilla, abnuit de redeundo in patriam. 17 Secundum mentem & voluntatem ejus. 18 Voti partem irritam fecit, ventis itaque dedit, negavit ſc. reditum in patriam. 19 Aſſenſus eſt Arunti. 20 Aruntem. 21 Conceſſit. 22 Ventos. 23 Preces. 24 Aruntis. 25 Ad ſtridorem haſtæ. 26 Volſcorum. 27 Direxerunt. 28 Camillam. 29 Fuit. 30 Abſciſſam more Amazonum: ergo ſiniſtram, ut ſit habilis ſagittationi: vide ſuprà hoc l. 31 Mamillæ partem, quæ lactantibus immittitur. 32 Infixa eſt. 33 Et tincta eſt cruore Camillæ virginis. Pathos à ſexu. 34 Refert fugam Aruntis, & ultima verba morientis Camillæ. 35 Latinæ, Acca, & reliquæ. 36 Reginam Camillam. 37 Tanto facinore. 38 Habens lætitiam admixtam metui: quia lætus erat de morte, ſed metuebat ultionem.

Cre-

Digitized by Google

*Credere, nec telis occurrere* [1] *virginis audet.*
*At velut* [2] *ille priùs, quam tela inimica ſequantur,*
*Continuò in montes ſeſe* [3] *avius abdidit altos*
*Occiſo paſtore* [4] *lupus, magno-ve juvenco,*
*Conſcius audacis facti, caudamque* [5] *remulcens*
[6] *Subjecit* [7] *pavitantem utero, ſylvaſque petivit:*
*Haud ſecus ex oculis ſe* [8] *turbidus abſtulit Aruns,*
[9] *Contentuſque fugâ, mediis ſe immiſcuit armis.*
[10] *Illa manu moriens telum* [11] *trahit: oſſa ſed inter*
*Ferreus ad coſtas* [12] *alto ſtat vulnere* [13] *mucro.*
*Labitur exanguis: labuntur* [14] *frigida letho*
*Lumina: purpureus* [15] *quondam color* [16] *ora reliquit.*
*Tùm ſic exſpirans Accam, ex* [17] *æqualibus unam,*
*Alloquitur (fida ante alias quæ ſola Camillæ,*
*Quîcum* [18] *partiri curas) atque hæc ita fatur.*
[19] *Hactenùs, Acca ſoror,* [20] *potui: nunc vulnus acerbum*
[21] *Conficit, &* [22] *tenebris nigreſcunt omnia* [23] *circùm.*
*Effuge, & hæc* [24] *Turno mandata* [25] *noviſſima perfer:*
*Succedat* [26] *pugnæ, Trojanoſque* [27] *arceat urbe:*
*Jamque vale: ſimul his dictis linquebat* [28] *habenas,*
*Ad terram non* [29] *ſponte fluens: tùm frigida toto*
*Paulatim* [30] *exſolvit ſe corpore:* [31] *lentaque colla,*
*Et* [32] *captum letho poſuit caput, arma relinquens:*
[33] *Vitaque cum gemitu fugit* [34] *indignata ſub umbras.*

1 Camillæ, lethaliter vulneratæ. 2 Sæviſſimus. 3 Exiſtens, ſine via, id eſt, nullam viam tenens, ſed, quà datur, fugiens. 4 Aruntem lupo comparat. 5 Demittens & ſubtus alvum retrahens. 6 Eam. 7 Ipſe pavitans. 8 Turbatus metu & lætitiâ. 9 Non attendens ad protectionem ſui, ſed ſoli fugæ intentus.

10 Camilla. 11 Extrahit. 12 Profundo. 13 Acumen haſtæ. 14 Oculi morientes. 15 Dùm vivens, valenſque eſſet. Pathos ab ætate & formâ. 16 Ejus. 17 Coævis & ſodalibus. 18 Solebat partiri, partiebatur, communicabat. 19 Ad hanc uſque ætatem. 20 Bello potens fui. 21 Interficit. Propriè hoc verbum convenit gladiatoribus iis, qui graviſſimis vulneribus ſe mutuò dilaniant. Vide quæ nos ad Sal. p.145. 22 Caligine mortis. 23 Me. 24 Ad Turnum. Sui ſecura, de publico ſollicita, ad Turnum mittit mandata. 25 Ultima. 26 Ad pugnam. 27 Depellat Laurolavinio. 28 Equi. 29 Ultrò, ſicut priùs, cum Turno obviam veniret. 30 Animam exhalat. 31 Flexibilia, vigore defecta: *inque humeros cervix collapſa recumbit.* l. 9. Pathos ab habitu. 32 Interceptum morte inclinavit. 33 Anima, quâ vivebat. Hoc etiam verſu librum duodecimum clauſit. 34 Quod ante diem cogebatur exire.



Digitized by Google

*Tùm verò immenſus [1] ſurgens [2] ferit aurea [3] clamor*
*Sidera: dejectâ, [4] crudeſcit pugna, Camillâ.*
*[5] Incurrunt [6] denſi, ſimul omnis copia Teucrûm,*
*Tyrrhenique duces, [7] Evandrique Arcadis alæ.*
*[8] At [9] Triviæ cuſtos [10] jamdudùm in montibus [11] Opis*
*[12] Alta ſedet ſummis, ſpectatque interrita pugnas.*
*Utque procul medio juvenum in clamore furentum*
*Proſpexit [13] triſti [14] mulctatam morte Camillam,*
*Ingemuitque, deditque has imo pectore voces.*
*Heu nimiùm, virgo, nimiùm crudele luiſti*
*Supplicium, Teucros conata [15] laceſſere bello:*
*Nec tibi [16] deſertæ in dumis coluiſſe Dianam*
*Profuit, aut [17] noſtras humero geſſiſſe pharetras:*
*Non tamen [18] indecorem tua te [19] regina relinquet*
*Extremâ jam in morte: neque hoc [20] ſinè nomine lethum*
*Per gentes [21] erit, [22] aut famam patieris inultæ.*
*Nam quicunque tuum [23] violavit vulnere corpus,*
*Morte luet [24] meritâ. Fuit ingens [25] monte ſub alto*
*Regis [26] Dercenni terreno ex aggere [27] buſtum*
*Antiqui [28] Laurentis, [29] opacâque ilice tectum.*
*[30] Hîc Dea ſe primùm [31] rapido pulcherrima [32] niſu*
*Siſtit, & Aruntem tumulo ſpeculatur ab alto.*
*Ut [32] vidit fulgentem armis, ac [33] vana tumentem,*
*Cur (inquit) [34] diverſus abis? hùc dirige greſſum.*
*Hùc, periture, veni: capias ut [35] digna [36] Camillæ*

1 Oriens. 2 Extenditur uſque ad ſidera. 3 Trojanorum exultantium ob interfectam Camillam. 4 Crudelior fit cæde multorum. 5 In Volſcos & cæteros hoſtes. 6 Stipati & agminatim irruentes. 7 Et milites leves, quos Evander Arcas cum Pallante filio ſuo miſerat. 8 Redit ad narrationem necis Aruntis ab Opi interfecti ſagittis Dianæ. 9 Miniſtra Dianæ, cui ultio Camillæ mandata. Macrob. l. 3. c. 6. 10 Ab eo tempore, quo à Diana demiſſa erat. 11 Sic dicta quod ejus auxilio vita humana adjuvetur. 12 Ut melius proſpiceret. 13 Quia inſidioſa. 14 Afflictam. 15 Provocare. 16 In ſylvis degenti, ſolitariæ. 17 Venatorias. 18 Sine decore. 19 Diana. 20 Ignobile, imò glorioſum. 21 Divulgabitur. 22 Id eſt, ultio fiet de te. 23 Vulneravit. 24 Indecora, qualem meruit: quia inſepultus relinquetur. 25 Aut enim ſub montibus, aut domibus veteres ſepeliebantur. 26 Regis forte antiqui Aboriginum, vel urbis Laurentis: cui certe deeſt lux hiſtoriæ. 27 Sepulchrum, continens cineres corporis combuſti. 28 Soli. 29 Ramoſa & umbroſa. 30 Sub hac ilice. 31 Conatu celeri. 32 Illum. 33 Vano Camillæ à ſe interemptæ honore tumidum. 34 A nobis. 35 Te. 36 Pro Camillæ morte.

Præ-

*Præmia:* [1] *tu-ne* [2] *etiam telis moriêre Dianæ?*
[3] *Dixit, & auratâ volucrem* [4] *Threïſſa ſagittam*
*Deprompſit pharetrâ,* [5] *cornuque* [6] *infenſa tetendit,*
*Et* [7] *duxit* [8] *longè, donec curvata* [9] *coïrent*
*Inter ſe* [10] *capita, & manibus jam tangeret* [11] *æquis,*
*Lævâ aciem* [12] *ferri, dextrâ* [13] *nervoque papillam.*
*Extemplo teli ſtridorem, auraſque ſonantes*
*Audiit unà Aruns, hæſitque in corpore ferrum.*
[14] *Illum exſpirantem ſocii, atque* [15] *extrema gementem*
[16] *Obliti, ignoto camporum in pulvere* [17] *linquunt.*
*Opis ad* [18] *æthereum* [19] *pennis aufertur Olympum.*
*Prima fugit, dominâ amiſſâ,* [20] *levis ala Camillæ:*
[21] *Turbati fugiunt Rutuli,* [22] *fugit* [23] *acer Atinas:*
[24] *Disjectique duces,* [25] *deſolatique manipli*
*Tuta petunt, & equis* [26] *averſi ad* [27] *mœnia tendunt.*
*Nec quiſquam inſtantes Teucros, lethumque ferentes,*
*Suſtentare valet telis, aut* [28] *ſiſtere contrà:*
*Sed* [29] *laxos referunt humeris* [30] *languentibus arcus,*
[31] *Quadrupedumque* [32] *putrem curſu quatit ungula campum.*
*Volvitur ad muros caligine turbidus atrâ*
*Pulvis, & è* [33] *ſpeculis, percuſſæ pectora matres,*
*Fœmineum* [34] *clamorem ad cœli ſidera tollunt.*
*Qui curſu* [35] *portas primi irrupêre patentes,*
*Hos inimica ſuper* [36] *miſto premit agmine* [37] *turba,*

1 Uſque adeò glorioſæ mortis te furiavit ambitio, ut Dianæ telis perire cuperes, violatâ curâque ipſius miniſtrâ.
2 Reſpicit ad Niobes ſobolem, quæ telis Dianæ confixa periit.
3 Opis.
4 Tanquam Threïſſa venatrix ſagittandi arte nobilis.
5 Arcum.
6 Arunti.
7 Sinuavit.
8 A chorda.
9 In circuli formam.

10 Arcus extremitates. 11 Æqualiter extenſis. 12 Sagittæ ſc. cujus ferrum pervenerat ad ſiniſtram, quâ arcum tenebat. 13 Chorda ex nervo facta. 14 Aruntem efflantem animam. 15 Mala mortis. 16 Dianâ id procurante. 17 Eum. 18 Cæleſtem, undè demiſſa erat, dicente Dianâ: *Labere Nympha polo.* 19 Alis aſſumptis. 20 Agilis & inconſtans. 21 Conſternati. 22 Tamen. 23 Quamvis ſtrenuus. 24 A ſtatione ſuâ. 25 Signiferi relicti ſinè conſolatione. 26 A facie hoſtium. 27 Urbis. 28 Firmare greſſum contra irruentes Teucros. 29 Solutos, non amplius tenſos. 30 Laxis & laſſis, languente animo. 31 Equorum. Sic l. 8 *Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.* 32 Reſolutum in pulverem. 33 Undè ſpeculabantur accurſum & fugam ſuorum. 34 Ejulatum. 35 Pathos à loco: ut annotavit Macrob. Sat. l. 4. c. 3. 36 Confuſo. 37 Hoſtium perſequentium.

Nei

Digitized by Google

*Nec miſeram effugiunt mortem: ſed* [1] *limine in ipſo,*
*Mœnibus in patriis, atque inter* [2] *tuta domorum*
*Confixi,* [3] *exſpirant animas: pars claudere portas,*
*Nec ſociis aperire viam, nec mœnibus audent*
*Accipere* [4] *orantes:* [5] *oriturque miſerrima cædes*
*Defendentum armis* [6] *aditus, inque* [7] *arma* [8] *ruentum.*
*Excluſi ante oculos, lacrymantumque ora parentum,*
[9] *Pars in* [10] *præcipites* [11] *foſſas, urgente* [12] *ruina:*
*Volvitur:* [13] *immiſſis pars* [14] *cæca & concita frenis*
[15] *Arietat in portas, &* [16] *duros obice poſtes.*
*Ipſæ de muris ſummo certamine matres*
*(* [17] *Monſtrat amor verus patriæ) ut vidêre* [18] *Camillam,*
*Tela manu* [19] *trepidæ jaciunt:* [20] *ac robore duro,*
*Stipitibus ferrum, ſudibuſque imitantur obuſtis*
[21] *Præcipites,* [22] *primæque mori pro mœnibus audent.*
*Intereà Turnum in* [23] *ſylvis ſæviſſimus implet*
[24] *Nuncius, &* [25] *juveni ingentem* [26] *fert* [27] *Acca tumultum:*
*Deletas Volſcorum acies,* [28] *cecidiſſe Camillam:*
[29] *Ingruere infenſos hoſtes, & Marte* [30] *ſecundo*
[31] *Omnia corripuiſſe:* [32] *metum jam ad mœnia ferri.*
[33] *Ille* [34] *furens (nam* [35] *ſæva Jovis* [36] *ſic* [35] *numina poſcunt)*

1 Urbis. 2 Tecta. 3 Efflant. 4 Socios. 5 Surgit & fit. 6 Urbis. 7 Quæ tenebant contra hoſtem. 8 Cadentium. 9 Excluſorum. 10 Declives, in quas quis poteſt præcipitari. 11 Vallorum aut mœnium. 12 Irruptione irruentium, multitudine cadentium. 13 Equis. 14 Improvida & feſtina. 15 More arietis, bellici inſtrumenti, irruit ſive inſultum facit in portas clauſas. Sic Plaut. in Truc. *Quis tam proterve noſtras ædes* arietat? 16 Propter obicem durè obſtantes. 17 Indicat ita faciendum eſſe. 18 Mortuam. 19 *Vel*, natura ſua, *vel*, feſtinæ. 20 Pro ferro utuntur palis, & ſudibus præuſtis & igne obduratis. 21 Præcipitanter in mortem ruentes. 22 Etiam prius quam viri. 23 Ubi inſidias ſtruebat. 24 Res nuntiata, aut nuncians. 25 Turno. 26 Refert. 27 Ex mandato Camillæ morientis: ſuprà. 28 Occiſam eſſe. 29 Impetum facere: ut, Ingruit *Æneas armis.* 30 Favente. 31 Loca. 32 Timeri jam etiam urbi, periculum jam ipſi urbi imminere. 33 Turnus. 34 Dolore amens. 35 Fatum inevitabile, irrevocabile. 36 Ut furore percitus, ulciſceretur Camillæ mortem, & omiſsâ intercipiendi ex inſidiis Æneæ opportunitate, laborantibus ſuis ſuccurreret, neque adventum ejus exſpectare poſſet.

De

*Deſerit obſeſſos colles, nemora* [1] *aſpera linquit.*
*Vix è conſpectu exierat, campumque tenebat,*
*Cùm pater Æneas, ſaltus* [2] *ingreſſus* [3] *apertos,*
[4] *Exſuperatque* [5] *jugum, ſylvâque* [6] *evadit* [7] *opacâ.*
*Sic ambo ad muros* [8] *rapidi, totoque feruntur*
*Agmine, nec longis inter ſe paſſibus* [9] *abſunt.*
*Ac ſimul Æneas* [10] *fumantes pulvere campos*
*Proſpexit longè,* [11] *Laurentiaque agmina vidit:*
*Et* [12] *ſævum Ænean agnovit Turnus in armis,*
*Adventumque* [13] *pedum,* [14] *flatuſque audivit equorum:*
*Continuò* [15] *pugnas ineant, & prælia tentent,*
*Ni* [16] *roſeus feſſos jam* [17] *gurgite* [16] *Phœbus* [17] *Ibero*
[18] *Tingat equos, noctemque die* [19] *labente reducat.*
*Conſidunt* [20] *caſtris ante urbem, & mœnia* [21] *vallant.*

1 Difficilia acceſſu. 2 Ex ſylvis. 3 Inſidiis jam vacantes, non, ut antè, obſeſſos. 4 Tranſcendit. 5 Montis. 6 Exit. 7 Frondibus denſa. 8 Veloces. 9 Diſtant. 10 Veluti fumantes. A ſignis excitati pulveris, ſurgentes in cœlum, colligit hoſtem adeſſe. 11 Laurentium ſeu Latinorum. 12 Hoſtem, jamque ferocius appropinquantem muris. 13 Sc. *ſtrepitum.* 14 Hinnitus. 15 Iniiſſent pugnam ſingularem, tentaſſentque prælia, niſi diſtinuiſſet utrumque nox interveniens. 16 Sol rubens ſub occaſum. 17 Mari ſeu Oceano Hiſpanico. *Iberus* fluvius eſt Hiſpaniæ: à quo Hiſpani ipſi *Iberi* dicti ſunt. 18 Periphraſis occidentis Solis. 19 Occidente. 20 In tentoriis ſuis. 21 Circumdant vallo Turnus & Æneas.



Digitized by Google

# P. VIRGILII MARONIS
# ÆNEIDOS
## LIBER XII.

### ARGUMENTUM.

ATtritis duobus adverſis prœliis Latinorum viribus, animiſque eorum fractis, Turnus, ubi omnem ſpem ſuam in ſeipſo ſitam videt, fruſtrà diſſuadente Latino, reginaque multis eum cum lacrimis nequicquam retinente, ſingulari certamine cum Æneâ dimicare ſtatuit: ejuſque rei Æneam, per quendam ex ſuis, Idmonem nomine, facit certiorem. Accipit conditionem Æneas, ſolennique utrimque ſacramento fœdus ſancitur. Id Junonis impulſu à Juturna Nympha, Turni ſorore, in falſam Camertis imaginem converſa, perturbatur: primuſque omnium Tolumnius, augur falſo augurio certam ſuis victoriam promittens, unum ex Gylippi filiis haſta trajicit. Æneas quoque, dùm ſubiti tumultus cauſam ignorans, ſuos revocare conatur, ab incerto auctore ſagittâ vulneratus, prælio excedere cogitur. Qua re intellecta Turnus magnam ſibi rei bene gerendæ occaſionem oblatam ratus, ingentem hoſtium ſtragem edit. Interim Venus, decerpto ex Idâ Cretenſi dictamno herbâ, filio ſuo medetur. Refectis viribus Æneas, Aſcanium paucis ſuo exemplo ad virtutem cohortatus, ſuis auxilio accurrit, Turnumque nominatim ad pugnam depoſcit. Verùm cùm Turnus ſui copiam non faceret (Juturna enim, quæ, excuſſo Metiſco auriga, currum ejus moderabatur, in diverſam ſemper partem habenas deflectens, congredi eos non patiebatur) oppugnandæ urbis conſilium capit: admotoque ad mœnia exercitu, in propugnacula, proximaque ædificia ignem conjicit. Ibi Amata, cùm Turnum occiſum arbitraretur, doloris impatientia laqueo vitam finit. His rebus Turno per Sagem nunciatis, cum eò rem reductam videret, ut ſibi neceſſariò dimicandum eſſet, niſi perpeti mallet ſociorum urbem, ſe inſpiciente, in hoſtium poteſtatem pervenire, ultrò Æneam ex præſcripto fœderis ad ſingulare certamen provocat. Eâ pugnâ ſuperior Æneas, cum victi hoſtis precibus jam pene ad miſericordiam flecteretur, conſpecto in humeris ejus balteo, quem occiſo Pallanti Turnus detraxerat, repentè irâ accenſus, gladio per pectus adacto, eum vitâ ſpoliat.

*TUrnus ut* [1] *infractos* [2] *adverſo Marte Latinos*
[3] *Defeciſſe videt, ſua nunc* [4] *promiſſa* [5] *repoſci,*

1 Valde & vere fractos. Nam in auget hoc loco. Liv. l. 3. *oratio ſubmiſſa & infracta.* Val. Max. l. 4. c. 7. *Accedit huc, quod infractæ fortunæ homines magis amicorum ſtudia deſiderant, vel præſidii, vel ſolatii gratiâ:* vel, *infractos*, id eſt, nunquam antea victos, anteà ſemper infractos & invictos. 2 Quia Martem & cæteros Deos adverſos habuerant. 3 Animos deſpondiſſe. 4 De ſingulari certamine, quibus promiſerat. Sic l. 11. *Ibo animis contrà: vel magnum præſtet Achillem.* 5 Exigi à ſuis victis.

*Se*

Digitized by Google

*Se [1] ſignari oculis, ultrò implacabilis [2] ardet,*
*Attollitque animos: [3] Pœnorum qualis in arvis*
*Saucius [4] ille gravi [5] venantum vulnere pectus,*
*[6] Tùm demùm movet [7] arma leo, [8] gaudetque [9] comantes*
*Excutiens cervice toros, [10] fixumque [11] latronis*
*Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento:*
*Haud ſecùs [12] accenſo [13] gliſcit violentia Turno.*
*Tùm ſic affatur [14] regem, atque ita [15] turbidus inſit:*
*[16] Nulla mora in Turno, [17] nihil eſt, quòd [18] dicta [19] retractent*
*[20] Ignavi Æneadæ, nec, quæ [21] pepigêre, [22] recuſent.*
*[23] Congredior: [24] fer ſacra, [25] pater, & concipe [26] fœdus.*
*Aut hac Dardanium dextrâ [27] ſub tartara mittam,*
*[28] Deſertorem Aſiæ (ſedeant, ſpectentque Latini)*
*Et ſolus ferro [29] crimen commune refellam:*
*Aut habeat [30] victos, [31] cedat Lavinia conjux.*
*Olli [32] ſedato reſpondit corde Latinus:*
*O præſtans animi juvenis, quantùm ipſe [33] feroci*
*Virtute exſuperas, tantò [34] me [35] impenſius æquum eſt*
*[36] Conſulere, atque omnes [37] metuentem [38] expendere caſus.*
*I. Sunt tibi regna patris Dauni, ſunt oppida capta*

1 Notari oculis omnium ſuorum, eum alloqui non audentium, ſed tacitè id petentium miſerabili conſpectu. Unde poſt dicturus eſt: *In te ora Latini, In te oculos referunt.* 2 Excandeſcit. 3 Punicis. Species pro genere: ſive quod in Africâ propter plagæ ejus ardorem ſint violentiores. 4 Sæviſſimus princeps ferarum. Κατ' ἐξοχήν. 5 Quod venantes fecerant. 6 Poſtquam vulneratus eſt. 7 Naturalia, id eſt, iram excitat arrectis jubis. 8 De futura pugna. 9 Erigens villos criſpantes. 10 In pectore ſuo. 11 Venatoris, qui à latere, aut è latibulis adortus eſt eum. 12 Per iram. 13 Creſcit. 14 Latinum. 15 Plenus perturbationis. Cui opponitur, *Sedato corde*, mox de Latino. 16 Paratus ſum, quod excipiunt Trojani, ſingulare obire certamen. 17 Nulla eſt ratio, cur. 18 Reſpexit ad nuncium Æneæ. l. 11. *His decuit mecum concurrere ſolis.* 19 Per alium contractum revocent. 20 Inertes, & ſinè induſtria ſuum periculum in caput regis ſui rejicientes. 21 Pacti ſunt nobiſcum. 22 Pacti. 23 Paratus ſum congredi. 24 Feri porcum ad fœdus percutiendum. 25 Latine. 26 Cum Ænea dimicandi. Cujus formam habes infrà. 27 Interficiam. 28 Ex Aſiâ profugum, patriæ deſertorem, imò proditorem. 29 Quod eſt, ab externo omnes à ſedibus pelli, aut iniquas leges ſuſcipere. 30 Omnes. Q. d. aut ego occidar illius manibus. 31 Concedatur illi deſertori Aſiæ. 32 Tranquillo & pacato. Gravi ſanè conſilio & rationibus adductis *VII.* diſſuadet à μονομαχίᾳ. 33 Bellica fortitudine me excedis. 34 Ætate provectiorem. 35 Diligentius. 36 Proſpicere reipublicæ. 37 Me. 38 Examinare dubios rerum eventus.



Digitized by Google

*Multa manu: nec non aurumque* [1] *animuſque Latino*
*eſt.* 23
II. *Sunt* [2] *aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris,*
[3] *Nec genus indecores: ſine me hæc* [4] *haud mollia fatu*
*Sublatis aperire* [5] *dolis, ſimul hoc* [6] *animo hauri.*
III. *Me natam nulli* [7] *veterum ſociare procorum*
[8] *Fas erat: idque omnes* [9] *Divique* [10] *homineſque canebant:* 28
[11] *Victus amore tui,* [12] *cognato ſanguine* [13] *victus,*
[14] *Conjugis & mæſtæ lacrymis,* [15] *vincla omnia rupi:*
[16] *Promiſſam eripui* [17] *genero; atque arma* [18] *impia*
*ſumpſi.* 31
IV. [19] *Ex illo, qui me caſus, quæ, Turne,* [20] *ſequantur*
*Bella, vides: quantos* [21] *primus patiare labores.*
[22] *Bis magnâ victi pugnâ, vix urbe tuemur*
*Spes Italas:* [23] *recalent noſtro Tiberina* [24] *fluenta* 35
*Sanguine adhùc, campique ingentes* [25] *oſſibus albent.*
[26] *Quò referor toties? quæ* [27] *mentem inſania mutat?*
V. *Si, Turno exſtincto,* [28] *ſocios ſum* [29] *accire paratus,*
*Cur non* [30] *incolumi potiùs* [31] *certamina tollo?*
*Quid* [32] *conſanguinei Rutuli, quid cætera dicet* 40
[33] *Italia? ad mortem ſi te (*[34] *fors dicta* [35] *refutet)*
[36] *Prodiderim, natam & connubia noſtra petentem?*
VI. *Reſpice* [37] *res bello varias:* VII. *miſerere parentis*

1 Liberalis, id eſt, juvabo te opibus meis ad alias nuptias.
2 Virgines nubiles, præter Laviniam. A facultate quærendi aliam.
3 Non habentes genus inhoneſtum, ſed nobile & honeſtum.
4 Res non leves ſeu frivolas ad fandum, ſed graves & magni momenti.
5 Fraudibus & verborum ambagibus.
6 Omni attentione animadverte.
7 Qui priùs eam conjugem petierant.
8 Fatis permiſſum erat.
9 Fauni oraculum & vates: redi ad l. 7.
10 Augures & aruſpices vaticinabantur illud, quod non erat fas.
11 Ego tamen contra fata & reſponſa Deorum, *victus*, &c.
12 Cognatione. Venilia enim, mater Turni, erat ſoror Amatæ, uxoris Latini.
13 Epanalepſis.
14 Amatæ.
15 Fœdera cum Ænea icta.
16 Filiam.
17 Æneæ.
18 Quòd, prohibentibus Diis, ea induerit.
19 Poſt illud tempus & factum.
20 Perſequantur.
21 Præcipuus.
22 Semel, occiſo Mezentio l. 10. iterùm, Camilla cæſa l. 11.
23 Ob repetitam cladem, quaſi ſecundò calent.
24 Flumina.
25 Noſtrorum ſc. qui inſepulti relicti ſunt.
26 In quam ſententiam reducor, id eſt, cur ſemel non auſim dicere, quod ſæpè ſenſi?
27 Ut, quod rectè deliberaverim, exequi non audeam?
28 Regni.
29 Trojanos.
30 Turno.
31 Cur non dirimo litem? Argumentatur, citra bellum ſe debuiſſe ſibi Trojanos adjungere.
32 Laviniæ per Amatam.
33 Gens Itala.
34 Quod omen avertant Superi.
35 Irritò faciat.
36 Expoſuerim ac porrò dederim.
37 Incertos belli exitus, & quos ſuprà dixerat caſus.

[1] *Longævi, quem nunc* [2] *mæſtum* [3] *patria Ardea longè*
[4] *Dividit. Haud quaquam* [5] *dictis violentia Turni*
*Flectitur: exſuperat magis,* [6] *ægreſcitque* [7] *medendo.*
*Ut primùm fari potuit, ſic incipit* [8] *ore:*
*Quam pro* [9] *me curam geris, hanc precor,* [10] *optime,* [11] *pro me*
*Deponas, lethumque ſinas pro laude,* [12] *paciſci.*
[13] *Et nos tela, pater,* [14] *ferrumq; haud debile dextrâ*
*Spargimus, &* [15] *noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.*
[16] *Longè illi Dea mater erit, quæ nube* [17] *fugacem*
[18] *Fœmineâ tegat, &* [19] *vanis ſeſe occulat umbris.*
*At* [20] *regina* [21] *novâ pugnæ conterrita ſorte*
*Flebat, &* [22] *ardentem generum moritura tenebat:*
*Turne, per has ego te lacrymas,* [23] *per, ſi quis Amatæ*
*Tangit honos* [24] *animum: (ſpes tu nunc una* [25] *ſenectæ;*
[26] *Tu requies* [27] *miſeræ; decus, imperiumque Latini*
[28] *Te penes; in te omnis* [29] *domus* [30] *inclinata* [31] *recumbit)*
*Unum oro, deſiſte manum* [32] *committere Teucris.*
[33] *Qui te cunque* [34] *manent iſto certamine caſus,*
*Et me, Turne, manent:* [35] *ſimul* [36] *hæc inviſa relinquam*
[36] *Lumina, nec* [37] *generum Æneam captiva videbo.*

1 Dauni ſenioris. Pathos ab ætate: de quo Macrob. Sat. l. 4. c. 3.
2 Propter abſentiam & periculum tuum.
3 Tua.
4 Separat.
5 Latini.
6 Quæ facturis remedia ſperabat Latinus, ſedatam orationem & rationes ponderoſiſſimas, adaugent illa ægrum turbatumque Turni animum.
7 Dum illi mederi conatur.

8 Expreſſè loqui. 9 Vita mea ſervanda. 10 Pater, aut rex. 11 Pro honore meo ſervando. 12 Eligere. 13 Etiam nos, non ſolùm Trojani. 14 Tela robuſta. 15 A nobis illato. 16 Procul erit Æneæ, nihil illi proderit, non ſemper eum victori eripiet Venus. Nam ut *adeſſe* alicui dicitur, qui eum defendit; ita *abeſſe* & *longè eſſe*, à quo non poteſt præſens auxilium ſperari. Sic Flor. 2, 1. 8. Longè *illis nautica artes:* & 2, 6, 34. Longè *illi triplex murus.* Vide quæ nos ibid. 17 Frequenter fugere ſolitum. 18 Velamento fœminis apto: ut in bello Trojano, cùm commiſſus cum Diomede, nube à matre morti ſubtraheretur. 19 Inanibus. 20 Amata regis uxor. 21 Inſolita: quia Turnus non ſolitus erat cum tali viro congredi. 22 Turnum quem generum eſſe cupiebat, vehementer incenſum ad pugnam, ſimilis morituræ vel certa mori retinebat. 23 Per honorem, venerationem Amatæ. 24 Tuum. 25 Noſtræ. 26 Pathos per repetitionem, quam Græci vocant Epanaphoram. Vide Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 27 Amatæ. 28 Eſt in tua poteſtate. 29 Latini. 30 Ad ruinam. 31 Repoſuit ſpem in te, id eſt, tota domus te innititur, ita ut columen familiæ noſtræ ſis. 32 Conſerere cùm Trojanis. 33 Mihi enim certum extincto tibi non ſupereſſe. 34 Exſpectant. 35 Cùm mortem tuam audiero. 36 Hanc vitam mihi moleſtam. 37 Meum.



Digitized by Google

[1] *Accepit vocem lacrymis Lavinia matris,*
[2] *Flagrantes perfuſa genas:* [3] *cui* [4] *plurimus ignem*
*Subjecit rubor, &* [5] *calefacta per ora* [6] *cucurrit.*
[7] *Indum* [8] *ſanguineo veluti* [9] *violaverit oſtro*
*Si quis ebur, vel miſta* [10] *rubent ubi lilia multâ*
*Alba roſâ: tales virgo dabat* [11] *ore colores.*
[12] *Illum turbat amor,* [13] *figitque in virgine vultus:*
*Ardet* [14] *in arma* [15] *magis, paucisque affatur Amatam.*
*Ne quæſo, ne me lacrymis, ne-ve* [16] *omine tanto*
*Proſequere, in* [17] *duri certamina Martis euntem,*
*O mater!* [18] *neque enim Turno* [19] *mora libera mortis.*
*Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta* [20] *tyranno*
*Haud placitura refer. Cùm primùm craſtina* [21] *cœlo*
*Puniceis invecta rotis aurora rubebit,*
*Non Teucros agat in Rutulos: Teucrûm arma quieſcant,*
*Et Rutulûm: noſtro* [22] *dirimatur ſanguine bellum:*
[23] *Illo quæratur* [24] *conjux Lavinia campo.*
[25] *Hæc ubi dicta* [26] *dedit,* [27] *rapiduſque in tecta receſſit,*
*Poſcit equos, gaudetq;* [28] *tuens ante* [29] *ora* [30] *frementes,*
[31] *Pilumno quos ipſa* [32] *decus dedit* [33] *Orithyia,*
[34] *Qui candore nives anteirent,* [35] *curſibus auras.*

1 Lavinia virgo, filia Latini & Amatæ, intellexit vocem matris ſuæ unà cum lacrymis. Amata enim, non Lavinia, flebat.
2 Igne rubore præ pudore ardentes.
3 Cui Laviniæ verecundia ſive pudor, ruborem generans, per genas ſuffuderat ardorem, aut igneum colorem.
4 Abundantiſſimus.
5 Per ruborem.

6 Diſperſus eſt. 7 Indicum, quod albiſſimum eſt. 8 Sanguinei coloris. 9 Miſcuerit. 10 Attrahentia ſibi ruborem à vicinia roſarum. 11 Facie ſuâ. 12 Turnum. 13 Poſtquam ſemel oculos in eam conjecerat. 14 Ad arma tractanda in certamine cum Ænea. 15 Quam priùs. 16 Indicio triſtis exitus. 17 Rigidi, inexorabilis. 18 Non eſt hæc res libera & arbitrii mei: detrectare certamen non licet: eundum mihi vel ad certam mortem. 19 Dilatio mortis: ſiquidem moriendum eſt. 20 Æneæ. 21 Per cœlum, per aërem. 22 Finiatur. 23 Per tale certamen. *Enſe petas: medio poſuit Deus omnia campo.* Pompejus apud Lucanum l. 7. 24 Victoris. 25 Docet, quomodo ſe Turnus inſtruxerit ad pugnam, armaveritque inſignibus. 26 Turnus. 27 Feſtinus. 28 Aſpiciens eos. 29 Sua. 30 Animoſè geſtientes. 31 Atavo Turni. 32 Ad decus & inſigne domum. Sic ſuprà: *Quos ipſa decus ſibi dia Camilla Delegit.* 33 Orithei, regis Athenarum, filia, & uxor Boreæ, qui ex equabus Erichthonii generavit equos velociſſimos. 34 Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Il. 10. de equis Rheſi. 35 Velocitate ventos.

*Circumſtant* [1] *properi aurigæ, manibuſque laceſſunt*
[3] *Pectora* [4] *plauſa cavis, & colla* [5] *comantia pectunt.*
*Ipſe dehinc auro* [6] *ſqualentem,* [7] *alboque* [8] *orichalco*
*Circumdat loricam humeris: ſimul aptat* [9] *habendo*
*Enſemque, clypeumque, & rubræ* [10] *cornua criſtæ:*
*Enſem, quem Dauno* [11] *ignipotens Deus ipſe* [12] *parenti*
*Fecerat, &* [13] *Stygiâ* [14] *candentem tinxerat undâ.*
*Exin, quæ in mediis ingenti* [15] *adnixa columnæ*
*Ædibus aſtabat,* [16] *validam vi corripit haſtam,*
[17] *Actoris Aurunci ſpolium,* [18] *quaſſatque trementem*
*Vociferans.* [19] *Nunc, ô* [20] *nunquam fruſtrata vocatus*
*Haſta meos,* [21] *nunc tempus adeſt: te maximus* [22] *Actor,*
*Te Turni nunc dextra gerit: da ſternere* [23] *corpus,*
*Loricamque manu valida lacerare* [24] *revulſam*
[25] *Semiviri Phrygis, & fœdare in pulvere crines*
[26] *Vibratos calido ferro, myrrhâque madentes.*
[27] *His* [28] *agitur furiis, totoque ardentis ab ore*
[29] *Scintillæ abſiſtunt: oculis micat* [30] *acribus ignis.*
[31] *Mugitus veluti cùm prima in prælia taurus*
*Terrificos ciet, atque iraſci in cornua tentat,*
*Arboris obnixus trunco, ventoſque laceſſit*
[32] *Ictibus, & ſparſa ad pugnam præludit arena.*

1 Agaſones properare & urgere parati. 2 Provocant ad curſum & animoſitatem. 3 Equorum. 4 Palpata. 5 Piloſa. 6 Aureis laminis contextam, in ſpeciem ſquammarum diſpoſitis. 7 Reſpectu auri, id eſt, paulò pallidiore. 8 Ὀρείχαλκος. quaſi dicas, æs montanum. 9 Ad habendum, id eſt, habilem facit, ut congruè poſſit inhærere. 10 Comam 11 Vulcanus. 12 Turni. 13 Qua inconſumtibilem effecerat. 14 Cùm ipſum temperaret. 15 Incumbens. 16 Valdè fortem & magnam. 17 Dono acceptam ab Actore Aurunco, quam tamen ille inter alia ſpolia detraxerat cuipiam hoſti. 18 Quaſſando trementem facit haſtam. 19 Ita equum ſuum alloquitur Mezentius ſub exitu l. 10. 20 Quæ ſemper perfeciſti meas invocationes & deſideria mea, ad quæ te vocavi. 21 Quo tui egebo. 22 Aliquando geſſit. 23 Æneæ. 24 A corpore. 25 Trojani Æneæ mollis & effeminati. *Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu*, &c. Hiarbas ſuprà l. 4. 26 Criſpatos calamiſtro, & unguento delibutos ex myrrhâ facto. 27 Ut haſtam alloqueretur, quaſi rationem habentem. 28 Turnus. 29 Signa ardoris diffunduntur, id eſt, inflammatur facies ejus. 30 Acrimoniæ indicibus, id eſt, ſcintillans oculi. Ovid. 3. de Arte: *Ora tument irâ, nigreſcunt ſanguine venæ, Lumina Gorgonio ſævius angue micant.* 31 Præludit pugnæ mugitu, experiendo cornua ad arboris truncum, tanquàm ad palum ſe exercendo, ventilatione, & arenâ pedum pulſu ſparſâ; vide l. 3. Georg. ubi hi verſus. 32 Cornuum.

1 Nec

Digitized by Google

*[1] Nec minus intereà [2] maternis [3] ſævus in armis*
*Æneas acuit [4] Martem, & ſe [5] ſuſcitat irâ,*
*[6] Oblato gaudens [7] componi fœdere bellum.*
*Tùm ſocios, [8] mœſtique metum ſolatur Iüli,*
*[9] Fata docens: regique jubet reſponſa Latino*
*Certa referre viros, & [10] pacis dicere [11] leges.*
*[12] Poſtera [13] vix ſummos ſpargebat lumine montes*
*Orta dies, cùm primùm alto ſe [14] gurgite tollunt*
*Solis equi, [15] lucemque [16] elatis naribus efflant:*
*Campum [17] ad certamen magnæ ſub mœnibus urbis*
*[18] Dimenſi Rutulique viri, Teucrique parabant:*
*In [19] medieque [20] focos, & [21] Diis communibus aras*
*[22] Gramineas: alii [23] fontemque ignemque ferebant,*
*Velati [24] lino, & [25] verbenâ tempora vincti.*
*[26] Procedit legio [27] Auſonidûm, [28] pilataque [29] plenis*
*Agmina ſe [30] fundunt [29] portis: [31] hinc Troïus omnis*
*Tyrrhenuſque ruit variis exercitus [32] armis:*
*Haud ſecùs inſtructi [33] ferro, quàm ſi aſpera Martis*
*Pugna [34] vocet: nec non mediis in millibus ipſi*
*Ductores auro volitant, [35] oſtroque decori,*
*Et [36] genus Aſſaraci, Mneſtheus, & fortis Aſylas,*
*[37] Et Meſſapus, equûm domitor, Neptunia proles.*
*Utque dato ſigno ſpatia in ſua quiſque receſſit,*

1 Quàm Turnus. 2 Quæ mater ei impetraverat à Vulcano l. 8. 3 Fortis. 4 Acuit ſe ad futurum certamen. 5 Ad pugnam. 6 Ut ſingulariter certet cum hoſte. 7 Finiri. Sic. l. 1. *Ante diem clauſo componet veſper Olympo.* 8 Ob periculum, in quod pater ſe immiſſurus erat. 9 Eſſe in fatis, ut ab ipſius victoriâ Urbi & Imperio æterno jaciantur fundamina. 10 Ineundæ. 11 Conditiones. 12 Poſtridie ejus diei. 13 Vix illuxerat dies. Sic 4. Æn. *Et jam prima novo ſpargebat lumine terras, Tithoni croceum linquens Aurora cubile.* 14 Maris. 15 Claritatem diei. Ennius: *fundunt elatis naribus lucem*, Ἵπποι πῦρ πνέοντες. Pindarus Ode 7. Olymp. *ignemque vomentes.* Ovid. 2. Met. 16 Erectis ad ortum. 17 Sc. *aptum.* 18 Dimetientes, & per certa ſpatia inter ſe dividentes. 19 Campi. 20 Aras ad quas, præſentibus Diis, fœdus percutiebatur. 21 Utriuſque gentis Diis, & neutri partium plus, quàm alteri, faventibus, futuris ſc. fœderum utrimque teſtibus. Sic l. 5. *adhibete penates, Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes*: quàmvis agnoſcam alias & Deos communes eſſe Martem, Bellonam, Victoriam. 22 E ceſpitibus factas. 23 Aquam. Synecdoche. Adhibita in fœderibus feriendis Aqua, & Ignis, ſicut etiam arcendi à ſocietate interdicebantur aquâ & igni. 24. Ligneâ veſte. Pro more ſacrorum, ubi pura & candida omnia, feciales, cognitores arbitrique pacis & belli, lineis induti veſtibus. 25 Herba pura, ſacra. 26 In campum. 27 Auſonidarum. 28 Pilis, id eſt, telis utentia. 29 Quantos portæ effundere poſſunt. 30 Effundunt. 31 Deinde. 32 Inſtructus. 33 Ferreis armis. Al. *bello.* 34 Eos ad certamen. 35 Auratâ purpurâ inſignes. 36 Duo filii Aſſaraci. 37 Hoc eodem verſu bis antea uſus eſt, ſemel l. 7, atque iterum l. 9.

[1] Deſigunt tellure haſtas, & ſcuta reclinant.
Tùm [2] ſtudio effuſæ matres, & [3] vulgus inermum,
Invalidique ſenes, turres & tecta domorum
Obſedêre: alii portis ſublimibus aſtant.
[4] At Juno ex ſummo, qui nunc Albanus habetur,
([5] Tunc quoque nomen erat, neque honos, aut gloria monti)
Proſpiciens tumulo, campum ſpectabat, & ambas
Laurentum, Troumque acies, urbemque Latini.
Extemplò Turni ſic eſt affata [6] ſororem,
[7] Diva Deam, [8] ſtagnis quæ fluminibuſque ſonoris
Præſidet: ([9] hunc illi rex ætheris altus honorem
Juppiter, ereptâ pro [10] virginitate, ſacravit)
[11] Nympha, [12] decus fluviorum, animo gratiſſima noſtro,
Scis, ut te [13] cunctis [14] unam, quæcunque Latinæ
Magnanimi Jovis [15] ingratum aſcendêre cubile,
Prætulerim, [16] cœlique libens in parte locârim:
Diſce tuum ([17] ne me incuſes) Juturna, dolorem;
[18] Quà viſa eſt fortuna pati, Parcæque ſinebant
[19] Cedere res Latio, Turnum, & tua mœnia texi:
Nunc [20] juvenem [21] imparibus video [22] concurrere fatis,
[23] Parcarumq; dies, & [24] vis inimica propinquat.
[25] Non pugnam aſpicere hanc oculis, non fœdera poſſum.

1 Milites deorſùm figunt. Sic Il. 3. παρὰ δ' ἔγχεα μακρὰ πέπηγεν: & ἄσπισι κεκλιμένοι.
2 Cupiditate videndi.
3 Puerorum.
4 Ad Dearum conſilium tranſitio, ut fœdus aliquà vi diſturbetur.
5 Alba enim, à quâ mons Albanus nomen accepit, poſt mortem Æneæ ab Aſcanio condita eſt teſte Livio l. 1.
6 Juturnam.

7 Dea divam. Hypallage. *Divi* enim aſſumpti ſunt, *Dii* æterni. Quin & Juno Diva, quia Jupiter Divus: ſub Divo, vel Dio, id eſt, ſub Jove. 8 Italiæ: numen quippe fontis juxta Numicum fluvium. 9 Ut Nympha ſit. 10 A meritis. 11 Nymphæ, id eſt, fontes omnes ſub Junonis, id eſt, aëris præſidio ſunt, ex cauſa naturali. 12 Vel à ſalubritate, utpote cujus aqua ægrotis medetur: vel à ſanctitate: hinc enim aqua ad omnia ſacrificia Romam allata. 13 Pellicibus Latinis. 14 Solam. 15 Eis minimè profuturum. 16 Divinitatis. Huic Deæ Lutatius Catulus templum fecit in campo Martio. 17 Quod non tibi ſignificaverim. 18 Quatenus à fortuna & fatis conceſſum eſt, ego protexi fratrem tuum & urbem. 19 Succedere populo Latino. 20 Turnum. 21 Æneæ plus, quàm ipſi, faventibus. 22 Concurſurum eſſe. 23 Periodus vitæ à Parcis conſtituta. 24 Fatalis neceſſitas Turno adverſa, cui mortem minatur, inſtat. 25 Ἐπεὶ οὔπω τλήσομ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι Μαρνάμενον φίλον υἱὸν ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ. Priamus, 3. Il. quia & amica numina morituros deſerere dicuntur.

Tu,

Digitized by Google

Tu, pro germano ſi quid [1] præſentius audes,
[2] Perge, decet; forſan [3] miſeros [4] meliora ſequentur.
[5] Vix ea: cùm lacrymas oculis Juturna profudit,
Terque quaterque manu pectus percuſſit [6] honeſtum.
[7] Non lacrymis hoc tempus, (ait Saturnia Juno)
Accelera, & fratrem, ſi quis modus, [8] eripe morti:
Aut tu bella [9] cie, conceptumque [10] excute fœdus.
Auctor [11] ego audendi. Sic [12] exhortata, reliquit
[13] Incertam, & triſti [14] turbatam vulnere mentis.
Intereà [15] reges (ingenti [16] mole Latinus
[17] Quadrijugo vehitur curru, cui tempora [18] circùm
[19] Aurati bis ſex radii fulgentia [18] cingunt,
Solis avi ſpecimen: bigis [20] it Turnus in [21] albis,
Bina manu lato [22] criſpans haſtilia ferro.
[23] Hinc pater Æneas, [24] Romanæ ſtirpis origo,
[25] Sidereo [26] flagrans clypeo, & [27] cœleſtibus armis,
Et juxtà [28] Aſcanius, magnæ ſpes altera Romæ)
Procedunt caſtris: [29] puráque in veſte ſacerdos
[30] Setigeræ fœtum ſuis, intonſamque bidentem
Attulit, admovitque [31] pecus [32] flagrantibus aris.
[33] Illi ad ſurgentem converſi lumina Solem,

1 Felicius, efficacius. 2 Perſevera, & perfice id, quia decet. 3 Bis victos. 4 Ne fortè poſſit fatorum ordo mutari. 5 Vix ea fata eſt Juno, cùm Juturna tota in lacrymas ſolvitur. 6 Pulchrum. 7 Congruit, indiget. 8 Libera à morte. 9 Concita. 10 Rejice abs te.

11 Ero, aut eſſe volo. 12 Juturnam. 13 Quid agat. 14 Perculſum. 15 Latinus & Turnus ex unâ parte, & Æneas & Aſcanius ex alterâ. Docet, quomodo reges, icturi fœdus, convenerint; & primò, quibus verbis Æneas uſus ſit. 16 Pompa & comitatu. 17 Quaternis equis tracto. 18 Circumcingunt. 19 Corona radios habens 12. referens ſigna Zodiaci, argumentum generis ſui, cui mater erat Circe, filia Solis. 20 Invehitur. 21 Quod eſſent de genere equarum Erichthonii. 22 Vibrans, coruſcans, πάλλων: verſus hic habetur 1. Æn. 23 Ex hâc parte. 24 Nam ab eo domus Julia orta eſt. 25 Cœlo demiſſis, à Vulcano fabricatis. 26 More ſiderum ſplendente, aut divino artificio fabricato. 27 Reſplendens. 28 Vehitur juxta patrem. 29 Καθαρῷ ἐσθῆτι κεκοσμένῳ, candida ſc. impolluta & ſacrificiis apta. *Caſta placent ſuperis, purâ cum veſte venite.* Tibull. 2. Eleg. 2. 30 Porcum procreatum à ſue ſetas gerenti, & ovem biennem nondùm tonſam, ſed adhuc creſcentem, ut fœtus diu duret. Porcum in fœderibus feriendis cædi ſolitum nemo non novit ex Liv. l. 1. Suetonii Claud. c. 25. ſuprà Æn. 8. *Caſâ jungebant fœdera porcâ.* 31 Quod feriret. 32 Incenſis. 33 Reges, qui fœdus percuſſuri ſunt, ad orientem converſi. Diis ſuperis ſacra fiebant Sole oriente, Inferis obeunte.



Digitized by Google

[1] *Dant fruges manibus ſalſas, & tempora [2] ferro*
*Summa [3] notant pecudum, [4] pateriſque altaria libant.*
*Tum pius Æneas ſtricto ſic enſe precatur:*
[5] *Eſto nunc Sol teſtis, & hæc mihi [6] terra precanti,*
*Quam propter tantos potui perferre labores:*
*Et [7] pater omnipotens, & tu Saturnia Juno,*
*Jam [8] melior, jam, Diva, precor: tuque, inclyte Mavors,*
*Cuncta tuo qui bella, pater, ſub numine [9] torques:*
*Fonteſque, fluvioſque [10] voco, [11] quæque ætheris alti*
*Religio, & [12] quæ cæruleo ſunt numina ponto:*
*Ceſſerit Auſonio ſi [13] fors victoria Turno,*
[14] *Convenit Evandri [15] victos diſcedere ad urbem:*
*Cedet [16] Iülus agris, [17] nec poſt arma ulla rebelles*
*Æneadæ referent, ferro-ve [18] hæc regna laceſſent.*
[19] *Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem,*
*(Ut potiùs [20] reor, & potiùs Dii [21] numine firment)*
*Non ego nec Teucris [22] Italos parêre jubebo,*
[23] *Nec mihi regna peto: paribus ſe legibus ambæ*
[24] *Invictæ gentes [25] æterna in fœdera mittant.*
[26] *Sacra [27] Deoſq; dabo: ſocer [28] arma Latinus habeto,*
*Imperium [29] ſolenne ſocer: mihi mœnia Teucri*
*Conſtituent, urbique dabit Lavinia nomen.*
[30] *Sic prior Æneas, ſequitur ſic deinde Latinus,*
*Suſpiciens cœlum, [31] tenditque ad ſidera dextram:*
[32] *Hæc eadem, Ænea, terram, mare, ſidera juro,*

1 Prima hoſtiæ probatio fiebat ſparſa mola, vel è frugibus ſalſis, id eſt, farre toſto & ſale miſto. Secunda, ſetis inter cornua vel è fronte hoſtiæ avulſis vel deſectis, inde in ignem conjectis. Tertia, vino inter cornua fuſo, & è pateris in aram libato. Æn. 4. & 6.
2 Forcipe.
3 Vulnerant.
4 Et imbuunt ad futurum ſacrificium altaria vino è pateris ſuperfuſo.

5 Cum reſpectu hæc ad Romani fœderis morem, quem dabit Livius l. 1. *Audi Jupiter, & tu Juno, Quirine, Diique omnes cæleſtes, voſque terreſtres, voſque inferni audite*, &c. nec non fœdus Græcorum & Trojanorum Il. 3. 6 Italica. 7 Jupiter. 8 Faventior, clementior ſolito jam & verè Dea ſis, precor. 9 Regis, ſuſtines. 10 Invoco. 11 Et quicunque Dii in æthere religioſè coluntur. 12 Obteſtor omnia numina cœli, maris, terræ, & inferorum. 13 Fortè. 14 Conveniens eſt & placet. 15 Nos. 16 Filius: cui regnum Italiæ ſciebat deberi. 17 Nunquam deinceps rebellabunt. 18 Pro quibus certamus, quæ ſunt Latini. 19 Hypallage. Si nobis annuerit victoriam Mars; & *noſter*, id eſt, nobis favens. 20 Futurum. 21 Nutu & divinâ ſuâ voluntate confirment. 22 Ut dedititios. 23 Nec peto ſolus dominari. 24 Quaſi invictæ ſint. 25 Indiſſolubilia. 26 Ego fungar Pontificatu, ac religionis curam habebo. 27 Penates. 28 Jus armorum. 29 Solidum, & toto anno duraturum. 30 Recitat verba Latini ad fœdus ſanciendum. 31 Extendit. 32 Quæ juraſti.

1 *La-*

*[1] Latonæque genus duplex, [2] Janumque [3] bifrontem,*
*Vimque Deûm [4] infernam, [5] & diri ſacraria Ditis:*
*Audiat [6] hæc genitor, [7] qui fœdera fulmine ſancit:*
*[8] Tango aras, medioſque ignes, & [9] numina teſtor:*
*[10] Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,*
*[11] Quo res cunque cadent: nec me vis ulla [12] volentem*
*Avertet: [13] non ſi tellurem effundat in undas*
*Diluvio miſcens, cœlum-ve in Tartara ſolvat:*
*[14] Ut ſceptrum hoc (dextrâ ſceptrum nam fortè gerebat)*
*Nunquam fronde levi [15] fundet virgulta, nec umbras,*
*Cùm ſemel in ſylvis imo de ſtirpe reciſum*
*[16] Matre caret, [17] poſuitque comas & bracchia ferro:*
*[18] Olim arbos, nunc artificis manus [19] ære decoro*
*Incluſit, [20] patribuſque dedit [21] geſtare Latinis.*
*Talibus inter ſe [22] firmabant fœdera dictis,*
*Conſpectu in medio procerum: tùm [23] ritè ſacratas*
*In flammam jugulant pecudes, & viſcera vivis*
*[24] Eripiunt, [25] cumulantque [26] oneratis lancibus aras.*

1 Apollinem & Dianam, id eſt, Solem & Lunam. 2 Deum patrium, nec non pacis bellique arbitrum. 3 Bicipitem, ob ſingularem prudentiam, quâ prævidit futura, & præterita ſcivit. 4 Quæ eſt apud inferos, Proſerpinam, Plutonem, & quantum Deorum apud inferos eſt, juro. 5 Loca execrabilia immitis Plutonis. 6 Quæ dicturus ſum. 7 Qui ſanctè conſtituit & ſtabilit fœdera punitione fulminis, ſi violentur. 8 Ex ſolenni jusjurandum & preces concipientium more. 9 Deorum. 10 Nullum tempus. 11 In quemcunque ſtatum res pervenient. 12 Hæc fœdera firma & rata eſſe. 13 Sc. *avertet ulla vis*. Perpetuitatem fœderis aſſeverat, adjuncta conditione impoſſibili, quæ vim habet negationis, q. d. Diluvio prius aut machinæ hujus in Chaos reverſæ ruinâ interibunt omnia, quam pacis hujus fœderiſque diſſolutio. 14 Quemadmodum. 15 Germinabit. 16 Terra: ut 11. Æneid. *Non jam* mater *alit tellus: vel*, arbore: ut 2. Georg. *Laurus Parva ſub ingenti* matris *ſe ſubjicit umbrâ*. 17 Depoſuit, amiſit frondes & ramos cultro. Horat. Od. 7. l. 4. *Diffugêre nives, redeunt jam gramina campis, Arboribuſque* comæ. 18 Quod fuit olim arbor virens. 19 Orichalco ſplendorem auri poſſidente, ipſumque decorante. 20 Regibus. 21 Q. d. Non priùs diſſolvetur hoc fœdus, quàm hoc ſceptrum revirebit & frondebit. 22 Reges, Æneas & Latinus. 23 Expurgatas, probatas ſecundum ritum & ceremonias ſacrificantium. 24 Palpitantia enim & adhùc ſpirantia exta raptim evellebantur victimis, ut poſſent conſuli. Æn. 4. 25 Cumulatim opplent. 26 Plenis & ponderoſis.

*[1] At verè Rutulis [2] impar ea pugna videri*
*Jamdudùm, & vario miſceri pectora [3] motu.*
*Tùm magis, ut [4] propiùs cernunt [2] non viribus æquis.*
*[5] Adjuvat [6] inceſſu tacito progreſſus, & aram*
*Suppliciter venerans demiſſo [7] lumine Turnus,*
*[8] Pubenteſque genæ, & juvenili in corpore pallor.*
*Quem ſimul ac Juturna [9] ſoror [10] crebreſcere vidit*
*[11] Sermonem, & vulgi [12] variare [13] labantia corda,*
*In medias acies, [14] formam aſſimilata [15] Camerti,*
*(Cui genus à proavis ingens, clarumque paterna*
*Nomen erat virtutis, & ipſe [16] acerrimus armis)*
*In medias dat ſeſe acies, haud neſcia rerum,*
*Rumoreſque [17] ſerit varios, ac talia [18] fatur.*
*Non pudet, ô Rutuli, [19] cunctis pro talibus [20] unam*
*Objectare animam? numero-ne, an viribus [21] æqui*
*Non ſumus? en omnes, & [22] Troës, & Arcades hîc ſunt,*
*[23] Fataliſque manus, [24] infenſa Etruria Turno:*
*[25] Vix hoſtem, alterni ſi congrediamur, habemus.*
*[26] Ille quidem ad ſuperos, quorum [27] ſe devovet aris,*
*Succedet famâ, vivuſque per ora [28] feretur:*
*Nos, patria amiſſa, [29] dominis parêre ſuperbis*
*Cogemur, qui nunc [30] lenti conſedimus [31] arvis.*

1 Refert, quomodo Juturna, videns Rutulos, diffidentes viribus Turni, de iniquâ conditione fœderis querulosos, in ſpeciem Camertis fœdera diſrumpere cohortata ſit.
2 Inæqualis; quia Æneas animo, ætate, experientiâ & militari ſcientiâ viſus melior: Turni verò ad aram accedentis infirmitatem proderent inceſſus ſegnis, oculi demiſſi, tabentes genæ, pallor. 3 Commotione. 4 Attentiùs & diligentiùs vident: videbantur Æneas & Turnus non habentes vires æquales. 5 Talem de eo opinionem. 6 Pathos à ſignis & geſtibus. 7 Vultu. Pathos ab habitu perſonæ. 8 Al. *pubenteſque*, id eſt, tenui lanugine tectæ. 9 Turni. 10 Crebriorem fieri, & magis magiſque diſpergi. 11 De Turno. 12 Sermonem aut ſententias de Turno: aliis dicentibus eum victurum, aliis vincendum eſſe. 13 Vacillantia. 14 Per formam. 15 Viro ſtrenuo. 16 Maximè ſtrenuus erat. 17 Diſpergit. 18 Juturna, Camerti aſſimilata. 19 Pro tam arduis negotiis, in quibus certatur pro libertate patriæ. 20 Unius hominis Turni vitam periculo & aleæ belli objicere? 21 Æquales Trojanis. 22 Qui obſervari nobis poſſint. 23 Trojanorum ſc. qui fataliter in Italiam ſe veniſſe jactant. 24 Propter ſocietatem Mezentii. 25 Alternatim, ut, dum alter habeat, alter non habeat. id eſt, pro dimidio exercitu, id eſt, ſi ſecundus quiſque noſtrûm congrediatur. Illis ergo duplo plures ſumus. 26 Turnus quidem merebitur immortalitatem. 27 Morti addicit & ſacrificat ſe. 28 Transferetur, id eſt, tanquam de vivo omnes loquentur. 29 Tyrannis Phrygiis. A turpi. 30 Otioſi & ignavi. Ecl. 1. *tu Tityre lentus in umbrâ*, &c. Penelope Ulyſſi apud Ovid. *Hanc tua Penelope lento tibi mittit Ulyſſe.* 31 In campis, ubi illi congreſſuri ſunt.



Digitized by Google

*Talibus* [1] *incenſa eſt juvenum ſententia* [2] *dictis,*
*Jam magis atque magis,* [3] *ſerpitque per agmina murmur.*
*Ipſi Laurentes mutati, ipſique Latini,*
*Qui ſibi jam requiem pugnæ, rebuſque ſalutem*
*Sperabant, nunc arma volunt, fœduſque precantur*
[4] *Infectum, &* [5] *Turni* [6] *ſortem miſerantur iniquam.*
*His* [7] *aliud majus Juturna adjungit, & alto*
*Dat* [8] *ſignum cœlo: quo* [9] *non præſentius ullum*
*Turbavit mentes Italas,* [10] *monſtroque fefellit.*
*Namque volans* [11] *rubrâ fulvus* [12] *Jovis ales in* [11] *æthrâ,*
[13] *Littoreas agitabat aves, turbamque* [14] *ſonantem*
*Agminis aligeri, ſubitò cùm* [15] *lapſus ad undas*
*Cygnum excellentem* [16] *pedibus rapit* [17] *improbus uncis.*
*Arrexêre animos Itali, cunctæque volucres*
[18] *Convertunt clamore fugam (mirabile viſu)*
*Ætheraque obſcurant pennis,* [19] *hoſtemque per auras*
[20] *Factâ nube premunt: donec vi* [21] *victus & ipſo*
[22] *Pondere defecit,* [23] *prædamque ex unguibus ales*
*Projecit* [24] *fluvio, penituſque in* [25] *nubila fugit.*
*Tùm verò* [26] *augurium Rutuli clamore* [27] *ſalutant,*
[28] *Expediuntque manus: primuſque Tolumnius augur,*
*Hoc erat, hoc votis (inquit) quod ſæpè* [29] *petivi,*
[30] *Accipio, agnoſcoq; Deos:* [31] *me, me duce, ferrum*
*Corripite, ô Rutuli,* [32] *quos improbus* [33] *advena bello*
*Territat, invalidas ut aves, & littora veſtra*

1 Ad diſrumpendum fœdus. 2 Juturna ſub ſpecie Camertis. 3 Sc. fœdum eſſe, Turnum ſolum pro omnium libertate dimicare. 4 Ut ſit non factum, aut annihilatum. 5 Qui ſolus contra fortiorem, ſe dimicaturus ſit. 6 Conditionem. 7 Portentum. 8 Prodigium in aëre. 9 Non efficacius, quia opportunum: vel ex mandato Junonis ſuprà: *Tu pro germano, ſi quid præſentius audes, Perge.* Al. *præſtantius.* 10 Augurio, ſed futili, & ſiniſtrè excepto expoſitoque. 11 Summa aëris regione, propè Ignem. 12 Aquila. 13 In littore verſari ſolitas. Has ipſi interpretabantur Rutulos, aquilam Æneam. 14 Bene ſonantium, id eſt, canentium avium, id eſt, cygnorum. 15 Ales Jovis. 16 Unguibus. 17 Immuniter. 18 Redeunt cum clamore, ſicut in exercitu ſolet fieri. 19 Aquilam: cui Æneam comparat, & Turnum cygno, à ſuis eripiendum. 20 Denſitate alarum multarum factâ. 21 Ales. 22 Arduitas negotii. 23 Cygnum. 24 In fluvium. 25 Obſcurum aërem. 26 Per Juturnam fraude oblatum. 27 Venerantur, & ratum eſſe cupiunt. 28 Aptant ad pugnam. 29 Deſideravi. 30 Ratum habeo & agnoſco favorem Deorum erga nos. Augurium oblativum in impetrativum vertit, ſiniſtrè interpretatus. 31 Epizeuxis. 32 Conſilium perverſum conſultori peſſimum fuit. Aquilam interpretatur Æneam Italica littora vaſtantem; littoreas volucres, Rutulos; cygnum, Turnum. 33 Æneas.

*Vi* 1 *populat :* 2 *petet ille fugam , penituſque* 3 *profundo*
*Vela dabit : vos unanimi denſate catervas ,*
*Et* 4 *regem vobis pugnâ defendite raptum.*
5 *Dixit , & adverſos telum contorſit in hoſtes*
*Procurrens : ſonitum dat ſtridula* 6 *cornus , & auras*
7 *Certa ſecat : ſimul* 8 *hoc , ſimul ingens* 9 *clamor , & omnes*
*Turbati* 10 *cunei , calefactaque corda tumultu.*
*Haſta volans , ut fortè novem pulcherrima fratrum*
*Corpora* 11 *conſtiterant contrà , quos* 12 *fida creârat*
*Una tot Arcadio conjux Tyrrhena Gylippo :*
*Horum* 13 *unum* 14 *ad medium , teritur quà* 15 *ſutilis* 16 *alvo*
*Balteus , &* 17 *laterum juncturas fibula mordet ,*
*Egregium formâ juvenem & fulgentibus armis ,*
*Tranſadigit coſtas , fulvâque* 18 *extendit arenâ.*
*At fratres , animoſa* 19 *phalanx , accenſaque* 20 *luctu ,*
*Pars gladios ſtringunt manibus : pars* 21 *miſſile ferrum*
*Corripiunt ,* 22 *cæcique* 23 *ruunt : quos agmina contra*
*Procurrunt Laurentum: hinc* 24 *denſi rurſùs* 25 *inundant*
*Troës ,* 26 *Agyllinique , &* 27 *pictis Arcades armis.*
*Sic omnes amor* 28 *unus habet ,* 29 *decernere ferro.*
*Diripuêre* 30 *aras : it* 31 *toto turbida cœlo*
32 *Tempeſtas telorum , ac* 33 *ferreus* 34 *ingruit imber :*
*Craterasque ,* 35 *focoſq ;* 36 *ferunt :* 37 *fugit ipſe* 38 *Latinus ,*

1 Populatur ac deprædatur. 2 Sicut aquila petiit. 3 Mari : ſicut aquila penitùs in nubila fugit. 4 Turnum. 5 Tolumnius augur. 6 Haſta cornea. Sic ſuprà l. 9. *Volat Itala cornus.* Materia pro materiato. Nam cornus, quum lignum habeat duriſſimum, haſtis aptiſſima eſt : & *bona bello cornus.* Georg. 2. 7 Inevitabilis. 8 Fit. 9 Fit.

10 Peditum ordines in formam cunei redactorum. *Cuneus* propriè inſtrumentum ferreum eſt , quo ligna ſinduntur : à cujus ſimilitudine peditum multitudo dicitur. *Cuneus* , quæ primâ fronte anguſtior quidem , ſed paulatim latior procedit. 11 Simul ſteterant ex adverſo. 12 Fidelis marito ſuo. 13 Uni. 14 Circa umbilicum. 15 Conſutus. 16 Juxta alvum. 17 Quâ fibula morſu jungit latera baltei. 18 Extenſum proſternit eum. 19 Conferta & inſtructa turba ad modum phalangis Macedonicæ. 20 Dolore fratris occiſi. 21 Jaculum ferreum. 22 Excæcati ac perciti furore , ſalutis improvidi. 23 In hoſtem. 24 Stipati & ſe mutuò comprimentes. 25 More undarum irruunt. 26 Cærites , ab Agylla urbe miſſi. l. 7. 27 Inſignitis. 28 Uniformis. 29 Utri fortiores ſint armis. 30 Ad fœdus faciendum exſtructas. In bello neque ſacris , neque profanis parcitur. 31 Turbans & obſcurans totum aërem. 32 Præcipitatio telorum grandinis aut nivis ſimilis. 33 Ferratorum telorum. *Haſtati ſpargunt haſtas , fit ferreus imber.* Ennius 8. 34 Toto cœlo. 35 In quibus fovebatur ignis ſacrificiis aptus. 36 Auferunt Rutuli. 37 A tumultu belli. 38 Rex.

1 *Pal-*

Digitized by Google

*[8] Pulſatos referens [2] infecto fœdere [1] Divos.*
*Infrenant alii [3] currus, [4] aut corpora ſaltu*
*Subjiciunt in equos, & ſtrictis enſibus [5] adſunt.*
*Meſſapus regem, regiſque [6] inſigne gerentem*
*Tyrrhenum Auleſten, avidus [7] confundere fœdus,*
*[8] Adverſo [9] proterret equo: [10] ruit ille [11] recedens,*
*Et miſer [12] oppoſitis à tergo involvitur aris*
*In caput, inque humeros: at fervidus advolat haſtâ*
*Meſſapus, teloque [13] orantem multa [14] trabali*
*Deſuper [15] altus equo graviter ferit, atque ita fatur.*
*[16] Hoc habet, [17] hæc [18] melior magnis data victima Divis.*
*Concurrunt Itali, [19] ſpoliantque [20] calentia membra.*
*[21] Obvius [22] ambuſtum torrem [23] Chorineus ab arâ*
*Corripit, & venienti Ebuſo, [24] plagamque ferenti,*
*[25] Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit,*
*[26] Nidoremque [27] ambuſta dedit: [28] ſuper [29] ipſe ſecutus,*
*[30] Cæſariem lævâ [31] turbati corripit [32] hoſtis,*
*Impreſſoque genu nitens, terræ [33] applicat ipſum:*
*[34] Sic rigido latus enſe ferit: [35] Podalirius Alſum*
*Paſtorem, [36] primâque acie per tela ruentem*
*Enſe [37] ſequens nudo [38] ſuperimminet: [39] ille ſecuri*
*[40] Adverſi frontem mediam mentumque [41] reductâ*
*[42] Disjicit, & [43] ſparſo latè [44] rigat [45] arma [46] cruore.*
*Olli dura quies oculos, & [47] ferreus urget*

1 Simulachra Deorum violata, ex aris ſublata. 2 Non conſummato. 3 Equos: ut Georg. 1. *neque audit currus habenas.* 4 Aut ſaliunt ſuper equos. 5 Præſto ſunt. 6 Diadema. 7 Diſturbandi. 8 Ex adverſo objecto. 9 Procul terret. 10 Princeps cadit. 11 Recedere parans. 12 Quia invenit aras oppoſitas. 13 Auleſten. 14 Ingenti inſtar trabis. 15 In equo alto. 16 Vulnus lethale: formula accepta ab arena & ludo gladiatorio: ubi hâc voce uſus victor inſultabat victo. Ter. *Captus eſt*, habet. 17 Eſt. 18 Quàm porcus, qui fuiſſet in fœdere cæſus. 19 Diademate. 20 Adhùc palpitantia. 21 Obviàm veniens. Docet, quæ reliqua ſubſecuta ſit pugna, & quomodo vulneratus ſit Æneas. 22 Facem circumuſtam. 23 Alterius Chorinei, cæſi ab Aſylo, lib. 9. meminit. Vide Macrob. Sat. l. 5. c. 15. 24 Inferenti, aut inferre volenti vulnus. 25 Impedit. 26 Fœtorem. 27 Circumuſta. 28 Inſuper. 29 Chorineus. 30 Capillos. 31 Flammis. 32 Ebuſi. 33 Admoves. 34 Applicito terræ. 35 Etiam de parte Æneæ. 36 In. 37 Perſequens. 38 Eminenter ſuper illum incumbit. 39 Superimminens Podalirius, aut potiùs Alſus reſtans, ubi fugere ampliùs non poterat. 40 Oppoſiti & contrà ſtantis. 41 Retrorſùm ductâ, ut fortiùs feriret. 42 Diſcidit. 43 Sparſim effuſo. 44 Madefacit. 45 Interfecti. 46 Al. *cerebro*: ut l. 9. *arma cruenta cerebro.* 47 Durus & imperturbabilis. Hom. 22. Il. *κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.*

*I Som-*

[1] *Somnus, in æternam clauduntur* [2] *lumina* [3] *noctem.*
*At pius Æneas dextram tendebat* [4] *inermem,*
[5] *Nudato capite, atque* [6] *ſuos clamore vocabat.*
*Quò ruitis? quave iſta* [7] *repens diſcordia ſurgit?*
*O cohibete iras: ictum jam fœdus, & omnes*
*Compoſitæ* [8] *leges: mihi jus* [9] *concurrere ſoli.*
[10] *Me ſinite, atque auferte* [11] *metus, ego fœdera* [12] *faxo*
*Firma* [13] *manu:* [14] *Turnum jam debent hæc mihi* [15] *ſacra.*
*Has inter voces, media inter talia verba,*
*Ecce,* [16] *viro ſtridens alis allapſa ſagitta eſt:*
[17] *Incertum, quâ* [18] *pulſa manu, quo* [19] *turbine adacta:*
*Quis* [20] *tantam Rutulis laudem, caſus-ne, Deus-ne*
*Attulerit;* [21] *preſſa eſt inſignis gloria facti,*
*Nec ſeſe* [22] *Æneæ jactavit* [22] *vulnere quiſquam.*
[23] *Turnus ut Æneam cedentem ex agmine vidit,*
[24] *Turbatoſq; duces,* [25] *ſubitâ ſpe* [26] *fervidus ardet:*
*Poſcit equos, atque arma ſimul, ſaltuque ſuperbus*
[27] *Emicat in* [28] *currum, & manibus* [29] *molitur habenas.*
*Multa virûm* [30] *volitans dat fortia corpora letho:*
[31] *Semineces volvit multos, aut agmina curru*
*Proterit, aut* [32] *raptas fugientibus ingerit haſtas.*
*Qualis apud* [33] *gelidi cùm flumina concitus* [34] *Hebri*
*Sanguineus Mavors clypeo* [35] *increpat, atque furentes*

1 Mortem Poetæ noctem, ſoporem, ſomnum vocant. Eſt enim *conſanguineus Lethi ſopor.* Catul. *Soles occidere & redire poſſunt, Nobis cùm ſemel occidit brevis lux, Nox eſt perpetuò una dormienda.* 2 Ejus. 3 Caliginem, id eſt, mortem obiit. 4 Quo in fœdere faciendo admoneret omnes pacis. 5 Ut agnoſceretur. Alludi volunt ad Julium Cæſarem, qui, ut ob equitans à ſuis agnoſceretur, ſuoſque alloqueretur, nudato capite pro eſſit in aciem, ut ſuos in prælium revocaret: quod & factitabant alii Imperatores, Cyrus, Annibal, Maſiniſſa, Æmilius, Adrianus, aliique. 6 Utrumque exercitum jam ſuum vocabat. 7 Repentina. Al. *recens.* 8 Conditiones pacis aut fœderis. 9 Cum Turno. 10 Solum concurrere. 11 Quos infertis. 12 Faciam. 13 Victo ſc. hoſte capitali. 14 Vitam Turni. 15 Sacrificia à Turno violata. 16 In virum Æneam. 17 Autor vulneris ignotus eſt: creditur tamen ſubmiſſus aliquis à Juturna, ex incuſatione Jovis, infrà: *Mortalin' decuit violari vulnere civem?* & Junonis reſponſo, *Juturnam miſero, fateor, ſuccurrere fratri Suaſi, & pro vitâ majora audere probavi: Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum.* 18 Allapſa ſit. 19 Impetu, aut tormento. 20 Ut Æneas vulneratus ſit. 21 Suppreſſa, ignorato autore. 22 Quòd Æneam vulneraverit. 23 Induxit Æneam propter vulnus illatum à bello deſtitiſſe. 24 Animo conſternatos. 25 Subitò ortâ. 26 Incenſus. 27 Eminenter pervenit. 28 Undè depugnaret. 29 Cum molimine regit. 30 Percurrens celeriter. 31 Semi occiſos proſternit. 32 Celeriter correptas. 33 Nivibus. 34 Fluvii Thraciæ. 35 Crepare facit ac reſonare illiſa clypeo haſta.

Bella

*Bella movens, immittit equos:* [1] *illi æquore aperto*
*Ante* [2] *Notos Zephyrumque* [3] *volant: gemit* [4] *ultima pulſu*
[5] *Thraca* [6] *pedum: circumque* [7] *atra Formidinis ora,*
*Iræque, Inſidiæque, Dei* [8] *comitatus,* [9] *aguntur.*
[10] *Talis equos alacer media inter prælia Turnus*
*Fumantes ſudore quatit (miſerabile!) cæſis*
*Hoſtibus inſultans: ſpargit rapida* [11] *ungula rores*
*Sanguineos, miſtâque cruor calcatur arenâ.*
*Jamque neci* [12] *Sthenelumque dedit, Thamirymque, Philumque:*
[13] *Hunc* [14] *congreſſu, &* [15] *hunc,* [16] *illum eminùs: eminùs ambos*
[17] *Imbraſidas, Glaucum atque Ladem: quos Imbraſus ipſe*
*Nutrierat Lyciâ, paribuſque* [18] *ornaverat armis,*
*Vel* [19] *conferre manum, vel* [20] *equo prævertere ventos.*
[21] *Parte aliâ, media Eumedes in prælia fertur,*
[22] *Antiqui proles bello* [23] *præclara Dolonis,*
[24] *Nomine avum referens,* [25] *animo,* [26] *manibuſque parentem:*
[27] *Qui, quondam caſtra ut Danaûm ſpeculator adiret,*
[28] *Auſus* [29] *Pelidæ* [30] *pretium ſibi poſcere currus.*
*Illum* [31] *Tydides alio pro talibus auſis*
*Affecit* [32] *pretio:* [33] *nec equis aſpirat Achillis.*
*Hunc procul ut* [34] *campo Turnus conſpexit aperto,*
*Antè levi jaculo longum per* [35] *inane ſecutus,*
[36] *Siſtit equos bijuges, & curru deſilit, atque*
*Semianimi lapſoque ſupervenit, & pede collo*
*Impreſſo, dextræ mucronem* [37] *extorquet, & alto*
[38] *Fulgentem* [39] *tinxit* [40] *jugulo, atq; hæc inſuper addit:*

1 Equi jam immiſſi. 2 Rapidiſſimos ventos. 3 Curſu prævertunt. 4 Tota & ad ultimam uſque oram. 5 Θρήκη, Thracia. 6 Equorum. 7 Pernicioſæ. 8 Dignus Marte comitatus, Formido, Ira, Inſidiæ. Iliade verò 4. Δεῖμός τ' ἠδὲ Φόβος, καὶ Ἔρις ἄμοτον μεμαυῖα, Ἄρεος ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη ἑτάρη τε. 9 Impelluntur. 10 Qualis Mars. 11 Equorum. 12 Tres Trojanos. 13 Sthenelum. 14 Cominus. 15 Thamyrim. 16 Philum. 17 Imbraſi filios. 18 Ab infantia. 19 Invadere. 20 Celeriter effugere. 21 A Turno. 22 Nobilis aut annoſi. 23 Inclyta. 24 Quia & avus ejûs, pater Dolonis, Eumedes dictus erat. 25 Animoſitate. 26 Rebus præclarè geſtis. 27 Dolon, miſſus ſpeculatum res Græcorum, à Diomede & Ulyſſe interceptus, cæſuſque fuit. 28 Fuerat. 29 Pelei filii. 30 In mercedem. 31 Diomedes, Tydei filius. 32 Mercede, pœna alia: quia occidit eum. 33 Nec auſus eſt aſpirare ad equos Achillis habendos. 34 In. 35 Aërem, qui inanis putatur. 36 Stare facit. 37 Vi expellit. 38 Prius. 39 Imbuit mucronem extortum. 40 Occiſi.

[1] En agros, & quam bello, Trojane, petiſti,
[2] Heſperiam metire [3] jacens: hæc præmia, qui me
Ferro auſi [4] tentare, [5] ferunt: [6] ſic mœnia condunt.
[7] Huic comitem [8] Buten, conjectâ cuſpide, [9] mittit:
Chloreaque, Sybarimque, Daretaque, Therſilochumque,
Et [10] ſternacis equi lapſum [11] cervice [12] Thymœten.
Ac velut [13] Edoni Boreæ cùm ſpiritus alto
Inſonat [14] Ægæo, ſequiturque ad littora [15] fluctus,
Quà [16] venti incubuêre, [17] fugam dant nubila [18] cœlo:
Sic Turno, quacunque viam ſecat, agmina cedunt,
[19] Converſaque ruunt acies: fert impetus [20] ipſum,
Et criſtam [21] adverſo curru quatit aura [22] volantem.
[23] Non tulit inſtantem [24] Phegeus, animiſque [25] frementem:
Objecit ſeſe ad currum, & ſpumantia [26] frænis
Ora [27] citatorum dextrâ contorſit equorum.
Dùm [28] trahitur, pendetque jugis: [29] hunc [30] lata retectum
Lancea conſequitur, rumpitque infixa [31] bilicem
Loricam, & ſummum [32] deguſtat vulnere corpus.
[33] Ille tamen clypeo [34] objecto converſus in [35] hoſtem
Ibat, & auxilium [36] ducto mucrone petebat:
Quem [37] rota præcipitem, & [38] procurſu concitus axis
Impulit, effuditque ſolo: Turnuſque [39] ſecutus,
Imam inter galeam, ſummi thoracis & [40] oras,
[41] Abſtulit enſe caput, [42] truncumque reliquit [43] arenâ.

1 Agros, quos ſperaſti tibi tuiſque, tanquam victoribus, dividendos.
2 Italiam.
3 Proſtratus.
4 Provocare.
5 Auferunt à me.
6 Q. d. proternuntur exangues.
7 Eumedi.
8 Trojanum.
9 Ad inferos.
10 Ferocis, qui ſeſſorem facile ſternit atque excutit: vel, calcitronis.
11 De.
12 Meminit hic noſter Poëta l. 2. Thymœtæ, qui primus equum intra muros duci hortabatur, & arce locari.
13 Thracii; nam *Edon* mons eſt Thraciæ.
14 Mari.
15 Ægæi maris.
16 Flatus Boreæ.
17 Boreas enim nubila diſſipat, cœlum ſerenat.
18 Per aërem, id eſt, quemadmodùm nubes & procellæ aquarum diffugiunt à facie impetuoſiſſimi venti.
19 In fugam.
20 Turnum.
21 Ex adverſo veniente.
22 Celeriter agitatam.
23 Non eſt perpeſſus Turnum inſtantem ſibi aut aliis.
24 Vir Trojanus.
25 Ferocientem.
26 Contrahendo frena.
27 Concitatorum.
28 Namque dum equos torquet ac trahit, ipſe trahitur & pendet jugis equorum.
29 Phegea.
30 Latum ferrum habens.
31 Duabus liciis ſeu ordinibus ſquammarum conſtantem.
32 Leviter ſauciat ſuperficiem corporis, id eſt, cutem.
33 Phegeus.
34 Contra ictus.
35 Turnum.
36 Nudato.
37 Currus.
38 Procurrendo concitatus.
39 Cadentem.
40 Extremitates, id eſt, ſecando cervicem, ubi ima pars galeæ ferè conjungitur loricæ ſeu thoraci: quamvis thorax in pectore propriè ſit.
41 Illi.
42 Truncatum & mutilum corpus.
43 In.



Digitized by Google

*Atque ea dùm campis victor dat funera Turnus,*
*Intereà Æneam Mneſtheus, & fidus Achates,*
*Aſcaniuſque* [1] *comes caſtris* [2] *ſtatuêre* [3] *cruentum,*
[4] *Alternos longâ nitentem* [5] *cuſpide greſſus.*
[6] *Sævit, & infractâ luctatur* [7] *arundine telum*
*Eripere,* [8] *auxilioque viam, quæ proxima, poſcit:*
*Enſe* [9] *ſecent lato vulnus,* [10] *telique latebram*
*Reſcindant penitùs, ſeſeque in bella remittant.*
*Jamque* [11] *aderat* [12] *phœbo ante alios dilectus Iapis*
[13] *Iaſides,* [14] *acri quondam* [15] *cui captus amore*
*Ipſe ſuas artes, ſua* [16] *munera lætus Apollo,*
[17] *Augurium,* [18] *citharamque* [19] *dabat, celereſque ſagittas.*
[20] *Ille,* [21] *ut depoſiti proferret fata parentis,*
*Scire* [22] *poteſtates herbarum,* [23] *uſumque medendi*
*Maluit, &* [24] *mutas* [25] *agitare* [26] *inglorius artes.*
*Stabat,* [27] *acerba fremens, ingentem nixus in haſtam,*
*Æneas, magno juvenum, &* [28] *mærentis Iüli*

1 Socius laboris. 2 Collocaverunt. 3 Ex vulnere. 4 Alternatim & longo labore factos, id eſt, vulnerati pedis paſſus haſtili ſuſtentantem & fulcientem: alter enim pes, qui ſaucius non erat, ſinè adminiculo firmos & liberos metiebatur greſſus. 5 Cui incumbebat. 6 Sui contemptor, gloriæ dominus, civium ſervator, indignatur, ſibique iraſcitur, quod ſaucius ad pugnam procedere nequeat, neque ſuis adeſſe. 7 Cuſpide intrinſecus fractâ. 8 Et petit à præſentibus modum & rationem ſanandi, quæ præſentiſſima aut viciniſſima eſt ad auxilium. 9 Hamata ergo ſagitta hæc, & quæ citra ἐχλομὸν evelli non poſſet. 10 Latentem ſagittæ cuſpidem ſcindendo aperiant funditus. 11 Auxilio. 12 Ab Apolline, ſummo medicorum principe. 13 Medicus, Iaſii filius: nec inepte παρὰ τὸ ἰᾶσθαι, *à medendo.* 14 Vehementi. 15 Iapi. 16 Officia. 17 Peritiam divinandi. 18 Artem Muſicam. 19 Dare voluit, offerebat. 20 Iapis. 21 Ut protraheret ſive produceret vitam patris deſperati, id eſt, de cujus vita deſperatur à medicis. Talis antiquitus traditur fuiſſe conſuetudo, ut, qui laborarent periculoſo aliquo morbo, & de quibus deſperatum erat, ante ædium ſuarum januas collocarentur, vel ut ibidem extremum ſpiritum ederent, vel ut à tranſeuntibus poſſent fortè curari, ſi quis aliquando ſimili morbo laboraſſet. Et hi *depoſiti* dicebantur. Ovid. *Jam propè* depoſitus, *certè jam frigidus æger.* 22 Vim, poſſibilitatem. 23 Medicinam in uſu, non in ratione conſtantem. 24 Occultas, & gloriam non adferentes, ſi cum cæteris Apollinis artibus, Muſica & Divinatione, comparentur. Alii ad tactum venæ referunt. Alii *mutas* dici volunt, quia apud veteres manibus magis medicina tractata eſt, unde & *Chirurgia* dicta. Ubi enim manu res agebatur, ceſſabat oratio. 25 Sectari, exercere. 26 Sine gloriâ. Cum reſpectu hoc ad Romanos & alias gentes, quibus medicina non in honore, adeoque ſervis communicata. 27 Acerbè. 28 Propter dolorem patris, & belli periculum.

*Con-*

*Concurſu, [1] lachrymiſque [2] immobilis: [3] ille retorto*
*Pæonium in morem [4] ſenior ſuccinctus amictu,*
*[5] Multa manu medicâ, [6] Phœbique [7] potentibus herbis*
*Nequicquam trepidat: nequicquam [8] ſpicula dextrâ*
*[9] Sollicitat, [10] prenſatque tenaci forcipe [11] ferrum.*
*[12] Nulla viam fortuna regit, nihil [13] auctor Apollo*
*Subvenit: & ſævus [14] campis magis ac magis horror*
*[15] Crebreſcit, propiuſque [16] malum eſt: jam pulvere cœlum*
*[17] Stare vident: [18] ſubeunt equites, & ſpicula caſtris*
*[19] Denſa cadunt mediis: [20] it triſtis ad æthera clamor*
*Bellantum juvenum, & duro ſub Marte cadentum.*
*[21] Hîc Venus, [22] indigno nati [23] concuſſa dolore,*
*[24] Dictamnum [25] genitrix [26] Cretæâ carpit ab Idâ,*
*[27] Puberibus [28] caulem foliis, & flore comantem*
*Purpureo: [29] non illa feris incognita capris*
*[30] Gramina, cùm [31] tergo [32] volucres hæſêre ſagittæ,*
*[33] Hoc Venus, [34] obſcuro [35] faciem circumdata nimbo,*
*Detulit: hoc [36] fuſum labris ſplendentibus [37] amnem*
*Inficit, occultè medicans, ſpargitque [38] ſalubris*

1 Jali & aliorum. 2 Stabat immutabilis. 3 Japis medicus retroverſo, id eſt, rejecto amictu more medicorum manu operantium. *Pæon* enim nomen medici apud Homerum Il. 5. à quo Pluto curatus, quin & ipſe Apollo *Pæan* dictus. 4 Ætate provectior, longævus: infrà vocatur ideò peritior, quia *ſeris venit uſus ab annis*. 5 Multa trepidus & p operans tentat, ſed fruſtrà, nihil valente fortunâ, nihil arte. 6 Quas Apollo eum docuerat, *vel*, quarum virtutes primus deprehendit. 7 Ad medicinalem virtutem. 8 Telum infixum. 9 Educere tentat. 10 Frequenter capere tentat. 11 Teli. 12 Nullus eventus inopinatus rationem dirigit ac præſtat. 13 Medicinæ inventor. Undè ipſe apud Ovid. Met. 1. ait: *Inventum Medicina meum eſt*. 14 Per campos ubi Turnus ſtragem faciebat. 15 Fit creber. 16 Periculum, ex fuga Trojanorum. 17 Denſum ac plenum eſſe. 18 Appropinquant. 19 Denſè, aut frequenti. 20 Diffunditur. 21 Tùm. Narrat ſanationem Æneæ operâ maternâ factam, ejuſque armationem, & in prælium properationem. 22 Qui natus erat ex vulnere indignè illato filio ſuo, ſc. per inſidias, inter feriendum fœdus. 23 Perculſa. 24 Herbam. 25 Mater Æneæ. 26 Monte Cretenſi: ad differentiam Idæ Phrygiæ. 27 Adultis, villoſâ pube lanuginoſis, vel ſucco pubeſcentibus ac florentibus: ut 4 Æn. *Pubentes herbæ*. 28 Coſtam per medium herbarum protenſam. 29 Feruntin Creta capras, cùm ſagittis feriuntur, Dictamnum quærere ibi naſcens, quod ut ederint, excutiunt ſtatim ſagittas. 30 Herbæ Dictamni. 31 Dorſo earum. 32 Veloces. 33 Dictamnum. 34 Aëre ſepta tota, ne videretur atque agnoſceretur. 35 Totum corpus. Pars pro toto. 36 Miſcet hoc Dictamno aquam infuſam lebeti ſplendenti, lavando ac fovendo vulneri. 37 Aquam. Totum pro parte. Sic ſuprà; Fontemque *ignemque ferebant*. 38 Salutem adferentis.

I Am-

Digitized by Google

*[1] Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam [2] Panaceam,*
*Fovit eâ [3] vulnus [4] lymphâ [5] longævus Iâpis*
*[6] Ignorans: ſubitòque omnis de [7] corpore [8] fugit*
*[9] Quippe dolor, omnis [10] ſtetit [11] imo vulnere ſanguis:*
*Jamque ſecuta [12] manum, nullo cogente, ſagitta*
*Excidit, atque novæ rediêre in [13] priſtina vires.*
*Arma [14] citi properate viro: quid ſtatis? Iâpis*
*Conclamat, primuſque [15] animos accendit in hoſtes.*
*Non hæc humanis [16] opibus, non [17] arte magiſtrâ*
*Proveniunt: neque te, Ænea, mea dextera ſervat:*
*Major [18] agit [19] Deus, atque opera ad majora [20] remittit.*
*[21] Ille avidus pugnæ, ſuras [22] incluſerat [23] auro*
*[24] Hinc atque hinc: oditque moras, haſtamque [25] coruſcat.*
*Poſtquam habilis lateri clypeus, [26] loricaque tergo eſt,*
*Aſcanium [27] fuſis circùm complectitur armis,*
*[28] Summaq; per galeam [29] delibans oſcula, fatur:*
Diſce, puer, virtutem ex me, verumque laborem,
[30] Fortunam ex [31] aliis: *nunc te mea dextera bello*
*Defenſum dabit, & [32] magna inter præmia ducet.*
*[33] Tu facito mox, cùm [34] matura adoleverit ætas,*
*[35] Sis memor, & te, [36] animo repetentem exempla tuorum,*
*Et [37] pater Æneas, & [38] avunculus excitet Hector.*

1 Herbæ. *Ambroſia* eſt cibus Deorum, ut Nectar potus.
2 Herbam ipſo nomine omnia promittentem remedia: ex πᾶν & ἄκος.
3 Æneæ.
4 Aquâ hîc temperatâ.
5 Longævi medicus: quem ſuprà *ſeniorem* appellavit.
6 Quod talis eſſet.
7 Æneæ.
8 Evanuit.
9 Utpote dolor, & non vulnus, fuiſſet.
10 Siſtebat ſe.

11 Id eſt, non effluxit. 12 Medici. 13 Uſum priſtinum, aut membra priſtina. 14 Feſtinanter adferte Æneæ. 15 Teucrorum. 16 Poteſtatibus. 17 Magiſterio artis medicinæ. 18 Hanc curam. 19 Apollo, inventor Medicinæ: *vel*, Venus, ut 2 Æn. *ducente Deo.* Vide locum. 20 Iterum mittit. 21 Æneas. 22 Priuſquàm advenerant, qui ipſum armarent. 23 Ocreis aureis, vel auratis. 24 Ex utrâque parte. 25 Quatit vibratque, πάλλει. 26 Poſtquam armatus erat. 27 Circumfuſis. 28 Summis labris. 29 Præbens. 30 Et opta. 31 Felicioribus me. 32 Ducet te participem magnorum præmiorum. 33 A ſuo & Herculis exemplo. 34 Adoleſcendo cœperit eſſe matura. 35 Sc. *meorum factorum. Autores referat generoſa propago:* reſpiciat ſuos; domi enim habet, unde diſcat. 36 Memoria repetentem, id eſt, conſiderantem. 37 Cic. 1. Offic. *Optima hæreditas à patribus traditur liberis, omnique patrimonio præſtantior, gloria virtutis, rerumque geſtarum: cui dedecori eſſe, nefas & vitium judicandum eſt.* Saſt. *Nam ſæpe audivi, Q. Maximum, P. Scipionem, præterea civitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere; cùm majorum imagines intuerentur, vehementiſſime ſibi animum ad virtutem accendi.* 38 Frater Creüſæ, quæ filia Priami, & mater Aſcanii.

*Hæ*

Digitized by Google

*Hæc ubi dicta* [1] *dedit,* [2] *portis ſeſe extulit altis,*
[3] *Telum immane manu quatiens: ſimul agmine denſo*
*Antæus, Mneſtheuſque ruunt: omniſque relictis*
*Turba fluit caſtris: tùm* 4 *cæco pulvere campus*
*Miſcetur, pulſuque pedum tremit* 5 *excita tellus.*
*Vidit ab* [6] *adverſo* 7 *venientes aggere Turnus,*
[8] *Vidêre Auſonii:* 9 *gelidusque per ima cucurrit*
[10] *Oſſa tremor, prima ante* [11] *omnes Juturna Latinos*
*Audiit, agnovitque ſonum: tremefacta refugit.*
[12] *Ille volat, campoque* [13] *atrum* [14] *rapit agmen aperto.*
[15] *Qualis, ubi ad terras* [16] *abrupto ſidere,* [17] *nimbus*
*It mare per medium (miſeris, heu!* [18] *præſcia longè*
[19] *Horreſcunt corda agricolis:* [20] *dabit ille ruinas*
*Arboribus, ſtragemque ſatis,* [21] *ruet omnia latè:*
[22] *Antè volant, ſonitumque ferunt ad littora venti:)*
*Talis in* [23] *adverſos ductor* [24] *Rhœtëius hoſtes*
*Agmen* [25] *agit: denſi* [26] *cuneis ſe quiſque* [26] *coactis*
[27] *Agglomerant: ferit enſe* [28] *gravem* [29] *Thymbræum Oſirim,*
*Archetium* [30] *Mneſtheus, Epulonem obtruncat Achates,*
*Uſentemque Gyas.* [31] *Cadit ipſe Tolumnius augur,*
*Primus in adverſos telum qui torſerat hoſtes.*
*Tollitur in cœlum* [32] *clamor: verſique* [33] *viciſſim*
*Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.*
[34] *Ipſe neque* [35] *adverſos dignatur ſternere* [36] *morti:*
*Nec pede congreſſos, nec equo, nec* [37] *tela ferentes*

1 Dixit Æneas. 2 Caſtrorum. 3 Haſtam terribilem præ magnitudine. 4 Excæcante. 5 Commota. 6 Ex oppoſito ſito. 7 Teucros cum Æneâ. 8 Itali viderunt venientes. 9 Frigidus & horrorem incutiens. 10 Italorum. 11 Latinos. 12 Æneas. 13 Pulveris nube coopertum. 14 Raptim ſecum trahit. 15 Gravi comparatione Æneæ deſcendentis in pugnam, robur, & hoſtium tacitum metum depingit. 16 Tempeſtate, quàm ſidus aliquod ortu vel occaſu ſuo ciere ſolet, diſſolutâ. 17 Eſt. 18 Calamitatis futuræ. 19 Horrore rigeſcunt. 20 Nimbus proſternet arbores, & ſata. 21 Eruet, evertet. Simplex pro compoſito. 22 Antevolant nimbum: quia nimbus craſſior aër eſt: itaque ventus poſt & antè, & cum illo. 23 Hoſtes ſibi oppoſitos. 24 Æneas Trojanus, à *Rhœteo*, promontorio Trojæ, ſic denominatus. 25 Impellit. 26 Aciebus in morem cuneorum in unum compulſis. 27 Condenſant. 28 Gravatum pondere aut ſenio. 29 Vir Trojanus. 30 Vir Trojanus. 31 Redit in autorem ſcelus: recidit in Tolumnium augurium, conſiliumque peſſimum, fœdus ruptum. 32 Ex ejus caſu. 33 Vulnerato quippe Æneâ, Trojanos priùs in fugam verterant. 34 Æneas. 35 Quos obvios, & adverſos offendit. 36 Ad mortem. 37 Id eſt, licet animoſos offenderet, qui viriliter reſiſterent, tamen non dignatur eos proſternere.

In-

Digitized by Google

*Inſequitur: ſolum denſa in caligine Turnum*
[1] *Veſtigat luſtrans,* [2] *ſolum in certamina poſcit.*
*Hoc concuſſa metu mentem Juturna* [3] *virago,*
*Aurigam Turni media inter lora Metiſcum*
[4] *Excutit, & longè lapſum* [5] *temone relinquit:*
[6] *Ipſa* [7] *ſubit, manibuſque* [8] *undantes flectit habenas,*
*Cuncta* [9] *gerens, vocemque & corpus & arma Metiſci.*
[10] *Nigra velut magnas domini cùm divitis ædes*
*Pervolat, &* [11] *pennis alta atria* [12] *luſtrat hirundo,*
[13] *Pabula parva legens, nidiſque* [14] *loquacibus eſcas:*
*Et nunc porticibus* [15] *vacuis, nunc humida circùm*
*Stagna ſonat:* [16] *ſimilis medios Juturna per hoſtes*
*Fertur equis,* [17] *rapidoque volans* [18] *obit omnia curru:*
*Jamque hîc* [19] *germanum, jamque hîc oſtendit ovantem:*
*Nec* [20] *conferre manum patitur: volat* [21] *avia longè.*
*Haud minùs Æneas* [22] *tortos legit obvius orbes,*
[23] *Veſtigatque virum, & disjecta per agmina magnâ*
*Voce* [24] *vocat: quoties oculos conjecit in hoſtem,*
[25] *Alipedumque fugam curſu* [26] *tentavit equorum,*
[27] *Averſos toties currus Juturna retorſit.*
*Heu, quid* [28] *agat? vario nequicquam fluctuat* [29] *æſtu:*
[30] *Diverſaque vocant animum in contraria curæ.*
*Huic Meſſapus, uti læva duo tum fortè gerebat*
[31] *Lenta,* [32] *levis curſu,* [33] *præfixa haſtilia ferro,*
[34] *Horum unum* [35] *certo contorquens dirigit ictu.*
*Subſtitit Æneas, &* [36] *ſe collegit in arma,*
*Poplite ſubſidens:* [37] *apicem tamen incita ſummum*

1 Circumſpiciens inquirit. 2 Turnum in ſingulare certamen: ſic enim fœdus exigebat. 3 Virum agens, fungens virili officio. 4 Ab equis. 5 Ligno oblongo, quo currus connectitur & dirigitur. 6 Juturna. 7 Officium gubernandi. 8 Undarum more criſpantes & ſinuoſos. Æn. 5. *undantia lora.* 9 Præ ſe ferens. 10 Comparatione exornat pietatem Juturnæ. 11 Alis. 12 Circumvolat. 13 Muſcas & culices colligens. 14 In quibus ſunt pulli garruli. 15 Magnis: ut l. 2. *vacua atria luſtrat Sancius.* 16 Similiter. 17 Raptim acto. 18 Circumit. 19 Turnum. 20 Conſerere cum manum cum Ænea. 21 Sinè via & ordine longè ab Ænea, id eſt, declinat congreſſum Æneæ. 22 Ut obvius ſit, peragit circuitus obliquos. 23 Inquirit Turnum. 24 Ipſum. 25 Quaſi alatos pedes habentium. 26 Simulavit. 27 Ab Ænea. 28 Ageret Æneas? Pathos ab exclamatione & addubitatione: de quo vide Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 29 Fervore. 30 Nunc hoc, nunc illud attentavit, ut congrederetur cum Turno. 31 Flexibilia. 32 Levi militiâ inſtructus. 33 Haſtas habentes ferrum præfixum. 34 Haſtilium. 35 Inevitabili & firmo. 36 Clypeo ſe texit adverſus ictum haſtæ. 37 Conum galeæ, vel criſtam in cono: *tamen indè volans ſecum abſtulit haſta inſigne,* Ennius. Macrob. 6. l. Sat. c. 1.

*Haſta*

*Haſta tulit, ſummaſque excuſſit vertice criſtas.*
*Tùm verò* [1] *aſſurgunt iræ, inſidiiſque* [2] *ſubactus*
[3] *Diverſos ubi ſenſit equos currumque* [4] *referri,*
[5] *Multa Jovem, & læſi teſtatus fœderis aras,*
*Jam tandem invadit medios, &* [6] *Marte ſecundo*
*Terribilis, ſævam nullo diſcrimine cædem*
*Suſcitat, irarum omnes effundit* [7] *habenas.*
*Quis mihi nunc tot* [8] *acerba Deus, quis carmine cædes*
*Diverſas, obitumque ducum, quos æquore toto*
[9] *Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troïus heros,*
*Expediat? Tanto-n'* [10] *placuit concurrere motu,*
*Juppiter, æternâ gentes in pace futuras?*
*Æneas Rutulum Sucronem (ea prima* [11] *ruentes*
*Pugna loco* [12] *ſtatuit Teucros) haud* [13] *multa moratus,*
*Excipit in latus, &,* [14] *quà fata celerrima,* [15] *crudum*
*Tranſadigit coſtas &* [16] *crates pectoris enſe.*
*Turnus equo dejectum Amycum, fratremque Diorem,*
*Congreſſus* [17] *pedes,* [18] *hunc* [19] *venientem* [20] *cuſpide longâ,*
[21] *Hunc* [22] *mucrone ferit:* [23] *curruque abſciſſa duorum*
*Suſpendit capita, &* [24] *rorantia ſanguine portat.*
[25] *Ille Talon Tanaïmque neci, fortemque Cethegum,*
[26] *Tres uno congreſſu, &* [27] *mœſtum mittit Onyten,*
[28] *Nomen Echionium, matriſque genus Peridiæ.*
[29] *Hic fratres* [30] *Lyciâ miſſos, & Apollinis agris,*

1 Duci Trojano. 2 Impulſus: quia vidit ſe inſidiis appeti. 3 In diverſas partes agi. 4 A curſu inſtituto, cùm obviam traheretur. 5 Multùm. Nomen pro Adverbio. 6 Proſpero ſucceſſu belli. 7 Poteſtatem, id eſt, iræ permittit ſæviendi liberam poteſtatem; ut l. 1. *Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas.* Sumpta Metaphora ab equis, qui currum trahentes, habenis vel retinentur, vel laxis effunduntur ſoluti ad curſum. 8 Funera aut vulnera. 9 Invicem, viciſſim, Tmeſis. 10 Tibi. 11 Cum duce Æneâ perſequentes hoſtem, palabundo fortaſſe agmine & effuſo impetu, donec ventum eſt ad Sucronem, militem ſtrenuum, is paulum remoratus eſt ruentium vim, ſtatariamque fecit pugnam: quem tamen Æneas interfecit. 12 Stare fecit. 13 Multùm. 14 Qua mors celerrimè accedit, *Quaque eſt via proxima letho*, Ovid. 8. Met. quia vulnerato corde, ſtatim morimur. 15 Duro. 16 Juncturas. 17 Pedeſter. 18 Priorem Amycum. 19 Contra ſe. 20 Haſtâ. 21 Diorem. 22 Gladio cæſum. 23 A curru, ad currum. 24 Ea deſtillantia. 25 Æneas. 26 Viros. 27 Severum. 28 Thebanum genere, & filium Peridiæ. *Echion* autem Cadmi comes fuit, in condendis Thebis. 29 Turnus mittit neci. 30 Ex Lyciâ venientes auxilio Trojanis, ubi agri Apollini ſacri.



Digitized by Google

*Et juvenem exoſum* [1] *nequicquam bella Menœten*
[2] *Arcada:* [3] *piſcoſæ* [4] *cui circùm flumina* [5] *Lernæ*
*Ars fuerat,* [6] *pauperque domus:* [7] *nec nota potentum*
*Limina,* [8] *conductâque pater tellure ſerebat.*
[9] *Ac velut immiſſi diverſis partibus* [10] *ignes*
*Arentem in ſylvam, & virgulta ſonantia* [11] *lauro:*
*Aut ubi decurſu rapido de montibus altis*
*Dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in* [12] *æquora currunt,*
[13] *Quiſque ſuum populatus iter:* [14] *non ſegniùs ambo*
*Æneas Turnuſque ruunt per prælia:* [15] *nunc nunc*
*Fluctuat ira intus:* [16] rumpuntur neſcia vinci
[17] Pectora: *nunc totis in vulnera viribus* [18] *itur.*
[19] *Murranum* [20] *hic,* [21] *atavos & avorum antiqua ſonantem*
*Nomina, per regeſque* [22] *actum genus omne Latinos,*
*Præcipitem ſcopulo, atque* [23] *ingentis turbine ſaxi*
[24] *Excutit, effunditque* [25] *ſolo:* [26] *hunc* [27] *lora, & juga ſubter*
*Provolvêre rotæ, crebro* [28] *ſuper ungula pulſu*
[29] *Incita,* [30] *nec domini* [30] *memorum* [31] *proculcat equorum.*
[32] *Ille* [33] *ruenti* [34] *Hylo, animiſq;* [35] *immane frementi*
*Occurrit, telumque* [36] *aurata ad tempora torquet:*
*Olli per galeam fixo ſtetit haſta cerebro,*
*Dextera nec tua te, Grajûm fortiſſime, Creteu,*
*Eripuit Turno:* [37] *nec Dii texêre Cupentum,*
*Æneâ* [38] *veniente,* [39] *ſui:* [40] *dedit obvia* [41] *ferro*

1 Namque in bello occiſus eſt. 2 Ex Arcadia. 3 Piſcium plenæ. 4 Menœti. 5 Paludis in agro Argivo ſeu Mycenæo. 6 Tugurium, caſa ruſtica. 7 Neque enim cliens frequentabat potentiorum limina. Al. *Munera*, id eſt, obſequia, dona, id eſt, qui nihil à potentioribus acceperat. 8 Vectigali & ſtipendiariâ, qualem regis Latini agrum Aurunci Rutulique ſerebant. Æn. 11. 9 Duabus comparationibus cædem utrimque editam velut ob oculos ponit. 10 Sc. *ruunt*. 11 Frondibus aut foliis lauri. 12 Campos planos. 13 Uterque amnium currit devaſtans & ſecum trahens, quicquid in via ſua offendit. 14 Sed æquè impetuoſè, ut illi ignes in ſylvam aridam miſſi, & illi amnes in æquora decurrentes. 15 Maximè nunc. 16 Sævitia. 17 Amborum. 18 Ab ambobus. 19 Regem Latinorum. 20 Alter eorum Æneas. 21 Habentem nomen ſuorum majorum: quia omnes *Murrani* appellati erant. 22 Actum. 23 Saxo ingenti turbine impulſo. *Ingenti fragmine montis*. lib. 9. 24 E curru. 25 In terram. 26 Murranum excuſſum. 27 Equorum. 28 Inſuper, aut ſuper hunc. 29 Incitata. 30 Oblitorum. 31 Eum. 32 Turnus. 33 Præcipitanter currenti. 34 Trojano. 35 Immaniter. 36 Tecta galea inaurata l. 8. *geminas cui tempora flammas Læta vomunt*. 37 Neque Dii, quorum ſacerdos erat, potuerunt ſervare Cupentum. *Cupentus* autem lingua Sabina *ſacerdotem* ſignificat. 38 Impetum in eum faciente. 39 Faventes. 40 Cupentus. 41 Mucroni ferreo.

*Pe-*

Digitized by Google

*Pectora, nec [1] miſero clypei mora profuit ærei.*
*Te quoque Laurentes viderunt, Æole, campi*
*Oppetere, & latè terram conſternere tergo.*
[2] *Occidit,* [3] *Argivæ quem non potuêre* [3] *phalanges*
*Sternere, nec Priami regnorum* [4] *everſor Achilles.*
[5] *Hîc tibi mortis erant metæ,* [6] *domus alta ſub Idâ*
[7] *Lyrneſſi domus alta,* [8] *ſolo Laurente ſepulchrum.*
*Tota* [9] *adeò converſa acies, omneſque Latini,*
*Omnes Dardanidæ: Mneſtheus, acerque Sereſtus,*
*Et* [10] *Meſſapus equûm domitor, & fortis* [11] *Aſylas,*
*Thuſcorumque phalanx, Evandrique Arcadis* [12] *alæ:*
*Pro ſe* [13] *quiſque viri* [14] *ſummâ nituntur* [15] *opum vi.*
*Nec mora nec* [16] *requies:* [17] *vaſto certamine* [18] *tendunt.*
[19] *Hîc* [20] *mentem Æneæ genitrix* [21] *pulcherrima miſit,*
*Iret ut ad muros,* [22] *urbique adverteret agmen*
*Ocius, &* [23] *ſubitâ turbaret clade Latinos.*
[24] *Ille, ut* [25] *veſtigans diverſa per agmina Turnum,*
*Huc atque huc* [26] *acies circumtulit, aſpicit urbem*
*Immunem tanti belli, atque* [27] *impunè quietam.*
*Continuò pugnæ* [28] *accendit majoris imago.*
*Mneſthea, Sergeſtumque* [29] *vocat, fortemque Sereſtum*
[30] *Ductores:* [31] *tumulumque capit,* [32] *quò cætera Teucrûm*
*Concurrit legio: nec ſcuta, aut ſpicula* [33] *denſi*
*Deponunt: celſo medius* [34] *ſtans* [35] *aggere fatur:*
*Ne qua meis eſto dictis mora: Juppiter* [36] *hâc ſtat:*
*Neu quis ob inceptum ſubitum mihi ſegnior ito.*

1 Cupencto. 2 Tu Æole in mortem cadis. 3 Inſtructæ acies Græcorum. 4 Sublato Hectore, per quem ſtetit Troja. 5 Metæ, quas mors vitæ adfert, erant tibi conſtitutæ in campis Laurentibus. 6 Clara progenies erat tibi. 7 Opp. ad radices Idæ, patria Briſeidos. Plin. 5. l. 30. c. eſt & inſula Sigeo oppoſita. 8 In campo Latino ſepulchrum eſt tibi.

9 Omnino coactæ ſunt in prælium, ita ut contra ſe mutuò ſtarent omnes. 10 Qui Italus erat. 11 Qui etiam Italus erat. 12 Velites, quos cum Pallante miſerat Evander Arcas. 13 Nititur. 14 *Romani ſtalis ſumma nituntur opum vi*, ex Ennii lib. 6. citante Macrob. Sat. l. 6. c. 1. 15 Facultatum ſuarum. 16 Fuit. 17 Omnia vaſtante. 18 Contendunt. 19 In hoc rerum ſtatu. 20 Conſilium & animum. Sic l. 1. *Quâ facere id poſſis, noſtram nunc accipe* mentem. 21 Venus. 22 Ad urbem appelleret. 23 Ex improviſo orta. 24 Æneas. 25 Inquirens. 26 Oculorum acumen, id eſt, oculos. 27 Sinè pœnâ, id eſt, quæ debuit pœnas luere propter fœdus abruptum. 28 Inflammat ipſum. 29 Ad ſe. 30 Duces exercitus. 31 Colliculum, aut locum altiorem. 32 Ad quem. 33 Quamvis ſtipati. 34 Æneas. 35 In colliculo. 36 Hac parte noſtrâ, id eſt, favet nobis; quia Rutuli fœdus ruperunt. Ex Ennio ſumptum citat Macrob. Sat. l. 6. c. 1. *Non ſemper veſtra evertit, nunc Juppiter hac ſtat.*

Ur-

Digitized by Google

*Urbem hodiè, [1] cauſam belli, regna ipſa Latini,*
*(Ni frænum accipere, & [2] victi parêre [3] fatentur)*
*[4] Eruam, & [5] æqua ſolo fumantia culmina ponam.*
*[6] Scilicet exſpectem, libeat [7] dùm prælia Turno*
*Noſtra pati? rurſuſque velit concurrere [8] victus?*
*[9] Hoc caput, ô cives, hæc belli [10] ſumma nefandi!*
*Ferte faces properè, [11] fœduſque repoſcite flammis.*
*[12] Dixerat, atque animis pariter certantibus omnes*
*[13] Dant cuneum, denſâque ad muros [14] mole feruntur.*
*[15] Scalæ improvisò, ſubituſque [16] apparuit ignis.*
*Diſcurrunt [17] alii ad portas, [18] primoſque trucidant:*
*Ferrum alii [19] torquent, & [20] obumbrant æthera telis.*
*Ipſe inter primos dextram ſub mœnia [21] tendit*
*Æneas, magnâque incuſat voce Latinum,*
*Teſtaturque Deos, ſe invitum ad prælia [22] cogi:*
*[23] Bis jam [24] Italos hoſtes, hæc [25] altera fœdera [26] rumpi.*
*Exoritur trepidos inter diſcordia cives:*
*Urbem alii [27] reſerare jubent, & [28] pandere portas*
*Dardanidis, ipſumque [29] trahunt in mœnia regem:*
*Arma ferunt alii, & pergunt defendere muros.*
*Incluſas ut cùm [30] latebroſo in pumice [31] paſtor*
*[32] Veſtigavit apes, fumoque [33] implevit amaro:*
*Illæ intùs, [34] trepidæ rerum per [35] cerea caſtra*
*Diſcurrunt, magniſque [36] acuunt ſtridoribus iras.*
*Volvitur [37] ater odor [38] tectis: tùm [39] murmure [40] cæco*

1 Quia illic erat Lavinia, Latini filia. 2 Sicut equus, fræno conſtrictus, paret. 3 Cives. 4 Evertam. 5 Ponam domorum ſummitates aut fumaria æqualia & æquè plana ut ſolum eſt. 6 Quaſi vero exſpectare debeam. Ab iniquo. 7 Donec. 8 Cujus jam partes bis victæ. 9 Hæc urbs eſt præcipua cauſa. 10 Præcipua ratio. 11 Renovate fœdus urbis incendio. 12 Æneas. 13 Componunt ſe in cunei formam ad invadendos muros. 14 Multitudine. 15 Apparent. 16 Urbanis. 17 Teucrorum. 18 Quos primos obvios habent. 19 In eos, qui fortè in muris erant. 20 Obſcurant quaſi umbrâ. Hyperbole. 21 Extendit. 22 Non ſponte, ſed propter læſa numina. 23 Violato bis fœdere; ſemel in adventu, & nunc per Juturnam. 24 Eſſe aut effectos. 25 Secunda. Primum fœdus initum, per Ilioneum legatum. l. 7. alterum per me ipſum de ſingulari certamine, hoc ipſo lib. utrumque violatum à Latinis. 26 Violari, diſſolvi. 27 Aperire. 28 Aperire. 29 Trahere volunt Latinum, ut ſit ſpectator ſuæ cladis: *vel*, trahunt ipſum Æneam, ut rex ſit. 30 Cavo, latebris pleno. 31 Mellarius. 32 Inquiſivit & invenit. 33 Cavernas. 34 Sollicitæ, quid rebus ſuis agant. 35 Favos ſuos cereos, *certa regna* Georg. lib. 4. 36 Provocant. 37 Teter & rei fumoſæ. Reſpexit ad colorem fumi: nam in odore color non eſt. 38 Per tecta. 39 Apum. 40 Occulto.

*Intùs ſaxa ſonant: vacuas it fumus ad auras.*
1 *Accidit hæc feſſis etiam* 2 *fortuna Latinis,*
*Quæ totam luctu* 3 *concuſſit funditùs urbem:*
*Regina ut* 4 *tectis venientem proſpicit hoſtem,*
5 *Inſcendi muros, ignes ad tecta volare,*
*Nuſquam acies* 6 *contrà Rutulas, nulla agmina Turni,*
*Infelix pugnæ* 7 *juvenem in certamine credit*
*Exſtinctum, & ſubito mentem turbata dolore,*
*Se cauſam clamat, crimenque caputque malorum:*
*Multaque per* 8 *mæſtum demens effata furorem,*
*Purpureos* 9 *moritura manu* 10 *diſcindit amictus,*
*Et* 11 *nodum* 12 *infamis lethi trabe nectit ab altâ.*
*Quam* 13 *cladem miſeræ poſtquam* 14 *accepêre Latinæ,*
*Filia prima manu flavos Lavinia crines,*
*Et roſeas laniata genas, tùm cætera* 15 *circùm*
16 *Turba furit: reſonant latè plangoribus ædes.*
17 *Hinc totam* 18 *infelix vulgatur fama per urbem:*
19 *Demittunt mentes: it* 20 *ſciſſâ veſte Latinus,*
*Conjugis* 21 *attonitus* 22 *fatis, urbiſque* 23 *ruinâ,*
24 *Canitiem immundo perfuſam pulvere* 25 *turpans:*
26 *Multaque ſe incuſat,* 27 *qui non acceperit* 28 *antè*
*Dardanium Æneam,* 29 *generumque adſciverit ultrò.*
*Intereà* 30 *extremo bellator* 30 *in æquore Turnus*
31 *Palantes ſequitur paucos, jam ſegnior, atque*

1 Docet, quomodo Amata, cùm videret urbem in periculo, laqueo vitam finiverit, &c.
2 Adverſa, propter ſuſpendium reginæ Amatæ.
3 Turbavit.
4 Ad tecta.
5 Refertur ad ſcalas ſuprà. Al. *inceſſi*, id eſt, invadi.
6 Eſſe, apparêre, aut ſtare ex adverſo.
7 Turnum.
8 Ex mœſtitiâ ortum.

9 Quia certa erat mori. 10 Ex more lugentium & furiatorum. *Tum pius Æneas humeris* abſcindere *veſtem.* Æn. 5. *it ſciſſâ veſte Latinus*: infrà. *Et ſciſſâ gaudens vadit Diſcordia pallâ* ſub exitu l. 8. 11 Laqueum in nodum contractum. 12 Inhoneſti: quia, qui laqueo ſibi vitam ademerant, inſepulti abjiciebantur propter fœditatem mortis. 13 Calamitatem. 14 Intellexerunt, ſc. laniatæ genas furore feruntur. 15 Cadaver Amatæ. 16 Multitudo Latinarum. 17 Ex his ædibus, id eſt, ex regia. 18 Infelicia nuncians. 19 Omnes demittunt animos, id eſt, deſperant, deſpondent animum. 20 Dilacerata. 21 Quaſi tonitru perculſus. 22 Morte. 23 Quam imminere videbat. 24 Quod in dolore & luctu factitatum. Mezentius l. 10. *canitiem immundo deformat pulvere.* Pathos ab habitu & ſenecta. Macrob. Sat. l. 4. c. 3. 25 Fœdans. 26 Multum. 27 Utpote qui, quòd. 28 Priuſquam cogeretur, aut ea mala provenirent. 29 In generum, vel ut ſit ſibi gener, advocaverit. 30 In acie extrema, non inter primos; idque dolo Juturnæ, animi ſui languore, & equis fatigatis. 31 Oberrantes hoſtes ſine ductore.



Digitized by Google

*Jam minùs, atque minùs* [1] *ſucceſſu lætus* [2] *equorum.*
*Attulit hunc* [3] *illi* [4] *cæcis terroribus aura*
*Commiſtum clamorem,* [5] *arrectaſque* [6] *impulit aures*
*Confuſæ ſonus urbis, &* [7] *illætabile murmur.*
*Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?*
*Quis-ve ruit tantus* [8] *diverſâ clamor ab urbe?*
*Sic ait,* [9] *adductiſque amens ſubſiſtit habenis.*
*Atque* [10] *huic, in faciem* [11] *ſoror ut converſa Metiſci*
*Auriga, curruſmque, & equos, &* [12] *lora regebat,*
*Talibus occurrit dictis:* [13] *Hâc, Turne, ſequamur*
*Trojugenas, quà prima viam victoria* [14] *pandit:*
*Sunt alii, qui tecta manu defendere poſſunt.*
[15] *Ingruit Æneas Italis, & prælia miſcet:*
*Et nos* [16] *ſæva manu mittamus funera* [17] *Teucris:*
*Nec* [18] *numero* [19] *inferior, pugna nec honore* [20] *recedes.*
[21] *Turnus ad hæc:*
*O ſoror, & dudùm agnovi,* [22] *cùm prima per artem*
*Fœdera turbaſti, teque hæc in bella dediſti:*
[23] *Et nunc* [24] *nequicquam fallis* [25] *Dea: ſed quis* [26] *Olympo*
*Demiſſam tantos voluit te* [27] *ferre labores?*
*An fratris miſeri lethum ut crudele videres?*
*Nam quid ago? aut quæ jam* [28] *ſpondet fortuna ſalutem?*
*Vidi oculòs ante ipſe meos,* [29] *me voce vocantem*
*Murranum (quo non* [30] *ſuperat mihi charior alter)*

1 Invalido. 2 Quia videbat equos quoque ſegnes effectos, animoſque demiſiſſe. 3 Turno. 4 Clamoribus incertis, unde procederent. 5 Quas impulſas erigebat, ut melius audiret. Metaphora ſumpta ab iis animantibus, quæ ut à longè audiant, aures ſurrigunt, quæ etiam timidiora ſunt. Æn. 1. *arrectiſque auribus adſtant.*

6 Percuſſit illi. 7 Nullo modo lætificans. 8 A diverſa parte urbis. 9 Animo conſternatus & conſilii inops ad ſe traxit habenas & ſubſtitit. 10 Turno. 11 Juturna. 12 Equorum. 13 Perſequamur Trojanos per hanc viam. 14 Aperit & monſtrat. 15 Irruit in Italos. 16 Magna & crudelia. 17 In Teucros. 18 Cæſorum à te hoſtium. 19 Æneâ, id eſt, tot & cum tanto honore occides. 20 Diſcedes ſic faciendo. 21 Reſpondit. 22 Cum tu primum Camerti aſſimilata, nec minùs uſa Tolumnii operâ, præcipuum fœdus turbaſti per aſtutiam tuam. 23 Aſſumptâ Metiſci, aurigæ mei, perſonâ & munere. 24 In nullo. 25 Quamvis Dea. 26 Cœlo. 27 Perferre. 28 Promittit. 29 Κατὰ τὸ σιωπώμενον: nulla enim mentio ſuprà facta Turni, à Murrano in auxilium vocati: vel omen mortis eſt, ſibi audire viſi vocem Murrani vocantis, ut 4. lib. *Hinc exaudiri gemitus, & verba vocantis Viſa viri.* 30 Supereſt, ſuperſtes eſt, vivit.



Digitized by Google

1 Mori. 2 Sic Lucret. 1. lib. *Et graviter magni magno cecidere ibi caſu.* 3 Ne nos victos videret. 4 Ejus. 5 Urbem capi & dirui. 6 Noſtris miſeris, quò minus periiſſent funditus. 7 Viriliter agendo 8 Hoſtis mei capitalis, qui dixerat, *dum Troja zem[illegible] caſtra, fuga fidens.* 9 Refutabo? 10 In tantum, ut malim inhoneſtè fugere,

*[1] Oppetere [2] ingentem, atque ingenti vulnere victum.*
*Occidit infelix, [3] ne noſtrum dedecus Uſens*
*Aſpiceret: Teucri potiuntur corpore, & [4] armis.*
*[5] Exſcindi-ne domos (id [6] rebus defuit unum)*
*Perpetiar? [7] dextrâ nec [8] Drancis dicta [9] refellam?*
*Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit?*
[10] Uſque adeo-ne mori miſerum eſt? *[11] vos ô mihi manes*
*Eſte boni, quoniam ſuperis [12] averſa voluntas.*
*Sancta ad vos anima, atque iſtius [13] inſcia [14] culpæ,*
*Deſcendam, [15] magnorum haud unquam indignus [16] avorum.*
*Vix ea fatus erat, medios volat, ecce, per hoſtes*
*Vectus equo ſpumante Sages, adverſa ſagitta*
*Saucius ora, ruitque [17] implorans nomine Turnum:*
*Turne, [18] in te [19] ſuprema ſalus, miſerere tuorum:*
*[20] Fulminat Æneas armis, ſummaſque minatur*
*Dejecturum arces Italûm, [21] excidioque daturum:*
*Jamque faces ad tecta volant: [22] in te ora Latini,*
*In te oculos referunt: [23] muſſat rex ipſe Latinus,*
*Quos generos vocet, aut quæ ſeſe ad fœdera [24] flectat.*
*Præterea [25] Regina, tui fidiſſima, [26] dextrâ*
*Occidit ipſa ſuâ, [27] lucemque exterrita fugit.*
*Soli [28] pro portis Meſſapus, & acer Atinas*
*Suſtentant aciem: circùm hos utrimque phalanges*

quàm fortiter mori? Q. d. Non eſt miſerum mori. 11 Vos inferi Manes eſtote mihi morituro propitii & faventes: neque enim mei ulterior cura à Diis ſuperis. 12 A me. 13 Neſcia & inſons. 14 Fugæ, quæ grave viro forti crimen. 15 Et ipſe claris majoribus ortus. Conſtructio Græca. 16 Sc. *genere.* 17 Imploratu vocans. 18 Amata ſuprà, *decus imperiumque Latini Te penes; in te omnis domus inclinata recumbit.* 19 Ultima. 20 In morem fulminis proſternit ac ſævit. *Horrendumque intonat armis:* infrà. 21 Ad excidium. 22 *Latini Te ſignant oculis, tua nunc promiſſa repoſcunt:* ſuprà ad congreſſum ſingularem. 23 Intra ſe murmurat, dubius utrum admittat generum: *Flent maſti, muſſantque patres,* Æn. 11. 24 Inclinet. 25 Amata. 26 Manu: quia ſe ſuſpendit. Pathos à modo: de quo Macrob. Sat. L. 4. c. 4. 27 Vitalem, malens mori, quàm hoſtem tàm terribilem videre. 28 Ante portas pro defenſione earum.

Stant

*Stant denſæ, [1] ſtrictiſque [2] ſeges mucronibus horret*
*[2] Ferrea: tu currum [3] deſerto in gramine [4] verſas.*
*Obſtupuit [5] variâ confuſus imagine rerum*
*Turnus, & obtutu tacito ſtetit: [6] æſtuat ingens*
*Imo in corde pudor, miſtoque inſania luctu,*
*Et Furiis agitatus amor, & [7] conſcia virtus.*
*[8] Ut primùm diſcuſſæ umbræ, & lux reddita menti eſt,*
*Ardentes oculorum acies ad mœnia torſit*
*Turbidus, [9] èque rotis magnam reſpexit ad urbem.*
*Ecce autem, flammis inter [10] tabulata volutus*
*Ad cœlum [11] undabat vertex, turrimque [12] tenebat,*
*[13] Turrim, compactis trabibus quam eduxerat [14] ipſe,*
*Subdideratque [15] rotas, [16] ponteſque inſtraverat altos.*
*Jam jam fata, ſoror, [17] ſuperant: abſiſte morari:*
Quò Deus, & quò dura vocat fortuna, ſequamur.
*[18] Stat conferre manum [19] Æneæ: ſtat, quicquid acerbi eſt,*
*Morte pati: nec me [20] indecorem germana videbis*
*Ampliùs: hunc, oro, ſine me furere [21] antè [22] furorem.*
*Dixit, & è curru ſaltum dedit ociùs [23] arvis,*
*Perque hoſtes, per tela ruit, mœſtamque ſororem*
*Deſerit, ac rapido curſu media [24] agmina rumpit.*
*Ac veluti montis ſaxum de vertice præceps*
*Cùm ruit avulſum vento, ſeu turbidus imber*
*[25] Proluit, aut amnis [26] ſolvit ſublapſa vetuſtas,*
*[27] Fertur in [28] abruptum magno [29] mons improbus [30] actu,*

1 *Denſiſque virorum ſeges horruit haſtis.* 2. Georg. 2 Pubes armata. 3 Ab hoſtibus. *Extremo bellator in æquore Turnus.* 4 Agitas. 5 Tot ſimul rerum nuncio, quarum imago varia animum ipſius diſtraxit, accepto, & ipſe vario confuſus eſt affectu, ſtupore, pudore, inſaniâ, luctu, amore, ſuâ fiduciâ. 6 Effervet. 7 Cujus ipſe conſcius erat. 8 Quamprimùm verò turbidam hanc affectuum caliginem diſpulerat ratio & mora, ſibique lux rationis reddita eſt. 9 Et è curru. Paſſus pro toto. 10 Turris. 11 Ingens cumulus flammarum & fumi undatìm aſcendebat. 12 Occupabat. 13 Turrim ambulatoriam. 14 Turnus. 15 Ad motum, ut hùc illùc trahi poſſet. 16 Altas ſcalas, quibus in ipſam aſcenderetur. 17 Vincunt me. 18 Certum mihi eſt, decrevi. 19 Cum Æneâ. 20 Expertem decoris & honoris. 21 Priuſquam moriar. 22 Ardentem hunc impetum, qui me incitat cum Ænea confligere. *Aut pugnam, aut aliquid jamdudùm invadere magnum Mens agitat mihi*, Niſus 9. Æn. 23 In arva. 24 Hoſtium. 25 Ipſum ſaxum. 26 Saxum. 27 Saxum. 28 Præcipitium prius exciſum. 29 Exiſtens inſtar montis improbi: quia nulli parcit. 30 Agmine, impetu.

1 Miſſis. 2 Indicium ſilendi. 3 Magniloquo ore, magnâ voce. 4 Continete ihe ci. ſui. 5 Juſtius, æquiùs eſt. 6 Solum. 7 Fœderis violati pœnas perſolvere ac purgare. 8 Pugnare pro vobis armis cum Ænea. 9 Qui prius erant in medio. 10 Turno ſc. ut cum Ænea dimicet. 11 Refert congreſſum Turni & Æneæ, in quo

*Exultatque ſolo, ſylvas, armenta, vireſque*
*Involvens ſecum. disjecta per agmina Turnus*
*Sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuſo*
*Sanguine terra madet, ſtridentque* [1] *haſtilibus auræ:*
[2] *Significatque manu, &* [3] *magno ſimul incipit ore:*
*Parcite jam Rutuli, & vos tela* [4] *inhibete Latini.*
*Quæcunque eſt fortuna, mea eſt: me* [5] *verius* [6] *unum*
*Pro vobis* [7] *fœdus luere, &* [8] *decernere ferro.*
*Diſceſſêre omnes* [9] *medii,* [10] *ſpatiumque dedêre.*
[11] *At* [12] *pater Æneas, audito nomine Turni,*
*Deſerit & muros, & ſummas deſerit* [13] *arces,*
[14] *Præcipitatque* [15] *moras omnes,* [16] *opera omnia rumpit,*
*Lætitiâ exultans,* [17] *horrendùmque intonat* [18] *armis.*
*Quantus* [19] *Athos, aut quantus* [20] *Eryx, aut ipſe, coruſcis*
*Cùm fremit ilicibus, quantus gaudetque* [21] *nivali*
*Vertice ſe attollens* [22] *pater* [23] *Apenninus ad auras.*
*Jam verò & Rutuli certatim, & Troës, & omnes*
[24] *Convertêre oculos Itali:* [25] *quique alta tenebant*
*Mœnia,* [26] *quique* [27] *imos pulſabant ariete muros:*
[28] *Armaque depoſuêre humeris: ſtupet ipſe* [29] *Latinus,*
*Ingentes,* [30] *genitos diverſis partibus orbis,*
*Inter ſe coiiſſe viros, &* [31] *cernere ferro.*
*Atque* [32] *illi, ut* [33] *vacuo patuerunt* [34] *æquore campi.*
[35] *Procurſu rapido conjectis eminùs haſtis,*

Turnus, gladio effracto, in fugam verſus eſt, ſed non effugit penitùs. 12 Vir paternâ veneratione dignus. 13 Quas expugnabat. 14 Celeritate ſuperat. 15 Inſtitutæ oppugnationis. 16 Interrumpit prætermittitque omnes conatus inceptos. 17 Horribiliter. 18 Armatus æque in ipſis armis. 19 Macedoniæ mons. 20 Siciliæ mons, ab *Eryce*, in eo ſepulto, nomen ſortitus. 21 Nivibus tecto. 22 Princeps montium eſt. 23 Italiæ mons, id eſt, tantùm eminebat Æneas inter cæteros bellatores, quantùm montes in ſuis locis inter vicinos colles. 24 In ſuum quique ducem. 25 Sc. Latini. 26 Sc. Trojani & Etruſci. 27 Conabantur evertere & fundamentis muros machinâ bellicâ in morem arietis fronte ferienti. 28 Quippè qui jus & officium bellandi ad duces ſuos referrent. 29 Rex, & cujus maximè intererat. 30 Æneam Aſiâ oriundum, Turnum Europâ. 31 Decernere armis. 32 Turnus & Æneas. 33 Hominibus. 34 Æquo ſpatio. 35 Curſu longè incepto, feſtino.



Digitized by Google

*[1] Invadunt Martem clypeis, atque [2] ære ſonoro.*
*Dat [3] gemitum tellus: tùm crebros enſibus ictus*
*Congeminant:* [4] fors & virtus miſcentur in unum.
*Ac velut ingenti [5] Sylâ, [6] ſummo-ve [7] Taburno,*
*Cùm duo [8] converſis inimica in prælia tauri*
*Frontibus incurrunt, pavidi ceſſêre [9] magiſtri,*
*Stat pecus omne [10] metu mutum, [11] muſſantque juvencæ,*
*[12] Quis pecori imperitet, quem tota armenta ſequantur:*
*[13] Illi inter ſeſe multa vi vulnera [14] miſcent,*
*Cornuaque obnixi infigunt, & ſanguine largo*
*Colla armoſque lavant: [15] gemitu nemus omne [16] remugit:*
*Haud aliter Tros Æneas, & [17] Daunius Heros*
*Concurrunt clypeis: ingens fragor æthera complet.*
*[18] Juppiter ipſe duas [19] æquato examine lances*
*Suſtinet, & fata [20] imponit diverſa [21] duorum:*
*[22] Quem damnet labor, & [23] quo vergat pondere lethum.*
*[24] Emicat hîc, [25] impunè putans, & corpore toto*
*Altè ſublatum conſurgit Turnus in enſem:*
*Et [26] ferit: [27] exclamant Troës, trepidique Latini,*
*[28] Arrectæque amborum acies: at [29] perfidus enſis*
*Frangitur, in medioque [30] ardentem deſerit ictu,*

1 Incipiunt & ineunt pugnam. 2 Sonoritate cæterorum armorum. 3 Ex fonitu armorum & procurſu pedum. 4 Id eſt, quidquid fortuna aut virtus poterat, impartitum eſt pugnæ. 5 Monte Lucaniæ. 6 Altiſſimo, aut in altiſſima ejus parte, ubi planitiem habet. 7 Monte Campaniæ: hodie *Tabor.* 8 Contra ſe inviçem verſis. 9 Bubulci, paſtores. 10 Tacitum & ſtupefactum præ horrore tanti certaminis. 11 Tacitè & intra ſe mugiunt. 12 Uter illorum. 13 Tauri concertantes. 14 Mixtim inferunt. 15 Ipſorum. 16 Reſonat. 17 Dauni filius Turnus. 18 Fatorum conditor. 19 Haſta ſeu lingua, quâ de pondere diſcernitur, in æquali diſtantiâ conſtituta, id eſt, diu facit ambiguum, uter victurus ſit. 20 Trutinæ æquali. 21 Amborum: quia alter victurus, alter vincendus erat. 22 Utrum eorum ſtudium & periculum bellandi damnet ad mortem, id eſt, à quo fruſtrà labor ſuſcipiatur. Al. quem labor morti deſtinet. Al. liberet, parta victoria: ut, *damnabis tu quoque votis.* 23 Qua vi mors ad exitum tendat, & premat laborantem. 24 Eminenter agit ſeſe. 25 Sinè periculo & pœna poſſe ferire. 26 Percutit Æneam. 27 Ut ſibi caveat deinceps Æneas. 28 Attentiores factæ ſunt, cùm ambæ ſperarent & timerent. 29 Fidem domino violans. 30 Ardenter percutientem.

1 Ad ſubſidium. 2 Celerior. Hyperbole. 3 Ut gladium ex manubrio non ſuum eſſe agnovit. 4 Sine gladio, cùm effractus eſſet, ſoluſque capulus remanſiſſet. 5 Feſtinum. Supra diſcuſſo fœdere feſtinus *poſcit equos atque arma ſimul.* 6 Paterno gladio, *quem Dauno ignipotens Deus ipſe parenti fecerat, & Stygiâ candentem tinxerat undâ*, ſuprà: nam Dauni fuerat gladius.

*Ni fuga [1] ſubſidio ſubeat: fugit [2] ocior Euro,*
*[3] Ut capulum ignotum, dextramque aſpexit [4] inermem,*
*Fama eſt, [5] præcipitem, cùm prima in prælia junctos*
*Conſcendebat equos, [6] patrio mucrone relicto,* 736
*[7] Dùm trepidat, ferrum aurigæ rapuiſſe Metiſci.*
*[8] Idque diu, dùm terga dabant [9] palantia Teucri,*
*[10] Suffecit: poſtquam arma [11] Dei ad Vulcania ventum eſt,*
*[12] Mortalis mucro, glacies ceu [13] futilis, ictu* 740
*Diſſiluit: fulvâ reſplendent [14] fragmina arenâ.*
*[15] Ergo amens [16] diverſa fugâ petit [16] æquora Turnus:*
*Et nunc hùc, indè hùc incertos [17] implicat orbes.*
*Undique enim [18] denſâ Teucri [19] incluſêre [18] coronâ:* 744
*Atque hinc vaſta palus, hinc ardua mœnia cingunt.*
*Nec minùs Æneas (quanquam tardante [20] ſagittâ*
*Interdùm genua impediunt, [21] curſumque recuſant)*
*[22] Inſequitur, [23] trepidique pedem pede [24] fervidus urget.*
*[25] Incluſum veluti ſi quando in flumine nactus* 749
*Cervum, aut [26] puniceæ ſeptum * formidine [26] pennæ,*
*[27] Venator curſu canis, & latratibus inſtat:*
*[28] Ille autem inſidiis, & [29] ripâ territus altâ,*
*Mille fugit refugitque vias: at [30] vividus Umber*
*Hæret hians: [31] jam jamque tenet, ſimiliſque tenenti*
*Increpuit [32] malis, [33] morſuque eluſus [34] inani eſt.* 755

7 Dùm properat. 8 Ferrum. 9 Oberrantia in variam fugam. 10 Satis fuit, ac valuit invadendis Teucris fugientibus. 11 A Deo Vulcano fabricata. Al. *Dei*, id eſt, Æneæ. 12 Mortali manu factus, fragilis. 13 Fragilis, & quæ citò rumpitur. 14 Enſis & gladii. 15 Quia dextram inermem habebat. 16 Diverſa loca campi plani. 17 Implicando facit gyros. 18 Cœtu circumcingente, denſe ſtante: idèoque non potuit evadere, neque excurrere. 19 Eum. 20 Vulnere ex ſagitta ſuſcepto. 21 Curſuique vix ſufficiunt, inepta ſunt ad currendum. 22 Turnum. 23 Turni trepidanter aufugientis. 24 Ferventer inſtans. 25 Canibus aut retibus. 26 Aquilarum inſectantium, quibus pennæ punicei ſunt coloris. * Linea plumis variis iiſdemque uſtulatis intertexta ſuſpenditur ad terrendas feras, quò in veras plagas obſtantes impellat. 27 Venaticus canis. 28 Cervus, ſic circumdatus. 29 Quam ſe ſuperare non poſſe veretur, quin à canibus deprehendatur. 30 Canis Thuſcus agilis perſequitur inhians. 31 Et proximus eſt ut teneat. 32 Maxillis crepitum dedit, quibus mordere ſperabat jam elapſum. 33 *Alter in ambiguo eſt, an ſit comprenſus, & ipſis Morſibus eripitur, tangentiaque ora relinquit.* Ovid. 1. Met. 34 Nihil inter dentes offendenti.

Tùm

[1] *Tùm verò exoritur clamor, ripæque, lacuſque*
[2] *Reſponſant circà, &* [3] *cœlum tonat omne tumultu.*
[4] *Ille ſimul fugiens, Rutulos ſimul* [5] *increpat omnes,*
*Nomine* [6] *quemque vocans,* [7] *notumque efflagitat enſem.*
*Æneas mortem contrà, præſenſque minatur*
*Exitium, ſi quiſquam* [8] *adeat: terretque trementes,*
*Exciſurum urbem minitans, &* *ſaucius* [9] *inſtat.*
[10] *Quinque orbes explent curſu, totidemque* [11] *retexunt*
*Hùc, illùc: nec enim levia, aut ludicra* [12] *petuntur*
*Præmia, ſed Turni de vitâ & ſanguine certant.*
*Fortè* [13] *ſacer* [14] *Fauno foliis* [15] *oleaſter amaris*
*Hîc ſteterat, nautis* [16] *olim* [17] *venerabile lignum:*
[18] *Servati ex undis ubi figere dona ſolebant*
*Laurenti Divo, &* [19] *votas ſuſpendere veſtes.*
*Sed* [20] *ſtirpem Teucri* [21] *nullo diſcrimine* [22] *ſacram*
*Suſtulerant,* [23] *puro ut poſſent concurrere campo.*
[24] *Hîc* [25] *haſta Æneæ ſtabat: hùc impetus illam*
*Detulerat fixam, &* [26] *lentâ in radice tenebat.*
[27] *Incubuit, voluitque manu convellere* [28] *ferrum*
[29] *Dardanides,* [30] *teloque ſequi, quem prendere curſu*
*Non poterat. Tùm verò amens formidine Turnus,*
*Faune, precor,* [31] *miſerere, inquit: tuque optima* [32] *ferrum*
*Terra tene, colui veſtros ſi ſemper honores,*
*Quos contrà* [33] *Æneadæ bello fecêre* [34] *profanos.*
[35] *Dixit opemque Dei* [36] *non caſſa in vota vocavit.*

1 Cum Turnum Æneas terrere videretur. 2 Frequenter reſpondent & ſonitum referunt per circuitum. 3 Totus aër. 4 Tu nos. 5 Objurgat, ob inertiam & imprudentiam quia gladium non afferrent etiam non admoniti. 6 In quo ſpem habebat. 7 Paternum. 8 Accedit Turnum. 9 Inſtanter perſequitur Turnum. 10 Illi (alter fugiendo, alter perſequendo) percurrunt quinque gyros. 11 Replicant currentes hùc illùc. 12 Affectantur. 13 Conſecratus. 14 Deo ſylveſtri. 15 Olea ſylveſtris. 16 Priuſquam Trojani ſuſtulerant. 17 Veneratione & religione cultum à nautis. 18 Ad quam nautæ, qui fractâ navi incolumes in littus ejecti fuerant, ſolebant ſuſpendere dona votiva Fauno. Sic l. 3. Servatum ex undis *Strophadum me littora primùm Accipiunt.* 19 Voto promiſſas, in quibus ſervati erant. 20 Radicem arboris 21 Sivè diſcretione & intuitu religionis, neſcientes arborem ſacram eſſe. 22 Fauno. 23 Plano, & ſinè arborum aſperitate. 24 Ad hujus arboris radicem. 25 Conjecta in Turnum fugientem. 26 Tenaci. 27 Innixus eſt. 28 Haſtæ. 29 Haſta jacta conſequi, ferire Turnum. 30 Dardani nepos Æneas. 31 Mei. 32 Haſtæ. 33 Socii adhærentes Æneæ. 34 Procul à fano, id eſt, templo, id eſt, reprobandos & Diis indignos. *Profanum* quid ſit explicat Macrob. 3. Sat. c. 3. 35 Turnus. 36 Quæ non carent efficaciâ, ratificanda.



Digitized by Google

*Namque diu luctans, lentoque in ſtirpe moratus,*
*Viribus haud ullis valuit* 1 *diſcludere morſus*
*Roboris Æneas: dùm nititur acer, & inſtat,*
*Rurſus in aurigæ faciem mutata Metiſci*
*Procurrit, fratrique enſem* 2 *Dea Daunia reddit.*
*Quod Venus audaci* 3 *Nymphæ indignata licere,*
*Acceſſit, telumque* 4 *altâ ab radice revellit.*
5 *Olli ſublimes, armis animiſque* 6 *refecti,*
7 *Hic gladio fidens,* 8 *hic acer & arduus haſtâ,*
*Inſiſtunt contrà, certamine Martis* 9 *anheli.*
*Junonem intereà rex* 10 *omnipotentis Olympi*
*Alloquitur, fulvâ* 11 *pugnas de* 12 *nube tuentem.*
*Quæ jam finis erit, conjux? quid denique reſtat?*
13 *Indigetem Æneam ſcis ipſa, & ſcire fateris,*
*Deberi cœlo, fatiſque ad ſidera tolli.*
14 *Quid ſtruis? aut quâ ſpe gelidis in nubibus hæres?*
15 *Mortalin' decuit violari vulnere Divum?*
*Aut enſem (quid enim ſinè te Juturna valeret?)*
*Ereptum reddi Turno, &* 16 *vim creſcere victis?*
*Deſine jam tandem, precibuſque* 17 *inflectere noſtris:*
18 *Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ*
*Sæpe tuo dulci triſtes ex ore recurſent.*
*Ventum* 19 *ad ſupremum eſt: terris agitare vel undis*
*Trojanos* 20 *potuiſti,* 21 *infandum accendere bellum,*
*Deformare domum, &* 22 *luctu miſcere* 23 *hymenæos:*
*Ulteriùs* 24 *tentare veto. Sic Juppiter orſus:*
*Sic Dea* 25 *ſubmiſſo contrà Saturnia vultu:*
*Iſta quidem quia nota mihi tua,* 26 *magne, voluntas,*

1 Aperire, id eſt, non potuit recipere haſtam, quâ mordicùs arbor oleaſter tenebat. 2 Juturna, Dauni regis filia. 3 Juturnæ. 4 Profundâ. 5 Illi, Turnus & Æneas. Antitheſis. 6 Inſtaurati: anteà enim armorum inop. à animi utriuſque torpebant. 7 Turnus. 8 Æneas elatus & ſuperbus. 9 Anhelantes. 10 Cœli, in quo eſt omnipotens. 11 Turni & Æneæ. 12 Propriè, ut quæ Dea ſit regionis imæ aëris. 13 Inter Deos agentem & nullius egentem futurum eſſe in cœlo poſt victoriam. Nam *Dii Indigetes* ſunt, qui ex mortalibus indigenis in Deorum numerum relati ſunt. 14 Quid conaris contra fata? 15 Æquum-ne fuerat Æneam Divum futurum, vulnerari ut mortalem? *vel* vulnere, mortali manu inflicto, ſc. ab aliquo à Juturnâ ſubmiſſo: ſuprà, *Incertum quâ pulſa manu.* 16 Vires. 17 Permitte te flecti. 18 Si quid animum tuum edat, noli te cruciare, ſed amanter potius ad me defer querelas tuas. 19 Ad finem fatorum. 20 Sc. *hactenùs.* 21 Deteſtabile inter generum & ſocerum. 22 Matris Amatæ à ſe ſuſpenſæ, & aliorum interfectorum. Quod minata fuerat Juno 7. l. *Bellona manet te pronuba.* 23 Nuptias virginis. 24 Conari. 25 Humili: quia *Omnibus nobis, ut res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus.* Ter. Hecyr. Act. 3. Sc. 3. 26 Al. magna voluntas.

*Jup-*

Digitized by Google

*Juppiter, & Turnum &* [1] *terras invita reliqui.*
*Nec tu me aëriâ ſolam nunc ſede videres*
[2] *Digna, indigna pati: ſed* [3] *flammis cincta ſub ipſâ*
*Starem acie, traherémque* [4] *inimica in prælia Teucros.*
*Juturnam miſero (fateor) ſuccurrere* [5] *fratri*
*Suaſi, & pro* [6] *vitâ* [7] *majora audere* [8] *probavi:*
*Non ut tela* [9] *tamen, non ut contenderet arcum.*
*Adjuro* [10] *Stygii caput implacabile fontis,*
[11] *Una ſuperſtitio ſuperis quæ* [12] *reddita* [13] *Divis.*
*Et nunc cedo equidem, pugnaſque exoſa relinquo.*
*Illud te, nulla fati quod lege tenetur,*
*Pro Latio obteſtor, pro majeſtate* [14] *tuorum:*
*Cùm jam connubiis pacem felicibus (eſto)*
*Component, cùm jam leges &* [15] *fœdera jungent:*
[16] *Ne vetus* [17] *indigenas nomen mutare Latinos,*
*Neu Troas fieri jubeas, Teucroſque vocari,*
*Aut* [18] *vocem mutare* [19] *viros, aut* [20] *vertere veſtes.*
*Sit Latium, ſint Albani per ſecula reges:*
*Sit* [21] *Romana potens* [22] *Itala virtute propago:*
*Occidit, occideritque ſinas* [23] *cum nomine Troja.*
*Olli ſubridens hominum, rerumque* [24] *repertor:*
[25] *Es germana Jovis, Saturnique* [26] *altera proles:*
[27] *Irarum tantos volvis ſub pectore fluctus?*
*Verùm age, & inceptum fruſtrà* [28] *ſubmitte furorem:*
*Do quod vis: & me victuſque volenſque remitto.*
*Sermonem* [29] *Auſonii patrium moreſque tenebunt:*

1 Negotia terrena. 2 Quælibet; ut *facta, infecta, dicenda, tacenda, locutus.* 3 Ut Æn. 2. *Ferro accincta.* 4 Hoſtilia ipſis, id eſt, in quibus perirent. 5 Turno. 6 Fratris ſervanda. 7 Quam alioqui liceret. 8 Approbavi. 9 Tamen non ſuaſi, ut emitteret, id eſt, emittere faceret ſagittam. Hinc intelligi poteſt, auctorem vulneris Æneæ fuiſſe Juturnam. 10 Ipſam Stygem, lacum infernalem, *Dii cujus jurare timent, & fallere numen.* Vide Æn. 6. 11 Quæ ſola religio Diis ſuperſtes reddit eos inferis obnoxios, ſi Stygem jurati fallant. 12 Contra perjurium. 13 Quia non ſuaſerim, ut contenderet arcum. 14 Latini cæterorumque Regum Italorum, qui à patre tuo Saturno in Latio regnaverunt: *vel*, qui magis tui ſunt, quàm Trojani. 15 Perpetuæ concordiæ. 16 Aboleatur modò mihi infeſtum nomen Trojanorum, ſub Latino nomine manente, vel etiam Albano aut Romano vigeat, imperet, det jura triumphato orbi. Vide Hor. l. 3. Od. 3. 17 Inde, id eſt, ex Latio, & non aliunde genitos. 18 Sermonem patrium. 19 Latinos. 20 Mutare formam veſtium. 21 Ex Albanis orta. 22 Sub titulo virtutis Italicæ, & non Trojanæ. 23 Ita ut ne nomen quidem maneat. 24 Reparator aut productor, ſc. *viciſſim reſpondit.* 25 Non degeneras à patre aut fratre, ſi iram retineas; & hoc tibi indulgendum eſt, cognationis nomine, ut & indignationem & votum condonem: do ergo quod vis, nomen patrium, linguam & veſtes retineant. 26 Secunda. 27 Q. d. Non decet id. 28 Demitte, ſupprime. 29 Itali.

*Utque eſt, nomen* [1] *erit: commiſti* [2] *corpore tantùm*
[3] *Subſident Teucri: morem, rituſque* [4] *ſacrorum*
*Adjiciam, faciamque omnes* [5] *uno ore Latinos.*
[6] *Hinc genus,* [7] *Auſonio miſtum quod ſanguine ſurget,*
*Supra homines,* [8] *ſupra ire Deos pietate videbis:*
*Nec gens ulla* [9] *tuos æquè celebrabit* [9] *honores.*
[10] *Annuit his Juno, & mentem lætata* [11] *retorſit.*
*Intereà excedit* [12] *cœlo,* [13] *nubemque reliquit.*
*His* [14] *actis,* [15] *aliud genitor ſecum ipſe* [16] *volutat,*
*Juturnamque parat fratris dimittere ab armis.*
*Dicuntur* [17] *geminæ peſtes, cognomine* [18] *Diræ,*
*Quas &* [19] *tartaream Nox* [20] *intempeſta* [19] *Megæram*
*Uno eodemque tulit partu,* [21] *paribuſque* [22] *revinxit*
*Serpentum* [23] *ſpiris,* [24] *ventoſaſque addidit alas.*
[25] *Hæ Jovis ad ſolium,* [26] *ſævique in limine* [27] *regis*
[28] *Apparent,* [29] *acuuntque metum* [30] *mortalibus ægris,*
*Si quando lethum horrificum, morboſque Deûm Rex*
[31] *Mollitur,* [32] *meritas aut bello territat urbes.*
[33] *Harum unam* [34] *celerem demittit ab æthere ſummo*
*Juppiter,* [35] *inque omen Juturna occurrere juſſit.*
*Illa volat, celerique ad terram* [36] *turbine fertur:*
[37] *Non ſecùs ac* [38] *nervo per nubem impulſa ſagitta,*

1 Erit. 2 Et non nomine, neque ſermone. 3 Remanebunt, occulte ſedem capient. 4 Trojanorum. 5 Unâ appellatione, uno ſermone. 6 Ex Trojanis. 7 Italico. 8 Quod dicit propter multos è Julia familia relatos in Deos; vel propter clementiam Julii Cæſaris & Auguſti. 9 Propter templum Junonis in monte Aventino, & Junonia feſta, celebrata ſummâ populi Rom. propenſione; nec non Junonis ſimulacrum evocatum Carthagine & Romam advectum à Scipione Æmiliano tertio bello Punico. 10 Aſſenſum præbuit. 11 Mutavit, reflexit ab irâ animum aut memoriam odii. 12 Aëre. 13 E quâ priùs ſpeculabatur. 14 Cum Junone jàm placatâ. 15 Ad aperiendam fatis viam. 16 Agitat. 17 Secernit à ſororibus Megæram, ut forte huic miniſterio à Jove deſtinatam. Acherontis & Noctis filias eſſe furias dictum 7. Æn. ubi de Alecto. 18 Execrabiles. 19 Tertiam Furiam. 20 Ad nullum opus tempeſtiva ſive opportuna. 21 Æqualibus numero & mole. 22 Illigarat. 23 Annulis, quos pro capillis habent. 24 Tàm celeres, ut vento agi viderentur. 25 Furiæ, Tiſiphone, Alecto & Megæra. 26 Cùm ſævitiam ſuam ex aliqua cauſa oſtendere vult. 27 Jovis: aut de diverſis loquitur, ut per *ſævum regem* Plutonem intelligat. 28 Præſtò ſunt ad obſequium & mandata Jovis: eſtque nomen Juris: undè *Apparitores* Magiſtratuum dicti. 29 Acriorem faciunt. 30 Hominibus ægrè viventibus, multiſque miſeriis obnoxiis. 31 Cum difficultate diſponit. 32 Ut oſtenderet, Jovem non ſævum eſſe, ſed juſtum: illis enim hæc imminent, qui peccando meruerint. 33 Talium Furiarum. 34 Celeriter deſcendentem. 35 Ut Juturnæ omen mortis fratris Turni efficeret, & illa, id agnoſcens, abiret. 36 Impetu. 37 Hyperbolicâ comparatione amplificat velocitatem Furiæ. 38 Arcu nervato.



Digitized by Google

[1] *Armatam ſævi Parthus quam* [2] *felle veneni,*
*Parthus, ſive* [3] *Cydon, telum immedicabile torſit,*
*Stridens, & [4] celeres incognita tranſilit umbras:*
*Talis ſe [5] ſata Nocte tulit, terraſque petivit.*
*Poſtquam acies videt Iliacas, atque agmina Turni,*
[6] *Alitis in parvæ ſubitò collecta figuram,*
*Quæ quondam in buſtis, aut culminibus deſertis*
*Nocte ſedens, [7] ſerùm canit importuna per umbras:*
*Hanc [8] verſa in [9] faciem, Turni ſe [8] peſtis ad ora*
*Fertque refertque ſonans, [10] clypeumque everberat alis.*
[11] *Illi membra [12] novus [13] ſolvit formidine [12] torpor,*
[14] *Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus [15] hæſit.*
*At procul ut Dira [16] ſtridorem agnovit, & [17] alas,*
*Infelix crines ſcindit Juturna ſolutos,*
[18] *Unguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis.*
*Quid nunc te tua, Turne, poteſt germana juvare?*
*Aut quid jam miſeræ [19] ſuperat mihi? qua tibi [20] lucem*
*Arte morer? talin' poſſum me opponere [21] monſtro?*
*Jam jam linquo acies: ne me terrete timentem*
*Obſcœnæ [22] volucres: [23] alarum verbera noſco,*
[24] *Lethalemque ſonum: nec [25] fallunt juſſa ſuperba*
*Magnanimi Jovis: [26] hæc pro [27] virginitate [28] reponit?*
[29] *Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta eſt*
*Conditio? poſſem tantos finire dolores*
*Nunc certè, & miſero fratri comes ire per [30] umbras,*
[31] *Immortalis ego: haud quicquam mihi dulce [32] meorum*
*Te ſinè, frater, erit: [33] ô, quæ ſatis [34] ima dehiſcat*

1 Infectam. Sic l. 9. *Ungere tela manu, ferrumque armare veneno*, quimos Parthis, aliiſque barbaris, tingere ſpicula veneno, ut Hercules felle Hydræ. 2 Amaritudine. 3 Cretenſis, à *Cydone*, urbe Cretæ: quæ inſula ſagittando clara. 4 Quas celeriter percurrit. 5 Progenita Nocte, id eſt, Furia, movit ſe. 6 In noctuæ figuram mutata ex Furiâ. 7 Serò, noctu. 8 Furia mutata. 9 Effigiem bujuſmodi

avis. 10 Turni. 11 Turno. 12 In Turno inſolens, ſive vehemens concretio ſanguinis. 13 Diſſolvit. 14 Ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν. Il. ω. Idem verſus l. 4. legitur. 15 Adhæſit. 16 Infelix augurium, oſcinis in ſtridore, præpetis in alis. 17 Stridorem alarum Furiæ. 18 Pathos à geſtibus. 19 Supereſt, reſtat. 20 Vitam detinebo? 21 Augurio ex Jovis voluntate venienti. 22 Invidioſè, namque de unâ tantum ſermo. 23 Veſtrarum, ſc. *quid portendant*. 24 Mortis Turni indicem. 25 Latent me. 26 Præmia. 27 Quæ rapta eſt. 28 Rependit & perſolvit? 29 Ad quid. 30 Infernales. 31 Sed immortalis ſum, *Nec finire licet tantos mihi morte dolores*. Al. *Jàm mortalis ego*. 32 Eorum, quæ mihi contingent. 33 Optantis eſt. 34 Profunda, ut me devoret.

*Ter-*

*Terra mihi, maneſque [1] Deam demittat ad imos?*
*Tantum [2] effata, caput [3] glauco [4] contexit amictu,*
*[5] Multa gemens, & ſe fluvio Dea condidit alto.*
*Æneas [6] inſtat contrà, [7] telumque coruſcat*
*Ingens arboreum, & [8] ſævo ſic pectore fatur:*
*Quæ nunc deinde mora eſt? aut quid jam, Turne, [9] retractas?*
*Non curſu, [10] ſævis certandum eſt comminùs armis.*
*Verte omnes tete in facies, & [11] contrahe, quicquid*
*Sive animis, ſive arte vales: opta ardua [12] pennis*
*Aſtra [12] ſequi, clauſumque cavâ te condere terrâ.*
*[13] Ille, caput [14] quaſſans, Non me tua fervida terrent*
*Dicta, ferox: Dii me terrent, & [15] Juppiter hoſtis.*
*Nec plura effatus, ſaxum circumſpicit ingens,*
*Saxum antiquum, ingens [16] campo qui forte jacebat*
*[17] Limes agro poſitus, [18] litem ut diſcerneret arvis.*
*Vix illud [19] lecti bis ſex cervice ſubirent,*
*Qualia [20] nunc hominum producit corpora tellus.*
*Ille manu raptum [21] trepidâ [22] torquebat in hoſtem*
*Altior [23] inſurgens, & curſu [24] concitus heros.*
*[25] Sed neque currentem ſe, nec cognoſcit euntem,*
*Tollentem-ve manu, ſaxumque immane moventem.*
*[26] Genua labant, gelidus concrevit [27] frigore ſanguis.*
*[28] Tùm lapis ipſe [29] viri, vacuum per [30] inane volutus,*
*[31] Nec ſpatium evaſit totum, nec [32] pertulit ictum.*
*Ac velut in ſomnis oculos ubi languida preſſit*
*Nocte quies, nequicquam [33] avidos extendere curſus*
*Velle videmur, & in mediis conatibus ægri*
*Succidimus: non lingua [34] valet, non [35] corpore notæ*

1 Quamvis Deam. 2 Juturna. 3 Marini coloris. Dea enim fluvii, cui convenit glaucus amictus. Tiberinum glauco velabat amictu Carbaſus. l. 8. 4 Præ triſtitiâ, aut miſſura ſe in aquas. 5 Multùm. 6 Inſtanter urget Turnum. Ad ſingulare certamen, omiſſis Deorum conſiliis, redit. 7 Haſtam ingentem ex arbore factam. 8 Acri & magnifico. 9 Declinas & refugis prælium? 10 Hoſtilibus. 11 In unum collige. 12 Involare. Ab impoſſibili. 13 Turnus. 14 Ex indignatione. 15 Juppiter mihi infenſus. 16 In campo. 17 Signum termini. 18 Ut dirimeret agris contentionem agricolarum aut poſſeſſorum. 19 Viri. 20 Noſtra tempeſtate. 21 Feſtina. 22 Saxum illud. 23 Erigens ſe. 24 Concitatus Turnus. 25 Sed eventu irrito, quia ipſe præ formidine nec mentis nec virium compos. 26 Turni ſc. auxilio numinis deſtituti. 27 Timoris. 28 Inſuper. 29 Quem ipſe impulit. 30 Aërem. 31 Non pervenit ad hoſtem Æneam. 32 Et non ad finem uſque tulit, id eſt, evacuatus eſt impetus ipſius ſpatio longiore. 33 Avide procul excurrere. 34 Proloqui. 35 Corpori, vel in corpore.

*Sufficiunt vires : [1] nec vox , nec verba [2] ſequuntur :*
*Sic Turno (quâcunque [3] viam virtute petivit)*
*Succeſſum [4] Dea dira negat : [5] tùm pectore ſenſus*
*[6] Vertuntur varii : [7] Rutulos adſpectat & urbem,*
*Cunctaturque metu , [8] telumque inſtare tremiſcit :*
*Nec quò ſe eripiat , nec quâ vi tendat in hoſtem :*
*Nec currus uſquam videt , [9] aurigamque ſororem.*
*Cunctanti telum Æneas [10] fatale [11] coruſcat ,*
*[12] Sortitus fortunam oculis , & corpore toto*
*Eminùs [13] intorquet : [14] murali [15] concita nunquam*
*Tormento ſic ſaxa [16] fremunt , nec [17] fulmine tanti*
*Diſſultant crepitus : volat [18] atri turbinis inſtar.*
*[19] Exitium dirum haſta ferens , [20] oraſque recludit*
*Loricæ , & clypei extremos [21] ſeptemplicis orbes*
*Per medium ſtridens tranſit femur : incidit [22] ictus*
*Ingens ad terram [23] duplicato poplite Turnus.*
*[24] Conſurgunt gemitu Rutuli , totuſque remugit*
*Mons circùm , & [25] vocem latè nemora alta remittunt.*
*Ille [26] humilis , ſupplexque, oculos dextramque [27] precantem*
*Protendens: Equidem [28] merui, [29] nec deprecor (inquit)*
*[30] Utere ſorte tuâ : [31] miſeri te ſiqua parentis*
*Tangere [32] cura poteſt , oro (fuit & tibi [33] talis*
*Anchiſes genitor) Dauni miſerere ſenectæ :*
*[34] Et me , ſeu corpus ſpoliatum lumine mavis ,*
*Redde meis : viciſti , & victum [35] tendere palmas*

1 *Clamor fruſtratur hiantes*, Æn. 6. l. 2 Conatus noſtros. 3 Proceſſum. 4 Furia. 5 Inſuper. 6 Fiunt. 7 Quod deſperantis ſignum eſt. 8 Haſtam Æneæ imminere. 9 Quæ prius functa fuerat munere aurigæ. 10 Lethale. 11 Vibrat. 12 Hunc locum ad feriendum oculis elegit Æneas, quem fortuna deſtinaverat vulneri, & ubi Turnum feriret. Ἐσορόων χρόα καλὸν ὅπῃ εἴξειεν μάλιστα. Il. 12. 13 Telum. 14 Quo muri quatiuntur. 15 Concitè miſſa. 16 Strident. 17 Tonitru, ſinè quo nunquam eſt fulmen. 18 Venti impetuoſi. 19 Mortem diram. 20 Et aperit reſolvitque extremitates tunicæ, quæ olim è loris fiebat. 21 Septiès impliciti diverſis tergoribus. 22 Percuſſus. 23 Compreſſis genibus. 24 Rutuli ſimul gemere incipiunt. 25 Gementium. 26 Turnus victus & humi ſtratus. 27 Sublatam more ſupplicum. 28 Mortem. 29 Et non precor, ut non fiat mihi. 30 Interfice hoſtem tuum, in quem Fortuna tibi poteſtatem indulſit. 31 Non eſt quod mihi parcas cauſâ meâ : ego quidem mori meritus ſum : Sed tamen, in gratiam patris mei ſenis Dauni, miſerere : memor quàm gravis foret tuo patri mors filii immatura. 32 Commiſeratio. 33 Ut ejus gratiâ tibi parcendum eſſet. Pathos à ſimilitudine paſſionis. Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 34 Et me, ſi non vivum, mortuum ſaltem redde meis ſepeliendum. 35 Extendere manus ſupplices.

1 Itali.
2 Regis filia, pro qua certavimus.
3 Ne procedas ad majorem ultionem: quia ad gloriam ſatis eſt me victum fateri.
4 Strenuus.
5 In ſupplicem.
6 Cohibuit ab ictu.
7 Æneam morantem.

*[1] Auſonii vidêre: tua eſt [2] Lavinia conjux:*
*[3] Ulterius ne tende odiis. Stetit [4] acer in armis*
*Æneas, [5] volvens oculos, dextramque [6] repreſſit.*
*Et jam jamque magis [7] cunctantem [8] flectere [9] ſermo*
*Cœperat, [10] infelix [11] humero cùm apparuit alto*
*Balteus, & [12] notis fulſerunt cingula [13] bullis*
*Pallantis pueri, [14] victum quem vulnere Turnus*
*Straverat, atque humeris [15] inimicum inſigne gerebat.*
*[16] Ille oculis poſtquam ſævi monumenta doloris,*
*[17] Exuviaſque hauſit, furiis accenſus, & irâ*
*Terribilis: Tu-ne [18] hinc ſpoliis indute meorum*
*Eripiare mihi? [19] Pallas te [20] hoc vulnere, [19] Pallas*
*[21] Immolat, & pœnam [22] ſcelerato ex ſanguine [23] ſumit.*
*Hoc [24] dicens, ferrum [25] adverſo ſub pectore condit*
*[26] Fervidus: aſt [27] illi ſolvuntur [28] frigore membra,*
*[29] Vitaque cum gemitu fugit [30] indignata ſub [31] umbras.*

8 Movere ad miſericordiam. 9 Turni ſupplicantis. 10 Lethalis atque infelicitatem adferens Turno, Æneæ in memoriam revocans caſum à Turno Pallantem. 11 Turni. 12 Æneæ, qui agnoſcebat inſignia Pallantis ſibi Turnum aptaſſe. 13 Quibus ſtellatum & inoculatum fuit balteum. 14 Pallanta. 15 Quod ipſe ad gloriam geſtabat, utpote ſpolium hoſti ereptum, *vel inimicum*, id eſt, pernitioſum, exitiale. 16 Æneas. 17 Spolia Pallantis vidit: ut l. 4. Hauriat *hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus*. 18 Ab hoc loco, ubi ſub pedibus meis jaces? Q. d. minime. 19 Filius Evandri. Iteratum Pallantis nomen denotare videtur ictum repetitum. 20 Quod tibi ejus gratiâ infero. 21 Ad ſuæ mortis & rupti fœderis ultionem te, tanquam hoſtiam, ſacrificat Diis manibus. 22 Multis ſceleribus polluto. 23 Per me. 24 Æneas. 25 Oppoſito. 26 Ad vindictam Pallantis ſumendam. 27 Turno tranſfixo. 28 Morte frigere faciente. 29 Anima, quâ vivebat. Hunc eundem verſum l. 11. v. 831. poſuit in morte Camillæ. 30 Quod ante diem fatalem exire cogeretur, *vel*, quia ab hoſte precata veniam, exorare non poterat. 31 Infernales.

FINIS.

Re-

Digitized by Google

# Rerum ac Verborum in
# VIRGILIO
## Obſervandorum
# INDEX.

### A.


*ABantis clypeus* 252
*Abas* 165
*Abella malifera* 461
*Abies* 80
*Abjurata rapina, quæ?* 478
*Acanthis* 123
*Acanthus* 18
*Acca, Camillæ ſocia* 618
*Accingere ſe operi* 209
*Accubare, quid?* 403
*Acerræ civitas Campaniæ* 89
*Aceſtes rex* 318
*Achmenides* 269
*Achates Æneæ comes* 174
*Acheloïa pocula* 50
*Acheron, fluvius inferorum* 373, 384
*Acherontis cymba* 384
*Achilles, quis fuerit?* 19
*Achilles Lariſſæus* 207
*Acidalia Venus, cur dicta?* 194
*Aclides tela* 460
*Aconitum* 85
*Acriſionæi coloni* 445
*Acron ſternitur* 572
*Actia bella* 497
*Actia littera* 251
*Actius Apollo* 499
*Actoris Aurunci ſpolium* 628
*Addicere, quid ſit?* 271
*Addunt ſe in ſpatia* 76
*Adonis* 45
*Adraſtus* 395
*Adorea liba* 430
*Adyta, quæ?* 323
*Æacides* 420
*Ææa inſula Circes, & undè dicta?* 257
*Ægæon Gigas, cui centum brachia* 565
*Ægæum mare* 241
*Æges* 241
*Ægis, quid?* 486
*Ægreſcit medendo* 626
*Æneæ clypeus 494 pietas in patrem 231 urbs ædificata 433 arma fabricata à Cyclopibus 486, 487 ad Evandrum profectio & oratio 470, 471 monomachia cum Turno 654 ab inimico laus 593 Creüſam amiſſam requirit 233 Didoni profectionem fatetur 295 recedit à Didone 308 Cumas delatus 366 Sibyllam accedit*

*dit* 368 *infernum ingreditur* 382 *Italiam venit* 431 *Pallantem mortuum alloquitur* 582 *vulneratur* 638 *curatur à Venere* 642 *Latinorum urbem oppugnat* 679
*Æolus ventorum rex* 162
*Æolia Lipare* 485
*Ætna deſcriptio, & cauſa incendii* 267 *flammarum globos ejicit* 74
*Ætnæi fratres* 272
*Affectare dextram* ibid.
*Aganippe Aonia* 45
*Agathyrſi picti, qui?* 284
*Agenoris urbs* 175
*Ager novalis* 53
*Agmen propriè, quid?* 493 *pro impetu* 208, 322
*Agna Tempeſtatibus cædi ſolebat* 359
*Agnoſco & cognoſco, quo modo diſtinguantur?* 241
*Agragas mons Siciliæ* 273
*Agricolæ fortunatiſſimi* 100
*Agriculturæ laus* 102
*Agricolarum ſtudia per Hyemem, ludi* 104
*Agrippæ triumphus de Antonio* 498
*Agrorum natura* 86 *peſtes* 59
*Agyllina urbs* 456 *ejus ſedes* 488
*Ala equitum, undè ſic dicta?* 283, 612
*Alba civitas undè dicta?* 257 413, 468
*Albani patres, qui?* 159
*Alcides, quis, & undè ſic dictus?* 374
*Alcimedon artifex* 12
*Alcinoi ſylvæ* 81
*Alciones Thetidi dilectæ* 70 *ſerenitatis nunciæ* ibid.
*Alecto, luctifica* 441
*Alga, herba vilis* 32
*Alipedes equi* 439
*Allia fluvius, juxta quem exercitus Romanus deletus* 460
*Almon, filius Tyrrhi* 451
*Aloidæ gemini* 402
*Alphea flumina* 116
*Amaſenus* 608
*Amata furiis correpta* 442
*Amazones, quæ, & cur ita dictæ?* 183, 610
*Amazonia pharetra, quæ?* 335
*Ambarvalia ſacra* 67
*Ambire aliquem* 291
*Ambroſiæ coma* 178
*Ambroſia & Nectar* 643
*Amellum, quid?* 145
*Amiterna cohors* 459
*Amor vincit omnia* 48
*Amphitryoniades magnus* 470
*Amphryſia vates, Sibylla* 389
*Amphryſius* 106
*Amſancti valles* 452
*Amyclæ tacitæ* 565
*Amyclæ urbs* 111
*Amyclæus canis* 123
*Ancile, ſcutum breve, &c.* 434
*Ancus Martius, rex Rom. undè dictus?* 417
*Androgei lethum* 367
*Andromache, uxor Hectoris* 219



Digitized by Google

*Angitiæ nemus* 462
*Anguis cœleſte ſignum* 60
*Animus conſilii eſt, anima vita* 366
*Annales, qui?* 177
*Annos demorari* 228
*Annuus orbis* 319
*Anſer inter olores* 41
*Ante diem* 310
*Antemnæ turrigeræ* 455
*Antenoridæ tres* 395
*Ante tubam trepidare* 600
*Antiquitati ſuperſtitioſæ erat in votis, terra levis, &c.* 46
*Anubis latrator* 499
*Apenninus mons* 654
*Apex, quid?* 229 *Apices lanigeri, qui?* 497
*Apum mores & ingenium deſcribitur* 139 *penitùs amiſſæ ut reparentur?* 145 *amor & ſtudium erga regem ſuum* 142 *ira* 143 *Apibus Euri nocent* 141 *de procreatione apum* ibid. *gaudent tinnitu æris: illis ineſt auditus, ſenſus* 136 *oderunt fœdos odores, &c.* 136
*Apollo crinitus, & cur?* 530 *paſtor ab Amphryſo dictus* 106
*Aptum ſtellis* 302
*Aquilo denſus* 116
*Aræ ſaxa ſunt, & cur ab Italis ſic dicta?* 164
*Ara graminea, quæ?* 629
*Ara, undè dicta?* 288
*Aras tenebant ſacrificantes* ibid.
*Arctos metuentes tingi æquore, & quare?* 63
*Arcturi ſidera* 60
*Argileti nemus* 482
*Arion inter Delphinas* 36
*Argi* 575
*Argos* 173
*Arrigere aures, qui dicantur?* 213
*Arviſia vina, quæ & undè dicta?* 24
*Aruns Camillæ eccifor.* 618
*Aſcra* 86
*Aſia palus* 459
*Aſylum, undè dictum?* 233, 482
*Athenienſes in memoriam pagorum, in quibus diſperſi victitabant, ludos Libero patri celebrabant, &c.* 96
*Audentes fortuna juvat* 553
*Avernus lacus* 260 *undè dictus?* 380 *fons, per quem deſcenſus ad inferos* 357
*Auguſti geſta & triumphi præcipui* 497
*Auguſto viventi divini honores habiti* 1, 52
*Avitum, quid?* 433
*Aura, propriè quid?* 418
*Aura auri, pro ſplendore* 378
*Auræ omnia diſcerpunt* 515
*Auras ferre, quid?* 98
*Aurea mala, quæ?* 14
*Aurea ſæcula* 105, 481
*Aurem vellere* 25
*Auri ſacra fames* 240

*Au-*

Digitized by Google

Auris, memoriæ conſecrata frons genio, &c. 269
Auroræ deſcriptio 268
Auroræ filius Memnon 196
Auſonia 246
Auſpicari, quid? 238
Auſpicia majora, quæ? 250
Auſter frigidus 144
Automedon Pyrrhi armig. 220
Axis, pro Cœlo 302 pro Septentrione 91 Axes, qui? 416

B.

Bacca fructus arborum agreſtium 271
Bacchari, quid? 292
Bactra ultima, quæ? 498
Balearis funda 66
Balteus, quid? 335
Balteus Pallantis Turno mortis cauſa 664
Barathrum, quid? 259
Barbaricum aurum, quid? 222
Bellona pronuba 441 ſanguineo flagello 499
Bello nulla ſalus 597
Berecynthia 505
Beroë, Rhœteja conjux Dorycli 352
Bidentes, quæ? 279
Bitias 195
Boves, qui optimi? 109
Bractea 378
Brevia & Syrtes, quid? 164
Briareus centum geminus 384
Britanni orbe diviſi 5
Brontes, Steropeſque 485
Bruma 61
Bruti ultoris faſces 418
Bubo lethalis avis 301
Bucolica, undè dicta? 1
Bulla, quid? 664
Bumaſte, quid 82
Butbroti urbs 252
Buſiridis aræ 106
Buxum raſile 99

C.

Caci fabula 457
Cadaverum combuſtio 589
cremandorum ritus 378
Caducei deſcriptio 289
Caculus 458
Cæca fores, quæ? 219
Cadicus Alcathoum obtruncat 573
Cæneus ex juvene in fœminam 393
Cæſaris imperium 173
Cæſaris de Antonio triumphus 498
Ceſtus, quid? 321, 338, 340
Caïcus fluvius 149
Cajetæ portus 224, 425
Calathis & colo Minervæ 464
Calathus, quid? ibid.
Camænæ alterna amant 13
Camerina palus, &c. 273
Caphareus ultor 592
Capitolium 420, 482
Caprarum morſus arboribus exitiales 96
Capys 413
Carcer, quid? 326
Carceres, quid? 76
Cartheſia, poculorum genera ſunt 149

*Carecta, quæ?* 12
*Carex herba paluſtris* 118
*Carmentis Nympha monita* 481
*Carmentalis porta Romæ* ibid.
*Carpathium mare inter Ægyptum & Rhodum* 350
*Caſæ Mapalia dicuntur* 8
*Caſia, herba ſuaviſſimi odoris* 9
*Caſtaneæ molles* 6
*Caſtorea* 53
*Caſtra, pro claſſe: hinc caſtra nautica* 264
*Cato Cenſorinus* 420, 497
*Cauſas rerum qui novit, felix eſt* 102
*Caucaſus, mons Scythiæ* 99, 296
*Cavea, quid?* 336
*Cauſare, quid?* 43
*Celæno* 256 *ejuſdem vaticinium dirum* ibid.
*Cella Falerna* 82
*Centaurea graveolentia* 145
*Centauri qui?* 383
*Centauri à Lapithis victi* 99
*Centaurus navis* 324
*Ceraunia* 67, 263
*Cerberus* 153 *Herculi raptus* 389 *ejuſdem deſcriptio* 391
*Ceres agriculturam docuit* 57
*Ceſtus, quid?* 321
*Cetra, quid?* 461
*Chalcidicus verſus, quis?* 47
*Chaonia* 50 *undè dicta?* 254
*Charon portitor* 384
*Charybdis monſtrum* 259 *navigatio* 266
*Chelaſma, quid?* 502
*Chela* 51
*Chelydri anguis deſcriptio* 126
*Chimæra* 384 *navis* 324
*Chlamys Sidonia* 284
*Chorabus Caſſandræ ſponſus* 214 *ejus inconſultum conſilium & interitus* 218
*Chorabo ſtultior* 214
*Chromus, Mnaſylus, ſatyri* 26
*Cicones* 155
*Cinere conſpergebant caput in luctu* 650
*Circe Solis filia* 37 *ejus fabula* 426
*Circenſes ludi, qui?* 107
*Circus, quid, ejuſque forma?* 334
*Ciſſeïdis, id eſt, Hecubæ ſomnium* 441
*Ciſſeus, rex Thraciæ* 347
*Citheron* 109
*Clarius Apollo* 256
*Cleopatræ fuga* 498
*Clælia* 496
*Clypei Æneæ artificioſa ſculptura* 494
*Coclitis facinus* 496
*Cocyti amnis* 109 *inferorum* 153
*Codrus, dux Athenienſium* 21 *Poëta* 31
*Cœus Gigas* 64
*Columba in aëre tranſjecta ſagittâ* 344
*Cometæ diri* 75 *ſanguinei* 552
*Compita, undè dicta?* 96
*Conclamare, caſtrenſe verbum* 353


Co-

*Conon* 13
*Conſors, quid?* 347
*Conus, quid?* 271
*Copia, pro exercitu* 224
*Cornelius Coſſus* 420
*Coronas nautæ puppibus imponenebant* 66
*Coronare vina* 194, 432
*Coronâ cratera induere* 264
*Cortina* 242 *Phœbi, quid?* 387
*Corus, quid?* 325
*Corybantia æra, undè dicta?* 243
*Creüſa amiſſa, ejuſque ſimulachrum Æneæ viſum* 232, 234
*Crimine ab uno, diſce omnes* 201
*Criſta, quid:* 434
*Criſtæ comantes* 251
*Cumana Sibylla* 260, 372
*Cunabula, quæ?* 243
*Cunei loca in theatro* 103, 353
*Cuneus, quid?* 353, 636
*Cupentus, quid?* 647
*Cupreſſus, ad funera adhibebatur* 240, 379
*Cura, undè dicta?* 442
*Cures* 395, 555
*Curetes, matris Deûm miniſtri* 139
*Currus non audit habenas* 76
*inventus ab Erichthonio* 113
*Curſus certamen* 334
*Cybele* 243, 550
*Cyclades* 244
*Cyclopea ſaxa, quæ?* 168
*Cyclopum labores* 485 *ſtatura violentiaque* 270
*Cycni & Phaëthontis fabula* 548
*Cyllene* 472
*Cyllenius* 290
*Cymbala Cybeles ſacris, & Bacchi orgiis adhibita* 136
*Cymbia* 240
*Cymodocea Nympha* 550
*Cynthius Apollo* 25 *autor Trojæ* 108
*Cynthus* 184, 284
*Cypariſſus cornifera* 272
*Cytheræa* 171
*Cytheron inſula Veneri ſacra* 109
*Cythiſus* 125
*Cytorus mons* 99

D.

DA *ſternere* 628
*Dacæ* 500
*Dædala tecta* 141
*Dædali fabula* 367
*Damnare votis, quid?* 24
*Damnatus voti, quis?* 331
*Danai* 198
*Daphnidis mors & epitaphium* 22
*Dardanus Ilii auctor* 435, 472
*Dares contra Entellum* 341
*ejuſdem ſtolida ferocia* 338
*Decii duo fuerunt* 86 *pater & filius* 419
*Deductum carmen, quid?* 25

Digitized by Google

*Defrutum, quid?* 145
*Degeneres animos timor arguit* 276
*Dejicere oculos, humilitatis indicium* 603
*Deïopeja Nympha pulcherrima* 162
*Deïphobe* 368
*Deïphobus maritus Helenæ poſt obitum Paridis* 396
*Deïphobi & Æneæ apud inferos colloquium.* ibid.
*Deli deſcriptio* 241
*Delos Latonia* 106
*Delubrum, quid?* 208
*Delus materna* 284
*Deorum juramentum* 506
*Dentale, quid?* 59
*Depellere, quid?* 3
*Depoſiti, qui?* 641
*Depulſi à lacte* 31
*Deucalionis fabula* 53
*Deus undè dictus ſit?* 2 *quibus vox Dei tribuatur?* ibid.
*Deus utriuſque generis* 227 *de Venere* 643
*Diana forma* 184 *tergemina virginis ora* 304 *ara placabilis* 462
*Dictamnus herba* 642
*Dicte* 28, 246
*Dicto citiùs* 166
*Dido regis officium exſequitur* 184 *ejus humanitas* 187 *hoſpitalitas* ibid. *inſanus amor* 280, 292 *conjugium cum Æneâ* 285 *oratio ad Æneam ne ſe deſerat* 293 *imprecatio in Æneam* 309 *conventus cum Æneâ apud inferos* 393
*Didymaonis artes* 337
*Dierum brevium & longorum cauſa* 101
*Die pro diei* 61
*Dies civilis, quando inceperit?* 398
*Dii patrii, qui?* 75 *magni qui?* 237
*Dindyma* 529
*Diomedes Venerem vulnerat* 593 *ejus equi* 196
*Diomedeæ aves* 593
*Dionæa mater* 238
*Dionæus Cæſar, undè ita dictus?* 42
*Dirce* 8
*Diræ* 309, 499 *& ad Jovis ſolium perpetuò duæ* 660 *ex Nocte* ibid.
*Diſce puer virtutem* 643
*Diſcincti, qui?* 500
*Diſcumbentes & ſedentes olim veſcebantur* 194
*Diſſimulare* 184, 289
*Divi & Dii, ut differant?* 630
*Dodona* 57
*Dodonei lebetes, qui?* 261
*Dolopes* 198
*Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?* 216
*Domina Ditis* 389
*Dona inimicorum ſuſpecta* 200
*Doris regio* 199
*Dotalis regia* 535
*Drances Turno infenſus* 586, 596 *melior linguâ, quàm dex-*

Digitized by Google

*dextrâ* 596
*Drepanum* 274
*Dryades* 50
*Drymoque, Xanthoque, &c. Nympharum nomina* 147
*Dryopes, qui?* 284
*Dulichium* 251
*Dulichiæ rates* 29
*Duplex amictus* 341
*Duplicare, quid?* 610

E.

*EBrietatis mala* 99, 515
*Ebur illachrymat templis* 74
*Echo* 326
Ἐχθρῶν δῶρα ἄδωρα 200
*Eclipſis* 101
*Ecloga, undè dicta?* 1
*Eleuſina mater* 58
*Eliſa* 294
*Elyſium* 357, 398
*Elyſiorum camporum deſcriptio* 51
*Emathia* 75, 150
*Enceladi corpus in Siciliâ* 267
*Enipeus* 149
*Enſis ſtellatus* 290
*Epeus, equi Trojani fabricator* 211
*Ephireïa æra* 100
*Epidaurus, domitrix equorum* 109
*Epirus optimas equas creat* 53
*Equeſtre certamen puerorum* 348
*Equas è vento concipere, & ubi?* 120 *earum prægnantium cura* 114 *earum libido* 119, 120
*Equi caput inventum, ubi Carthago* 181
*Equitandi auctores Lapithæ* 113
*Equorum educatio* 115, 116
*Equorum omen* 265
*Equus lachrymas & doloris affectum ſentiens* 584
*Equus ligneus* 198
*Erato Muſa* 427
*Erebus* 390
*Erichthonius primus uſum currus docuit, &c.* 113
*Eridanus fl.* 149
*Erigone* 51
*Eriphile* 393
*Erynnis, undè dicta?* 214
*Eryx* 339
*Evadne* 393
*Evander Romanæ conditor arcis* 480 *affectus erga Pallantem* 492 *luctus ob Pallanta filium* 587
*Eumenides, quæ, & cur ita dictæ?* 64, 153, 381
*Euphrates* 76, 157, 500
*Eurotas* 29, 184
*Euryſtheus* 106 *ejus imperia in Herculem* 479
*Euryali & Niſi Hiſtoria* 509, 510 *mutuus amor* ibid. *capita haſtis præfixa* 522 *matris lamentatio ob interitum Euryali* 523
*Eurydices & Orphei fabula* 152, &c.



Digitized by Google

*Eurydice icta, & ab inferis reducta* ibid.
*Exactus menſis, quis?* 72
*Examen apum* 428
*Examen, quid?* ibid.
*Exanimus & exanimis dicitur* 183
*Excipere, quid?* 11, 254, 282
*Excipere ſorti, quid?* 514
*Exercere diem* 755
*Explere numerum, quid?* 399
*Exuvia, de corio ſerpentis* 220 *de veſtibus* 303 *undè dicta?* 211

F.

F*Abaris* 460
*Fabarum ſatio* 61
*Fabius Max.* 420
*Fabii, undè dicti?* ibid.
*Faces 5 praire ſolent nubentes puellas* 35
*Facilis deſcenſus Averni* 374
*Fagus* 1
*Fama deſcriptio* 286
*Far pium, quid?* 358
*Faſces attollere, quid?* 433
*Faſcis, quid?* 418
*Fata viam invenient* 257
*Fauni, qui?* 50
*Faunus* 427
*Ferre pedem, quid?* 50
*Feretrum, quid?* 379
*Ferrugo, quid?* 73
*Feſcennina acies* 459
*Fibra, quæ propriè?* 403
*Fides cana, cur dicatur?* 173
*Figere cervos 8 leges, quid?* 405
*Fiſcina* 64
*Florentes ære catervæ* 464, 600
*Floribus aſpergere tumulos, mos antiquus* 321
*Fluctuare æſtu curarum* 466
*Flumen piceum* 558
*Focus, quid?* 244
*Fœderum faciendorum ritus* 395
*Fontes omnes ſacri* 4
*Formido, quid?* 124 *in venatione, quid?* 656
*Formicarum ſedulitas ac providentia* 298
*Fornix, quid?* 405
*Fortunatus laborum* 599
*Frons verecundiæ aſſignabatur* 563
*Frumentis optima terra quæ, & quomodo frangatur?* 88
*Fuimus Troës* 214
*Fulgura cœlo ſereno* 75
*Fulminare, quid?* 157
*Funalia* 195
*Funda* 57
*Furor arma miniſtrat.* 166
*Futilis glacies, quæ?* 656

G.

G*Abii* 424
*Gabinus cinctus* 454
*Geſa Alpina, quæ?* 497
*Galerus* 458
*Gangaridæ populi, qui?* 108
*Ganges* 84, 503

*Ganymedes, & ejus raptus* 160
*Garamantes, qui?* 416
*Gaza agreſtis, quid?* 319
*Geloni* 500
*Gemmâ bibere* 103
*Gemma, quid?* 335
*Genialis hyems* 65
*Genitale arvum* 114
*Genius loci, quis?* 322, 432
*Geryon* 457, 475
*Gigantum pœna apud inferos* 401, 402
*Gnoſſus, quid?* 334
*Gorgones* 226, 384
*Gortynia* 28
*Gradivus pater, cur ſic dictus Mars?* 239
*Grandinis ſigna* 72
*Grynæus Apollo, undè dicatur?* 295
*Gryphes, quæ?* 35

H.

*Habet, id eſt, percuſſus eſt* 39
*Hæc mea ſunt: ejuſque ritus* ibid.
*Halcyones ſerenitatis nuncii* 70, 123
*Haleſus Agamemnonius* 460
*Hamadryades Nymphæ, quales?* 47
*Harpalice* 174
*Harpyiæ* 248, 384
*Haud tanto ceſſabit cardine rerum* 192
*Hebrus* 152, 155, 174
*Hecate tergemina, & undè?* 304
*Ereboque patens* 381
*Hector patri venditur* 183
*Hector Æneæ in ſomnis apparet* 211
*Hecuba centum nurus* 221 *fuga ad aram* ibid.
*Hederæ errantes* 18 *eâ Poëtæ coronantur* 31 *pallentes* 138
*Helenæ in Deiphobum perfidia* 397
*Helicon mons, Muſis dicatus* 107 *Apollini ſacer* 456
*Herculea corona* 80
*Hercules Cerberum rapit* 389
*Cacum interficit* 477
*Herminius, ingens corpore* 610
*Hermione Oreſti & Pyrrho deſponſata* 254
*Hermus fluvius* 460
*Hernica ſaxa* 458
*Herilus tricorpor* 492 *occiſus* 491
*Heſiones regna* 473
*Heſperia, undè dicta?* 366
*Heſperia, ad diſtinctionem Hiſpaniæ* 185
*Heſperia magna* 426
*Heſperidum mala* 28
*Heſperidum templi cuſtos* 302
*Heu, nihil invitis fas quemquam fidere Divis?* 217
*Hibiſcus, genus herbæ* 8
*Hippocrene* 45
*Hippodame* 106

*Hip-*

Digitized by Google

*Hippolyte* 611
*Hippolytus* 462
*Hippomanes, quid?* 120, 904
*Hirundo tempeſtatis nuncia* 69
*Hædi pluviales, ſtella* 532
*Hædorum ortus pluvias faciunt* 60
*Honorem aris imponere* 161
*Honori non cedit* 262
*Hortinæ claſſes* 460
*Hoſti ſtare* 123
*Humati, qui?* 588
*Hyades* 57 *undè dictæ?* 196
*Hyades pluviæ, quæ?* ibid. & 264
*Hybla* 4
*Hydaſpes* 242
*Hydra, quæ?* 401
*Hylas* 27 *Herculi dilectus, & à Nymphis raptus* 206
*Hylax* 39
*Hylæus, Pholuſque* 99, 479
*Hymella fluvius* 460
*Hymenæus, quis?* 155, 191
*Hypanis* 249
*Hyperborei montes Scythiæ* 116
*Hyrcanæ* 296
*Hyrtacides, acerrimus armis* 509

I.

I*Anus, undè dictus?* 434 *Bifrons* ibid. 633 *Cluſius, Patulcius dictus* 173, 454 *in Janiculo habitavit* 482 *de ejus nomine* ibid.
*Japygia* 591
*Iarbæ de repulſâ Didonis querentis ad Jovem oratio* 287
*Jaſius, quis?* 246
*Icarus* 622
*Icari fabula* 368
*Idæum nemus* 243
*Idalium* 192 *Veneri ſacrum* 542
*Idomeneus* 592
*Idumeæ palmæ* 107
*Ignes terræ, qui?* 205
*Ignis ſacer* 132
*Ilia, &c.* 172, 414
*Ilia illi rumpantur* 31
*Ilicet* 212
*Ilione Priami filia* 191
*Ilioneus Trojanorum orator* 185
*Ilium in Italiam fertur* 162
*Imbris prognoſtica* 72
*Immanis belli* 648
*Imperatores poſt mortem in numerum Deorum referebantur* 1
*Importunæ volucres* 74
*In limine primo deficere* 600
*Inachus Acriſiuſque patres* 443
*Inarime* 544
*Incedere, quid?* 161
*Inceſſit regibus diſcordia* 136
*Incondita, quæ dicantur?* 7
*Indago, quid?* 283
*India mittit ebur* 53



Digitized by Google

*Indicere forum, quid?* 358
*Indicere meritos honores* 250
*Indigetes Dii, qui?* 658 *Dii ex hominibus facti* 75
*Induet ſe in florem* 60
*Infantium locus apud inferos* 391
*Inferiæ* 156 *ſacra mortuorum* 563
*Inferni lacus, qui?* 257
*Infracti Latini* 623
*Inſula, quid?* 218, 564
*Inhiare, quid?* 279
*Inhorret meſſis campis* 66
*Inhumatos non vehi à Charonte* 386, 389
*Innabilis palus, quæ?* 153
*Inſomnia, quæ?* 276
*Inſomnium, quid?* 424
*Inſpicare faces* 65
*Inſtaurare diem donis* 279
*Integer ævi* 227
*Intemerata munera* 246
*Intempeſta nox, quæ dicatur?* 268
*Interpres Divûm* 295
*Intyba ſegeti noxia* 56
*Involvere diem* 247
*Jo Inachi filia* 463
*Jonium mare* 248
*Jopas* 195
*Iphitus* 214
*Iris* 350 *undè dicta?* 314
*Iſmara* 79
*Iſmarus, & Rhodope montes* 35
*Iſmarii Dorycli conjux* 351
*Iſter* 102 *Danubius dictus* 123
*Italia, undè dicta?* 185
*Italiæ antiqua deſcriptio* ibid. *encomium & fertilitas* 84
*Jubæ, quæ?* 217
*Juba crinita triplex* 463
*Julia unda, undè dicta?* 85
*Julii Cæſaris cædem quæ prodigia ſecuta?* 73
*Julus* 172
*Juno Jovis ſoror & conjux* 161
*Juno, quare inviſa Trojanis?* 160
*Juno inferna* 375
*Juno ſecunda* 278 *pronuba* 279, 285 *Saturnia* 160
*Junonia hoſpitia* 192
*Juno, pro Turno rogat Jovem* 659
*Junonis contra Venerem oratio* 281 *conqueſtio de Æneæ ſucceſſibus* 440
*Jupiter infans à Curetibus cuſtoditus* 139
*Jupiter Anxurus* 464
*Jura ferrea, quæ?* 103
*Jurare per caput* 295, 515
*Juſtitiam diſcite* 404
*Juturna Turno fœdus diſſuadet* 634 *aurigæ officio fungitur* 645 *gladium reddit fratri* 658 *querela ad Turnum* 661 *fugit* 662
*Juturna, fons* 630
*Ixionis angues* 109 *pœna apud inferos* 153, 403

Digitized by Google

L.


Labici picti ſcuta 463
Labor actus in orbem redit 97
Labor improbus omnia vincit 57
Labra 77
Labruſca 21
Labyrinthus, à Dædalo factus 349
Labyrinthus, quid? 368
Lacertus, genus ſerpentis 7
Lacinia Diva 266
Lacuna 56
Læna, quid? 290
Laocoon, ejus & liberorum interitus 208
Laodamia 393
Laomedontiada 250
Laomedontius heros 466
Lapithæ, qui? 403
Lappa 58, 125
Lapis bibulus 94
Laquearia 195
Lariſſa 207
Lariſſæus Achilles ibid.
Latex, quid? 193
Latini priſci, qui? 350
Latinus Fauni ex Maricâ filius 427 regia ejus deſcriptio 429 pacem cum Ænea ſuadet 433 ad Trojanos oratio 438
Latium cur dicatur? 481
Latonæ genus duplex 633
Latro, pro venatore 624
Laudato ingentia rura, Exiguum colito 97
Lavinia civitas 159
Lavinia Ænea in uxorem datur 664 crines accenſi 429
Laurentia 395
Laurentum, unde? 427
Laurus Parnaſſia 78
Lauta carinæ, quæ? 483
Laxant arva ſinus 93
Laxare fores 390
Ledæa Hermione 254
Leges figere atque refigere 405
Lembus 60
Lemnius pater 487
Lenæus, pro vino 287 pro Baccho & cur? 77, 104, 287
Lentandus remus 257
Lepores auriti 66
Lernæus anguis 479
Lethæus amnis 409
Lethæus ros 363
Lethe 54
Levare auxilio 219
Leucata 251, 497
Libare 171
Libare dapes 322 pro ſacrificare 149
Liber, quid? 606
Libethrides Nymphæ 31
Libyſtidis urſæ pellis 319
Licia tela addere 65
Liguſtrum, quid? 7
Lilybæïa vada 274
Limbus, quid? 284
Lini ſeges urit campum 54
Liquentia mella 180




Digitized by Google

*Lituus, quid, & undè dictus?* 376, 434
*Lituus Quirinalis* ibid.
*Lividum, quid?* 385
*Lolium infelix* 23, 58
*Lotos arbor* 81
*Lucifer* 235
*Lucina* 17, 110
*Lucrinus lacus* 85
*Luna, quando colligat revertentes ignes?* 72 *pallida, quid deſignet?* ibid.
*Luna tacita, ſilens* 210
*Luna tempeſtatum ſignificatrix* 68
*Lunæ labores* 101
*Lupatis parère* 117
*Lupercal* 482
*Luperci undè dicti?* *hinc Lupercalia* 497
*Luſtra* 270, 284
*Luſtralia exta* 474
*Luſtrari Diis* 251
*Luſtrum, quid?* 172
*Lutèola caltha* 9
*Luxuriat toris pectus* 111
*Lyæus* 89, 193
*Lycæi ſumma* 122
*Lycæus* 50
*Lycaon Gnoſſius* 515
*Lyciæ ſortes* 295
*Lyciſca* 11
*Lycurgus* 237
*Lycus fluvius* 149
*Lydia gens* 488, 547
*Lydius Tibris* 234
*Lymphata* 443
*Lyrneſius Acmon* 546
*Lyrneſſi domus* 648

M.

*Machaon, quis?* 211
*Macte, quid, &c.* 530
*Mænalii verſus* 34
*Mænala* 50
*Mænalus mons* 34, 45
*Mæonia* 288
*Mæonii Bacchi* 149
*Mæotica palus Scythiæ tellus* 123, 416
*Magalia, vel mapalia, quæ?* 179
*Magni menſes, qui?* 17
*Maja una Pleiadum* 61 *mater Mercurii* 472
*Malea* 328
*Manes* 240
*Manipli* 602
*Manipulus, quid?* ibid.
*Manipuli triginta in legione* ibid.
*Manlii virtus in Capitolio defendendo* 496
*Mapalia, quæ?* 123, 179
*Manto filia Tireſiæ vatis* 549
*Mareotides uvæ, undè dictæ?* 81
*Marmor infidum* 63
*Marpeſſus mons, qualis?* 394
*Marpeſia cautes* ibid.
*Marrubia gens* 461
*Marſi* 86
*Martis ſimulacrum vinctum, & ab Apelle pictum* 174
*Maſ-*

Digitized by Google

*Maſſicus humor* 84
*Maſſicus rex* 547
*Maſſyli, qui?* 283 *populi Mauritaniæ* 370
*Maturi Soles* 53
*Maturate fugam?* 165
*Mavortia tellus* 152
*Mavors* 638 *ſanguineus* ibid.
*Mauruſia gens* 287
*Medica, qualis herba ſit?* 61
*Medius locus honoratior apud Romanos* 107, 193
*Megæra tartarea* 660
*Megara oppidum* 273
*Mel ex rore colligitur, & cur aërium dicatur?* 133
*Mel, quomodo eximendum?* 143
*Melibœus, undè dictus?* 1
*Meliphylla* 136
*Mella fluvius* 145
*Memnonis nigri arma* 183
*Menelaus, frater Agamemnonis* 211 *Deiphobum in lecto obtruncat* 398
*Mens læva, quæ?* 200
*Mens & animus, ut differant?* 366
*Menſæ perpetuæ* 433
*Menſæ commeſtæ Trojanis* 431
*Menſes incerti, qui* 56
*Menſes magni, qui?* 17
*Mephitis* 429
*Mercurii deſcriptio, genus* 472 *ejus habitus* 306, 307
*Mercurius ad Didonem mittitur* 174 *Æneam ad prælectionem hortatur* 309
*Mergi, undè dicti?* 68
*Meridiei periphraſis* 151 *deſcriptio* ibid.
*Meropes avis* 134
*Meſſapus equûm domitor* 458
*Methymna civitas* 81
*Metius Suffetius, Albanorum Rex, equis diſtractus* 395
*Mezentius Latinorum dux, Deûm contemptor* 456 *pro Turno pugnæ ſuccedit* 570 *crudelis* 488 *comparatur apro & leoni* 571 *vulneratur* 574 *interimitur* 579
*Mileſia vellera* 121, 147
*Minæ, quæ?* 281
*Minerva tenuis, quæ?* 485
*Minio rubens* 45
*Minos quæſitor* 392
*Miror illius rei* 386
*Miſenus tubicen* 249 *Æolides* 376 *ejus mors* ibid.
*Miſericordiæ veteres aſſignabant genua, &c.* 269
*Mitra Mæonia, quæ* 288 *quibus geſtare licebat, quibus non?* 529
*Moloſſus canis* 126
*Monaci arx.* 419
*Montes Romæ, qui, & quot?* 105
*Monſtrum, quid, & undè dictum?* 346
*Monſtra domita ab Hercule* 479
*Monumenta, undè dicta?* 243 *quæ?* 262



Digitized by Google

…s Hebrus 155
…ia Italiæ regio, undè di-
…? 185, 429
…ii 246
…m, quid? 114
…culturæ 98
…acis ſignum 432
…perfundi ſolebant luctato-
…, & cur? 325
…victor coronabatur 335
…cis inſigne 98
…tonſæ, quæ? 107, 359
…vivax 86
…piaca palma, quæ? 109
…dorum origo ibid.
…pus, pro cœlo & monte
…17 mons Macedoniæ 65
…ina repetere, quid? 206
…ina turbare, quid? 258
…gri curſu agitandi 126
…rare æthera votis 503
…rari in herbis, pro ſacrifica-
…re 67
…ima ſpolia, quæ? 421
…pida, undè dicta? 417
…are, pro eligere 180, 243
…culum Sibyllæ 371 perpe-
…ram intellectum & interpre-
…atum ab Anchiſâ 243
…s belli evolvere 525
…tores Æneæ ad Latinum
…miſſi 432
…tores pro legatis ibid.
…es, qui? 115 ferrati 124
…bites 82
…us, quid? 217 pallidus cur
…dicatur? 64
Ff 5 Ore

Digitized by Google

Ganymedes, & ejus raptus 160
Garamantes, qui? 416
Gaza agreſtis, quid? 319
Geloni 500
Gemmâ bibere 103
Gemma, quid? 335
Genialis hyems 65
Genitale arvum 114
Genius loci, quis? 322, 432
Geryon 457, 475
Gigantum pœna apud inferos 401, 402
Gnoſſus, quid? 334
Gorgones 226, 384
Gortyniæ 28
Gradivus pater, cur ſic dictus Mars? 239
Grandinis ſigna 72
Grynæus Apollo, undè dicatur? 295
Gryphes, quæ? 35

H.

Habet, id eſt, percuſſus eſt 39
Hæc mea ſunt: ejuſque ritus ibid.
Halcyones ſerenitatis nuncii 70, 123
Haleſus Agamemnonius 460
Hamadryades Nymphæ, quales? 47
Harpalice 174
Harpyiæ 248, 384
Haud tanto ceſſabit cardine rerum 192
Hebrus 152, 155, 174
Hecate tergemina, & undè? 304
Ereboque potens 381
Hector patri venditur 183
Hector Æneæ in ſomnis apparet 211
Hecubæ centum nurus 221 fuga ad aram ibid.
Hederæ errantes 18 eâ Poëtæ coronantur 31 pallentes 138
Helenæ in Deiphobum perfidia 397
Helicon mons, Muſis dicatus 107 Apollini ſacer 456
Herculea corona 80
Hercules Cerberum rapit 389
Cacum interficit 477
Herminius, ingens corpore 610
Hermione Oreſti & Pyrrho deſponſata 254
Hermus fluvius 160
Hernica ſaxa 458
Herilus tricorpor 492 occiſus 491
Heſiones regna 473
Heſperia, undè dicta? 366
Heſperia, ad diſcretionem Hiſpaniæ 185
Heſperia magna 426
Heſperidum mala 28
Heſperidum templi cuſtos 302
Heu, nihil invitis fas quemquam fidere Divis? 217
Hibiſcus, genus herbæ 8
Hippocrene 45
Hippodame 106

Hip-

Digitized by Google

*Hippolyte* 611
*Hippolytus* 462
*Hippomanes, quid?* 120, 504
*Hirundo tempeſtatis nuncia* 69
*Hædi pluviales, ſtella* 532
*Hædorum ortus pluvias faciunt* 60
*Honorem aris imponere* 161
*Honori non cedit* 262
*Hortinæ claſſes* 460
*Hoſti ſtare* 123
*Humati, qui?* 588
*Hyades* 57 *undè dictæ?* 196
*Hyades pluviæ, quæ?* ibid. & 264
*Hybla* 4
*Hydaſpes* 142
*Hydra, quæ?* 401
*Hylas* 27 *Herculi dilectus, & à Nymphis raptus* 106
*Hylax* 39
*Hylæus, Pholuſque* 99, 479
*Hymella fluvius* 460
*Hymenæus, quis?* 155, 191
*Hypanis* 149
*Hyperborei montes Scythiæ* 116
*Hyrcanæ* 296
*Hyrtacides acerrimus armis* 509

I.

I*Anus, undè dictus?* 434 *Bifrons* ibid. 633 *Cluſius, Patulcius dictus* 173, 454 *in Janiculo habitavit* 482 *de ejus nomine* ibid.
*Japygia* 591
*Jarba de repulſâ Didonis querimonia ad Jovem oratio* 287
*Jaſius, quis?* 246
*Icarus* 622
*Icari fabula* 368
*Idæum nemus* 243
*Idalium* 192 *Veneri ſacrum* 542
*Idomeneus* 592
*Idumeæ palmæ* 107
*Ignes terræ, qui?* 205
*Ignis ſacer* 132
*Ilia, &c.* 172, 414
*Ilia illi rumpantur* 31
*Ilicet* 212
*Ilione Priami filia* 191
*Ilioneus Trojanorum orator* 185
*Ilium in Italiam fertur* 162
*Imbris prognoſtica* 72
*Immanis belli* 648
*Imperatores poſt mortem in numerum Deorum referebantur* 1
*Importunæ volucres* 74
*In limine primo deficere* 600
*Inachus Acriſiuſque patres* 443
*Inarime* 544
*Incedere, quid?* 161
*Inceſſit regibus diſcordia* 136
*Incondita, quæ dicantur?* 7
*Indago, quid?* 283
*India mittit ebur* 53

*Indicere forum, quid?* 358
*Indicere meritos honores* 250
*Indigetes Dii, qui?* 658 *Dii ex hominibus facti* 75
*Induet ſe in florem* 60
*Infantium locus apud inferos* 391
*Inferiæ* 156 *ſacra mortuorum* 563
*Inferni lacus, qui?* 257
*Infracti Latini* 623
*Inſula, quid?* 218, 564
*Inhiare, quid?* 279
*Inhorret meſſis campis* 66
*Inhumatos non vehi à Charonte* 386, 389
*Innabilis palus, quæ?* 153
*Inſomnia, quæ?* 276
*Inſomnium, quid?* 424
*Inſpicare faces* 65
*Inſtaurare diem donis* 279
*Integer ævi* 227
*Intemerata munera* 246
*Intempeſta nox, quæ dicatur?* 268
*Interpres Divûm* 295
*Intyba ſegeti noxia* 56
*Involvere diem* 247
*Io Inachi filia* 463
*Ionium mare* 248
*Iopas* 195
*Iphitus* 214
*Iris* 350 *undè dicta?* 314
*Iſmara* 79
*Iſmarus, & Rhodope montes* 35
*Iſmarii Dorycli conjux* 351
*Iſter* 102 *Danubius dictus* 123
*Italia, undè dicta?* 185
*Italiæ antiqua deſcriptio* ibid. *encomium & fertilitas* 84
*Iuba, quæ?* 217
*Iuba crinita triplex* 463
*Iulia unda, undè dicta?* 85
*Iulii Cæſaris cædem quæ prodigia ſecuta?* 73
*Iulus* 172
*Iuno Iovis ſoror & conjux* 161
*Iuno, quare inviſa Trojanis?* 160
*Iuno inferna* 375
*Iuno ſecunda* 278 *pronuba* 279, 285 *Saturnia* 160
*Iunonia hoſpitia* 192
*Iuno, pro Turno rogat Iovem* 659
*Iunonis contra Venerem oratio* 281 *conqueſtio de Æneæ ſucceſſibus* 440
*Iupiter infans à Curetibus cuſtoditus* 139
*Iupiter Anxurus* 464
*Iura ferrea, quæ?* 103
*Iurare per caput* 295, 515
*Iuſtitiam diſcite* 404
*Iuturna Turno fœdus diſſuadet* 634 *aurigæ officio fungitur* 645 *gladium reddit fratri* 658 *querela ad Turnum* 661 *fugit* 662
*Iuturna, fons* 630
*Ixionis angues* 109 *pœna apud inferos* 153, 403

L.

Labici picti ſcuta 463
Labor actus in orbem redit 97
Labor improbus omnia vincit 57
Labra 77
Labruſca 21
Labyrinthus, à Dædalo factus 349
Labyrinthus, quid? 368
Lacertus, genus ſerpentis 7
Lacinia Diva 266
Lacuna 56
Lana, quid? 290
Laocoon, ejus & liberorum interitus 208
Laodamia 393
Laomedontiada 250
Laomedontius heros 466
Lapitha, qui? 403
Lappa 58, 125
Lapis bibulus 94
Laquearia 195
Lariſſa 207
Lariſſæus Achilles ibid.
Latex, quid? 193
Latini priſci, qui? 350
Latinus Fauni ex Maricâ filius 427 regiæ ejus deſcriptio 429 pacem cum Ænea ſuadet 433 ad Trojanos oratio 438
Latium cur dicatur? 481
Latona genus duplex 633
Latro, pro venatore 624
Laudato ingentia rura, Exiguum colito 97
Lavinia civitas 159
Lavinia Æneæ in uxorem datur 664 crines accenſi 429
Laurentia 395
Laurentum, unde? 427
Laurus Parnaſſia 78
Lauta carinæ, quæ? 483
Laxant arva ſinus 93
Laxare foros 390
Ledæa Hermione 254
Leges figere atque refigere 405
Lembus 60
Lemnius pater 487
Lenæus, pro vino 287 pro Baccho & cur? 77, 104, 287
Lentandus remus 257
Lepores auriti 66
Lernæus anguis 479
Lethæus amnis 409
Lethæus ros 363
Lethe 54
Levare auxilio 219
Leucata 251, 497
Libare 171
Libare dapes 322 pro ſacrificare 149
Liber, quid? 606
Libethrides Nymphæ 31
Libyſtidis urſæ pellis 319
Licia tela addere 65
Liguſtrum, quid? 7
Lilybæïa vada 274
Limbus, quid? 284
Lini ſeges urit campum 54
Liquentia mella 180



Digitized by Google

*Lituus, quid, & undè dictus?* 376, 434
*Lituus Quirinalis* ibid.
*Lividum, quid?* 385
*Lolium infelix* 23, 58
*Lotos arbor* 81
*Lucifer* 235
*Lucina* 17, 110
*Lucrinus lacus* 85
*Luna, quando colligat reverten-tes ignes?* 72 *pallida, quid deſignet?* ibid.
*Luna tacita, ſilens* 210
*Luna tempeſtatum ſignificatrix* 68
*Lunæ labores* 101
*Lupatis parêre* 117
*Lupercal* 482
*Luperci nudi cur? hinc Luper-calia* 497
*Luſtra* 270, 284
*Luſtralia exta* 474
*Luſtrari Diis* 251
*Luſtrum, quid?* 172
*Lutéola caltha* 9
*Luxuriat toris pectus* 111
*Lyæus* 89, 193
*Lycæi ſumma* 122
*Lycæus* 50
*Lycaon Gnoſſius* 515
*Lyciæ ſortes* 295
*Lyciſca* 11
*Lycurgus* 237
*Lycus fluvius* 149
*Lydia gens* 488, 547
*Lydius Tibris* 234
*Lymphata* 443
*Lyrneſius Acmon* 546
*Lyrneſſi domus* 648

M.

M*Achaon, quis?* 211
*Macte, quid, &c.* 530
*Manalii verſus* 34
*Mænala* 50
*Mænalus mons* 34, 45
*Mæonia* 288
*Mæonii Bacchi* 149
*Mæotica palus Scythiæ tellus* 123, 416
*Magalia, vel mapalia, quæ?* 179
*Magni menſes, qui?* 17
*Maja una Pleiadum* 61 *mater Mercurii* 472
*Malea* 328
*Manes* 240
*Manipli* 602
*Manipulus, quid?* ibid.
*Manipuli triginta in legione* ibid.
*Manlii virtus in Capitolio de-fendendo* 496
*Mapalia, quæ?* 123, 179
*Manto filia Tireſiæ vatis* 549
*Mareotides uvæ, undè dictæ?* 81
*Marmor infidum* 63
*Marpeſſus mons, qualis?* 394
*Marpeſia cautes* ibid.
*Marrubia gens* 461
*Marſi* 86
*Martis ſimulacrum vinctum, & ab Apelle pictum* 174

Maſ-

Digitized by Google

*Maſſicus humor* 84
*Maſſicus rex* 547
*Maſſyli, qui?* 283 *populi Mauritaniæ* 370
*Maturi Soles* 53
*Maturate fugam?* 165
*Mavortia tellus* 152
*Mavors* 638 *ſanguineus* ibid.
*Maurusia gens* 287
*Medica, qualis herba ſit?* 61
*Medius locus honoratior apud Romanos* 107, 193
*Megæra tartarea* 660
*Megara oppidum* 273
*Mel ex rore colligitur, & cur aërium dicatur?* 133
*Mel, quomodo eximendum?* 143
*Melibœus, undè dictus?* 1
*Meliphylla* 136
*Mella fluvius* 145
*Memnonis nigri arma* 183
*Menelaus, frater Agamemnonis* 211 *Deiphobum in lecto obtruncat* 398
*Mens læva, quæ?* 200
*Mens & animus, ut differant?* 366
*Menſæ perpetuæ* 433
*Menſæ commeſtæ Trojanis* 431
*Menſes incerti, qui* 56
*Menſes magni, qui?* 17
*Mephitis* 429
*Mercurii deſcriptio, genus* 472 *ejus habitus* 306, 307
*Mercurius ad Didonem mittitur* 174 *Æneam ad profectionem hortatur* 307
*Mergi, undè dicti?* 68
*Meridiei periphraſis* 151 *deſcriptio* ibid.
*Meropes avis* 134
*Meſſapus equûm domitor* 458
*Methymna civitas* 81
*Metius Suffetius, Albanorum Rex, equis distractus* 395
*Mezentius Latinorum dux, Deûm contemptor* 456 *pro Turno pugnæ ſuccedit* 570 *crudelis* 488 *comparatur apro & leoni* 571 *vulneratur* 574 *interimitur* 579
*Mileſia vellera* 121, 147
*Minæ, quæ?* 281
*Minerva tenuis, quæ?* 485
*Minio rubens* 45
*Minos quæſitor* 392
*Miror illius rei* 386
*Miſenus tubicen* 249 *Æolides* 376 *ejus mors* ibid.
*Miſericordiæ veteres aſſignabant genua, &c.* 269
*Mitra Mæonia, quæ* 288 *quibus geſtare licebat, quibus non?* 529
*Moloſſus canis* 126
*Monæci arx.* 419
*Montes Romæ, qui, & quot?* 105
*Monſtrum, quid, & undè dictum?* 346
*Monſtra domita ab Hercule* 479
*Monumenta, undè dicta?* 243 *quæ?* 262



Digitized by Google

*Mopſo Niſa datur* 35
*Morini* 500
*Mulciber, undè dictus?* ibid.
*Mulctra, quæ?* 16
*Mundum in vere conditum* 94
*Murex, quid?* 290
*Murex, undè purpura tingitur* 19
*Muſa, pro carmine* 1
*Muſæus vates* 407
*Muſcoſi fontes, qui?* 32
*Myrmidones* 198
*Myrta cruenta* 66
*Myrtus* 238 *Veneri dicata* 33
*Myſia* 55

N

*NAjades, quæ?* 44
*Nais candida* 9
*Napeæ Nymphæ* 156
*Nar fluvius ſulphurea aqua albus* 450
*Narycia pix* 99
*Narycii Locri, qui?* 258
*Navale certamen* 324
*Navalia, quæ?* 308 *pro rebus navalibus* 595
*Naves Æneæ in Nymphas* 550
*Navis periphraſis* 247
*Navis gubernandæ peritia commendatur* 364
*Navium Trojanarum incendium* 354
*Nautæ primi obſervarunt ſtellas* 57
*Naxos Bacchata, cur dicatur?* 244
*Nemus & ſaltus, ut differant?* 44
*Neoptolemus, quis?* 211, 223
*Neptunus omnibus aquis præeſt* 50 *cum Minerva de Athenarum nomine contendens* ibid. *cum Apolline Trojæ muros fabricavit* 226 *Ægæus dictus, & cur?* 241
*Nereia Doto* 506
*Neſcia mens hominum fati* 562
*Nilus Ægypti fluvius* 145, 503
*Nimbi tum ventos, tum pluvias, &c. ſignificant* 161
*Nimbo effulgens* 226
*Niphates* 108
*Niſus pater Scyllæ* 70
*Niſi & Euryali Hiſtoria* 509 *amor mutuus* 510 *ad Lunam oratio* 520
*Niti gradibus* 219
*Noctes atque dies patet atri janua Ditis* 374
*Noctis deſcriptio* 305, 467, 512 *ejuſdem initium* 211
*Nodus informis lethi* 650
*Nomadum genus* 500
*Nomentum & Gabii* 414, 460
*Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni* 187
*Noricum* 128
*Novalia, quæ?* 5
*Novalis ager, quis dicatur?* 53


*Nox*

Digitized by Google

*Nox intempeſta, quæ?* 268

*Nox civilis, quando incipiat?* 398

*Nubem belli detonare* 575

*Nubigenæ bimembres* 457

*Nucum ſpargendarum in nuptiis mos* 35

*Nulla ſalus bello, &c.* 597

*Numæ Pompilii periphraſis* 417

*Numero Deus impare gaudet* 37

*Numeros memini, ſi verba tenerem* 42

*Numerum lupus non curat* 32

*Numidæ infreni, cur dicantur?* 278

*Numina magna, quæ ſint?* 250

*Numitor Albæ rex* 413

*Nuptiarum inauſpicatarum prodigia* 285

*Nuſquam tuta fides* 296

*Nymphæ aquis præſident* 4

*Nyſa* 416

## O.

*O*Axis fluvius rapidus 5

*Obitâ morte* 568

*Obliquare ſinus* 317

*Obloqui numeris* 406

*Obſcœni canes* 74 *aves* 249

*Obſcœna fames, quæ?* 256

*Obteſtor, quid?* 513

*Obtutus, quid?* 437, 653

*Occupat os flammis* 637

*Oceanitides* 148

*Ocnus Mantuæ conditor* 549

*Odora canum vis* 283

*Oeagrus Hebrus* 155

*Oenotria Italiæ regio, undè dicta?* 185, 429

*Oenotrii* 246

*Oeſtrum, quid?* 114

*Oleæ cultura* 98

*Olea pacis ſignum* 432

*Oleo perfundi ſolebant luctatores, & cur?* 325

*Olivâ victor coronabatur* 335 *pacis inſigne* 98

*Oliva tonſa, quæ?* 107, 359

*Oliva vivax* 86

*Olympiaca palma, quæ?* 109 *ludorum origo* ibid.

*Olympus, pro cœlo & monte* 117 *mons Macedoniæ* 65

*Omina repetere, quid?* 206

*Omina turbare, quid?* 258

*Onagri curſu agitandi* 126

*Onerare æthera votis* 503

*Operari in herbis, pro ſacrificare* 67

*Opima ſpolia, quæ?* 421

*Oppida, undè dicta?* 417

*Optare, pro eligere* 180, 243

*Oraculum Sibyllæ* 371 *perperam intellectum & interpretatum ab Anchiſâ* 243

*Oras belli evolvere* 525

*Oratores Æneæ ad Latinum miſſi* 432

*Oratores pro legatis* ibid.

*Orbes, qui?* 115 *ferrati* 124

*Orchites* 82

*Orcus, quid?* 217 *pallidus cur dicatur?* 64

*Ore favete omnes* 321
*Ore terram mordere* 600
*Oreades* 184
*Oreſtes Agamemnonius* 302 *ſcenis agitatus* ibid. *furiis agitatus* 254
*Orgia, ſacra Liberi, undè dicta?* 292, 155, 445
*Oricia terebinthus* 546
*Orion ortu ſuo & occaſu tempeſtates ciet* 185, 279 *ſidus Auſtrale auro armatum* 264
*Orion aquoſus* 279 *nimboſus* 185
*Orythia, Erechthei filia, Boreæ uxor* 152, 627
*Orodes altus* 572
*Orphei & Eurydices fabula* 152 *luctus ob amiſſam conjugem* ibid. *deſcenſus ad inferos* 152, 373 *cantus* ibid. *interitus* 155 *cithara ſeptem chordas habuit* 406
*Ortygia* 244, 245, 273
*Oſſa* 65
*Oſſa componendi ritus, qualis?* 379
*Oſtia, propriè ſunt fluminum* 333
*Oſtrum ſuperbum* 190
*Oſyris, monſtrator aratri* 50
*Oſtentare, quid?* 337
*Ovantes, & quid Ovatio?* 3:6 265
*Ovantes gutture corvi* 71

P.

*PAchynum, promontorium* 273
*Pactolus fluv. aurum trahens* 546
*Pæana, propriè Apollinis laudes* 407
*Pæoniis herbis revocatus* 462
*Pæonium in morem* 642
*Paſtum* 138
*Palæmon, Poëtarum judex* 13
*Palamedis hiſtoria* 202
*Palæſtra, quid, & undè dicta?* 251
*Palæſtra agreſtis* 104
*Palearia, quæ?* 109
*Pales, paſtorum Dea* 106, 22
*Palici placabilis ara* 528
*Palinurus, gubernator Æneæ* 248 *viſitur ab Æneâ apud inferos* 386 *ejuſdem interitus* 364, 387
*Paliurus, frutex arboreſcens* 23
*Palla, quæ?* 607
*Palla rigens, quæ?* 191 *ſciſſa* 499
*Palladium, quid?* 206 *à Græcis raptum* ibid. 508
*Pallas Evandri filius ad Herculem* 560 *exercitus ejuſdem* 490 *hortatur ad pugnam* 556 *interitus* 561 *remittitur patri* 582
*Pallas Trojanis iniqua* 183



Digitized by Google

*Palladis auxiliis ſpes Danaûm ſtetit* 206
*Pallentes herbæ, quæ?* 28
*Palma, quæ initio fuerit, &c?* 323
*Palumbes raucæ* 5
*Pampinatione quando utendum?* 95
*Pampineus autumnus* 77
*Pan Deus paſtorum* 8, 20
*Panacea odorifera* 643
*Panchaja* 84
*Pandarus, quis?* 345
*Pandari & Bitiæ hiſtoria & interitus* 532
*Pandere mœnia urbis* 209
*Pangæa* 152
*Panopea* 72
*Panthus Otriades, ſacerdos Apollinis* 213
*Papaver ſoporiferum* 54 & 302
*Papaver veſcum, quid?* 139 *Cereale* 61
*Paphos Veneri ſacra* 179
*Papulæ ardentes* 132
*Parcarum officia, cur ita dictæ, nomina, &c.* 19, 160
*Parcæ injecêre manum* 558
*Paris Paſtor Phrygius* 443 *ſylvas habitavit* 9 *Achillem interfecit* 396 *ejus judicium* 160
*Pareus lapis* 108, 188
*Parma alba, quæ?* 526, 613
*Parnaſſus, mons Bœotiæ* 44
*Paros nivea* 244
*Parthenius mons* 47
*Parthenopæus* 395
*Parthus fidens fugæ* 108
*Paſcere, pro delectare* 92, 182
*Paſcor* 122
*Paſcua optima, ubi?* 87
*Paſiphoë, tauri amore flagravit, &c.* 27 *undè & Minotaurus natus* 368
*Paſſum, quid?* 82
*Pater, religionis nomen* 248
*Pauſia amara bacca* 81
*Pectine telas percurrere* 65
*Pecuaria, undè dicta?* 110
*Pecudes locutæ* 74
*Pedem facere, quid?* 362
*Pedica, quæ?* 66
*Pedum, quid?* 25
*Pelaſgi* 202, & 493
*Pelethronium oppidum* 113
*Pelides* 213
*Pelion* 111
*Pelio Oſſam imponere* 65
*Pella* 145
*Pellax* 202
*Pelops, Tantali filius, eburno humero* 106
*Pelori ſedes, quæ?* 272 *promontorium Siciliæ* 258
*Pelta aratâ* 461
*Pelta lunata* 183, & 611
*Peluſiaca lens, quæ?* 62
*Penates, qui?* 212
*Pendêre ab ore narrantis, quid?* 280
*Penetralia, quæ?* 221
*Peneus.* 147

*Pennatæ fama* 523
*Penthesilea Amazonum regina* 183
*Pentheus furens* 301
*Peplum, quid?* 183
*Pergama* 224
*Permeſſus* 28
*Pero crudus* 458
*Perpetui tergo bovis veſcitur* 474
*Pertentare, quid?* 119
*Peſtis, pro incendio* 525
*Peſtis deſcriptio* 245
*Petendum Pacem, & ſimiles locutiones* 591
*Petilia civitas* 258
*Petulci hœdi* 134
*Phæacum arces* 252
*Phædra, quæ?* 393
*Phaëtontiades, quæ?* 28
*Phaëtontis equi* 323
*Phalanx, quid?* 210, 584
*Phalanx animoſa* 636
*Phalarica, quæ?* 533
*Phaleræ, quæ?* 335, 517
*Phaſelus, quid?* 145
*Pheretrum, quid?* 379, 583
*Philoctetæ Melibæus* 258
*Philippi civitas* 75
*Philomela dapes parat* 29
*Phineïa domus* 248
*Phlegethon* 382
*Phlegias* 404
*Phocæ* 150
*Phœbigena, pro Æſculapio* 462
*Phœbi munera, laurus & hyacinthus* 14
*Phœbus dicitur Sol, Phœbe Luna* 270
*Phorci exercitus omnis* 362
*Phryges, bis capti* 528
*Phyllis* 21, 14
*Piacula* 311
*Piare* 205, 207
*Picturata veſtis* 262
*Pierides* 15, 48
*Pilata agmina* 629
*Pila ſcabrâ rubigine* 75
*Pilenta, quæ?* 497
*Pilum, quid?* 75, 457
*Pilumnus Turni avus* 502, 543
*Pinaria domus, cuſtos Herculei ſacri* 478
*Pineus ardor* 617
*Pinnæ, quæ?* 433
*Pinnata. Vide Pennata.*
*Pinus matri Deûm conſecrata* 31
*Piorum ſedes apud inferos* 408
*Pirithous* 403
*Piſtrix* 259
*Plaga, quæ?* 283
*Plauſtra* 58
*Pleiades, quæ?* 57
*Plemmyrium undoſum, quid?* 273
*Plumata veſtis, quæ?* 616
*Podagra turpes* 121
*Poli duo in cœlo* 163
*Pollio* 15
*Pollux, pro Caſtore poſitus* 111

*Polus, pro cælo* 189
*Polydori Hiſtoria* 239
*Polyphemus Cyclops* 271
*Pometii* 414
*Pomorum cultura* 98
*Pompa, quid?* 107, 320
*Pomum, pro ipſa arbore* 98
*Populus Alcidæ gratiſſima* 33 *Herculea* 487 *bicolor* ibid.
*Porca filice feriebatur* 395 *in fœderibus faciendis cadebatur* 631
*Porricere, quid?* 331
*Portitor, quis?* 384
*Portitor Orci* 154
*Potitiis ſacra Herculi commiſſa* 478
*Potniades quadrigæ* 119
*Præcipitare moras* 486
*Præcipere ſpe hoſtem* 603
*Præcordia, quæ?* 216
*Præludere, quid?* 628
*Præneſtina urbs* 458
*Præpetes aves, quæ?* 256
*Præpetes pennæ* 367
*Præſentes Divi, qui?* 4
*Præſumere ſpe bellum* 581
*Pretendere ſepem* 64
*Priami mors* 224 *ubi occiſus* ibid.
*Prima tellus, quæ?* 50
*Primitiæ victoriarum* 581
*Primitiæ & rudimenta belli* 587
*Priſtis* 324
*Procas* 413
*Proceres* 195
*Producere funera, quid?* 523
*Profani, qui?* 381
*Profani à ſacris arcebantur* 258
*Prognoſtica tempeſtatum* 68 *pluviæ* 69 *ſerenitatis* 70
*Proluere ſe auro* 195
*Promethei fabula* 27
*Proſcenia* 96
*Proſerpina, undè dicta?* 304
*Proſubigit pede terram* 119
*Proteus vates, ejuſque transformatio* 149, 150
*Pſythia paſſo utilior* 82
*Pubentes herbæ* 304 *quæ?* 642
*Pumex latebroſus, quis?* 649
*Punica fides* 191
*Puppes turritæ* 498
*Purus campus* 657
*Pyra* 303
*Pyracmon nudus* 485
*Pyrgi veteres* 548
*Pyrrhæ lapides* 27
*Pyrrhi ferocitas* 221 *interitus* 254
*Pyrrhus ex Andromache Moloſſum ſuſcepit* ibid.

## Q.

*Quadrifida ſudes* 78
*Quadrijuges equi* 565
*Quercus Jovi ſacra* 123 *oraculis addicta* 78
*Quid veſper ſerus vehat* 73
*Quirinalis trabea* 454
*Quirinus, cur ita dictus?* 173
*Quiſque ſuos patimur manes* 412

## R.

RAdamanthus, Minos & Æacus, judices Inferorum 400
Radii, olivæ ſpecies 81
Radius, quid? 13, 421
Ranæ querelam veterem canentes 69
Recidiva & rediviva Pergama 294, 441, 542
Recidivum, quid? 441
Refigere leges, quid? 405
Remigium alarum 174 pro arte volandi, &c. 367 pro remigibus 261
Reliquiæ mortuorum quomodo ſervabantur? 379
Remulus Tiburtinus 517
Reſignare 289
Retractare dicta 624
Rhadamanthus. Vide in Radamanthus.
Rhenus bicornis 500
Rheſus 52, 182
Rhetœjum 243
Rhodia uva 82
Rhodope 27
Rhœbus 577
Rhœtejus ductor 644
Rhœtus 557
Riphæus Eurus 125
Riphæa arces 62
Robore ſe promunt 210
Roma 105, 415 propriè urbs dicta 417
Romulus 172
Rorantia aſtra 267
Ros amarus 151
Roſcida mala, quæ? 35
Roſtra, quæ? 103 è Roſtris habebantur conciones ibid.
Roſtrata corona Agrippæ data 498
Rubea virga, quæ? 64
Rubigo vitium frumenti 58
Rudentes leones 426
Ruditus aſinorum eſt. ibid.
Rudens prora 206
Rudentes, qui? 163
Ruit nox Oceano 210
Ruminare, quid? 28
Rumor ſecundus, quis? 470
Rumpere vocem 204 ſilentium 543
Rumpi horrea, quando videantur? 52
Ruſcum 92

## S.

SAbæi 53, 499
Sabellicus ſus 119
Sabini 105, 459
Sabinarum raptus 395
Sacer ignis 132
Sacranæ acies & gentes 463
Sacraria Ditis, quæ? 633
Sacrificantes aras tenebant 288
Sæcula aurea, argentea, ærea, ferrea, quæ? 415
Sagittariorum certamen 344

Sa-

Digitized by Google

*Sagulum virgatum* 496
*Salentinum* 258
*Salicta* 78
*Salictum* 4
*Saligna crates umbonum* 455
*Salii, qui, & undè dicti* 479, 497
*Salix lenta* 21
*Salmoneus* 402
*Salſa fruges* 204
*Sancire fœdera* 633
*Sanguis hebet, frigetque in ſenibus* 340
*Sanguinis gutta ex arboribus* 238
*Sardoa herba, quæ?* 32
*Sarpedon* 164
*Sarrano dormire oſtro* 103
*Sarraſtes* 461
*Saticulus* 460
*Saturæ palus atra* 464
*Saturnia tellus* 86
*Saturnia regna, quæ?* 17
*Saturni ſtella frigida* 67
*Saturnus* 434 *pulſus à Jove* 480
*Saxum Siſyphi* 109
*Scæa porta* 226, 255
*Scena* 167
*Scena verſatilis, & ductilis, quæ?* 108
*Sceptra ad fœdera adhibebantur* 633
*Scipiades duri bello* 86
*Scipiones duo fulmina belli* 420
*Scorpius ardens* 51
*Scylla, & Helleborus* 128
*Scylla & Charybdis deſcriptio* 259
*Scylla, quæ?* 29 *patri comam purpuream abſcidit* 70
*Scyllæa rabies, quæ?* 168
*Scyrus* 220
*Scythia* 5
*Sedere* 276, 502
*Seditionis deſcriptio* 166
*Seges, pro terrâ* 49
*Seges telorum* 239
*Sella & trabea* 596
*Semina flammæ, quæ?* 366
*Semina ſæva leonum* 85
*Sepulchrorum violatoribus ſupplicia propoſita* 239
*Sepultus vino ſomnòque* 211
*Sequeſtra pax* 586
*Sera omina* 346
*Serenitatis indicia* 70
*Serranus, undè dictus?* 420
*Seta, quæ?* 381
*Sibylla, undè dicta, &c?* 260, 366 *cum Æneâ ad inferos deſcenſus* 291
*Sibyllini libri, qui?* 370
*Sic omnia fatis in pejus ruere* 60
*Sicanæ gentes* 481
*Sicania* 186
*Sicani fines* 595
*Sicani veteres, qui?* 463
*Sicanium latus* 485
*Sicelides Muſæ* 17
*Sicilia, quæ & Trinacria, à tribus promontoriis* 257, 266
*ejuſdem ſitus* ibid.
*Sicyonia bacca* 104

Si-

*Sidus Minervæ* 592
*Sigæum* 213
*Silarus* 114
*Silentes umbræ, quæ?* 382
*Simois* 164
*Simulachra pugnæ ciere, quid?* 349
*Siniſtrum augurium, cur proſperum, &c.* 230
*Sinon proditor capitur* 201 *à vinculis liberatur* 205
*Sinum, quid?* 31
*Sinum lachrymis implevit* 277
*Sirenum deſcriptio* 364
*Sirius ardens* 552
*Siſtrum* 499
*Sithoniæ nives* 48
*Sitire Venerem* 114
*Solis defectus, ut fiat?* 101
*Solis labores* 195
*Solem quis dicere falſum audeat?* 73
*Solſtitium* 32, 55
*Solum, quid?* 328, 630
*Somni porta gemina, cornea & eburnea* 424
*Somnus ad Palinurum* 363
*Somnus ferreus* 572, 638
*Sonipes* 284
*Sophocleo coturno* 34
*Sopor, conſanguineus Lethi* 383
*Soracte* 459
*Sordere, quid?* 9
*Sortitus non pertulit* 253
*Sparta* 126
*Spiracula Ditis* 452
*Spiramenta tenuia* 335
*Spirantia ſigna, quæ?* 108
*Squalent arva* 76
*Stamen, quid?* 262
*Stant belli cauſæ* 451
*Stat pulvere cælum* 642
*Stat ſua cuique dies, &c.* 560
*Statio* 199, 553
*Stellio* 144
*Sternax equus, quis?* 640
*Stimichon, quis?* 23
*Stipare* 140, 180, 261
*Stiva* 59
*Strictura chalybum* 485
*Stridor, quid?* 406
*Strophades inſulæ, quæ?* 248
*Structores, qui?* 193
*Strymon* 155, 552
*Strymoniæ grues* 56, 552
*Stupa* 354
*Styx* 153, 374 *juramentum Deorum* 386
*Sub armis, quid?* 113
*Subducere claſſem, &c.* 186
*Subigere* 60 *arvum* 56
*Subjicit ſe* 78
*Sublicius pons* 496
*Sublicium, quid?* ibid.
*Subluſtris nox, quæ?* 513
*Subtegmen, quid?* 262
*Sufficere, pro ſubminiſtrare* 398
*Sulcare, quid?* 326
*Sulphur vivum* 127
*Superare jugum, montes, &c. quid ſit?* 408
*Superanda omnis fortuna ferendo eſt* 356


Su-

*Superſtitio* 474

*Sus, triginta fœtus enixa* 257, 468

*Sydera cadentia* 198

*Sylvanus, ſylvarum Deus* 50

*Sylvius* 413

*Symethus* 528

*Syrius ſtella* 249

*Syrtes duæ, & undè dictæ?* 164

*Syrtis inhoſpita* 278

## T.

*Taburnus* 79

*Tacitum cœlum* 264

*Tanarus* 153

*Tænia* 442

*Talaria, &c.* 289

*Tanager* 114

*Tanais* 155

*Tantalus ad inferos detruſus* 403

*Tarentum ſaturum, cur ita dictum?* 87

*Tarpeïa ſedes* 482

*Tarquinius, Superbus cur dictus?* 418 *ejectus* 496

*Tartara* 374

*Tartari deſcriptio* 401, 153

*Tauri, ignem naribus ſpirantes* 84

*Taurus aperire annum dicitur* 61

*Taurus ritè Neptuno & Apollini immolatur: Jovi non licet* 244

*Taygeta* 102

*Taygeti canes* 109

*Taxus* 135 *arcubus apta* 96

*Tedæ pingues* 32

*Tegæum* 334

*Tegmina barbara, quæ?* 619

*Telum* 220

*Temo, quid?* 59

*Tempe, quæ?* 100, 147

*Tempeſtatis ſubitæ deſcriptio* 163, 247

*Tempeſtatum prognoſtica, quæ ex Sole?* 72

*Tenedos* 199

*Tentamenta tui per artem non pepigi* 472

*Terere otia* 291

*Tereus* 29

*Terminus Deus* 522

*Terrâ progeniti, qui?* 401

*Teſtudo, quid?* 219

*Teſtudo templi camera eſt incurva* 184

*Tethys* 51

*Teucer, quis?* 189

*Texere naves* 595

*Thalami Eumenidum* 383

*Thalia Muſa* 29

*Thaſiæ vites* 81

*Thaumantias, quæ?* 502

*Thermodoontis flumen* 611

*Theſeus infelix* 404 *cum Pirithoo Proſerpinam rapere tentat* 373

*Thiaſus, vel Thyaſus, quid?* 453


*Thia-*

*Thiaſi, qui?* 22
*Tholus, quid?* 520
*Thrax* 555
*Threïcius ſacerdos* 406
*Thule* 51
*Thura maſcula, quæ* 36
*Thuricremæ aræ* 301
*Thymbræus* 242
*Thymus* 32
*Tiaras* 437
*Tibur ſuperbum* 455
*Tigris, Armeniæ fluvius* 5
*Tigribus vehebatur Bacchus* 22
*Tiphys* 19
*Tirynthius* 476
*Tiſiphone undè dicta?* 400 *pallida* 132
*Titan, quis?* 411 *pro ſole* ibid.
*Tithonia conjux* 484
*Tithonus* 72, 308
*Tityon* 402
*Tmolus* 52, 82
*Tolerare vitam colo* 485
*Tollere ſe humo* 107
*Tolumnius augur* 635
*Tonſæ, quid?* 427
*Tophus ſcaber* 88
*Torquatus, undè dictus?* 419
*Tortus imber* 486
*Torus* 339
*Trabea, quæ?* 434, 596
*Tractus* 87
*Trabea* 58
*Tranſcripti in colonias deducebantur* 358
*Tranſtra* 325
*Trieterica* 292
*Trinacria* 257
*Triones* 125, 196, 264
*Tripodes, qui?* 323, 256
*Tripodes gemini ex auro* 513
*Triptolemus, aratri inventor* 50
*Tritonia, undè ſic dicta?* 206, 226
*Tritones citi* 362
*Triviæ lucus* 367
*Troja* 159
*Troja Neptunia, undè* 237
*Tropæum, quid?* 108 *undè dictum?* 581
*Tullus Hoſtilius* 417
*Tument terræ vere* 93
*Tumultus, quid?* 422, 466
*Tunicæ manicas habentes* 529
*Turbo, quid?* 402, 443
*Turma, quid?* 347
*Turma equitum eſt* ibid. 603
*Turnus inſanus ad arma Rutulos hortatur* 453 *falſam ſequitur Æneæ imaginem* 569 *Pallanti congreſſus eum interficit* 561 *occiditur ab Æneâ* 664 *ejus ducum & ſociorum catalogus* 456 *ejus cum Æneâ monomachia* 662
*Typhoëa tela, quæ?* 192
*Tyrannus, quid?* 438
*Tyrrhena vincula* 487
*Tyrrhidæ pueri* 449

*Vac-*

## V.

Vaccinia 7
Vadum, quid? 385
Vallis reducta, quæ? 409
Vallos exacuere, quid? 64
Vannus myſtica Jacchi 58
Varus Poëta 41
Ucalegon 213
Vector, quis? 19
Velamen acantho circumtextum 191
Velata coma, quæ? 246
Velini fontes 450 Roſea rura 460
Velinus portus 388
Vellera nivea 301
Vellere ſigna, quid? 138
Velivolum quid? 169
Venabula 283
Veneris præmia 277
Venilia diva 543
Ventos ictibus laceſſere 118
Ventoſa gloria 613
Venulus 466
Venus, de maris ſpumâ nata 361 venatrix obvia fit Æneæ 174 ad Jovem 540 expoſtulat cum Jove 170 ad Neptunum 360 à Vulcano Æneæ arma impetrat 484 offert 494 à Diomede vulnerata 533 Æneæ vulnus ſanat 642
Verbena, quæ? 277
Verbenâ vincti tempora 629
Veſcum 139
Veſcæ frondes 115
Veſevus 89
Veſper ſtella 63
Veſta, quæ? 212
Veſta mater 75 cur cana dicatur? 358, 513
Veſtibulum, quid? 220, 382
Veſulus pinifer 571
Veteres ſolebant in corticibus arborum nomina deliciarum ſuarum notare 47
Vibrati crines 628
Viburnum, quid? 3
Vices 218
Victima conſultatoria, quæ? 279
Vimineæ crates, quæ? 55
Violaria 135
Virbius Hippolyti proles 462
Vir gregis 30
Virga Mercurii 289
Virgea ſupellex 58
Virtutem factis extendere 416
Viſum, quid? 246
Vittæ, quibus victima coronabantur 204
Vivendo vincere fata 587
Uligo 87
Umbo 538
Umbræ ſilentes 312
Undans fumus 226
Undans bello Nilus 108
Undantes habenæ 645
Unguen 127
Vocari ſolebant, qui in alienâ terrâ periiſſent 169
Vocem rumpere, quid? 294
Voces ſupremæ, in funeratione 241

Va-

Digitized by Google

Voltabra 126
Vortex, quid? 165
Voti reus, quis? 331
Urbis deſignandæ mos 358
Urbs, propriè dicta Roma 417
Uri, qui? 95
Urit & frigus 55
Urſi informes dicti, & quare? 118
Uvam demittere, quid? 157
Vulcanus, ignipotens 485
Vulnificus chalybs 489
Uxorius, quis? 290

X.

Xanthi fluenta 284
Xanthus 182

Z.

Zacynthos 251
Zodiaci ſigna duodecim, & quæ? 62
Zonæ quinque cœlum tenent, & quæ? ibid.


FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Sch. 98

Digitized by Google